Universidad de Deusto
Biblioteca

RIUS

ntarius

SURIUS

Commentarius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIVS BREVIS RERVM IN ORBE GESTARVM,

AB ANNO SALVTIS M.D. VSQVE IN ANNVM M.D.LXVIII. EX OPTIMIS QVIBVSQVE Scriptoribus congestus, & nunc recèns multis locis non parùm auctus & locupletatus:

PER F. LAVRENTIVM SVRIVM
Carthusianum.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Bibliothecæ S. Augustini Coloniæ. 1649.

1603.
BIBLIOTHECA S. CRUCIS COLON.
DOM. SCRIPT. PROP. CARM. S. T.

COLONIAE,
Apud Geruuinum Calenium, & hęredes Iohannis Quentel,
Anno M. D. LXVIII.

Cum Priuilegio Imperiali in decennium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ILLVSTRISSIMO PRIN-

CIPI AC DOMINO, D. ALBERTO,

COMITI PALATINO RHENI, AC VTRIVSQVE

Bauariæ Duci, &c. Domino suo clementissimo,

S. P. D.

VM ante annos non multos D. Naucleri Chronica in officina Quenteliana denuò essent excudēda, illustriss. Princeps, clementiß. Domine, rogauit me D. Geruinus Calenius, Iuris Licentiatus, mihi ob animi candorē & morum integritatem charus, vt ad Nauclerum adjcerem eius temporis historiam, quod ab illius Chronicis interim effluxisset. Maluissem ego alterius ea in re opera illum vti potiùs voluisse, quòd illi argumento parùm essem idoneus: sed cùm non occurreret alius, coactus est à me petere, quod permulti alij longè & feliciùs & absolutiùs, atque etiàm accuratiùs præstare potuissent. Feci ergò quod rogatus eram, & vt non prorsùs lectu indigna scriberē, multorum doctißimorum hominum libros historicos cursìm perlegi, atque ex ijs non sinè labore collegi, quæ possent Lectori aliquam adferre vtilitatem. Et nè planè sterilis esset narratio, si nihil præter nudam historiam contineret, admiscui interim pias quasdam admonitiones, nonnunquàm etiàm sanctißimorum Patrum insignes sententias, vt vberior ad Lectorem fructus rediret. Deindè autem etiàm separatim excudi placuit eam historiam, iam multis locis auctam & recognitam: quæ quidem breui tempore facilè distracta est. Sed interim tamen ad ...e perfertur, non deesse, qui dicant parùm decuisse Carthusianum scribere historiam, alios etiàm, qui me putent plusculùm indulsisse affectibus, nonnullos verò, qui me etiàm maledicum vocent. Quibus omnibus vt breuißimè satisfaciam, nôrint primi me non facilè hanc scribendi prouinciam susceptum fuisse, si vel ipsi eam susciperē, vel alios doctiores vt susciperent, adhortari voluissent. Porrò alij id certum habeant, me nihil aut odio cuiusquam aut amore scripsisse secùs, quàm haberet rei veritas, quantùm equidem scire potui: nec debet mihi vitio verti, si laudaui præclarè de Republica Christiana meritos, & acriùs interim perstrinxi proditores & perditores inclytæ Germaniæ nostræ: quales sunt ij, qui sub prætextu Euangelij & puræ doctrinæ deterrimos errores & iam olim damnatas hæreses in orbem inuexerunt. Postremi autem, qui me maledicentiæ insimulant, desinant (oro) esse schismatici: desinant populum Christianum, Christi IESV precioso sanguine redemptum, in errores inducere: desinant atrocißimè & impißimè lacerare ac proscindere Christi Catholicam Ecclesiam, Romanos Pontifices, sacramenta & instituta Ecclesiæ, & id genus alia: desinant dicere bonum malum, & malum bonum, redeantque ad pacem & vnitatem filiorum DEI: & tum sentient me, etsi nonnunquàm asperiùs scripsisse videar, tamen longè fuisse modestiorem, quàm res ipsæ poscere viderentur. Atque his ego in præsens responsum esse velim ijs, quos suprà dixi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam prolixè contendere mihi sanè integrum non est. Quanquàm quòd ad postremos attinet, qui me maledicum vocant, possem facilè ostendere, si mea scripta cum eorum scriptis conferantur, illos se potiùs quàm me perstringere voluisse. In ijs enim est Casparus Peucerus Melãchthonis gener, qui in suo illo 5. Carionis libro, dum eum illustr. Saxoniæ Electori Augusto dedicat, adeò furiosus & rabidus in me incurrit, vt non modò scurram, sed etiàm blasphemum filij Dei hostem me vocet, nec dicere vereatur, quod tamen docere nunquàm poterit, me impudenter res manifestè veras calumniari ac deprauare. Tum verò in ipsa historia tam impotenter incurrit in Summos pontifices, quorum odio isti infelices & miseri deflagrant, vt sanè bellissimum & germanissimum Luteri discipulum se probet. Dolet scilicet viro euangelico, quòd fraudes, mendacia, antilogiæ, mutuæ eædemque acerbissimæ dissensiones, contentiones, odia plùs quàm Vatiniana noui huius Euangelij buccinatorum in mea historia annotantur, & identidèm verissimè commemorantur: nec pudet eum iactare doctrinæ Lutericæ irrefragabilem authoritatem & perspicuitatem, cùm certissimè constet & Luterum ipsum sæpè pugnantia docuisse, & Luteranos inter se odiosissimè & pertinacissimè dissidere: tum quoquè Philippum Melanchthonem Confessionem Augustanam non semèl mutâsse, atque ab Illyrico discipulo suo falsi insimulatum esse, & in ipsos quoquè symmystas suos Luteranos acerbè sanè scripsisse, potiusq; in doctrina Eucharistiæ ad Zuinglij, quàm Luteri, partes accessisse. Hæc & eius generis alia cùm nos citra vllum mendacium ex ipsorum editis libris proferimus, maledicos nos vocant, & blasphemos hostes filij D E I. Cùm autem illi immaniter conspuunt & calumniantur etiàm optimos & sanctissimos Pontifices, sacramenta & instituta Ecclesiæ Catholicæ, aliáque similia, non solùm non maledici, sed etiàm egregiè Euangelici videri volunt. Sed tamen vtcunquè sæuiant & tumultuentur viri optimi, veniet quandoquè ille dies, vt intelligant homines, quàm luculenter sub Euangelij emẽtita specie ipsis impositum & illusum adhùc sit ab ipsis. Atque vt id faciliùs possint, operam dedi, vt in meo hoc qualicunque Commentario doctrinæ inconstantiam, fœdissimas antilogias, atrocissimas altercationes, & his consimilia multa, quæ in nostris Euangelicis dogmatistis & præconibus visuntur, diligenter Lectori ob oculos ponerem, & quædam etiàm identidèm inculcarem, vt magis moueãt, & tenaciùs animis affigãtur. Nec ego vel tantilli facio, hoc nomine à Peucero me maledicum appellari. Ille enim non didicit aliud à suo Lutero & Melanchthone, quàm monachis maledicere, & monachos calumniari, quẽadmodùm etiàm præclarè facit dum in eadem sua Epistola dedicatoria monachos vocat deploratum & profligatum genus hominum: quasi verò nesciat monachorum institutum semper omnibus seculis præcipuæ apud Christianos, atque etiàm potẽtissimos reges & principes, fuisse venerationi, adeò vt etiàm magnus ille Constantinus, teste Athanasio, & eius liberi Constans atque Constantius, crebrò ad Sanctum Antonium quasi ad patrem scripserint, & tum illorum fauor, vt idem ait, tum omnis aula regalis illum celebrârit: Theodosius quoquè maior bellum aduersùs Eugenium tyrannum susceptur us, Iohannem monachum Aegyptium, misso ad illum fidissimo eunucho Eutropio, de belli euentu consuluerit. Porrò Carolus Magnus in literis quibusdam, quarum

In vita S. Antonij.

Nicephor. Hist. Eccl. li. 12. ca. 39.

exemplum legi, affirmare non dubitârit se sanctorum Monasteriorum loca sustentando & ditando, non solùm D E V M hoc ipso sibi placare, sed etiàm totius regni sui statum corroborare. Eat sanè Peucerus & maledicat Monachis: nos interìm eius maledictis nihil prorsùs absterriti, D E O propitio hominibus ostendere malas artes, portentosam vanitatem, impias hæreses, turpissimas antilogias, immania aliorum in alios conuicia, & id genus alia pulcherrima emblemata fratrum euangelicorum. Quòd si id Peucerus ferre non potest, separet se ab illorum hominum sodalitio, redeatque ad Ecclesiam, & eiusmodi nostro labore etiàm gratulabitur: porrò etiàm in pertexendo illo suo Carione desinat criminari Pontifices, & res gestas scribat bona fide: non imitetur Sebastiani Franci maledicentiam, non Sleidani vanitatem, cuius posterioris Commentarij sanè eiusmodi sunt, vt grauissimi viri eos non immeritò sint detestati & execrati. Atque ipse etiàm Romanorum inuictissimus & pientissimus Imperator Carolus V. cùm eos interdùm legi audiuisset, identidèm exclamauit, Mentitur nebulo, Mentitur nebulo. Quod idem non semel auditum est ex ore doctissimi Numburgensis Episcopi Iulij Pflugij, cùm illi ad mensam prælegerentur. Et illi certè, quòd res Imperij probè cognitas haberent, & plerunquè præsentes interfuissent ijs, quæ à Sleidano narrantur, facilè de hominis fide pronunciare potuerunt: vt haud immeritò dolendum sit, apud plerosque, immò plurimos, tanti fieri illos putidos & nugaces Commentarios, quosdam etiàm vix æquo ferre animo, si Catholici res ab illo mala fide relatas, bona fide commemorent, eiusque mendacia incauto Lectori prodant. Id quod non indiligenter à quibusdam præstitum est, sed accuratiùs & elaboratiùs etiàm præstitum fuisset, si clarissimis & doctissmis viris Iohanni Groppero, & Euerhardo Billico, tum etiàm Sleidano longior vita contigisset. Quin etiàm is, quem dixi, potentissimus Imperator Carolus V. cuidam egregio viro Acta publica, literas & alia instrumenta, sua manu tradidit, vt ex ijs Sleidani mendacia detegerentur. Quæ quidem eò faciunt, vt nemo mirari debeat, identidèm à me perstringi Sleidanum, & eius vanitatem non vno loco indicari. Expedit enim Lectori parùm perito, hominis malam fidem aperiri, vt caueat sibi ab infido historico, qui in suis illis bellissimis Cammentarijs sic historiam texit, vt non nisi execrabilium errorum, damnatarum hæresum, seditiosorum dogmatum & turbulentorum hominum, quales fuêre Luterus, Zuinglius, Caluinus, & cæt. patronum agere velle videatur, idque non sinè imperiti Lectoris multiplici pernicie, quandò homo versutus religionis negocium cum historia ità permiscet, vt dum animum Lectoris & rerum infida plerunquè narratione, & multa sermonis blandiloquentia & suauitate demulcet, vnà instillet impios errores & execranda dogmata. Erunt autem fortassis, qui quandoquè totam eius historiam exactè sibi confutandam sumant: quod difficile non erit, si possint habere copiam eorum, quæ in Comitijs acta sunt & quorundam aliorum. Mihi id integrum non fuit, nec libet sanè cum istis portentosis hominibus contendere. Prodesse autem certè hoc meo qualicunque labore volui Lectoribus præsertim parùm doctis & imperitæ multitudini, quam isti suis mendacijs & præstigijs miserè euertunt. Atque tametsi non desunt forsan, qui meam operam carpendam putent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen me plurimùm consolatur, quòd cùm alijs multis bonis & doctis viris, tum inprimis tuæ Illustrissimæ Celsitudini, Princeps celeberrime, eam probari intelligam: quemadmodùm etiàm nuperè ad me datis humanissimè literis haud obscurè indicauit. Quæ etiàm res, tum I. C. T. apud omnes peruulgata virtus, & in fide Catholica inuicta animi constantia, me permouerunt, vt posteaquàm diem suum obijt Reuerendissimus Treuericus Elector, cui superiores editiones inscripseram, hanc postremam permultis locis non parùm locupletatam, eidem I. C. T. summa animi summissione & promptitudine nuncuparem, vt habeat contra obtrectatores tam insignem & eximium patronum, quem iam longè lateque celeberrimum reddidit, magisq; etiàm in posterum redditura est Principe Germano dignissima in auita religione fortis & immota constantia, præter alias multas easque egregias corporis & animi dotes, quibus eam cumulauit rerum omnium præpotens DEVS. Oro autem, & quidem enixissimè, vt T. I. C. hanc meam exiguam opellam boni consulat, & eo quo solet, fauore prosequatur. Christus Opt. Max. seruet nobis diù incolumem I. C. T. cum omnibus suis. Ex Carthusia Coloniensi, 6. Calend. Septembres, Anno 1567.

T. I. C. obsequentissimus clientulus

F. Laurentius Surius Carthusianus.

COM-

COMMENTARIVS BREVIS RERVM IN ORBE GESTARVM

AB ANNO SALVTIS MILLESIMO QVINGENTESIMO, VSQUE IN ANNUM LXVII. ex optimis quibusq; scriptoribus cõgestus per F. Laurentium Surium Carthusianum.

SCripturus historiam breuem nostri seculi, non incommodè, neq; incongruè ab illo mihi initium facturus videor, qui fuit eius seculi singulare quoddam & eximium decus ac ornamẽtum, nempe Carolo V. Romanorum Imperatore, qui à multis (vt est à quodam viro graui & nobili annotatũ) amor & delicię generis Christiani dicebatur. Atque eius optimi & potentissimi Imperatoris crebra, eaque honorifica in hoc Commentario fiet mẽtio: qua in re nolim me quisquam putet aut confingere aliquid, aut dare affectibus: sed scribere bona fide, quæ apud grauissimos scriptores inuenerim. ET poteram ego his adferre multo plura atque maiora, sed breuitati aliquid donandum erat, & declinanda hominũ siniſtra iudicia, qui ferè ex seipsis de alijs æstimant, quæque se aut nolle, aut non posse præstare nõrunt, ea nec ab alijs fieri potuisse arbitrantur. Quòd si verò in illius prędicandis virtutibus copiosiores erimus, quàm aliorũ etiàm laudatissimorum Regum & Principum, nemo id putet cuiusquam contemptu fieri: neque enim operis breuitas permisit omnia omnium prędarè gesta commemorare, & certè tanta huius principis in Rempublicam Christianam merita extitêre, vt cùm omnium non possimus, vel eius vnius encomia paulò vberiùs celebrare iurè meritoque debeamus. Sed nunc rem ipsam aggrediamur.

Anno à Virginis partu millesimo quingẽtesimo natus est Gãdaui ipsis ferijs D. Matthię Apostoli Carolus Austriacus, qui posteà fuit eius nominis quintus Romanorum potentissimus, idemque religiosissimus Imperator. Natus est autem anno Iubileo, qui est annus gratię, & tertia post mediam noctem hora, & quidem (vt dixi) Gandaui, quod est maximum ferè totius Europę oppidum. AIunt enim incolę, eam vrbem cum suis fossis septem milliaria Belgica vel leucas in circuitu continere. Sunt ibi septẽ parœcię, quarum ea, quæ est diui Michaelis, fertur ad viginti octo hominum millia habere, quotannis sacram Eucharistiam sumentium. Flumen Scaldis rapidissimum, septem in ipsa vrbe pontibus marmoreis magnificentissimè constratum est. Olim septem principes toto septẽnio eam oppugnârunt quidem, sed expugnare nõ potuerũt: hodieque septem templa, in totidem castris à septem regibus ędificata, visuntur. Is ergò Caroli natalis locus, visus est quasi prędignificare illius futuram amplitudinem & excellentiam. Obseruatum est etiàm à nonnullis, quòd ab Augusto Cæsare

Carolus V. nascit Gandaui.

Vide hinc libros Guilielmi Zenocari equitis aurati devita Caroli V. Gãdaui excusos, & in Hispania, Italia & Belgio approbatos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

(qui fuit Christi temporibus, quibus lux Christianæ fidei sedẽtibus in regione vmbræ mortis illata est)totidèm ferè fluxêre anni ad Carolum Magnum primum Germanorum Imperatorem,(qui fuit longè potentissimus,& præter alios,etiàm Saxones multis bellis annis triginta ægrè tandèm domitos coëgit recipere fidem Christi)quot ab ipso Carolo Magno vsque ad hunc Carolum Quintum, qui fidem Christi in ampliſſimas ab ipso reperti & occupati noui orbis prouincias,piorum hominum opera mirabiliter inuexit ac propagauit. Vt autem in Germaniam & alios quosdam huius orbis populos Christi fides tum illata est,cùm Græci tumultuarentur,& in res nouas auidi viderentur,nec à prauis complectendis dogmatis abhorrerent,quod fuit ferè ętate Caroli Magni:ità quoquè nostro ęuo,dum Germani & vicinæ nationes, Luteri & aliorum similium hominum peregrinas amplectuntur doctrinas,& à Catholica fide, quã ipsis Papisticam libuit appellare,atque à veterum Germanorum toto orbe celebrata constantia deficiunt,apud Antipodes & in nouo Carolino orbe, (Sic enim vocant quidam)atque etiàm illis in locis & regionibus amplissimis,quę Lusitani partìm adiêrũt,partìm vel vi expugnatas,vel deditione acceptas,suis regibus subdiderũt,Catholica Christi fides & religio, quam Luterus cum suis impugnat, ab innumeris populis cupidissimè recepta est,hodieque recipitur. Sed hęc possent quidem fusiùs non absque summa horum temporum deploratione dici,at suum habebunt, Deo fauente,locum.

porticus insignis Gandaui extructa.

Sub id tempus, quo Gandaui natus est Carolus, porticus insignis è palatio in ædem diui Iohannis producta fuit opere mirabili & magno sumptu,longa pedes ter mille quingentos,septem lata, septem etiàm pedes in altum subleuata,vt infrà commodè pateret transitus, triplici colore,flauo,rubro,candido,conspicua. Multa in ea porticu erant visu stupẽda,sed quæ breuitatis studio prætermimus. Ardebant in ea porticu ambulatoria bis mille & centum faces:visebantur quadraginta arcus triumphales,portarum magnarum instàr,è quibus tres cęteris augustiores erant, & vna quidem Sapientię,altera Iustitiæ,tertia Pacis & Cõcordiæ dicebatur. Fuit & alia mirabilis porticus aërea, ex funibus compacta è fastigio ædis diui Nicolai ad apicem turris Capitolinę, plena ardentibus facibus. Per priorem illam porticum die tertiodecimo, postquàm in hanc lucem editus est,infans Carolus ductus est in templum Diui Iohannis. Multi hoc sanè admiratione dignum duxêre, quòd puerulus salutari tingendus lauacro,ità ad baptisterium allatus est,vt terram non attingerent ij,à quibus adducebatur.Et certè quàm ille princeps posteà terrena omnia facilè animo excesserit atque transcenderit,opportunis locis infrà videre licebit,& quidem tum vel maximè patuit,cùm filio Philippo sereniſſimo Hispaniarum principi regna & ditiones suas omnes, porrò Ferdinando Romanorum pientissimo regi Imperij fasces sua sponte ac vltrò tradidit,vt infrà dicetur. Ad sacrum fontem duo aurei velleris equites & dynastę clarissimi, Carolus à Croia, & Bergensis Satrapa, itemque duæ regij stemmatis heroinę,

heroinæ,Margareta Britannica,Eduardi Quinti Anglorum regis soror,& Margareta Austriaca,Maximiliani Cęsaris filia,sponsores Caroli infantis fuêre. Multa quoquè hac die ipsi eidem infanti prælarissima tum à sponsoribus,tum ab alijs quibusdam sunt dona oblata:& ea quidem eiusmodi erant,vt haud obscurè magnifica & rara quædam de illo infante portendere viderentur. Porrò verò si ad genus eius respicias, fuit illud perquàm vetustum, illustre & nobile: quippe ex Archiducibus Austriæ primò,deindè ex comitibus Habsburgẽsibus,deniquè ex antiquissimis Frãcorum regibus,(fuerũt autem,nè quem id lateat, Franci origine Germani,non Galli,ijque Galliam occupârunt,vndè hodieque à Francis Germanis,Franciæ regnum nomen habet)è quibus primus Pharamundus longè potentissimus Romanos Gallia expulit,Clodius rex Duringos cõpulit vectigal pendere, Meroueus rex Saracenos ab Aurelia profligauit. Clodoueus primus Christianam est religionem cõplexus. Et Pharamũdus quidem rex legem Salicam tulit, qua cautum est, nè fœminæ sint regni hæredes. Quidam grauissimus scriptor ait Clodium regem, huius, quem diximus, Clodouei patrẽ, anno regni sui quintodecimo victoriã ex Germanis reportâsse,atque eo nomine baptismum percepisse à Remigio sanctissimo præsule Rhemensi, vnctumque fuisse oleo cælitùs allato,eique lilia tradita esse, templumque eum diuæ Genouefę virgini in colle Parisijs vouisse, deniquè vita functum anno Domini 514. Verùm quandò hęc plerique omnes Clodoueo tribuunt,nec vllam faciunt Clodij mentionem,incertum est quem in hac opinione secutus sit authorẽ. Cùm autem deindè regum liberi multiplicarentur, regna fuêre distracta, & tum Austrasiæ regnum succreuit,quod quidem duas habuit curias regias,alteram apud Metensium vrbem,alteram Coloniæ Agrippinæ:limites eius non ijdem ab omnibus assignantur. Sunt enim qui putent ab Alpibus per Burgundiam inter Rhenũ & Scaldim suos eam habuisse fineș: quo spatio compræhendebantur, vt ipsi volunt, Vltraiectum, Colonia, Treuiris,Moguntia,Geldria, Cliuia, Iulia, Hollandia, Zelandia, Hannonia,Hasbania,Leodium,Limburgũ,Alsatia, Palatinatus Rhenensis, Sylua Arduenna,Barrium cum ea parte Campaniæ Gallicæ,vbi Mosa sumit initium.sed alij longè contractiores ponunt limites. Verùm de his magnoperè contendere nihil attinet. Satis est ostendisse,Carolum nostrum, de quo agimus,ampliſſimo & antiquissimo stemmate prognatum,sed ità tamen, vt ille suum genus eximiè illustrârit. Patrem autem habuit Philippum Austriacum, Maximiliani sapientissimi & moderatissimi Cæsaris filium,Regem Castellæ & Legionis, Brugis in Flandria natum: cuius vxor fuit Iohanna filia Ferdinandi & Elizabethæ Catholicorum Regum Castellæ & Aragoniæ. Sed hoc loco tantùm de Carolo principe dixisse sufficiat. locis opportunis plura dicentur. Potest quidem nostra ętas, tot agitata infandarum hæresum & immanissimorum bellorum tempestatibus, non immeritò sibi gratulari, quòd eiusmodi Imperatorem habere meruit, cuius esset insignis & valdè rara pietas in Deum,

Genus Caroli V.

lex Salica

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum, & tot accessione regnorum atque affinitatum, amplissima ditio & potentia. Nec quisquã certè dubitare potest, quin Carolus Cęsar vel cum potentissimis superiorum ætatum Imperatoribus conferri possit, cuius vires vel fortunam potiùs (sic enim dicere solebat) etiàm potentissimus Turcarum rex Solimannus reformidârit. Quãtùm autem ille pro Catholicæ Ecclesiæ defensione egerit, dicetur infrà. nec dubium, quin Turcarũ vires valdè eneruari ab illo potuerint, immò etiàm eneruatę fuissent, nisì quidam Christiani principes eius sanctissimos conatus multis modis retardâssent. Vndè etiàm factum est, vt perpetuis ferè distentus bellis, non potuerit seuerè animaduertere in hęreticos, sub prętextu euangelij & verbi Dei fœdos & iam olìm à tota Ecclesia damnatos errores excitantes, & pronis in mala hominum animis carnis libertatem, quæ dirissima seruitus est, offerentes, qui sub eius Imperio mirum in modum excreuêre, sed ità tamen, vt etsi Martinus Luterus Augustinianus monachus horũ omnium primus parens non immeritò dici possit, adeò tamen in multas sint distracti sectas, vt earum certum numerum inire penè impossibile sit, & Luterus ipse propemodùm hodiè cõtemptus iaceat, paucissimis eius dogmata omnia sequentibus, sicut alibì videbimus.

Solimãnus Turca Caroli V. fortunam extimuit.

Porrò verò cùm præuideret Deus, fore vt in Europa breuì existerent prodigiosæ hęreses & horrenda schismata, cùm non possit ille nisì in pace & animorum & religionis suaui concordia degere, animum Lusitani regis potentissimi excitauit ad inquirendas regiones ad Austrum sitas. Iam anteà Castellani nouum repererant orbem & terras hactenùs incognitas. Nè qua autem inter Castellanos & Lusitanos dissensio pernicioſa oriretur, Romanus Pontifex Alexander VI. sua interposita authoritate id effecit, vt Castellani ad Occidentem, Lusitani ad Australem polum nauigarent. Ità factum est, vt Castellani continentem amplissimam, insulas maximas & innumeras, auri & vnionum feracissimas inuenerint: Lusitani verò per Arabicum & Persicum sinus ac Indię littora, regnum Calecuthicum, deniquè ad auream Chersonesum & ipsa Sinarum regna longissimis & propè immensis itineribus perlati sint. Neque tamen hi reges cõtenti fuêre amplissimas opes & ingentes ditiones suis regnis adiecisse, verùm etiàm laudatissimo studio conati sunt eas barbaras gentes ad veram & vnicam Christi religionem traducere. Quæ res eos paulatìm habuit ꝓcessus, Deo Opt. Max. suam gratiam tam sanctis conatibus adspirante, vt innumerabiles idololatrę ad Christum conuersi, eam fidem auidè receperint, quam in Europa plereq; nationes ceu Papisticam, immò etiàm Antichristianam, repudiârunt, vt iam partìm antè dictum est.

Alexander VI. inter Castellanos & Lusitanos pacem conciliat.

Fuit in aula regis Hispaniarum quidam Christophorus Columbus, patria Genuensis. Multo is tenebatur desiderio nouas orbis regiones inuestigandi: & cùm à rege peteret eam in rem subsidium, non semèl tum à rege tum à regina irrisus est, tanquàm qui res ludicras meditaretur. Cùm autem iam octo exactis annis non faceret precandi finem, rex attentior esse cœpit, tandemque iussit liburnicam vnam & celoces duas egregiè commeatu

Christophorus Columbus.

meatu & armis instructas illi tradi. Itaque anno salutis 1492. soluẽs à Gadibus, primò ad insulas Fortunatas appulit, quas nunc ob canum copiam vocant Canarias: olìm dictæ sunt Fortunatæ, ob aëris miram temperiem & cæli clementiam. Numerantur, vt quidam aiunt, decem Insulæ Fortunatę, è quibus tres incultæ, reliquæ cultę sint. Ex ijs ea, quæ Teneriffa vocatur, cęlo sereno longissimè conspicitur, idque ob miræ altitudinis petrã adamãtinam, instàr pyramidis acuminatam, quæ perindè vt Aetna mons in Sicilia, perpetuos vomit ignes. Qui eam petram metiti sunt, non dubitant affirmare, à terra ad summum vsq; verticem, ad octo vel nouem obtinere milliaria Germanica. Incolæ fruges metunt in Martio & Aprili. Multa alia de his feruntur insulis: sed quia necdùm satìs certò comperta habeo, mâlui ijs annotandis supersedere. Olìm cùm Columbus ad eas primùm deferretur, incolę nudi incedebant, à veri Dei notitia alieni: sed paulatìm pleræque ex his insulæ ad fidem CHRISTI accessêre. Teneriffa & Grancanaria, id est, grandis Canaria, cęteras vincunt magnitudine. Eas incolebant hac tempestate homines barbari, prorsùs nudi degentes. Indè ad Occidentem cursum tenens, aliquot reperit insulas: è quibus duabus vastissimis nomina indidit, alteram Hispanam, alteram Iohannam vocans.

Insulę Fortunatę, hodiè Canarię

In Iohanna insula densissimæ visebantur sylvę, & in ijs auium, prę- sertim philomenarum, etiàm mense Nouembri cantus audiebantur innumeri: flumina quoquè limpidissima & ad potandum suauia, itemque portus commodissimi cernebantur. Diù ad eius insulę littora nauigans, cùm nullum comperiret finem, putaretque terram continentem esse, ad Hispanam iter inflexit. Cumque eum & socios eius incolę vidissent, mox fugerunt. Putabant enim eos esse Canibalos, qui sunt homines feri, carnibus humanis auidissimè vescentes, quorum regionem Columbus erat prętergressus. Incedunt autem etiàm huius Hispanę insulę homines nudi. Canibali è vicinis locis hominum prędas agunt, impuberes exactis testibus saginant perindè, vt nos gallos gallinaceos: puberes mox perimũt, intestina & extremas corporis partes etiamnùm recentes vorant: reliqua sale adsperſa conseruant in vsus diuturniores, vt apud nos solent farcimina omnis generis. Mulieres non comedunt, sed haud secùs atquè gallinas seruant ad prolem. Indè Columbus in Hispanias rursùs nauigat, relictis tamen in ea insula triginta & octo viris. Rex & regina redeũtem eum honorificè admodùm accipiunt, eique nouam paranti nauigationem attribuunt liburnicas 17. & celoces duodecim, in quibus præter commeatum & arma omnigena, homines erant mille ducenti. Multas in hoc itinere reperit insulas, quibus plerisque nomina imposuit. Quodam in loco, quẽ Archipelagum nominârunt, supra 47. insulas inuenerunt. Vbì autem ad Hispanam insulam venerunt, viros trigintaocto quos illic reliquerant, regis eius perfidia enectos compererunt. In ea insula condidit Columbus vrbem, & in ipsis visceribus eius arcem Diui Thomæ. Fuerunt hęc initia Christianę amplificandę religioni faustissima.

Insula Iohanna.

Hispanæ.

Canibali anthropophagi.

Noua classis Colũbo attribuitur.

Archipelagus.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc anno 1500. Lusitani, duce Petro Aluaro, tempestate delati sunt ad regionem illam longè lateq́ patentem, quam vulgò Braseliam vocant, quòd indè eius nominis lignum aduehatur, tingendis pannis aptum. In ea prouincia iussit idem Aluarus crucem affigi in fastigio arboris admodùm proceræ: atque ad eius arboris imam partem Missæ sacrificium, præsenti exercitu peractum est, totaq́ ea regio Sanctæ Crucis appellata est. Hodiè Christiana religio mirabiliter illic propagata est. Videbat Christus futuros breuì, qui ipsius signum Turcica barbarie & Antichristiana impietate, sub Euangelij & pietatis prætextu, demolirentur. Itaque transtulit illud signum ad idolorũ cultores, & apud eos id fecit haberi in precio: adeoq́ue certum est, multis Indiæ locis Cruces esse collocatas, & indè aufugisse dæmones, nec solita Indis responsa dedisse. Pudeat tandèm similes esse dæmonum, qui illo signo ineffabiliter cruciantur, atq; eo nomine illud odio persequuntur inexpiabili.

Brasilia prouincia sanctæ Crucis.

Aliæ quoquè deinceps nauigationes institutæ sunt in has incognitas orbis regiones, & multa illi comperta rara ac inaudita.

Albericus Vespucius, vir egregiè doctus, priùs sub Castiliæ, deindè sub Lusitano rege longissima maris emensus spatia, mira se reperisse scribit, multasq́ue inuenisse insulas: sed nimis longum est, ea omnia hîc commemorare. Nos & possumus & debemus DEO gratias agere, quòd nostro seculo innumeras gentes dæmonum cultui addictas, ad CHRISTI fidem traduxit opera pijssimorum Hispaniæ & Lusitaniæ regum, in quorum ditionibus hodieq́ue inuiolata perseuerat Catholica religio.

Albericus Vespucius.

Lusitanorũ nauigatiões

De Lusitanis ità scriptum reliquit Paulus Iouius, nostræ ætatis doctissimus Historiographus, libro duodecimo Historiarum: Iubente Emanuële rege Lusitaniæ, Lusitani insana nauigatione Atlanticum Fortunatasq́ue insulas præteruecti, promontorijs Praxio & Bonæ Spei superatis, Aethiopicum littus adiêrunt, gentes subegerunt, Rubri maris ac Persici sinûs angustias superârunt, in Carmania atque India bello victis regibus Cannoræ, Cucini & Calecuthæ, celeberrimis emporijs exercendæ mercaturæ sedes arcesq́ue posuêre. Deindè cùm nouorum Ducum aduentu aucta esset classis, vltimos Indiæ orbisq́ue terminos sibi proposuerunt: atque ità felici ausu, eadem ducti peritia nauigandi, ab Calecutha præter Indum ac Gangem fluuios, ad auream Chersonesum peruenerunt, vbì regem Malachæ, armis defensionem parantem, tormentorum nouitate abstterritum ac prælio victum, tributarium fecerunt. Ab alia quoquè parte, Indorum classibus sæpè deletis, custoditisq́ue Erythræi faucibus, ac sinûs Arabici nauigatione Aegyptijs mercatoribus intercluſa, Indici maris imperium tenuerunt. Hæc Iouius.

Aurea Chersonesus expugnata à Lusitanis.

Vbì sanè prædicanda venit Diuina clementia, quæ tot tamq́ue potentes barbaras nationes, Christianorum armis voluit edomari, & per eos venire ad cognitionem nominis sui. In illis certè regionibus iam feruet religio Christiana, dum interìm nobis aufertur regnum Dei, & datur genti facienti fructus illius. Vtinàm resipiscant tandèm à Lutero & eius infaustis

Matth. 8.

stis nuncijs malè fascinati homines, nè breuì CHRISTVS totus à nobis demigret in nouum orbem. Sed de his plura congruis dicentur locis.

Hac ferè tempestate Baiazetes Turcarum rex, cum centum quinquaginta armatorum millibus Metonem Pelopõnesi vrbem validissimè obsedit, nostrisq́ue hominibus, post varia certamina, vtrinquè summa virium & animorum contentione edita, ad quinque Venetarum triremiũ aduentum è stationibus ad mare, vt illas exciperent, inconsultò descendentibus, Turcæ vrbem ingressi, magna cæde perpetrata, Venetos pariter & Græcos milites trucidant, & ipsum Metonensium episcopum, ità vt erat mitratus & sacra veste indutus, obtruncant: nec vlli omninò vel armato vel inermi parcunt infestissimi barbari, nisi quem fortè aut ętas, aut forma vel seruituti, vel libidini seruauit. Erant eius loci supra mille captiui. Ij longis adstricti funibus, ad Baiazetis prætorium perducti, sęuissimi Tyranni iussu sub eius oculis immaniter perempti sunt. Is Baiazetes postmodùm à filio Zelimo regno exutus, & paulò pòst veneno sublatus est. Eius pater Mahometes Hydruntinam Italiæ vrbem cepit: atque tum de rebus Christianis propemodùm actum fuisset, præsertim in Italia, vbì est Romani Imperij augusta sedes & antiquum domicilium, nisì illam truculentam beluam prępotens Deus subitaria morte abstulisset, qui quidem id temporis non tam iræ suæ laxare habenas, quàm vt maturè resipiscerẽt Christiani, maximo allato terrore admonere voluit. Alijs deindè locis aliquot Christianorum expugnatis, Baiazetes Byzantium redijt.

Baiazetes Turca expugnat Metonem.

Baiazetis crudelitas.

Id temporis ferè ad Orientem tres potentissimi reges rerum potiebantur: Baiazetes Turca, Caitbeius Aegypti & Syriæ Sulthanus, & Iacuppus Persarum rex. Baiazetis erat inprimis formidanda potentia ob copias militares longè firmissimas, quas perpetuis more maiorum pace belloq́ue alebat stipendijs: sed mitiori ingenio præditus, ac philosophiæ studijs addictior, post fugatum Gemen fratrem suum, qui posteà in Europa ad Caietam perijt, pacem cum vicinis omnibus colere mâluit. Sunt qui hunc Gemen Baiazetis fratrem, Zizimum vocent, sed id imperitè, cùm Gemes de nomine Parthorum inclyti regis appellaretur. Conatus ille fuit, licet ætate minor, fratrem Baiazetẽ imperio excludere: sed victus, fugæ se mandauit, & Rhodum veniens, à Bussonio Rhodiorum Equitum magistro, præter spem in carcerem coniectus est, ac posteà Romam perductus, vbì Baiazetes quotannìs eius alendi causa quadraginta aureorum nummûm millia numerauit.

Sub hoc fermè tempus Sophus Ismaël Persarum imperium occupauit, & noua quædam in Mahometis Pseudoprophetæ turpissima superstitione opinio in cunctis Sophi huius ditionibus disseminata est. Perdomuit ille breuì Persas, Medos, Armenos, pluresq́ue alias gentes, & crebris victorijs celeberrimum toto orbe nomen obtinuit, adeò vt Iudęi, calamitosum hominum genus ob repudiatum filium Dei vnicũ & verum Messiam, stultissima opinione hunc suum putarent Messiam, atque per

Sophus Ismael Persarum Imperator fit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnem ferè Europam mirum in modum sibi gratularentur, festa celebrarent conuiuia, mutuis tum nuncijs tum muneribus sese hortarentur ad benè sperandum, quòd iam tandèm veniſſet à Deo promiſſus seruator. Sed illorum inanis spes breuì in irritum recidit, quandò Sophus ille nullam gentem perindè, atquè Iudaicam, exosam habere compertus est.

Harduellis pater Sophi Ismaëlis.

Vt autẽ Lector Sophi huius aliquanto certiorem habeat notitiam, paulo fusiùs hinc agendum est. Patrem habuit Aidarem Harduellem, qui inter Persas regulus fuit non ignobilis, ingenio verò ac moribus cumprimìs suspiciendus. Is spretis omnibus mundi huius oblectamentis, diuitijs & honoribus, tanquam veris ęrumnis & fortunæ ludibrijs, quę cęci mortales ceu vera bona & munera felicitatis humanæ impensiùs appetunt, colunt, sectãtur: vitam egit austeram, quam pleriq; omnes admirarentur potiùs, quàm se imitari posse confiderent. Itaque hac viuẽdi ratione eam excellentis virtutis opinionem adeptus est, vt eum Assimbeius Vsuncassenes (qui quondàm Armeniæ procurator, Moloanchre legitimo Persarum rege interfecto, regnũ eius occupauerat) sibi generũ adsciuerit, collocata ei in matrimonium Martha filia, quæ ex Despina Caloioannis Trapezuntini & Ponti regis filia nata, CHRISTI fidem coluit. Quòd verò Trapezuntinus Christianus rex Vsuncasseni Mahometano filiã suam despondit, licèt ea conditione, vt eam permitteret Christum colere, ideò factum est, quòd & Trapezuntinus rex & Persa Vsuncassenes, sibi ab Ottomanno Mahomete meritò timerent, cuperentq; ex hac affinitate mutua sibi comparare prędidia: quę tamen neutri quicquam contulêre, quandoquidem Mahometes tormentis æneis fretus, quorum vsum Persæ tum ignorabant, Vsuncassenem in campis Anserinis profligauit, ac deindè Trapezuntinum regem Constantinopolim perductum, in carcere necauit, tota eius ditiõe occupata. Harduellis autem Taurisij, quod est prędlarissimum Armeniæ maioris oppidum, multo habitatore frequentissimũ, nouam cœpit vulgare religionem, vel potiùs superstitionem, Mahometanam quidem illam, sed longè diuersam ab ea, quam cæteri Mahometani in Asia & Aphrica sequerentur. Volebat enim ab omnibus eos legis Mahometanæ ritus suscipi, quos Haly Mahometis interpres & socius tradidisset: neq; enim alitèr eos saluos posse fieri, cùm alij potiùs Homarim, alterum Mahometis discipulum & interpretem, prędferendum censerent. Atque hoc solo ferè diuersę superstitionis prętextu Mahometani alij alios odiosissimè persequuntur: quod iam pridèm magno poterat adiumento esse Christianis principibus ad Turcarum profligandas vires, eorumq́ue immanissimam tyrannidem à suis finibus procùl arcendam, nisì quibusdam magìs libęret mutuis conflagrare odijs & bellis inteſtinis, in summã Christianę Reip. perniciem: quod certè dolẽdum est, tametsi peccata hominum è religione Christianorum, longè etiàm deteriora merẽtur. Interea verò dum Harduellis nouam Taurisij religionem disseminat, fit ingens ex oñi Perside & Armenia ad eum visendum hominum cõcursus, non admodùm gratus Iacuppo Vsuncassenis filio, qui patri à Mahomete Ottomanno cæso, in regno succesſerat. Iam enim eius potentiam & existimationem vereri cœpit, atque ad eius religionem confluentium cœtus habere suspectos. Eam suspicionem auxit, quòd sciret patrem suum vi occupâsse Persarum regnum, metueretq́; nè Persæ ipsum regno nondùm satìs firmato exturbarent. Itaque neque sanguinis coniunctione, neque hominis innocentia permotus, regnandi libidine transuersìm actus, misit qui Harduellem nihil minùs suspicantem percuterẽt. Eo extincto, sectatores eius aut tulit è medio, aut dispulit. Porrò Ismaël filius Harduellis, qui posteà Sophus cognominatus est, eo tẽpore puer adhuc, ab illa cæde seruatus est: fugiensq́ue Iacuppum regem auunculum suum, in Hyrcaniam ad Pyrchalem parentis amicum, supra Caspium mare paucis oppidis imperantem, se contulit.

Mahometes Turca profligat Persas, & occupat Trapezuntinũ Imperium.

Mahometani in duas distracti sectas & superstitiones.

Mahometani cur se mutuo persequuntur.

Techellis

Techellis persę mores & disciplina.

Fuit prætereà quidam Harduellis discipulus Techellis, qui deindè Cuselbas, hoc est, Rubrum caput, appellatus est, magistro non inferior, Persa origine, regię stirpis cognatione clarus, doctrina ac religione valdè celebris. Is quoquè Iacuppum fugiẽs, in minorem Armeniam peruenit, atq; illic in Antitauro monte, loco ob frequentiam, varietatemq́ue pomiferarum arborum & perennes aquarum fontes admodùm salubri & amœno, ab hominum cõmercio seperatus, aliquot annis asperrimam vitam egit, contentus ijs, quę spontè humus protulisset: tandemq́ue eam famæ claritudinem adeptus est, vt diuinus vates appellaretur. Agnitus primò est à pastoribus: deindè agricolę miserati eius vitæ austeritatem, victum & res necessarias suppeditabant. Porrò cùm etiàm futura prædiceret, summa omnium admiratione in pagos & vrbes pertractus, & tantùm non ceu deus quispiam adoratus est. Iam prouinciam omnem sui fama compleuerat, publicatisq́ue nouæ legis interpretationibus, facilè credulis turbis persuasit, nisì illas complecterentur, nullam ipsis salutis spem reliquam fore. Multis ergò vanam superstitionem amplectentibus, sectatores suos omnes, pro insigni nouæ religionis, iussit turbinatum capitis tegumentum siue pileos lintea fascia, eaq́ue rubri coloris, circundare: vndè factum est, vt ij omnes qui nouum hoc doctrinæ genus sequuntur, Cuselbasæ à rubro pileorum colore, toto Oriẽte vocentur. Interìm Ismael quoquè paternos nouæ superstitionis complexus ritus, cùm iam adolescret, & sermone, vultûs elegantia, egregiaq́; tum sapientia tum animi magnitudine omnibus admirabilis videretur, maximum nomẽ & ingentes vires sibi conciliauit, non ex vulgo duntaxàt, sed permultis etiàm nobilibus ac opulentis: cumq́; etiamnùm impubes esset, diuitias, honores & imperiũ, licèt ea cõtemnere videretur, assecutus est: tanta in eo cernebatur morum integritas. Additum quoquè illi est cognomentum Sophus, quod à vetere Magorum memoria sumptum videtur, qui olìm apud Persas ipsis etiàm regibus imperâsse feruntur. Deindè verò Iacuppo Persarum rege venefica vxoris fraude sublato, cogitauit repetere paternos agros & ditionem, quę ex matris dote ipsi obtigerat. Itaq; aliquot suę sectę hominibus, cum Pyrchalis reguli coniunctis auxilijs, Armeniam ingressus, nõ tam viribus

Cuselbasæ qui dicti.

Iacuppus, Persarũ rex perit veneno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm præclara existimatione & beneuolentia breuì paternam ditionem recuperauit. Mox auctis copijs eorum, qui nouũ dogma sequebãtur, Sumachiam vrbẽ in finibus Medię sitam, vi cepit & hostiliter diripuit. Illud audax facinus ad priorem nominis eius existimationẽ permultùm adiecit: factusq; ex eius vrbis præda locupletior, exercitũ magna ex parte inermem egregiè instruxit. Iam verò Persici regni captus desiderio, Taurisium sibi petendum statuit.

Sumachia vrbs.

Taurisium Persarum regia.

Ea vrbs Persarũ regia est, nõ solùm Armeniæ superioris, in qua sita est, verùm etiàm totius Orientis numero hominũ atque opib⁹ celeberrimã, olim Terua dicta, distãs à Caspij maris littore expediti equitis itinere dierum quatuor, haud procùl ab emporio Derbento, vbi portæ ferreę Scythas ab angustijs, q̃ sunt inter montes & mare, excludũt. Ità ergò Sophus Ismaël amplissimum Persarum Imperiũ inuasit, & simul noua Mahometanę stultitię superstitio longè lateq; diuulgata est anno salutis 1499. quo Italia Gallorũ aduentu maximas adijt clades, & Veneti ad Protũ insulam cum Turcis infelicitèr dimicârũt. Vbi autem Ismaël ad Taurisiũ properauit, erat illic Aluantes Iacuppi filius, qui fratrẽ suum Moratchamũ prędio victum, ex Persarũ finib⁹ expulerat, & primores aliquot Moratchami studiosos trucidârat. Ea res & illi magnã inuidiam conflauit, & Ismaëli eius amplissimæ vrbis potiundę facilimã viam patefecit. Nam simul vt ad vrbem cũ exercitu appulit, portas illi ciues vltrò aperuerũt, Aluante in fugam sese cõijciente, quòd longè imparẽ se sentiret Ismaelis copijs, nullo præsertim ciuium fultus præsidio, de quorum fide nõ immeritò nihil sibi admodùm polliceretur. Eos autem Ismael, proposita omnibus incolumitate, in suam religionem & fidem facilè adegit. Vrbem autem ingressus, Iacuppi regis auunculi sui sepulcrum eximij operis euertit, ossibusq; disiectis, omnem eius memoriã prorsùs aboleuit, vt paternam cædem vlciscereturInterim certus ad eũ perfertur rumor, Aluãtem cõciliato sibi fratre Moratchamo, cum maximo equitũ & peditũ exercitu aduentare. Eo nuncio nihil territus Ismaël, suos incredibili celeritate ducit hostib⁹ obuiàm, imparatumq; Aluantẽ mira felicitate oppressit, ipso Aluante, cùm acriùs pugnaret, obtruncato. Eo cæso, equites cataphracti & sagittarij cęteriq̃ postremi agminis milites, fuga dilapsi sunt.

Aluantes ab Ismaële cæditur.

Aliquot aũt diebus eo in loco à labore recreatis militibus, deindè Scyras vrbẽ cum exercitu profectus est. Iam em̃ finitimi populi in illius se potestate fore dictitabãt. Ab ea ciuitate maximis honoribus affectus, sæpè ad populum cõcionabatur de noua religione suscipienda, additis etiàm minis, si quis intra diem tricesimum pristinos ritus neutiquàm repudiâsset. Quamobrem oñes ferè in illius sententiã breui cõcesserẽ. Est aũt Scyras vrbs opulẽtissima atq; clarissima, ex cuius diuitijs militi persoluit stipendium, omnesq; copias suas militariter instruxit & egregiè ornauit. Erant tum illic officinę frequentes, omnis generis armorũ pleniss̃imę: quę sanè mirabili ĩgenio artifices ex ferro chalybeq; recoctis, & ex herbarũ succis addita insigni temperatura, longè elegãtiùs, quàm apud nos id fiat, fabricare

Scyras insignis vrbs describitur.

care cõsueuerunt: nec galeas tantùm, thoraces & ocreas, sed equorũ etiàm perpetua ex tenuissimis laminis tegumenta. Post Scyras vrbẽ facilè quoque Sapha, quę Susa olim fuisse putatur: & Sulthania, vbi admirabiles cernuntur ingentium ędificiorum reliquię, in eius fidem cõcessit. Indè Mesopotamiã magno populorum studio in deditionem accepit, Moratchamo Iacuppi filio & Aluantis fratre, in Arabiã cum vxorib⁹ ac liberis oñib; supellectile aufugiente. Indè ab Assyria in Mediã transcendit, regressusq; in Armeniã, Albanis, Iberis & Scythis, q̃ vlteriorẽ Caspij maris orã tenẽt, bellum fecit, quòd solita tributa iam quadriennio minimè persoluissent.

Sapha, olim Susa.

Dum hęc Ismael Sophus prosperrimis rerum successibus in Persidis Imperio gerit, Techellis Cuselbas, cuius paulò suprà meminimus, Armeniam & minoris Asię partem non minimam noua religione compleuit: multisque eius sectę hominibus arma capessere iussis, Turcarum ditiones audacter inuasit. Iam enim passim cernebantur homines nouæ superstitionis cupidi, (vt est mortalium genus nõ sua natura, quę à Deo benè cõdita est, sed deprauato animi iudicio in res nouas, quanlibèt alioquì pernicios̃as, auidum) qui pro symbolo rubris pileis vterentur. Cùm autem non omninò suppeterent sumptus bello gerendo necessarij, eorum facultates suis diripiendas permisit, qui nollẽt nouum dogma cõplecti. Indè è Cappadocię finibus in Lycaonię vberem regionem profecti sunt, vbi diù sese aluerũt, freti eius loci copijs. Multi autem eius regionis accolę cum rebus suis Iconium perfugerunt. Proponebat Techellis prędia omnibus, qui ad ipsius religionem accederẽt, & dira minabatur refractarijs: quo factum est, vt plurimi illi se adiungerent. Iam autẽ Turcę rei indignitate permoti, ad arma se parabant, & eccè opportunè ab Ismaële equites missi superuenêre, qui etiàm Techellim iam anteà per legatos hortatus erat, vt nouę ꝑpagandę doctrinæ omnem nauaret operam, vi etiàm adhibita, suamque illi opem & auxilia pollicitus fuerat. Faciebat hęc Ismael odio in Turcam Baiazetem, cuius oppugnandi iam animo consilium volutabat. Misit etiàm legatos Venetias, petens ab illis inter alia artifices, qui ænea tormenta conflarent. Veneti eos legatos humaniter exceperunt, sed omnibus eius votis, quòd cum Baiazete quinquennij inducias pacti essent, satisfacere non potuerunt: quanquàm pręter hoc etiàm bellis grauibus impliciti tenerentur. Legatos autem muneribus affectos, honorificè à se dimiserunt: sed vbi Baiazetes cõperit, eos per Syriam in Persidem reuertisse, grauiter apud Aegypti Sulthanum ea de re questus est: vndè accidit, vt mercatores Veneti, qui Tripoli, Alepi, Beryti atq; Alexandriæ agebant, à Campsone in catenas coniecti, vix post annũ, multas à sæuissimis Mamaluchis perpessi cõtumelias, vitam & libertatem impetrârint. Techellis verò auxilijs Ismaëlis fretus, Orcanẽ & Mahometẽ Baiazetis nepotes, cũ exercitu ipsi occurrentes, egregiè profligauit: nec ab Iconij nobilissimæ vrbis oppugnatione abstinuisset, si tormenta bellica fuissent ad manum. Multos verò ijs in locis in suam traduxit sectam. Indè per Galatiam in Bithyniam infesto agmine contendens, Bellerbechum, id est, totius Asiatici equita-

Techellis prosperi successus.

Ismaël Sophus mittit legatos Venetias.

Veneti ab Aegypti Sulthano malè accipiũtur.

Iconium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tûs magistrum, opportuna circunuẽtum celeritate fortissimè debellauit, multis ex eius exercitu fusis, reliquis in fugam coniectis. Mox Cutheiam vrbem summa vi & incredibili suorũ ardore ac impetu expugnauit, magna Turcarum strage edita, & ipso quoquè cum vxoribus capto Bellerbecho, qui ex fuga cò se cõtulerat, & diù fortissimè propugnando vrbem defenderat. Ea vrbs in Asia minori medium ferè locum obtinet, Anatoliæque magistri equitum, quem Bellerbechum vocant, sedes est, sicut in Europa alterius Bellerbechi Sophia Mœsiæ vrbs. Eius oppidi spolijs ornato & instructo exercitu, iam Prusiam Bithyniæ caput oppugnare instituerat. verùm Baiazetes ingentes ex Europa copias, duce Halybassa Macedone, in Asiam misit, quorum aduentum Techellis sibi minimè expectandum ratus, è Ponto excessit, collecta precioſiore præda. Eum Halybassa magnis itineribus insequitur, & post dies aliquot in planis Galatiæ locis è nouissimo agmine fessos aliquot cepit & interfecit. Tum verò Techellis Bellerbechum, quem vinctum trahebat, media in via palo infixit. Eius clarissimi apud Turcas viri horrendo interitu licèt Halybassa permoueretur, non tamen destitit celerrimè abeuntes persequi. Cùm autem nulla contentione eos posset assequi, relictis peditibus, octo millia equitum intentissimo cursu vnà secum iubet fugiẽtium vestigijs insistere. Tandèm ad Olygam montẽ vbi ventum est, nouissimum agmen acri prælio perturbare cœpit. At Techellis non se deserit, licèt suos multo itineris labore penè exanimatos non ignoraret, acieque egregiè instructa, Turcarum impetus fortiter sustinet. Verùm à sclopetarijs equitibus permulti è Techellis copijs fusi sunt, ac nihilo minùs Techellis redintegrata acie ex optimè armatis, eaque à nouissimo agmine in frontem ducta, suos in tutiora loca fortiter pugnando sese iussit recipere. Id conspicatus Halybassa, cùm semèl atque iterùm per medios hostes cum globo equitum perrumpere non dubitaret, interceptus à Techellinis interficitur. Eius cæde perterriti Turcæ, primò remissiùs agere, mox fuga sibi consulere. Techellis cum suis primò ad Tasciam se recipit, quò Iunusbassa quoquè cum quadraginta turcarum equitum & peditum millibus peruenit, multisque illic leuibus prælijs certatum est, donèc Techellis se tantis copijs imparem cernens, superatis clàm montibus, in minorem Armeniam descendit. Post eius inopinatum discessum Iunusbassa per omnem Asiam minorem diligentissimè perscrutatur Persicæ religionis cultores, inuentosque omnibus tormentis excruciatos interficit: qui verò bello non interfuissent, ijs frontem inussit, omnesq; in Europam secum traduxit. Techellis porrò ad Ismaelem, in finibus Scytharum bellum gerentem, confugit. Ità in illa quoquè impurissima & dementissima Mahometis superstitione, maximo Christianę Reip. cõmodo, hac tempestate exitiales extitêre dissensiões, & odia ac simultates inexpiabiles, dum alij Homarim, alij Halyn Mahometis interpretes & discipulos sequi mâlũt. Et nisi ea rerũ perturbatio apud Mahometanos incidisset, Baiazetes Turcarũ rex Venetis & Hũgaris admodùm sæuus & atrox hostis incubuisset. Verùm prę-

potens

Cutheia capitur à Techelle.

Halybassa interficitur.

Turcæ sequuntur in Persicæ religionis cultores.

potens Deus etsi hominũ flagitijs iurè irascitur, non tamen iustas semper reposcit pœnas: sed iudicij austeritatem ineffabilis misericordiæ clemẽtia temperat, vt sit locus veniæ omnibus volẽtibus redire ad sanitatem. Dum ergò sic Mahometani nouæ religionis prętextu atrocissimè inter se digladiantur, Baiazetes propensiori animo cum Venetis pacem fecit, atque ab Europa sæui pectoris immanitatem reuocans, in Asiam totus incubuit, vt à Persis illatas iniurias egregiè vlciscereturt.

Alberici Vespucij nauigatio.

ANno 1501. die 10. Maij, Albericus Vespucius à potentissimo Lusitaniæ rege missus est exploratum nouas regiones. Itaq; tribus Lusitani vecti liburnicis, ad Aethiopiæ promontorium, quod iam Caput viride vocant, appulerũt: indè soluentes, & versùs polum antarcticum longissima nauigatione cursum tenentes, venerunt ad insulam quãdam, multis horrendis in itinere iactati tempestatibus, vbi mense Iunio hyems est, & paria diei noctisq; spatia. Tandèm 17. Augusti ad terrã quandam peruenerunt, cuius incolę beluas immanitate vincerent. Regio ipsa amœnitatis & elegantiæ permultum habere videbatur, sitaque est extra lineam æquinoctialem versùs Austrum quinque gradibus. Cernebantur autem in montis cuiusdam vertice homines nudi, sed qui ad Lusitanos licèt multùm amanter inuitati, descendere non auderent. Attamen paulò pòst altera luce, sumpta fidutia, fumos & ignes passim excitârunt, vt Lusitanos è nauibus ad se elicerent. Egressis verò Lusitanis, nõ se volebãt, propiùs adiungere, sed vt longiùs in terram progrederentur, eos inuitârunt. Quod cùm periculosum videretur, duo audaciores multis precibus à nauium prefecto tandèm copiam impetrârunt in insulam penitiùs intrãdi, sed ea conditione, vt post quintum diem ad naues redirent. Interìm octiduum Lusitanis expectantibus, illi nusquàm conspiciebantur, sed in dies alij atque alij ex ea insula ad littus frequentes accedebant, non tamen cum Lusitanis colloqa miscere voluerũt. Septima die Lusitani in terrã egressi, vident viros secũ vxores suas adduxisse, quas etiàm Lusitanos colloquẽdi causa propiùs adire iusserunt. Verùm fœminis trepidantibus, iuuenẽ validum Lusitani ad eas mittunt, & vt nihil mali suspicarentur, ipsi in naues se recipiunt. Vbi ad eas iuuenis venit, circunstãt illũ admirabundæ oẽs, contrectantq; curiosiùs: atq; eccè interìm de mõte sequissima descẽdit mulier, vallum plongum manu gestãs. Quę cùm ad locum, vbi iuuenis erat, pueniſſet, valido ictu incautũ, pternit & occidit, eũq; mox reliquę fœminę pedes in mõtem pertrahunt. At viri barbari è monte decurrunt impetu ad littus, & iacula ex arcubus certatim in naues vibrant. Lusitani verò diſplosis quatuor tormentis, repentè eos in fugam nimio terrore correptos cõpellunt. Porrò crudelissimę mulieres, inspectantibus Lusitanis, iuuenem cęsum in frusta secant, ad ignẽ torrent, & assum immaniter deuorant. Viri autem signis quibusdam ostendebant, eum in modum alios duos Lusitanos se quoq; deuorâsse. Acriter ea res stimulabat Lusitanorum animos, & libenter eam fuissent vlti iniuriã, sed præfectus nõ permisit, hauddubiè peiora veritus, si pauci cum multis congrederentur. Indè ergò abeuntes,

Hyems mẽse Iunio.

Barbari Lusitanum iuuenem torrent ad ignẽ & comedũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

longiùs nauigârunt,& multa admiratione digna longissimis illis itineribus cõspexerunt:iamq; stellarum, quæ circa polum antarcticum sunt, cõspectu fruebantur, quæ multo & plures & illustriores sunt, quàm poli arctici. Denique tam diù nauigârunt, vt polus antarcticus iam ipsis supra horizõtem illum quinquagintaduobus gradibus fuerit eleuatus, & neq; minoris neq; maioris vrsæ stellæ sub adspectum caderent. Et noctes quidem Aprilis septima die, sole circa arietis extrema versante, quindecim horarũ fuisse cõpertæ sunt, hyemsq; ea loca obtinuit. Longum esset omnia narrando prosequi, quæ multiplici nauigatione tum Vespucij, tum aliorũ in illis incognitis nostro orbi regionibus explorata sunt: sed hoc nomine præcipuè laudes & grates agendæ sunt præpotẽti Deo, vt iam antè dixi, quòd innumeræ gentes dæmonum cultrices, opera Hispanię & Lusitanię regũ, intra nõ multos annos ad Christi religionẽ traductę, iam viuũ & verũ colunt Deũ, relictis ter execrandis dæmonũ simulacris, quibus miseri ab omni vera luce, prsùs alieni, hactenùs diuinos impenderãt cultus & honores.

In Aprili noctes septendecim horarum.

Inter Hispaniam & Canarias insulas inuẽta est à Lusitanis Medera insula, syluestris illa quidem & prorsùs inculta, sed soli fertilissimi. Quod vbi Lusitani aduerterunt, vt apta esset sementi & habitationi, syluas densissimas multo igni concremârũt, qui interdùm adeò grassatus est, vt plerique vix flammas euadere potuerint. Habitatur iam frequens à Lusitanis, qui extructis ædibus cultissimam eam reddiderũt. Est fontibus irrigua, & amnibus multis conspicua. Gignit & alit perdices, columbas syluestres, pauones, apros feros, & multa alia diuersorum generum animantia, quæ etiàm priùs quàm homines eam occuparent, ibi sua collocârunt domicilia. Sunt ibi arbores insignes, cedro vel cupressis nõ absimiles, quas scindunt molis serratilibus ad flumina collocatis, vndè multa præclara fiunt opera in varios vsus. Arborum color ruber est & boni odoris. Iussu regis Lusitaniæ plantatæ sunt ibi cannæ saccarum ferentes, non solùm copia insigni, sed etiàm mira præstantia, Est enim eius regionis ea ferè habitudo vel qualitas, quę Cypri & Sicilię. Sunt etiàm eò importatę vites ex Creta insula, quæ botros & magnos & multos, atque etiàm vina præclara vbertìm proferunt. Visuntur illic botri atro colore.

Medera insula.

Hoc anno cruces sanguinolentæ virorum ac mulierum vestibus passìm in Germania inciderunt. Videtur præsignificâsse pestem sęuissimam, quę proximo anno secuta est. Solet plerunq; Deus pro sua bonitate eiusmodi terroribus admonere homines, vt se corrigant, & impendentem eius iram à se auertant.

Eodem anno facultas Theologica Academiæ Moguntinæ, imitata synodi Basileensis decretũ, itemq; Parisiẽses & Colonienses Theologos, omninò decreuit & statuit sentiendum, beatissimã Dei genitricem semperque virginem Mariam, quam ex omni æternitate sibi matrem delegit filius DEI, sinè labe originalis peccati conceptam, idque singulari quodã priuilegio. Non hìc necesse est anxiè perquirere, quid hinc scriptum reliquerint prisci illi Ecclesiæ doctores, qui certè de hac Virgine singulari reuerenter & honorificè scripsêre. Augustinus ipse, cuius summa est auctoritas, capite 36 Libri de natura & gratia, ob vnigenitũ Dei filium ex ea natum, nullam prorsùs de ipsa vult haberi quæstionem, cùm de peccatis agitur. An non ille sensit singulare priuilegium illi virgini concessum, quam non est ausus vlli peccato fateri obnoxiam? Contendant hîc alij quantùm volent: certè qui Deum timent, non facilè ausi erunt in diuersum pertinacem ferre sententiam. Alioquì si communibus illa cęterorum mortaliũ legibus subiecta fuit, cur non etiàm cum dolore & virginitatis iniuria peperit? Dictum est Euæ, & in ea fœminis omnibus, In dolore paries filios. Genes. 3. At virgo Maria incredibili & prorsùs inaudito miraculo virgo concepit, non ab homine, sed de Spiritu sancto, & virgo peperit, in cõceptu expers concupiscentiæ, in partu, doloris. Qui ergò eam sic sibi voluit esse matrẽ, vt non ab homine, sed de Spiritu sancto conciperet: is proculdubiò talem quoquè eam esse voluit, quæ ab omni peccato purissima, digna esset & cõcipere & parere ipsum filium DEI. Non enim habitabit sapientia, vt in Sapient. 1. Sapientiæ libro scriptum legimus, in corpore subdito peccatis. Et tamen ipsa Dei æterna sapientia nouem mensibus habitauit in huius sacratissimę virginis castissimis visceribus. His ergò atque alijs rationibus permota facultas Theologica Moguntinæ Vniuersitatis, grauiter sanciuit deincèps neminem in ea Academia promoueri debere in sacra Theologia, nisi iuramento interposito priùs fidem dederit, se diuersam opinionem neque animo retenturum, neque quouis modo approbaturum. Scio nõ deesse hodieq;, qui difficilè adduci possint, vt huic pijssimę sententię subscribãt, licèt multi doctissimi viri grauissimis argumentis eam adstruxerint & cõfirmârint: verùm Concilium Tridentinum sub Paulo 3. Pontifice inchoatum, & tandèm sub Pio 4. absolutum, (multis enim modis satanas eius Concilij tum inchoationem, tum prosecutionem sæpè impedire conatus est) statuit obseruandas esse de matris Dei conceptione cõstitutiones Sixti 4. qui Pontifex admodùm fauit opinioni de immaculata eiusdẽ sacratissimæ virginis cõceptione. In eo autẽ Tridentino Concilio fuêre supra 280. episcopi, & multi excellenti & incõparabili doctrina viri, adeò vt etiàm sectarij, quãtunuis laxa proposita fide publica, nõ tñ ausi fuerint eò accedere, eo pręsertim tẽpore, quo sub Pio 4. excellẽtissimę doctrinæ viros catholicos ibi fuisse cõstat. qui ergò extra Christianę modestiæ cancellos nõ vult temerè efferri, & tum sibi, tum alijs malè cõsulere, acquiescat in ecclesiæ sentẽtia, & matris Dei singulari priuilegio nihil deroget, nè, dum matri iniurius est, ppotentis filij eius irã intolerabilẽ in suas accersat ceruices.

Eo ipso anno Italus quidã in Gallias venit, qui immodica captus animi arrogantia, Mercurium se diceret, cùm alioquì proprio nomine Iohãnes vocaretur: Tyanei quoquè Apollonij, quem alij Philosophum, alij magum vocant, se sectatorem iactitaret, rerum omnium, pręsertim arcanarum, se vnũ callentissimũ gloriabundus assereret, adeoq; prę se veteres philosophos atq; theologos penè omnes cõtemneret. Vxorẽ & liberos, vnaq; seruos & ancillas circunduxit. Nudis pedibus cum tota familia ingredie-

Mercurius nostrę ætatis commẽtitius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

grediebatur,tum ipſe,tum ſui omnes non nisi lineis induti, etiàm catenã ferream ad collũ geſtabant,inſtàr Tyanei Apollonij,cuius vitã ſcribit Philoſtratus,& ante hũc Damis,Apollonij ipſius peregrinationis comes.Lugduni aliquãdiù moratus,& in precio habitus, Ludouico Galliarum regi ſe natũ ad res ſummas prędicabat. Porrò rex hominẽ miratus, doctos viros,præſertim medicę facultatis,de hominis quã iactabat, prodigioſa ſciẽtia & inuſitata rerum cognitione periculum facere iubet. Multas ergò illi quęſtiões de rebus varijs mouent,& vſq; ad ſtuporem prõpta ab eo reſpõſa referũt,præcipuè in rebus medicis,quãquàm ſcire nõ poſſent,vndè hęc illi ſuppeterent,cùm eſſet alioquì ſine literis.Reuerſi igitur ad regem,rem omnem ordine exponunt cum multa admiratione.Idem verò Mercurius regi enſem donauit,mira arte fabrefactum,& 180. gladiolis ſtipatũ:itemq; clypeum,in quo ſpeculum inerat affabrè elaboratum, cui neſcio quid latentis energię ineſſe dictitabat.Quò verò tãdèm euaſerit,aut quem habuerit vitæ exitum,nõ ſatìs compertum habetur.Eiuſmodi ſanè iactantia & oſtentatio nõ admodùm decent Chriſtianum philoſophum, quãdò ipſe quoquè ethnicus philoſophus Cicero ſapientiſſimè admonet,vt quanto maiores ſumus,tanto ſummiſſiùs nos geramus,quod diuinæ literæ paulò alijs verbis,ſed eadem omninò ſententia exprimunt in Eccleſiaſtico: Quantò magnus es,humilia te in omnibus.

Eſt in precio apud Gallię regẽ.

Eccl'3.

Per idem tempus quidam Ioannes ab Elt, aliquot equitum & peditum turma ſtipatus,clara luce,nullo repugnante,Budobrigam(vulgò Boppardiam vocant)regale oppidum,Eccleſiæ Treuirenſi iampridèm oppignoratum inuaſit,excluſiſq; oñibus,qui Epiſcopi Treuerici partes ſequerẽt, caſtellum,telonium & æs omne occupauit,turribus præſidio è ſuis impoſito.Henricus 7. Imperator certa accepta pecunia ab Archiepiſcopo Treuirenſi,id oppidum pignoris loco illi tradiderat. Ab annis trecentis non rarò leguntur Imperatores quidam vrbes ab Imperio alienâſſe,difficulter verò redemiſſe:vndè accidit,vt multa Imperij loca à principibus ciuilibus & Eccleſiaſticis occupentur,vt quidam ſcriptum reliquêre.

Boppardia occupatur.

Boppardia quando oppignorata Epiſcopo Treuirenſi.

Hoc anuo dira fames ob frumenti inopiam totã Sueuiam peruaſit,ſed eam Argentoratẽſes frumẽto,quod in magna copia recõditum habebãt, nõ auarè quidem,vt apud pleroſq; hodiè in more poſitũ videmus,ſed cõmodo precio diſtracto leuârũt. Ea hominum charitas,licèt maximè ſit ſecundùm naturam,iuuare naturæ cõſortem,iam rara eſt in terris. Nec mirum eſt, Argentorati magnam fuiſſe frumenti copiam, quandoquidẽ ea Alſatiæ regio præcellentis vini & multi frumenti perquàm fertilis eſt,vt nõ indigenis dũtaxàt,ſed multis etiàm vicinis & exteris vinum & frumẽtum affatìm ſuppeditet:nec facilè in Rheni tractu vlla alia regio, quòd ad fertilitatem attinet,ei comparari poſſit,tametſi in latum à Rheno vſq; ad montana,non nisi tria plùs minùs Germanica milliaria obtinet.

Multi illic fluuij è mõte Voſago in Rhenum prouoluuntur.Sanè non deſunt qui ſcribant,nec ij quidem cõtemnendi authores,tota Germania nullã extare regionẽ, quæ omnibus prouentibus Alſatię cõparari queat.

Voſego

Sunt

Sunt in ea 46.ciuitates & oppidula, omnia muris cincta, arces quinquaginta,& villæ propè innumeræ.Verùm hęc fortaſsis nõ ſatìs ad inſtitutũ.

Hac tempeſtate Baſilea à Maximiliani Cęſaris & Imperij obedientia ſe ſubduxit,percuſſo fœdere cum Heluetijs, qui nullius párent imperio. Baſileenſium defectionem imitati Scaffhuſiani, Heluetijs itidèm fœderati ſunt. Literę huius fœderis apud Lucernenſes feruntur confectæ, & vtrinquè datæ & acceptæ.Eſt Baſilea vrbs inclyta Germaniæ, quam Ammianus Marcellinus Gratiani & Valentiniani Imperatorum temporibus iam fuiſſe ſcribit. Alluitur Rheno ampliſſimo flumine,qui mediã fermè interfluit,ſed ponte conſtratus, vtrinquè habet iter peruium.Eſt ager vini frumentiq; ferax & intra & extra vrbis mœnia. Pius Pontifex eius nominis ſecundus,Gymnaſium ampliſſimis ornatum & auctum priuilegijs illic condidit.Habet autem citra & vltra Rhenum geminam ciuitatem, alteram maiorem,alteram minorem Baſileam:eſtque ea vrbs inprimìs inſignis & egregia, nisì quòd hac ętate colunt eius loci incolę dogma Zuinglianum,quod Catholica Chriſti Eccleſia iam olìm in Berẽgario damnauit.Dolendũ eſt,in ſortiſſima gente tantum potuiſſe noua dogmata, quę Germaniam magna ex parte perdiderũt,vt ſuis dicemus locis. Scaffhuſia quoquè ad Rhenum ſita,locum occupat & amœnum & commodũ atq; fœcũdum.Non longè ab hac vrbe Rhenus fluuius altitudine quadraginta aut quinquaginta cubitorum ruit pręceps in imum, ità vt aqua omnis in ſpumam & nebulam reſoluatur.Eſt id ſanè adſpectu horrendum.Scafhuſiani quidem initiò ad certum tempus cum Heluetijs fœdus percuſſerunt,at poſteà id abijt in fœdus ſempiternum. In eo oppido Eberhardus comes è Sueuia,opulentum conſtruxit monaſterium,quod Germanicè à nauium traiectu dictum eſt Schiffhuſen, tanquàm nauium domus, vt quidam vetuſtus codex probat.Maximis illud cœnobium impendijs exędificatum fuit,multis eò allatis ingẽtibus columnis lapideis, è quibus etiamnum 12.in templo viſuntur,ſingulæ altæ pedes ſeptẽdecim, in complexu obtinentes pedes nouem.Conſecrauit autem hoc monaſteriũ Leo Pontifex Romanus,eius nominis IX.cognatus antedicti comitis Eberhardi, anno ſalutis 1052.cuius quidem Pontificis fuit ſancta & inculpata vita, & eruditio haud vulgaris,vt eius ſcripta teſtantur.

Baſilea deficit ab Imperio.

Baſilea vrbs deſcribitur.

Schaffhuſia vrbs.

Schiffhuſen monaſteriũ.

Huius anni menſe Nouembri Philippus archidux Auſtrię,Maximiliani Cęſaris filius,cum Iohanna coniuge ſua,Ferdinandi regis Hiſpaniarũ filia,amicitia cum Gallis cõciliata,per Franciam in Hiſpaniam proficiſcitur,& vbiquè,præſertim verò Pariſijs,honorificentiſſimè accipitur.

Hoc etiàm anno Alexander Pontifex,eius nominis ſextus,cùm percepiſſet Ruthenos & alios quoſdam in Lituania græcorum ritum cõplexos, cupere ad Romanę Eccleſię conſuetudinem & religionem ſe adiungere, ſed interìm non deeſſe qui dicerent,eos neceſſariò rebaptizari oportere, propterea quòd more græcorum in tertia perſona baptizati eſſent,ſcripſit ad illos ex decreto concilij Florentini, ſub Eugenio 4. celebrati,in quo Græci atque Armeni cum Romana Eccleſia in concordiam redière,

Alexander VI.ſcribit Ruthenis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dière, reuerà baptiſmum conferri, etiàm cùm in perſona tertia ſic dicitur, Baptizetur talis ſeruus Ieſu Chriſti, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti: quanq; in Latina Eccleſia non debet mutari vetus verborum forma, quę eſt, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti, Amen.

Rutheni vel Moſcouitę.

Et quia hoc loco in Ruthenorum mentionem incidimus, operęprecium fuerit de ea gente paulò copioſiùs agere, vt Lector eius aliquã habeat notionem. Obtinet ea gens ampliſſimas regiones, & plerũquè hodiè vel Moſcouitæ, vel Rutheni aut Ruſſi appellantur. Vtuntur autem lingua Sclauonica, qua hodiè nulla ferè eſt latior & diffuſior, quippe qua Dalmatæ, Boſnenſes, Croatę, Iſtrij, Carni, Carniolani, Carinthij, Stirij, Mœſij, Seruij, Bulgari, alijque Conſtantinopolim vſque, Boëmi, Luſatij, Sileſij, Moraui, Poloni, Rutheni, Circaſi, Quinquemõtani ad Pontum, & Vandalorum reliquiæ vltra Albim per Germaniam in Septentrionẽ ſparsìm habitantes, vtuntur. Incertum eſt, quis initiò apud illos rerum potitus ſit, quòd characteres non habuerint, quibus res ſuas ſcripto conſignatas ad poſterorum notitiam tranſmitterent. Cœperunt autem Annales cõſcribere tum primùm, cùm Michaël rex Conſtantinopolitanus literas Sclauonicas in Bulgariam miſit. Inter alios Igor quidam apud illos Imperio potítus, Olham ex Pleſcouia duxit vxorẽ. Is cum exercitu ſuo Heracleam & Nicomediam vſq; progreſſus, ſed in fugam actus, à Malditto Dreuulianorum principe cæſus eſt, relicto infante filio Suuatoſlao, cuius mater Olha viri ſui necem grauiſſimè vlta, multis Dreuulianorum millibus interemptis, atque omnibus eorum caſtris occupatis, in Græciam profecta eſt, & illic ſacrum baptiſma percepit ſub rege Iohanne Conſtantinopolitano, anno mundi 6463. (Sic enim Annales eorum habent: ſolent aũt Ruſſi non à Chriſto nato, ſed ab orbe condito numerare) Porrò nomen Olhæ, in Helenæ mutatum eſt. Atque hæc in ea gente Ruthenica fidem CHRISTI complexa eſt, iuxta Annales iam dictos. Eam, poſtquàm inter viuos eſſe deſtitit, nepos eius ex filio Vuolodimer⁹ iam baptizatus, in diuorum numerum retulit, & Iulij dies vndecimus ei ſacer dicitur. Atquì ea filium ſuum Suuatoſlaum ad baptiſmum inducere non potuit, qui poſt matrem imperio potítus, deuicit Bulgaros, ad Danubiũ vſq; progreſſus. Intulit etiàm bellum Baſilio & Conſtantino regibus Conſtantinopolitanis, eosq; profligauit. Cùm autẽ Græciam vaſtanti, reliqui Gręciæ principes aurum obtuliſſent, contempſit, & veſtes atque arma potiùs accepit. Eum anno mũdi 6480. Cures princeps Pieczenigorum ex inſidijs interfecit, atque ex cranio eius poculum fecit, cui auro circundato inſcripſit, *Dum aliena ſectatur, perdit ſua.* Habebat autem tres filios, inter quos ditionẽ ſuam diuiſerat adhuc viuens: nempe, Ieropolchum, Olegam, & Vuolodimerum. Ex ijs Ieropolchus Olegam fratrem ſuum occídit, ſed non diù pòſt ipſe quoquè fraude cuiuſdam intimi conſiliarij ſui, in manus fratris ſui Vuolodimeri traditus, interfectus eſt: atque ità totius Ruſſiæ imperiũ ad Vuolodimerũ peruenit, qui tum multa colebat idola, multas quoquè habuit vxores, & octingentas concubinas. Cùm autem ex omnibus ſectis Chri-

Sclauonica lingua latiſſima.

Igor Moſcouitarum princeps.

Apud Moſcouitas quãdò cœperit religio Chriſtiana.

Vuolodimerus princeps Moſcouitarum.

Chriſtiana religio illi præcipuè arrideret, miſit ad Baſilium & Conſtantinum reges Conſtantinopolitanos, petens Annam ſororem eorum coniugem ſibi dari: quod ſi facerent, pollicetur ſe cum tota gente ſua Chriſtianum futurum, & ablata in Græcia reſtituturũ. Contrahitur matrimoniũ. Vuolodimerus in Corſon baptizatur, & dicitur Baſilius, nuptiæq́ue celebrantur. Acta ſunt hæc anno mundi 6469. à quo tempore Ruſſia permãſit in fide Chriſti. Hunc Vuolodimerũ, à quo Vuolodimeria inter Vuollã & Occam fluuios vrbs condita eſt, inter diuos tãquàm Apoſtolum, 15. Iunij die Ruſſi colunt. Eius ſucceſſores vſque ad Georgium & Baſiliũ nihil ferè memorabile geſſerunt. Porrò Georgium & Baſilium Bati rex Tartarorum, qui Chriſtianorum ditiones horrẽdum in modum populatus eſt, bello ſuperatos neci dedit, & bonam Ruſſiæ partem, abacta pręda, ferro & igni vaſtauit. Ex eo tempore, anno ſcilicet mundi 6745. vſque ad Baſilium qui ante paucos annos Ruthenis imperauit, omnes ferè Ruſſi principes tributum Tartaris perſoluerunt. Cùm autem Bati rex Tartarorum, euaſtatis Chriſtianorum ditiõibus, magno tota Europa terrore relicto, cum ſuis in Scythiam reuertiſſet, Innocẽtius eius nominis 4. Romanus pontifex, ex concilio Lugdunenſi aliquãmultos religioſos viros anno ſalutis 1246. longiſſimo itinere miſit ad Tartarorum Imperatorem, qui eum hortarentur vnum viuum & verum deum, & eius vnicum filiũ mundi ſeruatorem Ieſum Chriſtum colere, & à Chriſtianorum fundẽdo ſanguine animum reuocare. Vbì Tartarus Põtificis preces audiuit, pollicitus eſt ſe quinquẽnij ſpatio Chriſtianorum ditiones minimè vexaturum. Verùm vbì pontificis legati diſceſſerant, Saracenorum legati adſunt: hortantur Tartaros, vt Mahometis ſectam, tanquàm plauſibiliorem & voluptariam, potiùs complectantur, quàm Chriſtianorum religionem ocioſam. Placuit verò eorũ oratio Tartaris, & in primis ipſi Bati Imperatori, & ità illi tunc impuriſſimam Mahometis ſuperſtitionem receperunt, quam hodieque retinent. Sed vt ad Ruthenos reuertamur, poſtquàm Bati Tartarus Ruſſiam ſibi fecit tributariam, multis annis magna apud Ruthenos Tartarorum fuit authoritas, qua etiàm freti Rutheni principes plerunquè obtinebant principatus, aut alios etiàm conſanguineos profligabant, & multa fuit rerum apud Ruthenos confuſio, dum alij alios ſuperare contendunt, donèc ventum eſt ad Iohannem Baſilium, qui fuit Baſilij Cæci (orbatus enim luminibus fuit iuſſu Demetrij cuiuſdam principis Moſcouitarum) filius. Is autem Iohannes Baſilius fortunatiſſimus fuit. Nam & magnum ducatũ Tuereſi occupauit, & Nouogardiam magnam (quæ eſt vrbs ampliſſima, in circuitu obtinẽs, vt quidam ſcribunt, ſeptem milliaria Germanica) cepit, vndè ſupra trecentos currus auro, argento & vnionibus onuſtos, Moſcouiam abſportauit anno Domini plùs minùs 1479. Ferũtur in ea vrbe eſſe ſeptem monaſteria ordinis D. Baſilij Magni, in quibus ingens eſt copia monachorum: innumera quoquè ſacrarum ædium multitudo illic eſſe legitur. In ſolſtitio æſtiuali habet vrbs eadem lõgiſſimum diem pluſquàm octodecim horarum. Dictus Iohannes Baſilius, ſeptem perpetuos annos

Innocẽtius pontifex 4. mittit legatos ad Tartaros.

Tartari fiũt Mahometani.

Ruſſia tributa pendit Tartaris.

Nouogardia.

Ruſſia fit Chriſtiana.

Bati rex Tartarorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

graui eam obsidione pressit,ac tandèm in potestatem ac miserrimam seruitutem redacta, Archiepiscopum & ditiores ac potentiores quosq; Moscouiam transtulit,atque è suis subditis in illorum possessiones ceu nouas colonias remisit. Ex ijs autem possessionibus præter communes reditus, maximum quotannis vectigal in eius fiscum infertur. Porrò in Archiepiscopi locum quendam instituit episcopum, cui exiguam eius Archiepiscopatûs prouentuum portionem attribuit. Postquàm autem Moscouitę eò translati sunt, vnà etiàm suos errores eò inuexerunt. Habuit verò iste Iohannes Basilius ex Sophia Emanuelis regis Constantinopolitani filia Helenam filiam, quæ nupsit Alexandro Lituaniæ magno Duci, eidemq; posteà regi Poloniæ declarato. Sperabantur hæ nuptiæ vtriusque partis dissensiones & acerbitates omes è medio sublaturæ: sed cùm Polonus negligentiùs prestaret quiddam, quod se facturum receperat, Iohannes Basilius bellum ei facit, & prælio commisso victor euadit, capto Constãtino regis Poloni duce egregio cum plerisque nobilibus, multisq; occupatis arcibus & prouincijs ditionis Lituanicæ. Porrò Constantinus, oblata occasione, è Moscouia ad Alexandrum profugit, licèt à Moscouita libertate donatus esset ea conditione, vt relicto Alexandro, ipsi seruiret. Idem autẽ Constantinus posteà magnam dedit Moscouitarum stragem, vt suo loco dicetur. Quanuis autem huius Ioannis Basilij magna fuerit potentia, magnęq; opes, tamen Tartaris parére cogebatur, adeò vt legatis Tartarorum extra vrbem obuiàm procederet, eosque sedentes ipse stans audiret. Tandèm illo mortuo successorem habuit Basilium Iohannis, qui intra paucos adhuc annos Moscouitico fruitus est imperio. Is apud se captiuum tenuit Demetrium, fratris sui Ioannis filium, quem auus suus Ioannes Basilius, mortuo ipsius Demetrij patre Ioanne, totius Russiæ monarchã designârat. Mortuo deindè hoc quoquè Demetrio, Basilius imperat, & nõ modò quæ à patre illi relicta erant, conseruauit, verùm etiàm multas prouincias nõ tam bello quàm industria quadam suo imperio adiecit. Nanq; & Plescouiam & insignem principatũ Smoleczko, qui cẽtum amplius annis Lituanis paruerat, sibi subdidit, sicut infrà dicetur. At tñ in bello plerunq; infelix fuit, ac nihilo minùs à suis feliciſſimus ꝓdicabatur. Imperio in suos vtebaẽ duro & vix tolerabili, adeò vt ne fratribus quidẽ suis germanis, nec vlli principi castra vel munitiões permitteret: Omnes illi suis sumptibus, siue in aula, siue in bello, siue in legationibus eorũ vellet opera vti, seruire cogebãtur: Quibusdã tñ grauiora munia obeuntibus ipfecturas aut villas, aut prędia attribuit plerunq; in sesquiannũ, de quibus tamẽ certos census ipsi principi persoluerẽt: eo spatio elapso, totũ sexenniũ gratìs seruire cõpellebantur. Voluit quãdoquè ad Maximilianum Cęsarem legatum mittere quendam ex intimis secretarijs suis: sed cùm is viaticũ sibi deesse diceret, in perpetuos carceres cõiectus, tandèm perijt miserrimè, omniaq; ei⁹ bona princeps sibi vẽdicauit, fratribus ac hęredibus eius ne terũcio quidẽ relicto. Quicquid legati ipsis donatũ reportarent, quod alicuius esset precij, id ferè sibi dari volebat. Miserat quandoquè legatos ad Carolũ V. Imp. qui

Moscouitæ párent Tartaris.

Smolenchi

Basilius Iohannis dux quàm duro presserit iugo Moscouitas.

qui illis graues torques aureos, & Hispanicam auream monetam dono dedit: quin & Ferdinandus Caroli frater, argenteis poculis, aureis & argẽteis pannis, itemq́ue Germanica aurea moneta eos donauit. At vbi domũ redière, mox princeps Basilius & torques & pocula & maiorẽ Hispanicorũ aureorum partẽ ad se rapuit. Authoritate in clericos & laicos tam immodica abutebatur, vt liberrimè de omnium vita & facultatibus statuerit, nec quisquam ei ausus fuerit resistere: immò persuasum habebant, eius volũtatem non aliam esse, quàm ipsius Dei: vocabantq́ue eum Clauigerum & Cubiculariũ Dei. Ea immanitate gens ipsa effera & crudelis efficiebatur: quãquàm incertum est, vtrùm ipsius gentis immanitas & duritia eiusmodi tyrannidem mereatur, an hac tyrannide tam immanis & crudelis fiat. Regium titulum iste Basilius primus vsurpauit, cùm alij ante eum magni Duces dicti sint, tametsi pater eius Dominũ totius Russiæ se scripsit. Quin etiàm ab omnibus Imperator appellatus est, quod errore factum, dubium non est. Cùm autem scriberet regi Poloniæ, omisso regis titulo, magnum Ducem se vocauit. Nam neuter horum, alterius literas nouo titulo auctas recipere dignabatur. Duxit idem Basilius primò vxorem Salomeam, cuiusdam nobilis sui filiam: sed cùm viginti & eo ampliùs annis ex ea proles non suscepisset, eam anno Christi 1526. valdè quidem repugnantẽ, in monasterium intrusit, & cuiusdam Ducis filiam Helenã sibi copulauit, ex qua suscepit filium Iohannem anno 1528. qui rerum apud Moscouitas potitus est, patre mortuo, & matre veneno sublata nescio cuius vel iussu vel opera Quòd ad religionem attinet, colunt Moscouitę siue Rutheni Christũ, sed more Grecorum. Græci verò sæpè à Romanæ ecclesiæ obedientia recesserunt, & identidèm ad pacem & concordiam se receperunt. Episcopi Constantinopolitani, quòd in amplissima vrbe, & quæ noua Roma diceretur, sedem obtinerent, magnoperè in eam curam incubuerunt, vt proximam à Romanis pontificibus vel etiàm parem obtinerent authoritatẽ. In prima illa Constãtinopolitana synodo, quæ est vna ex quatuor primarijs, videmus Canonem, quo tribuitur proximus à Romano pontifice locus Constantinopolitano episcopo. Sed quàm ille Canon non sit receptus, vel vnius Leonis primi Pontificis Romani, quem longè ante mille centum annos præcellenti doctrina & eximia vitæ sanctimonia prędituſſe negare nemo potest, scripta satis declarant. Nam cùm in Chalcedonensi amplissima synodo Anatolius Constantinopolis Antistes à Patribus callidè impetrâsset, vt proximum à Romano præsule Constantinopolitanus dignitatem obtineret, vbi id Leo Pontifex resciuit, modis omnibus se opposuit, effecitq́ue vt Anatolij callida consilia prorsùs irrita fierẽt, neque ratum haberetur, quod ille non rectè atque ordine impetrâsset. Et certè Leo Pontifex affirmare videtur, primę synodi Constãtinopolitanæ Canonem antè dictum, nunquàm ad Romanę sedis notitiam veniſſe. Sic enim scribit ad Anatoliũ Epistola 53. Persuasioni tuę in nullo penitùs suffragatur quorundã episcoporum ante sexaginta, vt iactas, annos (nam nõ multo plus tẽporis inter Constantinopolitanã & Chalcedonẽsem syno-

Durissima seruitus Moscouitarum.

Rex apud Moscouitas quis primus dictus.

Moscouitæ ritus Grecorum sequũtur.

Episcoporũ Constantinopolis arrogantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dos fluxit)facta ſubſcriptio,nunquamque à prædeceſſoribus tuis ad Apoſtolicæ ſedis tranſmiſſa notitiam,cui ab initio ſuí caducę,dudumq; collapſę,ſera nunc & inutilia ſubijcere fomenta voluiſti, eliciendo à fratribus ſpeciem conſenſionis,quam tibi in ſuam iniuriam verecũdia fatigata pręberet. Cur autẽ ſanctiſſimus pontifex vſqueadeò ſe oppoſuerit Anatolio illicita appetenti,ipſe eadem Epiſtola indicat his verbis: Potes euidenter agnoſcere me dilectioni tuę beneuolo animo cõtraire, vt ſaniore cõſilio ab vniuerſalis te Eccleſię perturbatione contineas. Nolebat enim optimus pontifex quicquam derogari priuilegijs Alexandrinæ & Antiochenæ Eccleſię,in Nicena ſynodo illi attributis. Fuit deindè temporibus illius longè ſanctiſſimi Pontificis Gregorij primi, Iohãnes quidam Conſtantinopolitanus Epiſcopus,qui ſe non dubitauit œcumenicũ ſiue vniuerſalem patriarcham vocare, quem titulum eius vrbis Epiſcopi magno Eccleſiæ ſcandalo poſt eum ſibi vendicârunt.Sed eorum ſuperbia & contumacia tandèm Turcico iugo egregiè compreſſa eſt.Eius Iohannis epiſcopi intolerandam arrogantiam acriter ſcriptis caſtigauit Gregorius I. Romanus Pontif.integerrimus:at parùm ea res profuit,græcis in ſua ſententia permanentibus.Itaq; Gręci in quibuſdam à Romana Eccleſia diſſenſerunt,ſed non impunè.eorum ritum Moſcouitæ ſecuti,cum Romana Eccleſia non vbiq; conſentiũt:quanquàm fertur patriarcha Conſtantinopolitanus ab huius principis,qui iam Moſcouitis imperat,(ſi tamen nõ fallor)patre rogatus,miſiſſe monachum quendam, qui omnes libros, Canones,& ſingula ſtatuta ad fidem pertinẽtia, in ordinem recto iudicio redigeret. Cumque multos ille aduertiſſet errores,aiunt dixiſſe principi, cum planè ſchiſmaticum eſſe,qui Romanum aut Gręcum non ſequatur ritum: ſed paulò pòſt, licèt alioquì Principi charus eſſet, ſublatum è medio.Idem quoquè alteri cuidam Græco mercatori, ſimiliter dicenti,acciditſſe. Sanè iactant illi ſe ſolos probè Chriſtianos eſſe,nos verò damnant tanquàm deſertores primitiuæ Eccleſiæ & veterum ſanctarum cõſtitutionum: Luteranos autem & reliquos horũ temporum ſectarios, prorsùs execrantur. In annalibus eorum ſcriptum habetur, D.Andream apoſtolum ex Græcia ad Boryſthenem fluuium perlatum, ad montes vbì nunc Chionia eſt, nauigâſſe,& terræ Ruſſiæ benè precatũ eſſe, homineſq; baptizâſſe:Indè rursùs ad mare vſq; Germanicũ ,pceſſiſſe,atq; per illud Romam nauigâſſe:ad extremũ,in Peloponneſo ab Ago Antipatro crucifixũ fuiſſe.Sed hæc quàm ſint vera,ipſi viderint. Certè Andreas apoſtolus nõ eos docuit errare. Archiepiſcopi & Epiſcopi oẽs toti⁹ Ruſſię, carnibus ppetuò abſtinẽt.Prefecti monaſteriorũ,quos priores vocãt,in Moſcouia plurimi ſunt,ſed oẽs arbitrio principis eliguntur. Sacerdotes ſeculares habent vxores:ijs mortuis,nõ licet eis ſacra obire vel ſacrificare,niſi fortè monaſteriũ ingreſſi,iuxta regulã viuãt. Si quis etiàm laicus vxore mortua velit aliã ducere,pmittũt id quidẽ,ſed vix legitimũ matrimoniũ eſſe putãt: tertias nuptias ſinè graui cauſa nõ pmittũt,quartas oẽinò dãnant.Admittũt diuortiũ,& dãt libellũ repudij: verùm id maximè celãt,cũ id religiõi & ſtatu-

Moſcouitæ ſibi tribuũt veram religionem.

De Andrea Apoſtolo quid habeant Annales ruſſorũ.

ſtatutis aduerſum eſſe ſciant.Si ſacerdos ad ſecundas ſeſe nuptias transferat,nihil habet cum clero commercij.Obſeruandum hoc loco eſt, apud Moſcouitas,ſacerdotes non accedere ad ſecundas nuptias.Hoc idem vſq; in præſens etiàm Græci ſeruant.Vndè appáret improbiras & impudentia hęreticorum noſtri temporis,qui aſſerere non verentur, apud Gręcos licere ſacerdotibus vel deciès aliã poſt aliam vxorẽ ducere. Sic enim ſcribit Philippus Melanchthon in libello quodam,in quo inter cætera etiàm ſacerdotum coniugium defendit:Sed manet,inquit,adhuc hodiè mos ille in Gręcanica eccleſia,vt ſacerdotes nubant:& non ſolùm mariti eligãtur ad ſacerdotium, nec vt nubãt ſemèl tantùm, ſed quotiès voluẽrint,etiàm deciès,ſi ità tulerit res.Hoc quidem,ſicut & alia multa, impudẽtiſſimè ille Melanchthon mẽtitur,ſicut poteſt grauiſſimis teſtimonijs doceri.Et certè quos talium facinorũ non pudet,eos nemo abſq; ſummo periculo vlla in re duces ſequi poſſit.Verùm ad rem.Sacerdotũ ſunt tenues prouentus & oblationes.Veſtitum propè eundem cum laicis habẽt,dempto capitis tegmine.Et cur differant habitu,qui non differunt matrimonio? Vt populus,ſic ſacerdos. Monaſteria habẽt leges ſeueriſſimas,ſed quæ paulatìm eneruatæ,multùm refrixerint.Carne perpetuò abſtinent.Veſtes quotidianæ epiſcoporum,eædem ferè ſunt,quæ aliorum monachorum. Perſuaſum habent,poſt ſeptimam ſynodum generalem, nulli vnquàm neq; licuiſſe,neque licere Concilium œcumenicum indicere aut accedere ſub pœna anathematis,quod etiàm ſeueriſſimè obſeruant.Tempore Florentini Concilij ſub Eugenio 4.Romano Pontifice,quidam Ruſſiæ metropolita idem Conciliũ adijt,vbì etiàm Græci & Armeni Latinis cõiuncti & conciliati fuêre:at vbì domum redijt,rebus omnibus ſpoliatus, in carcerem coniectus eſt,vndè tamen poſteà euaſit. Pueri cùm baptiſma percipiunt,ter in aquam,quam ad ſingulos nouam conſecrant, toti immerguntur:nam alioquì putant non ritè baptizatos:mox etiàm chriſmate in ſacra hebdomada conſecrato inunguntur. Cirea Paſchatis feſtum confitentur peccata ſua cum magna cordis contritione.Confeſſarius & confitens in medio templo ſtant erecti,ſeruantq; facta cõfeſſione cæremonias ſingulares.Communicãt ſub vtraq; ſpecie,ſed ità, vt corpus ſanguini miſceant in calice,vndè ſacerdos cum cochleari portiũculam accipit,& porrigit cõmunicanti. Communicãt etiàm pueros ſeptennes tanquàm iam rationis cõpotes:qui ſi præ ægritudine corpus Domini ſumere nequeãt, guttam ex calice eis inſtillant,vna ſpecie contenti.Non conficiunt Sacramentum, niſi dum ſacrificant. Pro ægrotis cõſecrant Euchariſtiam in die Cœnæ Domini,ſeruantq; toto anno.Vndè conſtat,ęgrotis illos nõ niſi vnam ſpeciem præbere.In hoc autem plurimùm reprehendendi vidẽtur, quòd panem nondùm conſecratum,per Eccleſiam circunferunt,& conceptis verbis adorant.Feſtos dies ſolenniores colunt:alijs minùs ſolennibus,ciues & mechanici diuinis interſunt:quibus peractis, redeunt ad laborem:ſed qui præſtantiores ſunt,compotationibus & cultu corporis feſta venerantur.Feſtum Trinitatis die ſecunda Pentecoſtes,feſtum omniũ

Sacerdos bigamus à clero excluditur apud Moſcouitas.

Baptiſmus Moſcouitarum qualis.

Confeſſio apud moſcouitas vt fiat.

Euchariſtia apud moſcouitas.

Euchariſtiã toto anno aſſeruãt Moſcouitæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Purgatorio quid Moſcouitæ ſentiant.

Sanctorum die octaua Pentecoſtes celebrant. Purgatorium non credunt, ſed putant bonos & malos vſque ad diem iudicij vltimam expectare ſententiam, nec ante illud tẽpus malos torqueri. At nihilominùs pro defunctis funebre ſacrum faciunt, quòd arbitrentur tolerabiliorem poſſe locũ ijs impetrari, vbì iudicium extremum expectent. Adſperguntur aqua benedicta, ſed non niſi à ſacerdote. Colunt ſanctos, & inprimis D. Nicolaũ, cuius etiàm recentia apud illos miracula referuntur.

Quadrageſima apud Moſcouitas

In Quadrageſima totas ſeptem ieiunant hebdomadas: in prima tamen vtuntur lactarijs, reliqs ſex etiàm à piſcibus abſtinent. Sunt qui Dominicis & ſabbathi diebus tãtùm edant, alijs nullum penitùs cibum capiant.

Ieiunium S. Petri.

Seruant etiàm ieiunium Petri ab octaua Pentecoſtes vſque ad ferias Petri & Pauli.

Ieiuniũ diuæ virginis.

Item ieiunium beatiſſimę Mariæ virginis à prima Auguſti vſq; ad eius Aſſumptionem.

Ieiunium Aduentus.

Ieiunant prætereà ſex ſeptimanis in Aduentu Domini, idq; vocant ieiunium Philippi, quòd iuxta illorum Calendarium, initium eius contingat feſtum Philippi. Nullius ſancti vigiliam ieiunio venerantur, pręter decollationem S. Iohannis Baptiſtæ, quæ eſt 29. Auguſti. Monachi potu acido & aqua fermento mixta in ieiunijs cõtenti eſſe cogũtur. Sacerdotes aqua mulſa & cereuiſia tum vti non poſſunt: quanquàm nunc leges omnes & ſtatuta diffluant ac vitientur.

Monaſteriũ S. Trinitatis

Extra tempus ieiunij Sabbato carnes edunt, die Mercurij carnibus abſtinent. Eſt apud illos præcipuum S. Trinitatis monaſterium, vbì S. Sergius cõditus, multis fertur clarere miraculis, eoq; admirabilis fit gentium & populorum concurſus, qui monaſterij liberalitate aluntur. Habent Moſcouitæ mulieres iam effœtas, quas proſcurnicas vocant, quæ panem ad ſacrificãdum coquunt. Miſſam quoq; celebrãt, ſed lingua vernacula.

Mulieres Moſcouitarum miſerrimæ.

Mulieres apud illos miſerrimæ ſunt, quippe perpetuò ferè domi concluſę, vbì nent duntaxàt & fila trahunt, ſed nihil ferè prętereà iuris aut negocij habent, demptis tamen pauperioribus, quæ domeſticos labores obeunt, & coquunt. Rariſſimus in templa, rarior etiàm ad amicorum colloquia, niſi ſenes admodùm ſint, illis permittitur acceſſus.

Quida Alemanus illic vxorem Ruthenam duxerat. Ea querebatur marito ſe ab illo non amari, propterea quòd eam nunquàm verberaret. Vbì hoc ille audiuit, teſtatus eſt ſe illam impẽsè amare, nec putâſſe verbera eſſe amoris argumenta. Itaque duriſſimè eam verberauit, ſenſitq; eius erga ſe amorem ex ipſis verberibus longè auctiorem euaſiſſe. Sæpiùs ergò eam verberauit, ſed tandèm etiàm ceruicem & crura illi homo crudelis pcidit.

Omnes Moſcouitæ ſe principis ſeruos fatentur, & eſt genus hominũ ſeruituti magìs deditum, quàm libertati. Cuncti tunicis oblongis ſinè plicis, manicis ſtrictioribus vtuntur: Miris vtuntur ceremonijs, cùm alterius domum ingrediuntur, ſępiùs ſeſe inclinando, & alia quædam faciendo. Habet Princeps diuerſis in locis veredarios, & certum equorum numerũ, quibus equis intra triduum nonnunquàm 120. milliaria Germanica cõficiunt, licèt ijdem equi parui admodùm ſint, & negligenter curentur.

Sunt in Moſcouia diuerſorum generum pelles nobiliſſimæ, zebellinę, madauricę, hermelinæ, aſpreolorũ, & aliæ nõ paucæ. Ditio tota principis Moſco-

Moſcouitæ amplitudo.

Moſcouitę ampliſſima eſt, ità vt quidam affirment tam in latum quàm in longum obtinere eam quingenta milliaria Germanica. Vrbs Moſcouia, Ruſſiæ caput & metropolis eſt. Eiuſdem nominis Prouincia, in qua vrbs hęc ſita eſt, hyemes & frigora habet aſperrima, ità vt aqua in aërem effuſa, priùs congeletur, quàm terram cõtingat, & interdùm arborum rami, pecora & homines frigore pereant. Non nunquàm verò etiàm nimio æſtatis ardore non mediocriter affligũtur. Quanuis autem omnes Moſcouitę vocentur, attamen Moſcouia prouincia neq; lata eſt, neq; ſola páret Moſcouitę principi, ſed multę prętereà alię: ipſa verò in extremis circa Aſiam Europæ finibus ſita eſt.

Vrbs Moſcouiæ ampliſſima.

Vrbs Moſcouia ampliſſima eſt, & in ipſa Principis caſtrum Italicæ ſtructurę munitiſſimum, & quod vrbis cuiuſdam amplitudinem præ ſe ferat: quippe in quo præter alia, multæ ſint ædes ſacræ. Domus vrbis pleręq; omnes ligneę ſunt, ſed caſtri propugnacula & principis palatium ex lateribus conſtructa ſunt.

Caſtrũ longè maximũ.

Regio ſalubris eſt, adeò vt vix vnquàm peſtis ibì graſſetur: quanquàm interdum aliud genus morbi, peſti non diſſimile, patiuntur. Longiſſimus illic dies eſt horarum 17. & quartalis vnius. Reliquas Moſcouitę Principis ditiones & Prouincias enarrare longum foret. ſufficiat Lectori pro cõperto haberi, eum Principem eſſe potentiſſimum, & qui Germaniæ iam immineat, cuius nõ contemnendam partem in Liuonia ſibi vendicauit: qua de re infrà ſuo loco dicetur. Non dubium eſt, quin ille oblata occaſione, maiora ſit attẽtaturus, nec id difficile admodùm, quãdò apud nos, id eſt, in Germania, tam fœda religionis varietas animos quoquè diſcordes facit. His ferè titulis in literis ſuis vti ſolebat pater eius, qui nunc rerũ apud Moſcos potitur: Magnus Dñs Baſilius, Dei gratia rex & Dominus totius Ruſſię, & magnus Dux Vuolodimerię, Moſcouię, Nouogardiæ, Pleſcouię, Smolenchię, Tuueriæ, Iugariæ, Permię, Viackiæ, Bulgarię, &c. Dñs & magnus dux Nouogardiæ terræ inferioris, & Czernigouię, Rezanię, Vuolotkię, Riſchouię, Beloię, Roſtouię, Iaroſlauiæ, Bielozorię, Vdorię, Obdorię, Condinię, &c. Poſtq; verò hodiè multa quoquè in Liuonia, non ſinè magna Romani imperij ignominia, occupant, nõ dubiũ quin indè quoq; titulos ſibi auxerint.

Tærnais vbì oriatur.

In tota Ruſſia multi ſunt fluuij, multęq; paludes. Veteres ſcriptores opinati ſunt, Tanaim fluuiũ celeberrimũ, qui Aſiã ab Europa diſterminat, ex Riphęis montibus oriri. ſed ij montes nuſquàm extant. porrò Tanais octo ferè milliarib⁹ Germanicis à Tulla, quæ vrbs à Moſcouię oppido triginta ſex milliarib⁹ Germanicis diſtat, ex lacu ingenti, qui in longum & latum circiter 1500. Werſt (Werſt, Italicũ ferè milliare eſt) patet. in ſylua quadam ortum habet: atque ex eodẽ lacu aliud grande flumẽ Schat emergit, quod in Occidẽtem tendit, ſicut Tanais primò rectè pergit in Orientem ad aliquot milliaria: deindè reflexo in meridiẽ curſu, paludes Męotidis efficit.

Tanais prę-conia.

Et Tanaim quidem, quem Don vocant, ab optimorum piſciũ copia ſingulari, & vtranque ripam diuerſę herbę, radices ſuauiſſimę, multijugę arbores ad multam amœnitatem occupent, tantaq; ijs locis ferarum ſit copia, quę facilè ſagittis conficiantur, vt qui illàc proficiſcuntur, non niſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lituania.

Vilna ciuitas.

sale & igni opùs habeant, mirificè prædicant. Moscouiæ proxima est Lituania, quę hodiè Polonię regi páret. Vtitur proprio idiomate, & ritu romano, tametsi eius incolę bona ex parte Rutheni sunt. Vilna est eius regionis caput. Ea verò ciuitas ampla est, sita intra colles. Sunt ibì templa multa, & aliquot monasteria, in quibus excellit eximium Franciscanorũ de Obseruantia cœnobium, maximis sumptibus extructum. Hodiè in ea gente Arriana & Nestoriana hæresis pernicioſissimè grassatur, & multas Ecclesias occupat. Sunt ibì hęretici, qui sacrosanctam & omnibus modis colendam & honorãdam Trinitatem, incredibili impietate vocent Cerberum tricipitem. Atque hæc & id genus alia nefanda dogmata, quæ sub prætextu & specioso titulo verbi Dei, quod solũ voluit Luterus, omnium horum malorum fons & origo, valere oportere, passim imperitæ multitudini obtruduntur, cò certissimè intendunt, vt religio Christiana in impurissimam Mahometanæ superstitionis abominationem tandèm transformetur. Nec dubium quin Turcę & barbarę nationes mirum in modum his rerum Christianarũ perturbationibus & exagitationibus lætentur, quippe quæ illis quandoquè optatissimam sint Germaniæ & vicinorum regnorum nullo negocio in durissimam seruitutem redigendorum præbiturę occasionem. Porrò licèt Vilnę, vtì diximus, multę sint ædes sacrę, & ipse quoquè Vilnensis Episcopatus Romanum agnoscat Pontificem, tamẽ multò plura in eadem vrbe sunt Ruthenorum, quàm Romanæ obedientiæ, templa. Sunt autem in Lituanię principatu tres Romanæ obediẽtię Episcopatus, Vilnẽsis, Samogithię, & Chiouiẽsis. Lituani mel, ceram, cinerem, picem, asseres fabricandis nauibus aptos, etiàm ad exteros transmittunt. Sale aliundè importato vtuntur. Est Lituania syluis frequens, paludibus & fluuijs abundans. Cęli inclemẽtia fit, vt frumentum rarò matureſcat. Gens misera est, & duram seruit seruitutẽ. Sunt qui scribant, etiàm viri graues, à Vuitoldi principis tempore apud eos hunc seruari morem, vt qui capite damnatus est, iubẽte domino, seipsum suspendere cogatur. Quod est sanè perquàm horrendum: & tamen ni faciat, dirè verberatur & excarnificatur, ac tandèm suspenditur: quæ res plerosq; miseros metu verberum cogit sibijpsis laqueum inijcere. Habet Lituania bisontes, vros & alces. Errant quidam, dum vros vocant bisontes, cùm tamen bisontes multùm ab vris, bouinam formam habentibus, differant: quandò bisontes iubati sunt, & villosi circa collũ & armos, barba à mento propendente, pilis moschum redolentibus, capite breui, oculis grandioribus & toruis, quasi ardentibus, fronte lata: cornibus plerunquè adeò diductis & porrectis, vt in ijs tres benè corpulẽti homines insidere queãt. In tergo extat gibbus elatior, priore & posteriore corporis parte humiliore. Vros sola Mazouia Lituaniæ contermina habet, qui sunt boues syluestres, nec à domesticis differunt, nisì quòd omnes nigri sunt, albicante commixtìm linea dorsum obtinente. Alces verò animal est ceruo procerius, auribus & naribus prominulis, cornibus à ceruo nonnihil diuersis, colore item magìs ad albedinem tendente, currit mira pernicitate, non tamen

Supplicij crudele genus.

Vri & bisontes vt differant.

Alces animal quale.

tamen vt cętera animantia, sed gradarij instàr. Verùm hactenùs de rebus Moscouiticis vel Ruthenicis egisse satìs sit. Nobis quidem rogandus est Deus, vt nos ab hęresibus & improbis moribus repurgatos, nõ patiatur vel Tartaris, vel Turcis, vel etiàm Moscouitis dirè castigandos obijci: quanq; verendum est, nè qui hodiè in Germania & vicinis prouincijs tantoperè Romani pontificis obedientiam detestamur, iusto Dei Iudicio sub eorũ quãdoquè iugũ mittamur, q nos vsqueadeò intolerãda premãt seruitute, vt nos ipsius quoquè vitę nostræ pțedeat. Certè Philippus Melãchthon nõ longè ante obitũ suũ, cùm à quibusdã nedùm symmystis, sed etiàm discipulis Luteranæ sectæ addictissimis, parùm cõmodè tractaretur, his verbis scripsit de illis: Cogunt, inquit, concilia, quãdò & vbì ipsis placet, atq; vendicant sibi maiorem, magìs intolerabilem, & minùs excusabilem authoritatem ac potestatem, quàm Papa Romanus vnquàm. Quę quò tandèm euasura videantur, cogitetur, inquit ille Luteranorum Coryphæus Melanchthon. Verùm de his alibì.

Melãchthonis de Luteranis sentẽtia.

ANno 1502. sęuissima pestis oñem Germaniam longè lateque populata est. Multorum opinione ij tum extincti sunt, quorum vestibus suprà diximus cruces sanguineas incidisse: & quod dictu mirum est, etiàm illis in vestibus lineis cruces inuentę sunt, quę cistis inclusæ tenebantur, atque etiàm in ipsis hominum corporibus. Isthuc verò in tertium vsque durauit annum.

Pestis sæua in Germania.

Hoc anno in diœcesi Spirensi à duobus rusticis primùm orta est cõspiratio & rebellio aduersùs Episcopum & Canonicos, contra iusiurandum & fidem illis datam tanquàm dominis suis. Creuit paulatìm seditiosorum hominum numerus, quos ij rustici callidis persuasionibus in suas partes pertraxerant: & nisì Numinis prouidentia id malum breuì detectum fuisset, illa hominũ fęx posteà prę multitudine opprimi vix potuisset. Submittebantur clàm ex his fœderatis homines versuti in pagos & oppida, q quoscunque possent, in clerum, in Principes & omnem magistratũ concitarent, ipsorumq; factioni adiungerent. Iam duos sibi duces delegerant, penès quos rerum esset summa potestas, quibusque vniuersi sinè vlla contradictione parérent.

Rusticorum Spirenſ. cõspiratio.

Cùm diem certam designâssent, ad quam in locum vnũ oẽs conuenirẽt, ecce capti sunt duo huius perfidię authores, qui quęstionibus & tormentis subiecti, omnia sua nefanda consilia enunciârunt, quæ eò ferè spectabant, vt omni iugo excusso, pernicioſa gauderẽt libertate, liceretque cuique suo viuere arbitratu: magistratum omnem & principatum profligarent, & si qui ipsorũ conatus retardare, aut ipsis obsistere instituissent, eos immaniter trucidarent, tanquàm iustitię diuinę hostes & aduersarios. Inprimìs quidem statuerant inuadere Marchionem Badensem, indè Spirẽsem episcopum, posteà Monachos & clericos &c. denique in omnimodã se vendicare libertatem. Qui conatus tametsi erant seditiosi, impij, & oñi supplicio digni, tamen videbãtur sibi homines deploratę cęcitatis & stultitię, ęquã & bonã fouere causam: atq; vt res tam nefaria ,psperos haberet

suc-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Preces fiunt in fauorem scelerum.

succeſſus, certas eo nomine preces quotidiè à ſingulis dici volebant, ſcilicet vt DEVS tantę nequitię ſe patronum & fautorem pręberet. Preces erant quinque orationes Dominicę, & totidem Angelicæ Salutationes, flexis genibus dicendę. Nec hoc contenti, etiàm ſymbolum ſibi ſtatuêre virginem matrem & Iohannem Euangeliſtam, quaſi Sancti hominum ſceleribus faueant. Verùm Maximiliano Cęſare grauiter in eos animaduertente, publicè ſuę temeritatis iuſtas dedêre pœnas, plurimis eorum captis, & vltimo ſupplicio affectis. Eos exitus plerunquè habere ſolent turbulenta & ſeditioſa, pręſertim aduersùs Magiſtratus, quibus diuinæ literę nos iubent eſſe morigeros, conſilia & machinamenta, ſuisque authoribus vtplurimùm exitio eſſe conſueuerunt, rerum humanarum peruigilem curam gerente Diuina prouidentia, quę etſi interdùm occulta ſua iuſtitia permittit homines peſſima quęque moliri, non tamen patitur ſemper eos voto potiri ſuo. Habebant cõiurati iſti teſſeram quandam mutuæ cognitionis, nè ab alijs deprehenderentur, eaque erat eiuſmodi, vt ſi quis eius fœderis eſſet, percontatus ab alio, Was iſt nun für ein weſen? id eſt, Quis modò rerum ſtatus eſt? interrogatus reſponderet, Wir mögen vor den pfaffen nit geneſen, hoc eſt, Nos præ clero ſalui eſſe non poſſumus. Atque hunc in modum videbantur illi quidem cum ſolo clero negocium habituri, ſed ſub hoc prętextu iugum omne cuiuſcunque Magiſtratûs, à ſuis ceruicibus deijcere moliebantur. Non erant illi agricolæ ſorte ſua contenti, cùm tamen rectè à Poëta dictum ſit, *O fortunatos nimiùm, ſua ſi bona nôrint, Agricolas.* Et certè priſci illi ethnici, quem ampliſſimè & inſigniter prædicare voluiſſent, eum bonum agricolam, bonumq; colonum dicebant. Et Cicero ipſe, Nihil eſt, inquit, agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

Vualtherus à Plettenberg.

Huius anni menſe Septembri Vualtherus à Plettenberg Magiſter Liuonienſis, ab Alexandro rege Poloniæ, eodemque magno Lituaniæ Duce perſuaſus, bellum mouit Moſcouiæ Principi. Promiſerat Alexãder, ſe cum magnis copijs ipſi ſubſidio venturum. At vbì Moſci Plettenbergij aduentum ſenſêre, cum ingenti multitudine ei occurrũt: porrò Alexander non venit. Cernens ergò Plettenbergius, ſe ſinè ſumma turpitudine & periculo non poſſe retrocedere, ſuos hortatur ad pugnam: & diſploſis tormentis, acrique facta impreſſione, hoſtes in fugam vertit. Sed cùm fugientes præ ſuorum paucitate & graui armatura perſequi nõ poſſet, Moſcouitæ re, vt erat, animaduerſa, quòd pauci eſſent cum Plettenbergio, rursùs ſeſe colligunt, coguntque in ordines: aggreſſique peditatum Plettenbergij, multos ex ijs cædunt, & in ijs aliquot viros fortes & primarios. Fuit tum inter Liuoniẽſes quidam Lucas Hamerſteter, qui ad Ruthenos defecit, cuius defectione factum eſt, vt quadringenti ferè pedites, à Moſcouitis crudeliter perimerentur, reliqua turba cum equitatu ad ſuos, ſeruatis ordinibus, incolumi euadente. Pauci erant cum Magiſtro Liuonienſi, alioquì non tam facilè ſemèl in fugam compulſi Moſcouitæ, rursùs prælium inſtaurâſſent.

Eſt

Liuonia quandò ad fidem conuerſa.

Eſt Liuonia non ità pridèm, nempè Anno ſalutis 1190. aut circitèr, per Meinardum quendam virum religioſum, qui ex Lubeco cum mercatoribus eò nauigauit, ad fidem conuerſa, quam tamen Teutonicorum militũ Ordo multùm illic & auxit, & tutatus eſt in noſtram vſq; ætatem, qua ille inſignis Ordo illis in locis, dum ab auita diſcedit Religione, Moſcouitis diripiendum ſe præbuit, vt dicemus ſuo loco. Olìm cum eſſent præpotẽtes, etiam primarij eius Ordinis viri, fratres ſe ſcribebãt & vocabant. Hodiè in Liuonia etiàm habitũ Ordinis cãdidum abiecerũt. Legi ego priuilegium quoddã ab illo Ordine in Liuonia datum Lubecenſibus, quorum erga ſe fidem & beneuolentiam re ipſa erãt experti. Eius priuilegij tale eſt initiũ: Frater Gotfridus Magiſter, cõmendatores, & vniuerſi fratres domûs Teutonicæ in Liuonia, &c. Datæ erant hę literæ anno Chriſti 1299.

Idiomata varia in Liuonia.

Oportet autẽ Liuoniæ gentẽ certè barbaram & ab omni ferè humanitate olìm fuiſſe alienam, quippe apud quam hodieq; tanta eſt idiomatum varietas: aliter enim loquuntur Liuones, aliter Eſtones, Letti quoquè ſecùs atquè Curoni. Hæc enim idiomata quatuor Liuoniæ pagos occupãt, cùm alioquì Arces & Oppida ſint Saxonica. Sunt in Liuonia tres pręcipuę vrbes, Riga, Torpatum, Reualia: è quibus Reualia, quod mirũ videri poſſit, Epiſcopũ habet, qui ſubſit Archiepiſcopo Lundenſi in Dania. Sed huius ratio eſt, quòd olim Vualdemarus rex Danię eius nominis ſecundus, Reualiam extruxit, & repertum illic populum iuſſit baptizari, trãſlatis eò ex ſua prouincia ſacerdotibus, qui populũ docerent, & Sacramenta adminiſtrarent.

Raualię epiſcopus cui ſubſit.

Galli infeliciter oppugnant Turcas.

Hoc etiàm anno Gallorum rex claſſem in Greciam miſit contra Turcas, duce Philippo Raueſteno: qui cùm ad Lesbum inſulam peruenìſſet, & Mitylenas tormentis oppugnaret, ea ſe ſtrenuitate Turcę defenderũt, vt re infecta abſcedere compulſus ſit, cuius deindè claſſem ſęua tempeſtas adeò diſiecit, vt poſt multa pericula dirasque maris iactationes & naufragia, Tarẽtum vix ipſe attigerit. Galli eam improſperam oppugnationem Venetis imputant, qui ſanè circa id tempus, iuncto ſibi Conſaluo, cui ob ſingularem fortitudinem & multa pręclara facinora, Magni cognomen attributum eſt, Cephaleniam maris Ionij inſulam multo tandèm labore expugnârunt, Turcis ferè omnibus interfectis: itemque ſanctę Maurę oppidum ad Leucadem in Nerito inſula.

Per id ferè tempus Gallię atque Hiſpanię reges ex compoſito Fredericum Aragonium toto regno Neapolitano, quod iam quinquenniũ obtinuerat, exuunt, ipſique eius ditionem inter ſe partiũtur. Fredericus cum coniuge ad Ludouicum Gallię regem nauigauit, & ab illo liberaliter atq; honorificè ſuſceptus eſt, neque id tum ſolùm, cùm Neapolim Gallus obtineret, ſed etiàm cùm ab Hiſpanis indè rursùs exturbatus eſſet. Ità tum ſinè vulnere Conſaluus Brutios & Apulos in ditionem Ferdinandi Hiſpani regis redegit, & Alphonſum Frederici filium Tarẽti obſedit, ac deindè captum in Hiſpaniã miſit. Huius Neapolitani regni cauſa quàm multus, idemque Chriſtianus, fuſus ſit ſanguis, ſinè horrore neque dici, neque

ſcribi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Turca crescit intestinis bellis Christianorum.

scribi possit. Sed dum Christiani inter se eiusmodi atrocia bella gerunt, mutuisque se vulneribus conficiunt, intereà Turcæ passim amplissima Christianæ Reipublicæ regna & imperia inuadunt: & quod magis dolendum est, tanto interdùm odio inter se Christiani deflagrant, vt in certissimam Reipublicæ perniciem, Turcarum opem & auxilia implorent, ijsq; Christianos oppugnent & prodant. Eiusmodi intestinis & mutuis Christianorum odijs superiori seculo Constantinopolitanum & Trapezuntinum Imperia, miserandum in modum Christianis erepta, in Turcicam sunt redacta seruitutem. Quid plerisque Europæ regnis ex hac incredibili animorum in religiõis negocijs dissensione, quæ iam longè lateq; grassatur, quandoquè certo certiùs expectandum sit, nisi pijssimus Deus pro sua bonitate exulceratos animos in vnius Catholicæ fidei & Christianæ charitatis concordiam redigat, nihil attinet scribere, cùm id facilè apud se perspicere queat, quisquis non omninò mentis & iudicij expers est.

ANNO 1503, asperrima eaque diuturna fuit hyems, quam insecuta est æstas immodicè æstuans & arida, ità vt ob pluuiæ inopiam & nimium solis ardorem cuncta penè humi nascentia exaruerint, fœnum inprimis: parùm quoquè auenæ creuerit, & frumenti magna extiterit carıras. Fuit prętereà hic annus porcis admodùm funestus & exitiosus.

Hoc anno Philippus Austriacus, Maximiliani Cæsaris filius, ex Hispania reuersus est in Gallias: cumque Lugduni esset, pax ibi confecta est inter Cæsarem, Gallos, & Hispanos, sed nõ diù duratura, sicut ipse rei euentus paulò pòst declarauit. Sunt qui scribant, Philippum non sinè periculo hac tempestate fuisse in Gallia, quòd Gallorũ regi vbiquè omnia exploranti, ex Germania significatum esset, conscribi Germanos milites, qui regi Ferdinando in Neapolitano regno suam nauarent operam. Verùm Philippus apud regem testatus est, se quidem iussum esse pacem cõficere: si quid verò interim Ferdinandus rex clàm moliatur paci aduersum, id se latére. Atque eam excusationem Ludouicus rex accepisse non malo animo videtur. O quàm felices sunt, qui nihil huius mundi appetunt, cùm videamus potentissimos reges, quantunuis amplas & opulentas ditiones occupẽt, tamẽ semper ferè pluribus inhiare: quod quidem Christus Deus à primo ortu vsque ad extremum vitæ huius diem, in summa paupertate apud nos degens, suo exẽplo neutiquàm nos docuit. Philippus deindè ad Margaretam sororem, quam Philibertus Allobrogum princeps in matrimonio habebat, inuisendam profectus est.

Philippus Austriacus nõ sinè periculo it in Gallias.

Alexander VI. moritur veneno alteri parato.

Huius anni mense Augusto obijt Alexander eius nominis VI. Romanus Pontifex, incautè à ministris illi oblato veneno, quod in quodam cõuiuio alijs paratum erat. Sumpserat idem venenum etiàm alius quidam vir magni nominis: sed ille mulæ recèns occisæ vtero inclusus, alijsque pharmacis adhibitis, seruatus est. Alexandro successit Pius tertius Cardinalis Senensis, nepos Pij secundi: sed dies tantùm sexdecim aut septendecim ea potitus dignitate, excessit è viuis, humanarum rerum vanitatem & in-

Pius 3. Pontifex fit.

& inconstantiam suo præpropero decessu mortalibus ob oculos reuocãs, vt nè quis huius mundi fluxis, incertis ac momẽtaneis rebus sese addícat. Eo quoquè defuncto, in eius locum suffectus est Iulius secundus, cuius pontificatûs anno primo Hispanis & Gallis de finium diuisione in regno Neapolitano inter se contendentibus, Galli tandèm regno Neapolitano cum multa suorum cęde depulsi sunt, Cõsaluo Hispano Duce fortissimo, pro Ferdinando rege suo mirificè depugnante. Obsederunt illum aliquãdiù Galli apud Barolum, sed nouis tum Hispanorum tum Germanorum auxilijs fretus, Gallos, cæso illorum Duce Namursio, profligauit. Cumq; rursùm nouus Gallorũ exercitus, Tramulio & Francisco Gonzaga Mantuano principe ducibus, in regnum bipartitò esset ingressus, Consaluus eorum castra aggressus, in fœdam fugam per Formianum littus, nõ paucis eorum cæsis, illos coniecit. Ea re fracti Duces Galli, etiàm Caietam dediderunt ea conditione, vt sua classe vecti, inermes in Galliam redirent. Ità breui interuallo crebrò suos mutauit Dominos ditio Neapolitana, & egregiè Christianorum arma exercuit, quæ si in Turcas & Christiani nominis hostes cõuersa potiùs fuissent, non dubium quin facilè illi iãpridèm coniunctis Christianorum viribus opprimi potuissent, sed nostris castigandis peccatis Turcicæ immanitatis immitia flagella parantur: neq; quenquam mouet tot gẽtium Christiana religione initiatarum plusquàm Babylonica captiuitas, qua sub Turcis immanissimè premuntur, donèc tandèm etiàm nos inuoluat. Circa hoc tempus ad Galliæ & Hispaniæ confinia itidèm ingenti prelio Galli ab Hispanis victi sunt.

Iulius II. fit pontifex.

Galli ab Hispanis è regno Neapolitano profligantur.

Neapolis crebrò mutat dominos.

Eodem anno obijt Iohannes è Marchionum Badensium familia Archiepiscopus Treuirensis. Fuit huius perquàm diuturnus episcopatus, quippe cui annis septem & quinquaginta præfuit. Vixit annis 79. Successorem habuit Iacobum ex eadem Marchionum stirpe, virum ingenio, facundia, prudentia & eruditione ità conspicuum, vt vix ea ętas parem habuisse feratur. Sunt eius tum naturæ tum gratię dotes etiàm Itali admirati. Scripsit de antiquitatibus, quarum fuit diligens inuestigator, libros duos. Fuit in Episcopatu annis plùs minùs octo.

Hoc anno Picardus quidam Parisijs in sacello, quod sanctum dicitur, ex manibus sacrifici ad aram stantis & rem diuinam peragentis, vi abstulit sacram hostiam, & multis adspectãtibus viris nobilibus, eam comminuit & iactauit in terram. Coniectus itaque in carcerem, cùm nollet, licèt à iudice admonitus, tanti sceleris veniam petere, mox, vtì par erat, igni cõcremamatus est. Picardi, vel Pighardi inter alios damnatos errores etiàm illum tuentur, quòd Christus non sit personaliter, corporaliter & substãtialiter, sed tantùm sacramentaliter in Eucharistia: atque propterea in eo adorari non debeat, &c. Hunc errorem hodieq; Zuingliani & Caluiniani sequũtur tanquàm veram Euangelij lucem. Verùm contra hunc abominandum errorem & iam olim, cùm Berengarius insaniret, & hoc nostro seculo tam multa scripta sunt à grauissimis atque doctissimis viris, vt nemini obscurum esse queat, eos qui ab illo discedere nolunt, nõ iam imprudentes,

Impiũ facinus Picardi cuiusdam.

Picardorũ error de eucharistia.

d

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes, sed de industria & malitiosè errare: quod quidem de doctis accipi velim: nam imperita concio ab istis infaustis Antichristi nuncijs miserandũ in modum seducitur & fascinatur, vt iam multis locis prorsùs ignorent, quidnam credere debeant. Luterani enim acerrimè defendunt Christi veram & corporalem in Eucharistia præsentiam, non tamen sinè admixtis quibusdam crassis erroribus: porrò Zuingliani non minori contentione negant Christum in Eucharistia corporaliter haberi & accipi. Interìm verò miserum vulgus miserabiliter distrahitur in diuersas factiones, nec videt tamen se sub Euangelij & verbi Dei prætextu, in certissimum idemq; summum & sempiternũ salutis suæ discrimen adduci. Verùm de his aliâs.

Antichristi nuncij.

Fuit hoc anno post sæuissimam pestem, quæ alibì tertiam, alibì dimidiam hominum partem consumpsit, diuersorum morborum horrenda lues, quæ multa hominum millia extinxit. Erant in hominibus febres pestiferæ, intestini calores, capitis dolores vix tolerabiles, catarrhus, fœtor anhelitûs formidabilis, denique nihil hic annus præter clades & calamitates attulisse visus est. Id genus flagella Dei admonent malos vt resipiscãt: bonos exercent ad patientiam. Verùm plerique omnes casu putant euenisse talia: ità fit vt maneant suî similes, & parùm aut nihil corrigantur.

Ioãnes Dalburgius epʼ scopus moritur.

Eiusdem anni mense Iulio diem clausit extremum Heidelbergę Iohannes Dalburgius Vangionum antistes, pontificatûs sui anno duodecimo. Fuit is Græcè, Latinè, & Hebraicè doctissimus, & quotiès à functionibus publicis dabatur ocium, libenter lectioni operam dabat. Eius insignis eruditio non Germanis tantùm, sed etiàm Gallis & Italis admirationi fuit. Præceptorem habuit, in Greçis præsertim literis, Rudolphũ Agricolam Frisium, cuius viri & rara eruditio, & insignis in Deum pietas fuit. Ea verò præclara & rara laus est, doctrina paritèr & pietate excelluisse. Multos doctos viros nostra ætas habuit, doctos simul & pios non perindè multos.

Conuentus Electorum Frãcophordiæ.

Fuit hoc anno Conuentus principum Electorum Frãcophordiæ. causa Conuentûs paucis comperta fuit. Aderant etiàm Maximiliani Cæsaris legati, & Raimundus Cardinalis Gurcensis, sedis Apostolicæ legatus à latere, qui è Colonia per Rhenum & Moganum eò nauigio profectus est. Is deindè per Vangiones & Nemetes Basileam vsque progressus, certior factus est de miraculis minimè contemnendis, quæ creberrima fierent ad sacras reliquias trium sanctarum virginum, Kunegũdis, Viberadis, & Mechtildis. Itaque misit ad pagum Eichstet, in cuius parochiali Ecclesia eæ virgines conditæ seruabantur, (Est autem is pagus Constantiensis diœcesis) Iacobum Merbolt Bambergẽsis diœcesis clericum, vt rei veritatẽm inquireret. Vbì is eò peruenit, tria insignia miracula ipso inspectante diuinitùs edita sunt. Nam & fœmina vno orbata lumine, sanitati restituta est, & paralytica quædã curata est, & mutus linguæ vsum recuperauit. Hęc vbì Cardinalis resciuit, iussit sacras virgines, licèt necdùm solẽni cæremonia & ritu in diuorum numerũ relatas, haberi in honore: quippe quarũ sanctitatẽ tot miracula testarẽtur. Erant tum meliora adhuc tempora, quàm sint hodiè

diè, quibus noui Euangelici mundum suis erroribus inficiunt, cùm tamẽ tot annis ne vnum quidem edere miraculum potuerint, quo sua dogmata confirmarent.

Georgius Bauariæ dux moritur.

Obijt hoc anno Georgius Bauariæ dux, hæredem omnium instituens Rupertum filium comitis Palatini, cui iam antè filiam suam collocauerat. Verùm vbì id persensit Albertus propinquior hæres, testamẽto Georgij, tanquàm inualido & nullius roboris, contradixit. Cùm autem hac ratione nihil proficeret, ad Maximilianum regem, cuius sororem habebat in matrimonio, prouocauit. Et Maximilianus quidem summoperè in eam curam incubuit, vt lis omnis sopiretur, & in concordiam principes redigerentur: At Rupertus, qui alienis etiamnùm consilijs regeretur, Maximiliani decretum & conditiones nõ iniquas admittere noluit. Ea res maximam cladem & immaturam mortem Ruperto principi conciuit. Nam

Bellũ in Rupertum Palatinum suscipitur.

ANno 1504. Maximilianus Romanorum electus imperator, vbì se multa clementia singulariq́ue humanitate nihil proficere vidit apud Rupertum, quorundam consilio transuersìm actum, tum illi, tum omnibus, qui eius partes sequerentur, aqua & igni interdixit: patriq́ue eius Philippo Comiti Palatino mandauit, nè filio proscripto ferret suppetias. Tum verò Philippus animo fluctuare cœpit, sanguine hortante nè filio deesset: porrò Imperatoris mandato deterrente, nè quid attentaret. Vicit tamẽ paternus affectus, & Imperatoris iussione posthabita, quãta maximè potuit armata manu filio opem tulit. Quamobrem Maximilinus illi æquè ac filio bellum denunciauit, eorumq; res & ditiones omnibus vastandas & diripiendas permisit. Multi igitur principes Maximiliani regis iussa capessunt, (Erat tum temporis maior, quàm nunc sit, in imperio obedientia) & multis locis tam patrem quàm filium oppugnant, grauissimaq; vtrique damna inferunt, igni & ferro pleraq; loca vastant. Multa quoquè Maximilianus Cęsar sinè sanguinis effusione recuperauit, quæ Palatinatui erant ex Imperio oppignorata. Non pauca neque parua hoc bello damna irrogata sunt pagis, monasterijs, ecclesijs & rebus ecclesiasticis, quę sub proscriptorum principum ditione erant. Porrò verò nè Maximiliani Cæsaris ira in Philippum ampliùs inflammaretur, Christophorus Badensis Marchio multis precibus eum flexit adeò, vt & Principi vehemẽter afflicto veniam dederit, & etiàm alios principes ab vlteriori eius infestatione reuocârit. Nolebat prudentissimus imperator principem penitùs conteri, præsertim cùm videret eum iam non mediocriter humiliatum: nec consultum putauit, ius electionis à Palatinatu auferri. Fuit verò hoc laude dignum in Principibus, quòd promptè morem gessêre Imperatori, cùm eos iussisset receptui canere. Eiusmodi obedientia si in Imperio permansisset, vel solis Germanorum hactenùs sempèr inuictis viribus Turcica tyrannis opprimi & procùl à cunctis Romani Imperij finibus arceri potuisset. Sed cum noua noui Euangelij doctrina, multa in Imperio mutata videmus, in ipsius quidem Imperij certissimã perniciem. Interìm dum sic bella feruẽt in Bauaria & Palatinatu, Rupertus princeps graui cõ-

Maximilianus Cæsar placatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectus animi ægritudine, in ipso adolescentis ętatis flore, anno ætatis suæ 23. vitam cum morte commutauit. Quem eius quoquè coniunx nõ longo interuallo secuta est.

Ludouicus Episcopus Spirensis.

Per idem ferè tempus moritur etiã Ludouicus de Helmstat Episcopus Spirensis, anno pontificatûs sui vigesimoseptimo. Successit illi Philippus Rosenbergius, qui non vno morbo nouem illis annis, quibus gessit episcopum, conflictatus est.

Cazan regnum.

Hoc anno à Basilio Moscouitarum principe defecerunt Cazanenses Tartari. Est Cazan regnum septuaginta ferè milliaribus Germanicis distans à Nouogardia inferiori. Sunt in eo sagittarij peritissimi. Sunt hi Tartari cæteris cultiores. nanque & agros colunt, & habitãt in ędibus, & multiplices exercent mercaturas. Subiecerat illos sibi Basilius Moscouię princeps, adeò vt ex eius sententia reges acciperent. Verùm hoc anno, vt dixi, iugum illud Moscouiticum à suis ceruicibus excusserunt. Eam defectionem multa secuta sunt bella, de quibus hoc loco iam pauca dicemus, nè sit opùs res peregrinas particulatìm subindè repetere & cõmemorare. Basilius Moscouita vbi de Cazanensium defectione certior est factus, ingẽtem exercitum vnà cum tormentis contra illos misit. Cazaneñ cùm se viribus impares cernerent, ad astuta consilia conuertuntur.

Astutia Cazanensium.

Opponunt castra castris tanquàm iusta acie dimicaturi, sed fortissimis quibusque è suis in insidijs collocatis, ipsi fugam ceu territi capessunt.

Cazanenses fugant Moscouitas.

Mox aduolant solutis ordinibus Moscouitæ, & dum castrorum diripiendis spolijs securi inhiant & incumbunt, eccè tibi derepentè Tartari sagittarij tanto in eos impetu feruntur ex insidiarum locis, vt non solùm fugam arripere, sed etiàm tormenta & machinas bellicas relinquere cogerentur. mortuo deindè rege illo, sub quo Cazaneñ à Moscis defecerant, alius quidã, Scheale dictus, vxorem eius viduam duxit, & auxilio principis Moscouiæ & fratris coniugis suæ, Cazanum regnum obtinuit. Verùm is inuisus admodùm fuit Cazanensibus, tum ob alias causas, tum quòd Moscorum principi addictior esse videretur. Itaque illi vni ex Tauricæ regibus regnum deferũt. Illi aduentanti necessariò cessit Scheale, seque cum vxoribus, concubinis & omni supellectile contulit in Moscouiam vndè venerat. Accidit hoc anno Domini 1521. Rex Tauricæ fratrem suum in Cazanense regnum cum magno exercitu postquàm introduxit, traiecto Tanai, Moscouiam rectà contendit. Basilius Moscouię princeps nihil tale suspicatus, misit repentè coactum militem contra Tartaros: sed illi iam Volgam fluuium transiêrant, & Tauricæ atque Cazanensis reges, qui fratres erant, iunctis copijs,

Princeps Moscus turpiter latitat

Moscco grauiter incumbunt. Cernens autem Basilius se illis imparem, relictis quibusdam in Moscouiæ castro viris primarijs, adiuncto illis præsidio, indè aufugit, adeò quidem immodico correptus timore, vt fama sit, eum aliquandiù sub fœni aceruo delituisse. Tartari vltrà progressi, summum terrorem Moscouitis attulêre, ità vt certatim omnes in amplissimum Moscouiæ castrum cum rebus suis confugerent: vndè necessè erat, certissimam oriri pestem ex tanta hominum colluuie, & intolerabili

rabili fœtore, si hostes vel paucos dies ad castrum substitissent. Erant tum in castro aliquot Germani tormentorum fusores & magistri: eorum opera Moscouitæ seruati sunt.

Germani seruant Moscouitas.

Iam enim præfectus arcis, & qui cum eo erant in præsidio, Tartaros muneribus placandos statuerãt, & id gratum habuêre Tartari, sed ea conditione, vt Basilius scriptis literis testaretur, se perpetuum regi Tartaro tributum persoluturum, quêadmodùm eius Maiores fecissent. Scripsit eas literas Basilius, & Tartarus à Moscouia recessit. Erat autem in eius exercitu polonus quidam, qui mira astutia conabatur castrũ Moscouiticum occupare: nec res à periculo aberat, sub prętextu quodam reuertentibus subindè Tartarorum aliquot turmis. Moscouitæ quidẽ iam planè animum desponderant, sed machinarum siue bombardarũ magister Iohannes Iordanus, ex valle Oeni oriundus in Germania, ex suo arbitrio tormentis ordine collocatis, & in Tartaros ac Lituanos disploſis, eos omnes ingenti terrore correptos in fugam coniecit. Tartarus rex de iniuria apud præfectũ arcis conqueritur, sed ille suo iniussu tormenta exonerata respondet. Itaque ille sibi tormentorum artificem dari postulat, & certè parùm abfuit, quin pro tãto beneficio Tartaris deditus fuisset bombardarius, nisi vnius præfecti authoritate & humanitate seruatus esset. Porrò Tartarus confestim abscessit, adeò vt literas pendendi tributi annui in arce reliquerit.

Captiui Moscouitę.

Fertur autem octingenta hominum millia, quanquàm id incredibile videatur, ex Moscouia in captiuitatem abduxisse: quos partìm Turcis in Capha vendiderit, partìm interfecerit.

Tartarorũ crudelitas.

Nam Tartari infirmos & senes ità solent iuuenibus, quouis genere mortis perimẽdos, obijcere, quò primæ militiæ tyrocinia indè addiscãt, vt apud nos lepores canibus. Qui autem venduntur, perpetuos sex annos seruiunt, hauddubiè duram seruitutem: indè quidem liberi fiunt, sed è prouincia discedere nõ audent. Postquàm Tartari in Tauricam abiêre, Basilius Moscouiam redijt, atque sequenti anno cum maximis copijs, atq; etiàm multis tormentis, quibus anteà nunquàm Moscouitæ in bellis vsi fuerant, Tartaros debellatum abijt. Sed cùm ea vice parùm profecisset, alio anno maiorem etiàm exercitum in Tartaros, dùce Michaele Georgij, vno ex pręcipuis consiliarijs suis, misit, qui regem Cazanensem oppugnarent. Verùm ea oppugnatio hunc finem habuit, vt Moscouitę multa pressi cõmeatûs inopia, Tartaris eum miris modis non semèl intercipientibus, tandèm soluta Cazanensis castri obsidione, non sinè dedecore in Moscouiam reuersi sint, ea conditione, quòd Tartari missa legatione, à principe Basilio pacem peterent. Ferunt in eo exercitu Moscouitarum fuisse ad centum & octoginta millia. Præfectum auro Tartarico corruptum, quidam putant, ab occupanda arce Cazaneñ abstinuisse, cùm nõ deesset opportunitas.

semẽ quoddã admirabile in Insula quadam.

Non lõge ab his Cazanensibus Tartaris, in quadam insula à grauissimis viris narratur semen quoddam inueniri, non absimile melonum semini, paulò tamen maius & rotundius, ex eoque in terram condito quiddam agno similimum enasci, quinque palmarum altitudine. Nam & caput, oculos,

agnus ẽ terra nascitur.

aures, cęteraque omnia in formam agni recèns editi, pellem etiàm subtilissimam

Universidad de Deusto
Biblioteca

lissimam habere, qua permulti ijs in locis ad subducenda capitum tegmina vtantur: Tum quoquè plantam illam, si tamen sic dicenda sit, carnem quidem nullam, attamen sanguinem habere, sed carnis loco materiam quandam, cancrorũ carni persimilem: vngulas verò non vt agni corneas, sed pilis quibusdam ad cornu similitudinem vestitas: radicem illi ad vmbilicum ceu ventris medium esse: viuere autem tantispèr, donèc depastis circũ se herbis, radix ipsa pabuli inopia arescat. Deniquè miram eius esse suauitatem, quæ lupos & cætera rapacia animantia ad eam deuorandam inuitet. Hoc quidem propemodùm commentitium esse videtur, nisi à multis minimè contemnendis hominibus confirmaretur. Sed quid præpotenti DEO difficile est? quem admirari & laudare debemus in operibus eius.

Bertoldus episcopus Mogũtinus

ANno 1505 excessit è viuis Bertoldus, ex comitibus Hennenbergẽsibus Archiepiscopus Moguntinus, anno põtificatûs sui 21. Multę huius Pontificis cõmemorantur egregię dotes, singularis prudentia & authoritas, ingenij acumen, prędara facundia, in rebus agendis multa circunspectio, consilij maturitas, insignis experientia, laborum inuicta tolerantia. Fertur etiàm Ecclesiam Moguntinam, tum temporis nõ mediocri ęre alieno prægrauatam, magna ex parte restituisse. Successit ei Iacobus de Liebenstain Sueuus, summę ędis Mogũtinę decanus, vita & moribus inculpatis, sed calculi morbo vehementèr afflictus. Solent plerunq; homines illos miseros iudicare, qui duris conflictentur morbis, & aduersis fortunę flatibus iactentur: contrà beatos, qui prospera semper fruantur fortuna & valetudine. Sed scriptura diuina pijs omnibus non ferè nisi aduersa & aspera in hac vita euentura prędicit, impijs verò iucunda & prospera. Dionysius Areopagita vetustissimus, idemque sanctissimus scriptor, libro de Diuinis Nominibus cap. 8. Hoc verè, inquit, dici potest, potiùs esse Diuinę iustitię proprium, non demulcere & dissoluere virilem optimi cuiusque animum terrenorum bonorum largitionibus. Immò & Dominus ipse in Apocalypsi, Ego quos amo, ait, arguo & castigo. Porrò de impijs alio loco, Dimisi eos, inquit, secundùm desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis. Hoc obitèr dictum sit propter multorum cęca iudicia, qui rebus ad voluntatem fluentibus, putant propicium se habere Deum, licèt malè viuant: contrà verò iratum, si secùs accidat, etiamsi studeant benè viuere.

Iacobus de Liebenstain

Apoc. 3.

Psal. 80.

Comitia Colonię Agrippinæ.

EOdem anno sub mensis Iulij initium Maximilianus Cęsar Comitia habuit Colonię Agrippinę, multis eò principibus, comitibus ac nobilibus confluentibus. Ibi pax conciliata est inter Albertum Bauarum & Philippum Palatinum principes. Conditiones pacis in medium propositas, Cęsar sub grauissima lęsę Maiestatis pœna seruari iussit. Interim verò dum Conuentus hic Colonię agitur, Maximilianus de Geldrensium rebellione fit certior. Itaque cõuocatis principibus, comitibus & nobilibus omnibus, qui tum Colonię aderant, nauigio in Geldriam proficiscitur, opem laturus Brabantis, qui Arnhemium Geldrię oppidum obsidebant.

Maximilianus domat Geldros.

Dux

Dux vbi sensit non contemnendas Cæsaris vires, saniori vsus cõsilio, sub certis conditionibus vrbem dedidit, quam illæsis ciuibus Cæsar accepit, & Ducem quoquè quibusdam interpositis pactis in gratiam recepit. Indè Coloniam multa principum ac nobilium frequentia stipatus redijt, magna eius amplissimæ vrbis ciuium gratulatione exceptus, cunctis tota vrbe campanis alacriter concrepantibus.

Visus est hoc anno sæuus cometes in Palatini ditione inter Occidentem & Septentrionem, qui suo formidabili adspectu non paucos terruit.

Mulhusium deficit ad Heluetios.

ANno 1506. Mulhusenses ab Austriacæ domûs dominatione deficiunt ad Heluetios, pactumque cum eis fœdus, literis sigillo munitis confirmant. Per id tempus rebellabãt Hungari. Qua re cognita, Maximilianus Cæsar multo conscripto milite Prespurgum oppidũ obsidere instituit. Verùm Hungari cùm animaduertissent Cæsaris magnum animum, copiosumq; exercitum, pacem postulârunt, eamque interuentu quorundam antistitũ & procerum regni, sub certis quibusdam conditionibus impetrârunt. Post obitum Matthiæ Huniadis clarissimi Hungarię regis, Maximilianus eius relictã viduam Beatricem, filiam Ferdinandi regis Siculi, sibi matrimonio iungere voluit: sed cùm id cunctantiùs ageret, præuentus est ab Vladislao Casimiri Poloniæ regis filio, qui tum Boëmiæ regnum obtinebat. Percepto igitur regni Hungarici diademate, Vladislaus rex appellatus est. Verùm cum Maximiliano pactus est, vt si absq; legitima prole decederet, Hungariæ Bohemiæq; regna ad eum eiusq; successores deuoluerentur. Vladislao autem successit filius eius Ludouicus, cuius soror Anna nupsit Ferdinando optimo & Christianissimo principi, qui non solùm Hungariæ, sed etiàm Romanorum rex, ac tandèm Imperator factus est.

Vladislaus fit Hungariæ rex.

Fuit hoc anno per Sueuiã & Rheni oram sæuissima porcorũ lues, ità vt nemo ferè pleriq; locis porcinas carnes vel vendere, vel emere auderet.

Hac tempestate Ludouicus Gallorũ rex cùm Mediolani Principatum à Maximiliano Cęsare tanquàm Imperij beneficiarius accepisset, pacem & fœdus cum illo ictum rupit. Ità nunquàm diù licuit orbi Christiano pace & ocio frui, nouis subindè bellis & bellorum causis, quib⁹ paulatìm Christiana Respub. miserabiliter attrita est, emergentibus.

Ioachimus elector Brãdeburgicus instituit Academiã Francofordiensem.

Hoc anno Ioachimus Brandeburgic⁹ Elector, multis egregijs corporis atque animi dotibus insignis princeps, Academiam pulcherrimam instituit Francophordiæ ad Oderam, approbante Iulio II. Pontifice, & certis priuilegijs eam cohonestante. Est situs oppidi amœnissimus: pręterlabitur Viadrus fluuius piscosus, quem alij Oderam vocant, multiq; colles vinearij præcipuam adferunt spectãtibus voluptatem, & quod studiosos facilè allicere solet, paruo illic viuitur, & commodissima habentur studiosorum habitacula. Sequũtur aũt Luteri doctrinã, à qua toto vitę suę spatio Ioachimus Princeps vehementer abhorruit, nec in sua eã ditione disseminari passus est. Fuit aũt idem Princeps etiàm Latinè doctus, & studiorum atque studiosorum pręcipuus fautor & Mecœnas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tumultus in Vlysbona.

Eiusdem anni mense Aprili, Vlysbonæ in Lusitania ingens ciuium in Iudæos recèns baptizatos tumultus cõcitatus est, quòd ij simulatè tantùm salutarib⁹ vndis tingi se permisissent, cùm interìm nihilo minùs Iudaico ritu clàm Pascha celebrarẽt. Tulit id molestissimè populus Christianus, & apud regem de ijs questus est. Rex sexdecim ex illis capi quidem iussit, sed posteà impunè dimitti. Cernens hoc populus, mussitat contra regem & præfectum, tanquàm muneribus corruptos: factaq́ue conspiratione, vno animo omnes viri & fœminæ tumultuantur contra Iudæos pseudochristianos. Aderant illis adhortatores tres monasticæ vitæ cultores, & per vrbem vociferabantur, Misericordia Misericordia: sequantur nos quotquot Christi fidem & crucem diligunt: cędantur omnes sacrilegi Iudæi, qui baptismum prophanârunt &c.

Trucidãtur Iudæi.

Fit igitur magnus armatorum hominum, fœminarum quoquè & iuuenum concursus, vt solet in eiusmodi tumultibus. perq́ue vrbis plateas volitantes, Iudæos omnes recenter baptizatos, quotquot inuenire poterant, ad sexcentos vsque trucidãt, & in sancti Dominici planitie ignibus iniectos comburunt. Deniquè intra paucos dies, quibus hic ferebat tumultus, Vlysbonæ & in propinquis villis mille nongenti triginta Iudæi perempti feruntur. Aberat per id tempus rex Lusitanus ab Vlysbona aliquot milliaribus. Vbì autem de hac cæde certior est factus, indignè tulit,

Rex cã necẽ vindicat.

iussitq́ue in Iudæos excitatæ persecutiõis authores compræhendi. Capti sunt igitur & in vincula coniecti ampliùs ducenti, è quibus aliquot sunt flammis consumpti, alij capite plexi, nonnulli in crucem acti: pleriq; facultatibus omnibus nudati, è patria in exilium pulsi sunt. Fuit quidem zelus ille non repræhendendus, quo detestabantur Iudæorum perfidiam: sed non videtur laudanda temeritas, qua priuata authoritate de illis supplicium sumere voluërunt. Vetus lex in omni sacrificio iubet sal offerri,

Leuit. 2.

hoc est, vt etiàm rectè facta nostra, ex rectæ rationis præscripto prudenter & moderatè, nihil temerè & inconsultò, geramus. Nam alioquì sinè hac prudentia & moderatione, siue (vt habet vulgaris loquendi vsus) sinè hac discretione, etiàm virtutes abeũt in vitia: quò pertinet etiàm illud, Summum ius, summa iniuria.

Cometes p̃nũcius mortis Philippi Austriaci.

Apparuit hoc anno cometes mense Augusto paucis admodùm diebus inter Septentrionem & Orientem sub vrsa minore, & vtrunque tam leonis quàm virginis signum occupans. Visus est prænunciare mortem illustrissimi principis Philippi regis Hispaniæ, Archiducis Austriæ &c. Mortua enim Elizabeth regina Castellæ, Ferdinandi regis Hispaniæ vxore, sinè virilis sexûs liberis, regni Castellæ hęreditas ad Iohannam eius filiã natù maiorem peruenit, quę Philippo nupserat. Is igitur dotis nomine id regnum cõsecutus, magna parata classe, ex Flandria soluit, Hispaniam pe-

Tẽpestas dissipat classẽ.

titurus, multis stipatus nobilibus ac illustribus viris. Sed inter nauigandũ sęua tempestas deimprouisò orta est, & classis aliquãdiù iactata fluctibus, tandèm dissipatur. ac naues aliæ aliò circa Angliæ littus propelluntur. Nauis prętoria cum duabus alijs in *Vynmuthum portum perlata est, vbì rex

*Vuinmuthum.

Philippus

Philippus & animo & corpore ob maris insolentiam defatigatus, scapha conscensa, in terram se eiecit. Vbì rumor increbuit, peregrinas appulisse naues, fit repentè cõcursus accolarum, pręsertim nobilium ad eam oram degentium, vt vi depellant, si hostiles sint. At postquàm didicêre amicas esse, Thomas Trencherdius eques Philippum adit, & obnixè precatur, vt ad ipsius vicinum domicilium velit diuertere. Superuenit & alius eques Iohannes Carous magna armatorum manu stipatus. Is vnà cum Thoma orat Philippũ, nè insalutato Anglię rege discedat, præsertim intra biduũ, aut ad summum triduum adfuturo. Philippus quidem primò negat ob temporis angustiã, deindè assentitur. Henricus rex eius nominis VII. cognito Philippi aduentu, ob veterem amicitiam incredibili gaudio afficitur, mittitq́; heroum cateruas obuiàm, qui Philippum ad ipsum deducãt. Verùm Philippus nihil iam moratus, ad regem in castrum Vuidesorium proficiscitur, nec multò pòst etiàm Iohanna coniunx eius secuta est. Rex autem post multa amica colloquia Philippum duxit Londinum regni caput. Ad extremũ renouato cum Henrico rege fœdere, Philippus in Hispaniam proficiscitur. Iam enim reddita dudùm tranquillitate, classis disiecta, ad Angliæ littus conuenerat. Vbì in Hispaniam ventum est, rece-

ab Angliæ rege honorificè accipitur.

Philippus

ptus est Philippus tanto Hispaniæ procerum studio, vt Ferdinandum regem socerum desererent, cui tanquàm ętate iam affecta, nec admodùm liberali, vt fertur, facilè omnes nouũ regem annos natũ 28. & vitę splendore florentem, anteferebant. Ferdinandus verò eam suorum leuitatem detestatus, Neapolim nauigauit. At Philippus paulò pòst ab cęli noua intemperie febre correptus, in Burgesi oppidi castro vita functꝰ est, magno

ab Hispanis propensissimis animis suscipitur.

Philippus moritur.

suĩ pleriſq; omnibus desiderio relicto. Genuit ex Iohãna liberos sex, mares duos, Carolum & Ferdinandum, ambos Romanorum Imperatores: fœminas quatuor, Eleonoram, *Elizabeth, Mariam & Catharinam. Fuit autẽ statura iusta, facie venusta, corpore crasso, ingenio bono, animo forti & liberali. Est hoc quoq; exemplum memorabile humanæ fragilitatis & miseriæ, quandò tantus princeps in eo vitę ac fortunæ mirificè arridentis splendore, in eo ætatis flore & robore, pręter omnem expectationem rebus humanis eximitur, alijsq; suo exemplo luculenter ostendit, quàm nihil sit sub sole diuturnum, quàm meritò contemnenda sint omnia, quę possit offerre hic mundus. Filij hominum, vsquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

*Isabelam,

Psal. 4.

Iulius Pontifex occupat Bononiam.

Eodem anno Iulius Pontifex Iohannem Bentiuolum virum prępotentem, Gallorum viribus adiutus, Bononia eiecit. Iam Galli portis exercitum admouerãt, cùm Bẽtiuolus senex septuagenarius, malè sibi à Pontifice metuens, ad Gallos confugit, & tandèm Mediolani exul interijt. Domus eius magnificẽtissimę structurę, medium vrbis locũ occupans, vt abominandi dominatûs memoria penitùs aboleretur, cõcurrentis populi impetu à fundamẽtis euersa est. Est Bononia insignis & ampla, & vel maximè populosa Italiæ vrbs, olìm quidẽ subiecta Exarchatui, sed à Pipino & Carolo Magno tradita Romanis põtificibus, quibus hodieq́; páret.

Bononia

Abun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abundat mirificè rebus omnibus vitæ degendæ neceſſarijs & accommodis, atque erga exteros ſingulari quadam vtitur ciuilitate & humanitate. Fuit in ea Bentiuolorum familia cumprimis potens, & quæ ſibi non ſemèl dominium vendicârit: ſed Pontificum ope vrbs liberata, eis, vt diximus, páret. Habet Academiam celeberrimam, vt non immeritò ſtudiorũ parens dici poſſe videatur.

Genuenſes pellunt ex vrbe nobilitatem.

ANno 1507. Genuenſes, pulſa nobilitate, ſtatum popularem induxerũt, Paulo Nouio viro plebeio ad ſummum honorem immodico populi fauore euecto. Sed eos Gallorum rex Ludouicus armis ſubegit, & Gallico coëgit parére imperio. Porrò Paulum Nouium è fuga retractum, capite plecti iuſſit. Hæc vrbs ſæpè mutauit dominos. Inter Liguriæ oppida longè clariſſima eſt, potens quondàm in mari, ità vt vſque ad Peram Conſtantinopoli vicinam, imperium protulerit ſuum, multisque inſulis dominata ſit. Pulcherrimis abũdat ædificijs, multisque opibus, portuque fruitur commodo.

Bellũ inter Maximilianum & Venetos.

Ortum eſt etiàm bellum inter Maximilianum Cæſarem & Venetos, partìm à Carnicis alpibus, partìm ad Tridẽtinas fauces: & primò quidem Liuianus Veneti exercitûs dux, multam Germanorum ſtragem edidit, aliquot etiàm Germanicę ditionis oppidis vi expugnatis, & Veneto imperio adiectis: at verò Cęſar ea affectus iniuria, cũ Pontifice & Galliæ rege Ludouico aduersùs Venetos Cameraci coniurauit, idq; tanto ſilentio, vt cùm fœdus illud, quod Italiæ ſupremã propemodùm cladem attulit, obſcuris indicijs in publicum emanaret, Veneti vix tandèm ictum credere potuerint. Maximilianus quoquè apud Conſtantiam habuerat comitia, vbi multa de Venetis queſtus fuit, quòd cum Gallo aduersùs ipſum conſpirâſſent. Itaque tum eius belli ſuſcepta ſunt conſilia & initia, quod in annum vſque 1517. perdurauit, maximo Venetę Reipublicę detrimento. Veneti enim immoderata affecti cupiditate, ex maximorum Principum cladibus ditiões ſuas, multis occupatis vrbibus, ſumma cum inuidia protulerant. Gallus ante omnes cum ampliſſimo exercitu in Italiam tranſgreditur, & valida quoq; manu Venetorum duce Liuiano ipſi occurrẽte, ad pugnam ventum eſt, in qua permulti ex Venetis ceciderunt, capto Liuiano. Secũdùm eam victoriam intra pauciſſimos dies ſinè vulnere Bergomum, Cremonam, Cremam & Brixiam Gallię rex recepit. Veronam, Vincentiam atque Patauium Cęſar cepit, Iulius Pontifex Ariminum, Fauentiam, Ceruiam & Rauennam recuperauit. Porrò Hiſpano regi Senatus Venetus Apulię vrbes, Sipontum, Tranium, Monopolim, Brunduſium & Hydruntum ſponte reſtituit. In hac Venetæ Reipublicæ penè ſuprema calamitate Turcicus Imperator non modò fidem ſeruauit, ſed etiàm copias auxiliares Venetis ſtudiosè obtulit. At illi, quod certè præclarã in eis meretur laudem, gratias quidem egérunt Turcæ, quòd fidem egregiè coleret, ſed tamen eius auxilijs ſibi minimè vtendum putârunt, puto, deteſtati barbari regis in Chriſtianam religionem odium inexpiabile, licèt Chriſtianos quoſdam ſubindè non puduerit cum illis impijs Chriſti

Gallus vincit Venetos.

Veneti nolunt vti auxilio Turcico.

DEI

DEI hoſtibus, contra Chriſtianos fœdus percutere, & ad Chriſtianorum inuadendas ditiones eos prouocare atque extimulare: quaſi verò neſcirent, eiuſmodi ferè occaſione Græcorum imperium ab illis ſpurciſſimis porcis ſuperiori ſeculo occupatum.

Grando ſæuiſſima.

Hoc anno magna damna vinctis & frugibus intulit ſæuiſſima grandinis tempeſtas, præſertim in ditione Vuirtẽbergica. Rotẽburgi ad Neccarum fluuium tanta fuit grandinis rabies, vt & feneſtras & tecta ædium comminuerit. Tertio quoquè Calend. Iulij, intempeſtę noctis ſilentio, turbo vehemens tantam excitauit tempeſtatem, vt & arbores radicitùs euulſę atq; procùl diſiectę, & ędificiorum tecta ac tegulæ abreptę, domus & horrea concuſſa, plurimaq; arboribus damna data ſint. Eodẽ anno Carolus Geldrię Dux rupto fœdere, quod illi erat cum Maximiliano, Gallico auro & milite fretus, Brabantos vehementer afflixit, & prędas ex illis egit egregiè. Anno ſequente idem à populatoribus illis actitatum eſt, ſed non pari rerum ſucceſſu. Nam dum onuſti pręda ad ſuos ſe recipere volunt, à Namurcenſibus cęſi atque proſtrati ſunt.

Geldrus vexat Brabantos.

ANno 1508. æſtas perpetuis fuit pluuijs madida, quæ res locis non paucis porcos & boues tabida quadam lue & peſte intercutanea afflixit & perdidit.

Philippus Palatinus moritur.

Hoc anno, 3. Calẽd. Martij obijt Philippus Palatinus princeps poſt diuturnos podagrę, chiragrę & calculi toleratos acerbos cruciatus. Hi morbi inter acutos numerantur à medicis, qui mirabiliter affligũt & excruciant corpus humanum, ità vt nonnunquàm furore & amentia corripiantur, q ijs immodicè laborant. Reliquit is Princeps ſeptem filios & tres filias, quarum poſtremò genita, Diui Benedicti complexa inſtitutum, ſanctè & piè vixit: multò felicior, cõtempto mundo, quàm alię ſorores, quę principibus viris matrimonio iunctæ fuêre. Obijt non longè pòſt etiàm Albertus Bauarię dux, relictis tribus filijs, Guilhelmo, qui ei in principatu ſucceſſit, Ludouico & Erneſto, itemque filiabus quatuor. Coniugem habuit ſororem Maximiliani Cęſaris, quę ab eius obitu facultatib' omnibus nũcium remittens, vt Chriſto immortali ſpõſo totam ſe liberiùs tradere poſſet, Monaci, quod eſt pulcherrimum Bauariæ oppidum, monaſticum eſt viuendi complexa genus, egregium de ſe prębens eximij in Deum amoris & virilis cõſtantię exemplum, rarũ in principibus fœminis, vt poſthabitis pompis & vanitatibus ſeculi, cupiant vni vacare Deo: ſed quanto rarius, eo pręſtantius. Omnia eñ pręclara rara, laudabilia & pulchra, vt rectè in Ethicis ait Ariſtoteles. Fecit olìm idem Conſtantia Cõſtantini Magni filia, quandò, vt teſtis eſt D. Ambroſius, ad ſepulcrum beatiſſimę Agnetis orans, à lepra mirabiliter curata eſt: quam etiàm multæ alię illuſtres virgines imitatę ſunt. Fecerunt idem multæ alię regum & principum filiæ, alięque nobiliſſimæ matronæ, deditiſſimo erga DEVM animo cantantes, Regnum mundi & omnem ornatum ſeculi contempſi propter amorem Domini mei IESV CHRISTI. At longè ſecùs affecti ſunt, qui habent ſpiritum huius mundi, quibus huiuſmodi vitę inſtituta aut horrori

Albertus Bauarus decedit.

ſunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.2. sunt, aut contemptui, de quibus dicit Apostolus: Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritûs DEI.

Fuerunt hoc anno magni per Germaniam & Italiam terręmotus, aërisque intemperies arbores & arbusculas, nè frondere possent, diù retardauit, donèc quasi abinsperatò Dei benignitate cómodus aër eam tarditatem compensauit. Propter id genus verni temporis clades & pericula auertenda, iam olìm institutæ sunt, hodieque apud Catholicos fiunt, Litaniæ & publicę supplicationes ad Deũ & sanctos eius: sed eę hodiè apud Euangelicos prorsùs iacent, apud Catholicos pleroſque admodùm incuriosè & frigidè seruantur, & ideò tam propicio nunc vtimur Deo, tantaq; est rerum vitę degendę necessariarum atque annonę copia & vilitas.

Iacobus de Liebenstain. Obijt huius anni mense Septembri Iacobus de Liebenstain Archiepiscopus Moguntinus, non totos quatuor annos eo functus pontificatu. In eius locum suffectus est Vriel de Gemingen, summæ ædis Moguntinæ Decanus.

Hermãnus Hessius Archiepiscop. Coloniẽsis moritur. Non diù pòst secutus est eum mense Octobri Hermannus Hassiæ Lantgrauius & Archiepiscopus Colonienſis, cùm illi Sedi præfuisset annis 28. Eius principis præter alias virtutes, insignis fuit benignitas & liberalitas in pauperes, adeò vt nullum mendicum à se vacuum discedere pateretur. Ea virtus maximè decet principes, præsertim Ecclesiasticos, qui suis, immò Ecclesiæ facultatibus, quarum sunt dispensatores, non ad luxum, sed ad benignitatem vti debent, quemadmodùm multi olìm sancti Pontifices fecerũt, & nostra quoquè ætate nonnulli faciunt. Hermanno Pontifici succeſſit Philippus comes Oberstenius, qui sua prudẽtia & industria plurimùm contulit Ecclesię Colonienſi.

Tempestas imbrium horrenda. Hoc etiàm anno sub mensis Augusti initium immanissima extitit apud Stutgardiam imbrium tempestas, quę muros, domos, horrea funditùs abriperet, homines & iumenta demergeret, vinetis, erasa & absportata humo, maxima detrimenta adferret. Est autem Stutgardia haud procùl à Neccaro sita in ditione Vuirtẽbergenſi, vbi duces Vuirtenbergici habent elegans & regium castrum. Ager eius vrbis, innumeris consitus vineis, vini egregij tam est ferax, vt dici vix possit, quantam in singulos annos vini copiam proferat.

Tumultus Erphordiensis. ANno 1509. magn⁹ fuit tumultus Erphordiæ ob exactiones insolitas, quas populus nimiùm graues querebatur, præsertim quòd quotannis fierent. Res tandèm eò perducta, vt populus non dubitârit Senatum oñem mouere loco, & alium subrogare, qui excussis libris accepti & expensi, codicibusque rationarijs siue regestis, inuenerunt oppidum grauissimo pressum ære alieno, ad summam vsque sexcẽtorum millium aureorum, vndè quotannis reditum triginta millium aureorum pendere cogebantur. Porrò cõpertum est, aliquot millibus excedere eam summam, quam in annos singulos reciperent, hunc quem diximus reditum. Ea res ingentes conciuit turbas, adeò vt populus omnes è Senatu motos in carcerẽ coniecturus fuerit, nî illi fuga sibi maturè consuluissent.

Quos-

Quosdam tamen carceri mancipârunt, & ex ijs vnum iam ætate grauem, in crucem agere non dubitârunt. Tumultûs huius occasione inter Moguntinum Pontificem & Fridericum Saxoniæ principem lis orta est, & propemodùm ad arma ventum esset, nî se sequestrum interposuisset Herbipolenſis Episcopus Laurẽtius Biberanus, vir magnæ dexteritatis, cuius industria effectum est, vt partes, armis positis, Cæsaris sentẽtiam expectarent. Erphordienses interìm ciues consilium capiunt in annos singulos noui creandi Senatûs, à quo dati & accepti rationem reposcant.

Henricus VII. Angliæ rex moritur. Hoc anno in Britãnijs à vita decessit Henricus eius nominis septimus Angliæ rex, vndecimo Calendas Maij in sua Richemundia villa, vbi Frãciscanorum Obseruantum cœnobium condiderat. Regnauit annos tres & viginti, vixit 52. Suscepit ex vxore Elizabeth liberos octo, mares quatuor, & totidèm fœminas: reliquit superstites tres, Henricũ principem Vualliæ, qui illi in regno succeſsit, Margaritam & Mariam. Corpore fuit graci-li, sed benè firmo ac valido, statura quæ parùm iustam excederet, forma eximia, ingenio perspicaci, animo excellenti & forti in summis quoquè periculis. Placidum & humanum se præstabat: superbiam verò & arrogãtiam adeò detestabatur, vt quos illis vitijs laborare comperisset, ijs asperũ se pręberet. Regnum multis opibus auctum post se reliquit: qua in re solebat quadam vti industria singulari, mercatoribus non rarò pecunia ad tempus data gratuitò, vt mercatura in ipsius regno esset frequẽtior & copiosior. Atque hac ratione effectum est, vt quotannis à mercatoribus vltrò citroq; commeãtibus maxima auri & argenti vis in regnum importaretur. Religionem alacriter obseruauit & coluit, libenterq; rebus diuinis interfuit, nec facilè vllo vel negocio vel tẽpore ab eis excludi se passus est. Attentè audiebat quotidiè bina ternáve Missæ sacra, & sępè conciones sacras: pauperibus assiduè eleemosynam præstabat per suum eleemosynarium. Sacerdotio honorem habebat, illudq; piè colebat, libẽs iuuabat, largè augebat. Orabat multùm, & festis præsertim diebus preces dicebat horarias, quas vulgò horas Canonicas vocant. Nè tamen solis suis precibus contentus esse videretur, solebat clàm pijs & religiosis sacerdotibus largitiones facere, vt pro ipso orarent, atque etiàm post obitum toto regno certis in templis pro se preces & sacrificia fieri voluit. Fecit testamentum, & primùm omnium iussit restitui, si qua in fiscum regium iniustè illata essent, domumq; hospitalem, qua inopes reciperentur, in suburbijs Londinensibus ab se inchoatam perfici. Sub eiusmodi principibus solent florere regna. Nam certum est, quo principes in Deum religiosiores sunt, eo quoquè illis omnia feliciùs succedere, DEO Opt. Max. illos mirabiliter protegente & amplificante.

Mores optimi principis.

Litere politiores veniunt in Germaniã, &c. Hisce temporibus cùm in Italia bellicis tumultibus omnia arderent, politiores literæ tum Græcę, tum Latinæ, in Germaniam, Galliam, Angliam, Scotiam sese diffuderunt, ità vt illæ nationes, quas Itali barbaras dicere consuẽssent, iam multos tales viros certatìm proferrent, qui Italis nõ modò nõ cedere, sed etiàm illos aut æquare, aut etiàm superare videretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Olim scriptores exteri, Iulius Cæsar, Cornelius Tacitus, Seneca, Liuius & alij de Germania sic scripserunt, vt eam planè contempsisse videantur. Cor. Tacitus de Germania. Fuit Germaniæ terra, ait Cornelius Tacitus, ab initio in vniuersum aut syluis horrida, aut paludibus infœcũda, aspera cælo, tristis cultu conspectuque, humidior quà Gallias, ventosior quà Noricũ ac Pannoniam adspicit, frugiferarum arborum & omnis culturę impatiens, pecorum fœcunda, sed plerunquè improcera. Ne armentis quidem suus honos aut gloria frontis. Numero gaudent, eæque solæ & gratissimæ sunt opes. Argentum & aurum propitij an irati dij negauerint, dubito. Nec tamẽ affirmauerim nullam Germaniæ venam, argentum aurúmve gignere. quis enim scrutatus est? Seneca de Germanis. Seneca quoquè libro de gubernatione mundi, Germani, inquit, errant incertis sedibus: sunt apud eos perpetuæ hyemes, solum infœcundum, nullæ ædes: venationibus viuunt, vbicunquè nox fessos laboribus deprehendit, cubãt sub frõdibus, aut in speluncis foueisve. Non habent domos, sed casas folijs & culmis contectas. Incolę circumaguntur chorizantium more in congelato mari, victitantes carne ferina, gens nuda & pellibus solùm ferarum vestita, & propterea vilis despectaq; ab omnibus. Sic nimirùm de Germania nostra sensêre prisci illi scriptores: quæ tamen si cum præsenti rerum Germaniæ statu cõferantur, longè falsissima comperientur. Itidèm ergò etiàm in literarum cognitione accidit, quæ hac tempestate paulatìm in Germania, Anglia &c. ità florere cœperunt, vt iam Itali citra ruborem trãsalpinas nationes barbaras appellare non possint. His enim temporibus præcellentes viri & fœminæ illustres vbiquè gentium cœperunt promouere bonarum artium studia, & apud Iohãnis Roffensis Episcopi encomium. Anglos quidem (vt de reliquis interìm taceã) Margarita Henrici regis mater sanctissima, hortatu Iohãnis Fischerij Roffensis episcopi, viri summa doctrina, summa gratia, summa integritate, (qui posteà sub Henrico VIII. cùm illius secundas nuptias, priori viuente coniuge, approbare nollet, capite plexus est) Cantabrigię bina extruxit studiosorũ collegia, quibus etiàm ad victum necessaria liberaliter impartita est. Itemque aliquot Angliæ insignes episcopi diuersis locis collegia exædificârũt, vbì bonis literis studiosi imbuerentur. Et certè gratulandum est hisce regiõibus, quas Barbaras Itali vocant, quòd ad solas terras relegata barbarie, in literis humanioribus mirificè profecerint: verùm id tamen moderatè, quandoquidem videmus cum literarum excultiori peritia tot paulò pòst errores inuectos, vt nemo id pro dignitate deplorare queat. Solent horum temporum noui euangelici, qui plerunquè sola linguarũ peritia imperitę multitudini sese venditant, acerbissimè in Catholicæ Ecclesię abusus inuehi, ità vt propter Hereticis res bonas propter abusus tolli volũt. abusus etiàm res ipsas è medio tolli velint, immò & è medio locis non paucis sustulerint. Sed cur illi non eodem zelo è tota Europa literas politiores & linguarum cognitionem proscribunt? An verò obscurum est, permultos hodiè literarum peritia petulantissimè abuti? Cùm ergò propter literarum & artium abusum eas damnari nolint, quid ità impotenter Ecclesiæ abusus vnà cum rebus ipsis tollendos vociferantur?

Multi

Multi hodiè insigniter eruditi, turpissimè errant: nec erroris alia ferè causa esse videtur, quàm ipsa eruditio: quanquàm nõ est in causa eruditio, sed eruditionis abusus. Cùm enim qui verè eruditi sunt, tanto debeant esse summissiores & modestiores, quanto sunt insigniori eruditione præditi, isti contrà sua eruditione efferuntur: & cùm linguas vtcunquè calleant, putãt se iam etiàm in rebus Theologicis plus videre, quàm vel tota videat schola Parisiensis, immò Ecclesia vniuersa: & fit in illis verum quod Apostolus ait, Scientia inflat. Eam verò inflationem sequitur iusto Dei iudicio illa terribilis pœna, quam alibì his verbis commemorat idem Apostolus, Rom. 1. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & obscuratum est insipiens cor eorum. An non verò hoc in permultis hodiè videmus, non vulgari alioquì doctrina præditis? Quos non illi prorsùs absurdos & abominandos errores pro illustri veritate & ipsissima Euãgelij luce miserrimę plebeculę obtrudunt? Num hoc eruditioni & literis imputandum est? Non est id quidem, sed illorum deprauatis & elatis ingenijs, qui rebus bonis pessimè abutuntur. Sicut ergò propter eiusmodi corruptorum hominum abusum non sunt tollendæ neque damnandæ bonæ literæ, ità etiàm propter abusus quosdam nulla ratione reijcienda & damnãda sunt Catholicę Ecclesiæ instituta, ritus & cæremoniæ: quod tamen nemo ferè hodiè propẽsiùs facit, quàm illi ipsi, qui bonis literis in suam & aliorum perniciem sceleratissimè abutuntur. Verùm hoc fortassìs extra cancellos, non tamen sinè ratione commemoratum volui. i. Cor. 8.

Hoc tempore Henricus eius nominis VIII. Angliæ rex, postquàm patri defuncto iusta persoluit, in matrimonium duxit Catharinam Arthuri iam antè defuncti fratris sui coniugẽ, qui admodùm tenera ætate eam duxerat, sed per ętatis imbecillitatem nullas ex ea proles susceperat, immò et virginem eam reliquerat, quemadmodùm non solùm ipsa sanctè affirmabat, sed etiàm cum ea testabantur matronæ probatissimę. Vt autem nullus relinqueretur cõscientiæ scrupulus, voluit Henricus rex authoritate summi Pontificis eas sibi nuptias permitti. Agebat Henricus annum ętatis 18. Porrò Margarita auia eius, mulier prudentissima, cùm videret illi per ętatem necdùm licere suum pręstare officiũ, consultissimè id effecit, vt optimorum & sapientissimorum procerum consilijs dirigeretur, in quibus erant Guilhelmus Varanus Cantuariç Archiepiscopus regni Cancellarius, & plerique alij egregij viri: qui cùm non ignorarent, tantam illi in numerato & rebus mobilibus hęreditatem venisse, quãtam nulli ante ipsum Anglię regi, nè ea rerum opulentia animum eius corrumperet, cœperunt eum negocijs gerendis studiosè assuefacere, à quibus tum adhuc abhorrere videbatur. Deindè 8. Calendas Iulias cum Catharina vxore, quæ fuit Caroli Quinti Cæsaris matertera, à Cantuariensi Archiepiscopo coronatur, publico totius regni plausu & gaudio, quod tamen non mediocriter perturbauit mors Margaritæ auiæ Henrici, non parùm illi regno detrimentosa. Henricus VIII. Angliæ rex ducit vxorem.

Hoc ipso anno defijt esse in humanis Guilhelmus Lantgrauius Hassię, Guilhelmus Lantgrauius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hassiæ mo-ritur.

sacro igni alijsque medicinam omnem respuentibus morbis cõsumptus. Reliquit Philippum filium, natum anno salutis 1504. qui posteà rerũ potitus est.

Eodem anno apud Bernates in Heluetijs quidam instituti Dominicani, inconsultò admodùm ac temerè oppugnantes immaculatam Virginis matris conceptionem, cœperunt etiàm commentitijs quibusdam miraculis & visionibus suam apud vulgus opiniõem tueri. Abusi ad hoc erant quodam simplici fratre laico, qui tamen rem omnem produxit in lucẽ, nõnullaque alia egerant, quæ viros graues & religiosos minimè deceret. Sed

Bernates olim Virgini matri deuotissimi.

qa prępotens Deus matris suæ iniurias haud facilè sinit inultas abire, Bernates zelo permoti, (quippe q id laudis eximię iurè tum referebant, quòd essent vltores egregij iniuriarum matris Dei) Lausanensem Episcopum, vt in eos inquireret, hortati sunt. Facta est inquisitio, & rei veritate comperta, quatuor primarij fratres Dominicani degradati sunt, & indè flammis exusti. Isthuc verò in primis cauendum est hominibus è religione Christianis, vtì nè in defendenda sententia sua & aliena oppugnanda, nimiùm sint pertinaces, ijs præsertim in rebus, quas certum est nihil officere veræ pietati: qualis est opinio de immaculata sanctissimæ Virginis conceptione, quam videmus ab Ecclesia receptam, & à multis grauissimis atque doctissimis viris fortissimè propugnatam, atque etiàm aliquot Conciliorũ generalium approbatione firmatam. Videant refractarij, nè, dum matris honori & priuilegio cum multorum graui scandalo & offensione derogant, filij eius seuerum in se iudicium prouocent.

Vuotmatiæ inter clerum & ciues orta dissensio, iam decennio extra vrbem clerum detinuerat. Verùm hoc demùm anno opera Frederici Saxonis, Vdalrici Vuirtẽbergici & aliorum Imperij principũ, qui apud Vuormatiam cõuenerant, ea lis composita est, & clerus in oppidum se recepit: quanquàm in eam concordiam Episcopus Vuormatien consentire noluit, nisì in integrum restitueretur, quod ciues renuebant.

Grandinis tempestas.

Fuit hoc anno sæuissima grandinis procella, quæ non vno loco Sueuiæ fruges deuastauit. Ferunt ea tẽpestate cecidisse ex aëre lapides oui gallinacei magnitudine.

Terræmot. Constantinopolim concutit.

Hoc anno mensis Septembris die 14. ac deincèps diebus 18. cõtinenter vrbem Constantinopolitanam, qua parte spectat mare, horrẽdum in modum cõcussit terribilis terræmotus, domosq; subruit, & ruderibus fossam cõplens solo æquauit. Arcẽ, vbì regis Turcici immensi thesauri in quinq; turribus munitissimis asseruabantur, domumq; egregiam, in qua leones alebantur, euertit. Cuniculos, per quos longis itineribus etiàm per mõtes è Danubio in vrbem aquæ adducuntur, summis & impensis & sudoribus effectos, adeò quassauit, vt maximis opibus instaurari nequiuerint: ipsum quoquè mare inter Constantinopolim & Peram vsqueadeò intumuit vt vtriusq; vrbis muros suis fluctibus excederet, & vndas in vtranq; inferret. Multa quoq; alia dãna eoipso die Turcis illata sunt. Ferũtur tum Constantinopoli ad 13. hoĩm millia interijsse. Nimirùm iusto Dei iudicio illi crucis Christi

Christi atrocissimi hostes eam cladem illo die passi sunt, quo S. Crucis Exaltationem religiosè colit Ecclesia Christi: neq; id herì aut nudiustertiùs demùm cœpit, sed ante mille ducẽtos & eo ampliùs annos legimus apud probatos authores Crucis Exaltationem quotãnis solenniter celebratam esse. Videat, qui volet, Nicephori historiam Ecclesiasticã lib. 8. ca. 29. & 50. vt meritò pudefieri debeãt nostrorum temporum sectarij, qui vt plerasq; alias, ità etiàm hanc Catholicæ Ecclesiæ antiquissimam solennitatem abrogârunt: quanquàm scio in Nicephoro eundem diem & Inuentioni & Exaltationi sanctę Crucis attribui: sed hoc parùm refert, cùm sectarij neq; Inuentionem, neque Exaltationem celebrari velint.

Crucis exaltatio iam olim celebrata in Ecclesia.

ANno 1510. Comitia habita sunt Augustæ frequentissimo Principum conuentu: quò multi etiàm exterorum Regum legati aduolârunt. Decreta est ibi belli continuatio in Venetos, quorum tum quædam funestæ machinationes ferũtur in lucem perductæ, quę belli proferendi causa non minima fuêre. Proditum enim est, submissos fuisse à Venetis non minùs 50. nefarios homines, qui vrbes & pagos Cęsareanæ ditionis inflãmarent. Porrò Veneti cùm se tot potentissimis hostibus impares cernerent, Iulium Pontificem suppliciter venia petita sibi conciliãdum statuunt, missaque legatiõe magnanimum Pontificem, qui afflictis Italiæ rebus non mediocriter doleret, facilè placârunt: sed ea pax noua bella peperit.

Veneti sibi conciliant Pontificem.

Huius anni mense Februario quidã vir sacrilegus Paulus Form, in Marchiæ Brandeburgẽsis villa Knobloch, intempesta nocte è templo furatus est arculam inauratam, qua sacrosancta Eucharistia vetustissimo Catholicæ Ecclesię more asseruabatur. Erant autẽ in ea hostiæ duæ, altera maior, minor altera. Multa iam luce adijt scelestus ille Iudęum, arculam vẽditurus. Iudæus facilè animaduertens, cuiusmodi vsum ea habuisset, ait maius precium se fuisse daturum, si rem contentam attulisset. Tum ille furcifer, qui iam alteram instàr Iudę satanica impietate deglutiérat, reliquam è sinu depromptam obtulit Iudęo æstimandam, à quo tamen nõ nisì pauculos exigui precij nummos accipit. At miser ille tanto iam obstrictus scelere, sæuæ conscientiæ furijs quibusdam exagitatus, fugit indè ad Vandalos: (Extant enim hodieque Vandalorum reliquię, & ipse quoquè Brandeburgicus Princeps se Vandalorum dominum scribit) sed cùm res minimè lateret, domum redijt, captusque & tortus, quid egisset, confessus est. Interìm verò sceleratissimus Iudęus hostiã sacrã crebris pugiõis ictibus identidèm cõfodere nititur: at nihil se proficere cernens, hostia integra permanente, quodam furoris œstro percitus, Si tu es, inquit, Deus Christianorum, rede te manifestum in mille dæmoniorum nomine. Atque eccè subitò hostia in tres diducta partes, sanguineo per oras humore madet. Territus Iudæus, particulas panno inuolutas mensem vnum apud se retinet, ac deindè duobus alijs Brandeburgi & Stendelij morantibus singulas particulas mittit, tertia sibi reseruata, quam rursùm mensę impositam pugione conficit, vndè sanguinis guttulę dimanârunt. Consternatus ille, & veritus se

Pauli cuiusdam nefarij facinus.

Iudęus quidam sacram hostiam impiè tractat.

Insigne miraculum.

Alia stupenda miracula

Universidad de Deusto
Biblioteca

proditum iri, particulã absumere nititur, sed nõ valet: deìn mittit in aquã, at illa enatat: tertiò in ignem proijcit, sed nihil id hostiæ nocet. Ad extremum, sub Paschatis solẽnitatem azymos coxit panes, particulamq; massulæ azymi panis immixtam in furnum iactauit, moxque furnus alioquì obscurus resplenduit, & massula illa in Iudæi faciem insiliuit.

Iudęi Christianorũ infantes vt perimant.

Nouo ille terrore correptus, massulam illam cum particula, alteri cuidam Iudæo transmisit. Iam res erat prolata in publicum, & Marchio Iudęos omnes in ipsius ditione morantes Berlinum acciri, & in vinculis teneri iussit. Habita autem ex illis quæstione, præter alia flagitia non parùm multa, fassi sunt se intra paucos admodùm annos septem Christianorum infantes acubus & punctionibus peremisse. Igitur lata in illos sententia, 40. flammis traditi sunt. Tres alij Iudæi baptisma perceperũt quidem, sed postera die duo capite plexi sunt: tertius, pluribus pro eo rogantibus, vita donatus, D. Francisci institutum Berlini complexus est. Porrò ter execrãdus ille sacræ hostiæ proditor Paulus Form, candentibus discerptus ferris, in cinerem tandèm voracibus flammis redactus est. Deniquè Iudæi omnes è tota Marchionis ditione ità proscripti sunt & extrusi, vt sub pœna capitis omni eis reditu paritèr interdictum sit.

Saxa ingentia pluit.

Eodem anno in Insubribus pluit saxa grandia, è quibus vnum pondus habuit librarum 120. Erant autem silicibus duriora, odore sulfureo.

Selymus fit Turcarum Imperator.

ANno 1511. Selymus Turcarum fit Imperator studio quorundã Bassarum (sic enim illi vocant præcipuos quosdam principes) & militum prętorianorum, qui ab illis Ianizari dicuntur. Is patrem suũ Baiazetem exuit imperio, moxque Byzantio excedentem, & Dimothecã Thraciæ vrbem petentem cum familiaribus suis, cùm iam annos haberet 76. Hamonis Iudæi medici opera veneno sustulit: quanquàm alij dicant, senio & curis confectum interijsse. Sed Antonius Vtrius Ligur, qui fuit Baiazetis cubicularius, testatus est se in expirantis corpore non dubia veneni indicia deprehendisse. Vt hoc immane parricidium perpetraret homo crudelis, multa eum mouere poterant. Immensos enim thesauros & gemmas precios issimas secum absportârat Baiazetes, quos ille thesauros posteà donatiui nomine largissimè profudit in milites, quorũ erat studio euectus ad imperium. Nec tamen paterna illa cæde contentus, etiàm ambos fratres suos, & 5. egregię indolis adolescentes, fratrum filios, & ipsum Mustapham Bassam, qui vel maximè eum ad imperium promouerat, per summam crudelitatẽ necari posteà iussit. Ea immanitas & sęuitia in propinquos, etiàm complures milites eius adeò consternauit, vt per aliquot dies conspectum eius exhorruerint. Verùm de hoc tyranno paulò infrà plura dicemus.

Crudelitas Selymi Turcæ.

Vir prodigiosæ vastitatis & ingluuiei.

Hoc anno Maximilianus Cęsar comitia indixit apud Augustam, vbì illi oblatus est vir quidam prodigiosæ vastitatis & crassitudinis, atque incredibilis ingluuici, ità vt integrum vitulum crudum, vel ouem incoctã vna vice deuoraret, & tamen necdùm famem expletam diceret. Ferunt hominem Borealibus regionibus ortum fuisse, vbì ob locorũ frigora solẽt esse homi-

homines edaciores: quanquàm huius edacitas propemodùm incredibilis videri possit.

Cõstantiẽses mendicantur frustrà desectionem ab Imperio.

Eoipso anno Senatus Constantiẽn, adiũctis sibi aliquot popularibus, cum Heluetijs sese coniungere & fœdus inire, vrbemque illis dẽdere volebat. Sed eorum conatib⁹ obuiàm itum est ab illis, quibus turpe videbatur ab Imperio desciscere. In ijs facilè primas sibi vendicauit piscatorum societas. Itaque literis ad Cæsarem Maximilianum datis, eum de Senatûs machinationibus certiorem reddiderunt. Nec ille sibi & imperio defuit, sed properè eò aduolans, piscatorum studio & viribus vrbem ingressus, quos comprehendere potuit è conspirationis eius authoribus, capite damnauit: nam plerique fuga dilapsi erant.

Cõcilĩu Pisanum prophanum.

Hoc anno Bernardinus Hispanus, Cardinalis S. Crucis, Sedis Apostolicæ in Germaniã legatus, cum aliquot paucis in suam sententiam pertractis Cardinalibus, mirabili audacia concilium generale apud Pisas indixit, eoq; ipsum, pręter alios, Iulium Pontificem maximũ citare nõ dubitauit. Conuenerũt aliquot ⁊piscopi ex Gallijs & Insubribus: Primò Pisis, vbì cùm parùm tuti sibi viderentur, indè abiẽre Mediolanum: verùm nec ibì satìs suis rebus fidentes, Lugdunum sese transtulerunt, vbì etiàm aliquot sessiones habitæ sunt, rege Gallorum haud obscurè illis fauente, quippe q in pontificẽ alieno esset animo. Porrò cùm ea temeritas ad horrendũ schisma spectare videretur, Iulius pontifex datis ad eos literis, monuit perbenignè, vt ad pacem & vnitatem Ecclesiæ se reciperent: alioquì fore, vt vel inuitus in ipsos animaduerteret. Ea admonitio tres Cardinales permouit, vt cum Põtifice in gratiã redire maturarent, quos Pontifex liberaliter & clementer accepit: in alios, cùm nollent ad sanitatem redire, grauem sanè tulit sentẽtiam, qua illorum audacia nõnihìl contusa est. Sed tamen cùm regis Gallorum fruerẽtur patrocinio, in sententia permanserunt. Monitus Gallus à Põtifice, vtì nè eos foueret diutiùs, nõ magnoperè curauit. Itaque à Pontifice excommunicatus est. Non longè aberat ab hac factione Maximilianus Cęsar, grauiter cõmotus in pontificem, quòd nõ bona fide à se recessisset, & cum Venetis fœdus percussisset. sed vir grauis & prudens, admonitus à bonis viris, sese collegit, & celeriter ab hac temeritate discessit. Non erat quidem pontifex ab omni culpa alienus, sed tamen minimè decebat Cardinales paucos talem excitare turbam, & Ecclesię pacem cum maximo omnium scandalo perturbare. Et tamen non desunt fortasìs, apud quos etiàm hoc conciliabulum habeat non vulgarem authoritatem, maximè quòd ad pontificis contumeliam pertineat, qua pleriq; admodùm delectantur, perindè vt Cham olìm nuditate Noë patris sui. Sed qualiscunque demùm sit Pontifex, modò nè sit hęreticus, propter eum, cuius gerit vices, reuerenter inprimìs ac multo in honore habendus est. Atquì verò Iulius Pontifex, vt Pisanum conciliabulum destrueret, Romę Concilium indixit generale, quod sub Leone X. demùm absolutum est.

Gen. 9.

Iacobus epi-

Eodẽ anno mortuus est Iacobus ⁊piscopus Treuirẽsis, ex marchionib⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

scopus Treuericus. Badeñ: cuius cathedram obtinuit Richardus Griffenklou, vir prudens & rerum admodùm peritus.

Seditio Spirensis. ANno 1512. seditio fuit Spirę propter exactiones, quę, cùm importunę & immoderatę sunt, vulgus exasperare solent. Multa egit insolenter aduersùm senatum plebs concitata: sed tandèm Maximiliani Cæsaris fracta minis, modestiùs agere cœpit, restituto Senatu in pristinam dignitatem, quem paulò antè loco mouerat. Eos verò qui fugerant, ordinis senatorij viros proscripsit.

Maximilianus discedit à Galli amicitia. Hoc anno Maximilianus Cæsar, cui fide nihil sanctius, intelligens Gallorum regem non bona fide secum agere, prętereaque Geldriæ principem aduersùs Brabantos concitâsse, compulsus discessit à Gallico fœdere, & ad Põtificem se adiunxit, nouo fœdere percusso. Porrò omnibus, qui Imperij essent, seuerissimè interdixit, capitali in transgressores constituto supplicio, nè Gallo militarẽt, vel suppetias ferrent. Eam legem floccipendens Emicho comes Lyningensis, in Gallias abijt, & Gallo se militaturum obtulit. Quod cùm Maximilianus resciuisset, eum maiestatis reũ cum omnibus suis proscripsit. Itaque omnia quæ Comitis erant, principes Imperij diripuerunt. Comes reuersus vt animum Cæsaris placaret, & per seipsum & per amicos re tentata, diù nihil proficere potuit. O si ea in imperio obedientia principum, & in refractarios seueritas permansisset, aliud hodiè Imperium haberemus. Sed dum principes contemnũt summum Magistratum, ipsi quoquè plerunquè à suis subditis contemnuntur: & sic omnia pessùm ire necesse est.

Monstrũ Rauennæ visum Hac ferè tempestate monstrum Rauennæ visum ferebatur vtrunque habens sexum, cornu vno extante in capite, alatum, & sinè brachijs, vno duntaxàt crure & pede instàr auis rapacis, & in genu oculo vno, in pectore figura apparente literæ Y. vel V. cum signo Crucis. Interpretationem quidam eiusmodi esse voluërunt, Superbiam: Leuitatem, Virtutum inopiam, Sodomiticam labem, Amorem rerũ labentium, Dei obliuionem, Inexplebilem auaritiam, Gallico flagello castigatum iri. Quod & factum est. Eodem enim anno Gallorum rex Ludouicus rupto cum Pontifice & Maximiliano fœdere, Rauennam obsedit, & tandèm deditione receptam vrbem, contra fidem datam diripuit, & magna clade affecit. Posteà verò Pontifex, Cęsareanis & Heluetiorum adiutus copijs, Rauennam recuperauit, & Gallos tota Italia expulit. Antè autem quàm Gallus Rauennam obtineret, superueniente pontificis exercitu, cruẽtissimum commissum est prælium, in quo ad 16. millia ceciderunt.

Monstri significatio.

Gallus vastat Rauennam.

Seditio Coloniæ. ANno 1513. apud Coloniam Agrippinam, Germanię clarissimam, & in Catholica religione constantissimam vtbem, pernicioſa admodùm seditio orta est, vulgo contra Senatum tumultus ciente. Querebatur plebs se nimijs exhauriri exactionibus. Fit concursus seditiosi populi ad prętorium vel domum senatoriam, vbi erat senatus congregatus. Magna cõtentione postulant sibi tradi eos, qui insolitis exactionibus ipsos emungere non dubitarent. Territus Senatus repentino periculo,

lo, populum sæuientem blandis sermonibus delinire cœpit, atq; vix tandèm impetrata dilatione, de omnibus exactam se rationem redditurum spopondit. Et quia populares erãt & grati populo, qui hęc senatûs nomine dicebãt, plebs commota eo die nihil vltrà attentauit. Porrò die altera, qui erat Epiphaniæ Domini, populo nouos excitante cõcursus, quidam è senatu rapiuntur in carceres, è quibus vnus postridiè capite truncatur. Idem supplicij genus pertulêre duo cõsules xj. Ianuarij. Indè xij. eiusdem mensis tres senatores eodem modo plexi sunt. Ex alijs plerique proscripti sunt. Ità demùm vrbi restituta est tranquillitas, sed certè exemplo prorsùs fero ac barbaro. Nom eñ debet contra Dei prœceptum hoc sibi in magistratus suos plebs temeraria vsurpare.

Tumultus Vuormatiensis. Eodem anno etiàm Vuormatieñ ciues in senatum seditionem mouerunt, & reiectis ordinis Senatorij viris, ex seipsis nouos creârunt. Erat ea res pessimi exempli, quę plerasque alias Germanię vrbes ad idem attentandum, nõ absque ingenti dedecore, incitauit. Primùm prouocatum est à Senatu exauthorato ad iudicium Camerę, sed ciues Vuormatieñ Imperatorem appellàrunt, qui cùm minas intentaret seditiosis hominibus, pax simulata interìm cõfecta est, non diuturnas habitura vires. Iam antè Vuormatieñ cum Clero acerbas aluërant dissensiones, quæ tandèm iusto DEI iudicio in ipsos versæ sunt.

Nouariam frustrà oppugnant Galli. Hoc anno Maximilianus Sforcia dux Mediolaneñ, Heluetiorum insigni virtute Mediolanum, pulsis Gallis, recuperauit. Obsidebat Gallorũ fortissimus exercitus Nouariam, vbi tum Maximilianus Sforcia nõ absq; ingenti periculo & formidine cum aliquot Heluetiorum copijs erat. Iam muros prostrauerant Galli, & cùm summa esset ciuiũ in vrbe trepidatio, Heluetij incredibili audacia mirè insultabant Gallis, prouocabantque vt per patentem murum irrumperent: interìm in Gallorum contemptum, contra hiatus diſiecti muri lectorum tantùm lintea transuersis suspensa perticis prętendentes. Et certè Galli, licèt aditus pateret, non fuére ausi subire murũ, sed motis castris à Nouaria discesserunt, & ad Riottam vicũ, ab ea vrbe viginti stadijs distãtem, castrametati sunt. Interìm aliquot Heluetiorum millia auxilio venêre illis, qui Nouariæ erãt. Accidit tum quiddam sanè memorabile. Canes Gallorũ, relictis castris, magno agmine Nouariam ingressi, Heluetiorum excubias agentium crura lambere, caudis blanditer adulari, submissisq; auribus singulis applaudere cœperunt, tanquàm Heluetij iam ipsorũ essent domini. Ea res Heluetijs certam videbatur de Gallis victoriam polliceri. Non multò pòst Heluetij (erant autẽ peditum ad nouem millia) vrbe egressi, ad Gallorum fortissima castra profecti sunt, vnà cum illis proficiscente Maximiliano, quem tamen ad vrbẽ redire vel inuitum compulerunt, nè ab hostibus interimeretur. Vbi ad Gallos diuersis itineribus ventum est, tanto impetu Heluetij vndiquè eos oppugnârunt, vt (quod dictu propè incredibile videatur) cæsis fugatisque omnibus, sesquihoræ spatio & memorabile prælium, & grauissimum bellum confecerint. Ceciderunt eo prælio ad octo millia

Heluetij mirè cõtemnunt Gallos.

Gal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gallorum omnis generis, ex Heluetijs mille trecenti. Ità tum Maximilianus Mediolanũ obtinuit. Sanè quãdiù apud Heluetios Catholica fides inconcussa & inuiolata permansit, & erga Sedem Apostolicam, cuius ea gens obseruantissima fuit, studium & amor singularis, apud omnes virtutis opinionem obtinuêre, quę cum mutata posteà religione, non parùm apud illos pagos, qui Zuinglij dogma sequuntur, est labefactata. Turpis enim omninò est & propemodùm inexpiabilis macula desertæ religiõis: quod vtinàm plerique hoc æuo attenderent, qui leuitate plusquàm puerili, ab auita fide in res nouas se abduci sinunt. At tamen etiàm hodiè maxima Heluetiorum pars Catholicam fidem constantissimè retinet, & pristinæ quoquè virtutis bellicæ laudem.

Bellum inter Gallos & Anglos.

Eodem anno bellum atrox extitit inter Gallum & Anglum. Henricus enim VIII. Angliæ rex Romanum pontificem, cuius tum erat obseruantissimus, atque etiàm religionis causam tueri æquum atque magnificum arbitratus, grandem conscripsit è suis & Germanis exercitum. Neq; interìm se Gallię rex deferebat, magno vndiquè coacto exercitu. Britanni verò è Calesia (quæ portus Iccius olim fuit) Taroãnam munitissimam Morinorum vrbem oppugnatum profecti sunt, quibus paulò pòst cum nouis copijs se coniunxit Henricus rex. Atque tum demùm vrbs ea totis viribus oppugnata est. Paulò pòst Maximilianus Cæsar cum suis illi copijs accessit. Vbi verò fama increbuit, Gallorum regem obsessis cõmeatum aduehere instituisse, Maximilianus Cæsar cum 4000. equitum, subsequente Anglo cum peditibus, ad Gallos contendit, eosq; omnes in fugam coniecit. Atque tum Taroanna deditione capta est, vrbsque, templis seruatis, incensa 9. Calendas Septẽbris. Ludouicus Gallorũ rex hac accepta clade grauiter commotus, Scotorum regem Iacobum, vt Angliæ bellum inferret, Gallica arte permouit. Multa Scotum retrahebant, nè id faceret, præsertim nihil tale verente Anglo, cuius quoquè sororem habebat in matrimonio, & cum quo fœdus grauissimum percusserat. Tandèm tamen infausto consilio transuersim actus, infesta arma Britannis præter opinionem intulit, licèt admonitus esset ab Henrico, vt si eius facti eum non puderet, saltem vereretur iudicium præpotentis Dei, qui turbatæ pacis & ruptorum fœderum vltor esse soleret. Illud verò bellũ contra fidem & fœdus susceptum, eum habuit euentum, vt primus Scoti exercitus in Angliam missus, cùm post ingentia data damna, præda onust⁹ intra suos fines se recipere maturaret, penè ad internecionem à Britannis cæsus sit: aé deindè cùm Scotus bellum redintegrâsset, & totis viribus Britannos oppugnaret, atque in loco arte & natura munitissimo castra posuisset, tamen ab Anglis victus, profligatus, & insigni ac memorabili clade affectus sit. Ipse rex Iacobus in prælio cecidit, & cum eo Archiepiscopus vnus, episcopi duo, abbates quatuor, proceres & equestri dignitate honoribusque militię illustres 34. pręter hos verò ad octo millia Scotorum cęsa, totidèm fermè capta sunt: omnia signa militaria, & tormenta maiora vigintiduo Anglo victori cessêre. Commissa est hęc pugna ad Tylum quarto Idus Septemb.

Taroanna capitur.

Scotiæ rex temerè facit bellum Anglo.

Scotiæ rex cadit in bello.

Septemb. ad internecionem ferè Scoticæ nobilitatis. Porrò Henricus rex ea victoria suorum celerrimis nuncijs cognita, mox ad Tornacum exercitum mouit, vrbem Neruiorũ celeberrimam, quam non longè antè Galli in fidem ditionemque acceperant: Primò ciues fortiter se defendere, sed tormentorum vim nimiam non ferentes, Anglo deditionem fecerunt.

Sunt q scribant, hunc Iacobum Scotorũ regem virum alioquì optimũ fuisse, & licèt à Gallis esset ad bellum Anglis inferẽdum incitatus, tamen recusâsse diù, donèc malis euersus cõsilijs, in suum exitium Angliam debellandam statuerit. Sed debebat rex tum necessitudinis, vtpotè Angliæ regis sororius, tum percussi fœderis rationem habuisse: quod quia non fecit, omnibus regibus & principibus suo casu longè acerbissimo hoc testatum reliquit, vt sint memores datæ fidei, & certum habeant esse Deum prępotentem in cælis, qui vlcisci & possit & velit fœderum & iustitiæ violatores. Huius rei multa passìm exempla extant apud scriptores, atque etiàm in literis Diuinis.

Hoc ipso anno quidam Cardinales, qui Conciliabulum Pisanum secuti fuerant, veniam à Leone Pontifice & petiêrunt, & impetrârunt. Rex quoquè Galliæ veritus tot grauissima incommoda eõ se pertulisse, quòd idem ipsum adulterinum Concilium in sua ditione fouisset, illud abrogauit atque damnauit, & cum suis Concilio Lateranensi adhæsit.

Galliæ rex damnat cõciliũ Pisanũ

Eodem anno Venetorum exercitus à Cæsareanis adeò attritus est, vt ex illo vna die, quæ fuit Nonis Octobris, supra 5000. ceciderint, & in ijs, quod nullo antè prælio acciderat, 400. equites cataphracti: tormenta curulia vigintiquatuor cum omnibus signis militaribus capta, cùm tamen è victoribus pauci desiderarentur.

Venetorum clades.

Hoc anno arx Mediolanensis tandèm deditione cessit Maximiliano Sphorciæ duci Mediolanensi, cùm eam Gallus iam quatuodecim annos occupâsset: & paulò pòst etiàm Cremonensi arx dedita est. Multo sanguine, neq; id vno tempore, Mediolanense imperium cõstitit, & eius nomine Christiana Respublica sępè grauiter affecta & exhausta est. Turcæ & barbari gaudẽt Christianorum eiusmodi mutuis dissidijs, & ex ijs augent rem suam. Verissimè autem dixit Salustius: Cõcordia res paruæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

Arx Mediolanensis cedit Maximil. Sphorciæ.

Anno eodem mortuus est Philippus à Rosenberg Spirensis antistes, succedente Georgio Comite Palatino, prępositio Moguntino.

Obijt etiàm Romę Iulius 2. Pontifex, iam septuagenarius, cui à quibusdam tribuitur titulus liberatæ à Gallis Italiæ, propterea q; opera Heluetiorum Gallos è tota Italia expulit. Videri possit nonnullis plùs ęquo bellicis rebus intẽtus fuisse, immò & hoc nomine à quibusdam perstringitur ac insimulatur. Nos id Deo iudici relinquere mãlumus, quàm mordaciter insectari. Successorem habuit Ioannem Medicem Florentinum, qui Leonis X. nomen accepit, quem Galli paulòantè captiuum detinuerant, è quorum tamen manibus magno quodam casu elapsus, ad tantum honoris fastigium euasit.

Iulius 2. moritur.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fœdus Palatinorum cum Vuirtẽbergico.

Hoc anno comites Palatini Ludouicus & Fridericus fratres, fœdus percusserẽt perpetuum & hæreditarium cum Vdalrico Vuirtembergensi principe, accedente eò cõsensu Cæsaris Maximiliani. Non dubium quin iusta fœdera magnam habeant opportunitatem, si tamẽ in ijs ea lex amicitiæ seruetur, vt à fœderatis amicis honesta petantur, quemadmodùm in suo Lelio ait Cicero, Amicorum causa honesta suscipiantur & fiant, neq; quicquam vnquàm, nisi honestum & rectum, alteri ab alteris postulent.

Eodem anno Cæsar Maximilianus multa pecunia Heluetios cõduxit, alioquì sua sponte Gallo infensos, qui Burgundiam è Gallorum manibus eriperẽt. Aderat illis Vdalricus Vuirtẽbergẽsis regulus, Cæsaris partes secutus, qui exercitui commeatum liberaliter suppeditabat. Obsederunt Heluetij vrbem Diuionem, & iam muri pars nõ exigua disiecta, aditum præbebat hostibus, vt facilè vi adhibita possent irrumpere: cùm eccè Galli obsessi, Gallica vsi arte, Heluetios magnis ꝓmissis muneribus corruperunt, eosque adduxerunt, vt in summam gentis suę ignominiam, ab vrbe discederẽt, ijs tamen conditionibus præscriptis Gallo, quas etsi Tramulius Gallici exercitûs dux necessitate adactus acceperit, Ludouicus tamen Gallorum rex posteà omninò respuerit: quæ res vt meritò accidit Heluetijs, quòd incõstanter & leuiter egissent, ità eos vehementer commouit in Gallorum regem. In ea apud Diuionem defectione primi fuêre Bernenses, magnæ apud Heluetios authoritatis. Multùm ea Heluetiorum incõstantia offendit Maximilianum Cæsarem, Henricum Anglũ, & quosdam alios, & res ipsa docuit, non esse spem reponendam in hominibus, qui oblata occasione facilè sua mutant consilia, maximè cùm pleriq; priuatis suis potiùs quàm publicis soleant commodis & vtilitatibus inseruire.

Obsidio Diuionis auro gallico corrumpitur.

Fuit hoc anno frigus hyemis acerrimum, adeò vt apud Coloniam Agrippinam aliquandiù totum Rhenum glacies durissima obtinuerit, q̃ non homines tantùm, sed currus etiàm egregiè onustos transmitteret. Ea glacies soluta est anno sequenti ipsis ferijs D. Antonij.

Frigus acerrimum.

ANno 1514. circa ipsa eius anni initia, cum alioquì Veneti multis modis essent vehementer afflicti, & multis acerbis rerum casibus exagitati, repentè atrocissimum media Venetiarum vrbe incendium erupit, quod ædes innumeras & quædam etiàm templa absumpsit, hausti etiàm numulariorum officinis. Mansit autem intactum D. Iacobi Sacellum, quo nihil Venetijs antiquius habetur, in ipso nascentis vrbis primordio constructum, licèt iam latera essent circũambusta. Interìm etiàm mare flantibus ventis mirè exagitabatur, vt certè non paruo in discrimine versari tum res Veneta videretur. Sedatum tamen altero die est incendium, & multiplex per id tempus fuit Venetiarũ clarissimę vrbis calamitas. Ità nihil est rebus in humanis omni ex parte beatum, nihil diuturnum. Fuêre quidam Venetijs, qui hoc incendium Germanis imputarẽt, quasi illi suas vlturi iniurias id excitâssent, propterea q; fama esset, Venetorum fraude duas Germaniæ vrbes anno superiori arsisse. Sed reuerà potiùs

Incendium vastat Venetias.

potiùs videtur fuisse flagellũ Dei, vel Venetorum peccata castigantis, vel eos fortasìs à fastu & alijs vitijs reuocantis. De Venetiarum vrbe eximia multa dici possent, si locus pateretur. Amplissima certè est & munitissima. Venetię describuntur. Fertur in circuitu habere milliaria octo Italica. Sita est in æstuario maritimo: at vbì mare sæuit, ibì vel ipsa natura habet littus illi obiectum, quod quinque locis nauibus peruium est. Sunt in ea parœcię 62. monasteria 41. Pontes publici, vt de priuatis nihil dicamus, 400. Nauigia in varios vsus plùs minùs 8000. Habet magistratum singulari grauitate & prudentia insignem. Dux eligitur sorte, vt aiunt, & nihil potest ea in re ambitio, pessima humani generis pestis. Dux quoàd viuit, præest Reipubl. nec tamen vel ille quicquam absque senatu, vel sinè illo Senatus agit. Certos habet sibi præfixos limites in rebus gerendis, intra quos se contineat oportet. Habitus illi non multùm regio dissimilis est. Vtitur purpurea aut auro cõtexta veste. In capite gestat mitram regiã ex lino, quam pileus ambit purpureus cinctus corolla aurea. Cùm se confert in senatum, vtitur folio regio, & tum senatores, tum ciues omnes aperto capite illi loquunt̃, stantq; coram illo tanquàm principe. Eius nomine Senatûs diplomata scribũtur, & eius obsignantur sigillo. Eius item nomine leges publicãtur. Et quanuis non admodùm à rege distare videatur, non tamen nimiùm illi habenæ laxantur. Nam nihil agit sinè consilio sex procerum, qui ex sex tribunitijs collegijs illi immediati consiliarij adhibentur. Sed hæc alibì fortasìs copiosiùs.

Hic annus 1514. Italiam & Occidentem ferè pacatissimum habuit, cùm iam aliquot annis bellis atrocissimis arsisset: quorum flamma deindè in Orientem & Septentrionem peruagata, amplissimas gentes & imperia horrendum in modum vastauit. In Occidente cùm iam attritę omnium vires, haud facilè instaurari possent, velutì consensu quodam ab armis interìm discessum est, vt posteà infestioribus animis repererentur. Et quod sinè magno animi dolore dici vix potest, tanto odio & cõtentione in mutuam perniciem Christiani principes & populi ferebantur, vt nullum cędibus, rapinis & incendijs finem daturi viderẽtur, donèc vel alterutris nihil mansisset reliquum, vel vtriq; per mutuas clades ad internecionẽ bellando cõciderent. O insaniam & feritatem plusquàm beluinam. Interìm creuêre barbaris nationibus vires & animi, & nõ semèl eò res redacta fuit, vt parùm abfuerit, quin totus Occidens Turcicis subactus armis, amentię suę pœnas egregias lueret, nisì præpotens Deus pro sua bonitate eam calamitatem auertisset. Occidẽs habet pacem.

Hoc verò anno bellum ortum est in Pannonia, quòd Vladislaus Sigismundi Poloni frater, qui Matthiæ Coruino successerat, nõ eam adferret curam & diligẽtiam rebus gerendis quam oporteret. Pleriq; enim ꝓceres regni, cùm eum viderent non admodùm rebus inuigilantem, quòd iam esset senio & corporis graui pondere oppressus, regnum amplissimũ prædę habere cœperũt, & singuli suis studere cõmodis ac vtilitatibus, premere intolerãdis exactiõibus subditos, atq; id genus alijs studijs nõ bonis

Universidad de Deusto
Biblioteca

operam nauare: vndè factum est, vt regni opibus dissipatis, nerui bellorũ pecuniæ regi deficerent. Per id tempus factus est ingens cõcursus hominum, præsertim agrestium, propterea q; militaturis aduersùs Turcas in Illyrica Croatia à legato Apostolico largissimè essent condonationes oblatę. Verùm ista hominum fęx, licèt pleriq; essent iussi discedere ab armis ob nimiam multitudinem, iam consilium ceperunt de excutiendo à ceruicibus suis nobilium iugo. Itaq; ducem sibi cõstituunt Georgium Sichelum, hominem audacissimum: cuius auspicijs nõ paucas edunt nobilium cędes, matronis & virginibus ingenuis vim adferunt, Cinadium vrbẽ ex cratibus materiaq; cõstructam inflãmant, cõcrematis omnibus eius vrbis incolis, ijs demptis quos fumus vel tela cõsumpserunt: Episcopum vrbis Georgium crudelissimè interfecerunt, & alios quosque genere & opibus clarissimos aut sacerdotio insignes, exquisitissimis tormẽtis dilaniauerũt. Ità demùm compulsi nobiles, suĩ defensionem quãta maxima possunt vi & celeritate parãt, ducecq; Bornemissa, multos seditiosę multitudinis fundunt, nec multò pòst pluribus locis penè ad internecionẽ eos delent. Nec tamen Georgius se deserit, sed nouis auctus copijs bellũ instaurat. Verùm eius nefarij hominis hic fuit exitus, quòd paulò pòst à Iohanne Vaiuoda captus, cæso ferè omni eius exercitu, nudus & catenis vinctus, in equuleo cõstitutus, & corona candenti ex vomere cõflata, vt regum mos est, coronatus, multisq; alijs immanissimis & horribilibus est supplicijs excruciatus, ità vt nõ desint, qui putẽt nimia & inaudita crudelitate in eum & eius exercitum desæuitum. Atque hoc pacto illud ſeuum & nefarium perditę multitudinis bellum extinctum est, quod nisì citò repressum fuisset, extremam Hungariæ calamitatem hauddubiè allaturum videbatur.

Concursus hominum agrestiũ in Hungaria.

Georgius Sichelus.

Cæduntur, seditiosi.

Horrẽdum supplicium.

Eodem tempore bellum cum Moscouitis gessit Sigismundus Poloniæ rex, vir in Catholica fide, præter alias virtutes, cõstantissimus. Moscouitarum est ditio amplissima, in longum ac latum obtinens ad 500. milliaria Germanica, vt quidam ait, possuntq; ad cẽtum & quinquaginta equitum millia conficere. Erat tum in finibus Moscouitarum Smolenchum oppidum, quod non Ruboni amni, vt perperàm collocatum est ab illis, qui Ptolemęi libris nouas incogniti orbis tabulas inseruêre, sed vlteriori Borysthenis ripę adiacet. Est in hoc oppido castrum, in vlteriore fluminis ripa situm, ex roboribus constructum, in quo cernere licet permultas domos, vt ciuitatis præ se speciem ferat. Ab altera parte Borysthene alluitur, ab altera fossis & acutis palis aduersùs hostiles incursus munitur. Vrbs ipsa in valle sita, omni ex parte colles habet fertiles, & syluas densissimas, vndè pellium diuersarum ingens prouentus. Aedificia pleraque omnia sunt lignea. Est ibì quoquè suburbium, vbì monasteriorum è lapide exædificatorum complures ruinæ visuntur. Id oppidum vel potiùs oppidi castrum, summa vi à Basilio magno duce Moscouitarum oppugnatum anno superiori, sed fortissimè à præsidio Polonico defensum est, adeò vt Moscouita re infecta, multis relictis tormentis, & impedimentorum multò maxima parte amissa, abscedere coactus fuerit. At vêre proximo, coactis

Bellũ Polonorum cum Moscouitis.

Moscouitarum amplissima ditio.

Smolenchũ oppugnat.

coactis quadraginta equitum millibus, quorundam præsidiariorum fraude oppidum per proditionem cepit. Indè tum in Lituaniam factis excursionibus irrupit. Cõtrà verò Polonus rex conflato exercitu trigintaquinque millium, Constantinum ducem egregium misit contra Moscouitas, quorum licèt multò maiores essent copiæ, ità tamen à Polonis tormenta in Moscos præter eorum expectationem displodentibus, fusi fugatiq́ue sunt, vt Basilius ipse fuga sibi salutem quærere coactus sit, & in fluuij cuiusdam dubijs & altis ripis tot in fuga Mosci submersiõe periẽrint, vt ipse quoquè fluminis cursus retardatus sit. Habebat Polonus in exercitu suo aliquot millia peditum, quorũ in hoc prælio præcipua virtus enituit. Capti sunt in hoc conflictu omnes Moscouiticæ militię præfecti & consiliarij, è quibus aliquot præcipui posteà Vilnæ ferreis sunt cõpedibus constricti, reliqui per castra Lituaniæ distributi.

Hoc anno Selymus Turcarũ Imperator cum valido exercitu ingressus fines Armeniæ maioris, aliquandiù ob itinerum imperitiam ad summam rerũ omnium pẽnuriam adactus, tandèm non longè à Tauriſio clarissima Persarũ regia, Ismaẽlem Sophũ obuiàm habuit cum exercitu triginta millium equitum. Erat is exercitus numero longè impar Turcarum copijs, quæ supra centum & quinquaginta millibus equitum & peditum constabant, & tormentis non paucis munitæ erant, quibus Persę carebant: at tamen tanta vi Persarum exercitus Turcas adortus est, vt pluribus prostratis, iam victoria omninò à Persis stare videretur, quæ tamen ex eorum manibus elapsa est, simul atquè Sophus Persarum rex leuiter tormẽto vulneratus, è prelio excessit. Atquì verò tametsi Selymus victor euasisset, vbì tamen audiuit Ismaelem Sophum nouis contractis copijs superuenire, ex Armenia, vbì hyemare decreuerat, excessit, multa in itinere ab Aladolo Tauri montis principe, & demùm à Persis summa contentione cum persequentibus, perpessus, atque Persarum regis ditionibus prorsùs eiectus. Potuisset tunc facilè ad internecionem deleri Turcarum exercitus, si Persarum rex victoria iam ferè parta vti nouisset. Sed fortassis voluit præpotens Deus Christianis non deesse flagellum, quo eorũ peccata castigarentur. Ceciderunt in hoc prælio Turcarum supra triginta millia, & in ijs quidam egregij & principes viri.

Selymus oppugnat Sophum Persarum regẽ.

Selymus ex Armenia discedit.

Pauca hìc dicemus in gratiam lectoris de potẽtissimis duobus regibus, Selymo & Ismaële, vt cordatus quisq; videat, non nisì omnipotentis Dei prouidentia & dispensatione actum esse, vt tam potentes principes mutuis exarserint odijs, nè illis vires & copias suas coniungentibus, omne Christianorum genus penitùs extirparetur. Erat horum Imperatorum par gloria & regnorum ac ditionum amplitudo, sed mores & disciplina militaris longè diuersa. Vterque Mahometanus, sed tamen in eaipsa secta non eiusdẽ sententiæ fuit. Alius Homarim, alius Halyn sequebatur, quorum suprà meminimus. In Ismaële singularis quædam pietas, in Selymo inhumana crudelitas cernebatur. Ismael ex prima nobilitate & liberis hominibus militię robora cõscripsit: Selymus pro Ottomannicę familię in-

conferũtur inter se Selymus & Ismaël Sophi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtituto ſeruorum genus mâluit. Fuit Iſmaël decora facie, roſeo vultu, radiantibus oculis, flaua barba, & quod antiquum apud Perſas regiæ ſtirpis inſigne eſt, aduncо naſo, illuſtriq; facundia. At Selymus triſti ſupercilio, prægrādibus & toruis oculis, Scythico pallore ſuffuſa facie, rigētibus ſetis à ſuperiori labro ad ceruicem retortis, barba nigricante, quę adſpectantibus terrorem incutiant. Iſmaël & aditu pariter & alloquio benignus & facilis, ſuo conuiuio magnam procerum adhibet frequentiam: vxores, ſi fœcundæ ſint, Perſarum more tenerè diligit: Selymus cōtrà in arcano gerit omnia: puerorum imberbium & eunuchorum miniſterio contentus, ſinè conuiua diſcumbit. vxores à regiæ limine procùl arcet, in mares propenſiori libidine quàm fœminas: contentus vno filio hærede Solimanno, quem ex Tartari cuiuſdā regis filia ſuſcepit. Quòd ad militiam attinet, Perſas equites (gaudēt enim mirificè equitatu) ſquamoſi thoraces, loricę ferreæ, bucculatæ caſſides, cono inſignes galeæ, clypeiq; auratis vmbonibus rotundi vndiquè protegūt, cùm Turcæ ferè inermes pugnare non dubitent. Vtuntur Perſę lancea fraxinea ancipiti, Turcę haſta è fragili abiete, gladio incuruo, & claua ferrea. Perſarum equi frontalibus ferreis, & tegumentis recocto è corio veſtiuntur, quę conſertis laminis, aut infarcto bombycis & goſſipij tomento ità muniunt, vt quanlibet telorum contumeliam perferant. Iſmaël Perſarum imperio potitus, tributa remiſit, vectigalia ſuſtulit, minusq; ærario ſtuduit, eoq; pecunia ſignata ſemper caruit, interim tamen tot regnis neceſſaria omnia largiſſimè ſuppeditantibus: ſed hac in parte longè impar fuit Selymo, cui ingentes peditum ac equitum copię perpetuò militantes, certa ſtipendia à quæſtoribus accipiebant. Nec vnquàm deerant ſumptus, ex tot tributis & vectigalibus immenſa conflata pecunia aureæ & argenteæ monetæ, quę Byzantij ſeptem in turribus aſſeruata, impenſas omnes quarta parte ſuperabant. Apud Perſas tria ſunt genera militum: prętorianorum, euocatorum, & auxiliarium. Prętoriani certa ſtipendia merēt, & eorum ornatiſſimo comitatu, firmiſſimoq; præſidio rex ipſe in ſua aula vtitur. Vbi verò bellum imminet, ex omnibus regis ditionibus antiquæ nobilitatis beneficiarij, quorū ingens eſt numerus, euocātur: in ijs illi reliquos antecellunt, qui ex Perſide & vrbe regia, nomine Scyras, accerſuntur. Eſt ea vrbs elegātium armorum officinis toto Oriente clariſſima, incōparabili chalybis temperatura in acinaces & lancearum mucrones celebrata, quæ vel immenſo precio à Turcis cupidiſſimè coëmuntur: quòd eius ferri ea vis ſit, vt vno ictu noſtrorū galeę diſcindantur, nihil retuſa omninò acie, & lancearum mucrones ſolidum pectorale transfodiant. Auxiliares deniquè copiæ ab Hiberis & Albanis mittuntur.

Perſæ vxores amant.

Militię ratio diſpar.

Equi Perſarum vę muniantur.

Turcarum opes.

Perſę tria habēt militum genera.

Scyras vrbs clariſſima.

Ferri mira vis.

Porrò Selymus Ottomannicę domûs inſtituto, cùm tam multas occupat alienas ditiones, non alijs ferè quàm ſeruorum viribus & conſilijs tam auguſtum cōtinuit ac tuebatur Imperium, magnis propoſitis pręmijs ijs, quorum egregiam erga ſe voluntatem ac ſtudium perſpexiſſet. Turcas aūt ob antiquam nobilitatem non ęquo tulit animo, pręſertim eius gentis familias

Turcę inuiſi Selymo Ottomanno,

familias quatuor, vetuſtate originis Ottomannorum domui pares, putà Michaloglos, Ebrenes, Turacanos, atq; Malcocios, quos licèt inſigni virtute prędītos non ſinunt Ottomanni vel ad purpuratorum Baſſarum, vel magiſtrorum equitum ordinem vnquàm euadere, nè ad imperium adſpirent: habent tamen interim hæ familię ampliſſimas functiones. Michaloglj voluntarijs equitibus pręſunt, qui centum millium numerum plerunquè implent, dicunturq; ab illis Acanzes, hoc eſt, antecurſores. Porrò ex prędecturis, quæ ſunt valde multę, nobiliores commendantur reliquis tribus familijs, Peloponneſiaca Turacanis, Boſnenſis Malcocijs, Ebrenibus Samandrica in Triballis. Ex omnibus prędecturis, quæ ſunt ſupra quadraginta & octo, nulla eſt tam tenuis, quæ non habeat ad duo millia equitū, cùm ampliores ſena vel ſeptena contineant: & hi omnes ſingulis mēſibus certa habent ſtipendia. Atque in hoc equitatu præcipuum Ottomannorum robur cōſiſtit, cùm ad repentinum edictum intra paucos admodùm dies ſeptuaginta ampliùs egregiorum equitum millia in vnum locum à præfectis facilè poſſint adduci. Vniuerſis autem duo magiſtri equitū præſunt, quos Bellerbechos, id eſt, dominos dominorum vocāt, quorum alter in Aſia ad Cutheiam Galatiæ vrbem, alter in Europa ad Sophiā Mœſiæ inferioris reſidet. Cęterùm neque Turcæ vlli, neque Chriſtiani illorū prędi iugo, vel oppida, vel arces, vel pagos more Perſarum poſſident, aut domos paulò munitiores ædificāt, cùm id apud illos lege cautum ſit. Itaq; miſerrima eſt Chriſtianorum Turcis ſeruientium conditio, cùm neque opibus polleant, nec vllam ſeruitutis excutiendæ rationem inueniant, etiamſi Chriſtiani aliundè auxilium laturi videantur, quòd Turcę vbiquè paratum habeant equitatum, & grauiſſimum impendeat ſupplicium deprehenſis. Porrò lectiſſimus apud Turcas equitatus conſtat ex alis prętorianis. Hæ nobilitate & cultu eximio cæteris præſtant. Qui huius generis ſunt, ex omnibus prouincijs deliguntur, & à pueritia abiurata Chriſtiana religione, per Eunuchos literis & armis liberaliter inſtituti, ad ſummos honores prouehūtur. In ijs ſunt, qui vocentur Mutpharacæ, qui toto orbe conquiſiti, virtute admirabili prędītes, ea conditione militant, vt quā velint religionem impunè colant: quò fit, vt non modò ex alijs nationibus etiām planè ethnicis, ſed etiām nobilitate illuſtres Chriſtiani, ad Turcam perfugiant, ſcilicet momentaneos honores veræ virtuti & vitę ęternæ anteponentes. Hi autem ſinguli habent ſubſeruos non paucos, quorum eſt cultus lautiſſimus & ſplendidiſſimus, vt non multùm à dominis differre videantur: Differunt tamen interſignijs. Atquì apud Selymum nihil neque prędītantius, neque validius cenſebatur duabus legionibus ex Ianizaris delectis, quarum fuit ſemper inuicta virtus etiām apud ſuperiores Ottomānos. Sunt verò apud Turcas quatuor purpurati Baſſæ, qui rerum grauiſſimarum conſilijs prędīſunt, & per ſingulas hebdomadas quatuor continuis diebus in regia coëunt, ſupplicibus libellis reſpondent, lites dirimunt, Imperatore interim per feneſtellam velo protectam cuncta attentiſſimè auſcultante. Huius ordinis antiquior, Imperatoris ſcrinio

Equites voluntarij 100000.

Prædecturæ ſupra 48.

Robur Ottomannorū

Bellerbechi duo.

Alæ prætorianæ.

Mutpharacæ

Ianizarorū duę legiōes.

Baſſæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gemmaque potitur, appellaturque Vesir, & scribis atque notarijs decreta dictat. His rebus confectis, Bassę prandent, vniuersoque populo, qui in curiam coierit, publicè epulum datur ex oriza, veruecina carne, paneque & aqua limpida paratum. Sunt apud Turcas Ianizari milites prætoriani, qui peculiari prerogatiua Exarcolam, id est, pileum album, aurea anteriore fascia & cristis insignem, acinaci impenetrabilem, pro galea gestant, lunatosque calceos alijs vetitos induunt. Arma eorum sunt, sclopettus & arcus, quibus multò maxima eorum pars vtitur, tum quoquè hastę Germanicis breuiores, itemque gladius incuruus & parua securis: Hi terra marique omnium audacissimè & constantissimè pugnant. Sedde his hactenus dixisse sufficiat, vt videant Christiani, cuius hostis vires & arma intestinis suis dissensionibus & discordijs in se concitent & exacuant. Nôrunt Turcę exactissimè, quę apud nos gerantur, & vbi arriserit occasio, nostro sanguine suas hastas & acinaces egregiè cruentabunt: & sola demùm vexatio dabit intellectum auditui.

Arma Ianizarorum.

Esa. 28.

Hoc eodem anno 1514. obijt Anna Franciæ regina, Claudię & Remę parens, quarum natu maiorem Claudiam in matrimonio posteà habuit Franciscus Valesius dux Engolismensis, iuuenis egregius. Tum verò Ludouicus rex rebus Gallicis consulturus, Henrici Angli hostis infestissimi sororem Mariam, missa ad Britannos insigni legatione, coniugem sibi petijt & accepit summa totius Gallię gratulatione. Multa mouerunt Henricum, vt cum eo hoste pacem faceret, & in eas nuptias consentiret, alioquì non admodùm addictus Gallico nomini. Porrò Ludouicus iam ætate grauis, cùm nuptias celebrâsset Parisijs regio apparatu septimo Idibus Octobr. ad proximas Ianuarij Calendas mortuus est, nulla relicta prole mascula. Is Ludouicus ducem Mediolani Ludouicum Sforciam in Gallijs captiuum detinuit in caueaferrata, erepto omni scribendi & quæ cuperet legẽdi solatio, vbi etiàm ille princeps diem suum obijt. Idem rex florentem regni sui statum maximis obiecit periculis, dum profugis ad ipsum Cardinalibus, Pisani conciliabuli authoribus, fauere non dubitauit.

Ludouicus Franciæ rex moritur.

Eo anno grauis orta fuit lis inter Bauarię principes Vuilhelmum & Ludouicum, Vuilhelmo ex patris suprema voluntate totum sibi Bauarię ducatum vendicante, cùm ad populum longè gratiosior esset Ludouicus, nec se iusta portione principatûs fraudari pateretur. Eam litem sapientissimus Cęsar Maximilianus mira dexteritate composuit, vnicuique sua attributa parte, vndè pax inter illos egregios principes reformata est.

Lis inter Bauariæ duces.

Ea componitur.

Circa hęc ferè tempora, vel non longè antè, Emmanuel potentissimus Lusitanię rex, Alphonsum prępipuum ducẽ suum cum insigni classe misit ad Malacham, quę est aurea Chersonesus, sic dicta ab auri, gemmarũ & variorum aromatum insigni copia. Est autem Malacha vrbs mirę magnitudinis, & id temporis Mauro regi Mahometanę superstitionis parebat. Vrbs à Lusitano obsidetur, fit atrox prelium, victor Lusitanus vrbem militi predę datam ingreditur, magna hostium cędę edita, exiguo Lusitanorum

Aurea Chersonesus expugnatur à Lusitanis.

norum dãno. Rex ipse cum superstitibus Mauris fugit. Christiani opima reportant spolia: in ijs septem elephantes, & tormentorum æneorum ad duo millia. Mox illic arx munitissima constructa, & fœdere percusso cum diuersarum nationũ mercatoribus, celebrius quàm anteà emporium est institutum, vndè hodiè in nostrum orbem magna vis aromatum inuehitur. Multa deindè alia præclarè gesta sunt à Lusitanis in ijs regionibus, admiratione digna, non tam humanis viribus, quàm superni Numinis fauore, de quibus partìm extat epistola lectu digna regis huius Emmanuelis ad Leonem X. Romanum Pontificem.

Eodem 1514. anno visi sunt Vuittembergæ tres soles, quibus singulis cruentus ineset gladius. In Rottweil etiàm sol adspectu sanè quàm horrendo apparuit, varijs diuersorum colorum septus orbibus: bis quoquè tres lunæ conspiciendas se præbuerunt.

Tres soles.

Tres lunæ.

ANno 1515. Ludouico regi Galliarum vita functo successit Franciscus Valesius, procerũ & regni totius suffragijs rex creatus, quòd licèt iuuenis esset, tamen iam antè bellicæ virtutis & magnæ liberalitatis haud obscura indicia dedisset. Is, vt erat magno & elato animo, mox cogitationem omnem ad Mediolanense bellum adiecit, nouo etiàm & anteà inusitato per inaccessas priùs alpes itinere vsus, exercitu maximas difficultates fortiter superante. Potuissent facilè eius conatus omnes retardari, nisi tum plerique Heluetij non semèl admodùm importunos & refractarios se præbuissent. Qui tamen arre quadam ad pugnam prouocati, incredibili & effera primùm in Gallos audacia irrumpentes, magnam nõ absque suorum clade stragem ediderunt, sed altera luce victi à Gallis, Mediolanum se receperunt: vndè tamen paulopòst excedentes, Maximilianum Sforciam ducem magno eius dolore hostibus obiecerunt, qui penè mentis inops, arcem inexpugnabilem, seque sub certis cõditionibus Gallo dédidit, cui ea victoria multo sanguine stetit.

Franciscus Valesius fit Galliæ rex.

Mediolani arx deditur Gallo.

Hoc anno Lusitaniæ rex Emmanuel Vlysbonæ edidit insigne spectaculum Elephanti cum Rhinocerote certantis. Est vtrunq; animal immani corporis vastitate, sed longiora crura sunt Elephanto. Naturale autem illis inest odium alterius in alterum, idque propter meliora pascua, vt quidam scribunt, quę sibi inuicèm prærripere nitũtur. Rhinoceros, teste Pausania, duo habet cornua, alterum insigni magnitudine de naribus extans, alterum quod supernè erumpit, exiguum quidem, sed validissimum. Fuit eiusmodi bestia viua allata regi Portugalliæ Emmanueli anno 1513. ex India, colore buxeo siue vermiculato, testis clypeatis tecta, omnique ex parte armata. Cùm autem certamen initurus est Rhinoceros cum Elephanto, cui genitus est hostis, vt inquit Plinius, cornu ad saxa limato, aluũ maximè petit, quam scit suis ictibus peruiam esse. Porrò Elephantus dentibus maximis & fortissimis cutem Rhinocerotis, quantunlibèt duram & vix iaculo peruiam, validissimo ictu lacerat, dentibusque dilaniat. In eo certamine, quod hoc anno, vt diximꝰ, Vlysbonæ fuit, Elephas succubuit.

Pugna Elephanti & Rhinocero.

Rhinoceros.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elephas proximè accedit ad sensũ hominũ.

Est hoc in Elephante admiratione dignũ, quòd est illi patrij sermonis intellectus, officiorumq; memoria, nec vllum aliud animal humanis sensibus propiùs accedit. Et quanuis sit immani corporis mole, & inter terrestres bestias facilè maximus, tamẽ vsqueadeò ab homine domari se patitur, vt in India, vbi frequentes admodùm sunt, aratrum trahere, & necessaria quæque ex rure domum vehere non recusẽt. Laudetur Deus in creaturis suis, & eius erga homines immensus amor, quem nobis tam varia diuersissimarum creaturarum in hominum vsum conditarum ministeria apertissimè loquuntur, prouocet nos ad illum redamandum.

Philippus Oberstenis moritur.

Eodem anno mortem oppetit Philippus ab Oberstain Archiepiscopus Colonien sis, vir sanè longiori vita dignus, in cuius locum suffectus est Hermannus à Vueda, qui tandèm versutissimorum quorundam hæreticorum astu & fraude, à Catholica fide in errores traductus, loco motꝰ est, vt alibi dicemus.

Inundationes aquarũ.

Fuerunt hoc anno tota ferè Europa magnæ aquarum inundationes, quæ etiàm arbores & domos euerterint. In Heluetijs quoddam flumen, quod anno 1513. ex monte quodam eruperat, hoc anno cùm iam instàr maris excreuisset, tantum terrorem attulit eius lociincolis, vt ad montium cacumina confugerint: & paulò pòst summa vi & maximo impetu illa vndarum congeries fractis rupibus, & obuijs quibusq; obrutis, in vastum mare sese euoluit.

Hac tempestate Selymus Turcarum Imperator, cùm iam mira celeritate & diligentia copias in Armenia superiori ẽstate non parùm attritas & accisas, reparâsset, ad Ismaelem Persarum regem contendit. Priùs tamen, quàm in Armeniam interiorẽ se reciperet, expugnandum sibi sumpsit Aladolũ, Tauri & Antitauri regẽ, à quo se meminerat è Perside discedentem, paulò antè per summam fraudem insignes clades accepisse. Gẽtes, quibus imperat Aladolus, bellicosæ inprimis & numero amplissimæ feruntur, sed agrestes sunt atque efferę, & magna parte venatiõibus ac latrocinijs deditę. Ortę dicuntur ex Galatis, Cappadocibus, Armenijs, veteribusq́ue minoris Asię colonis, qui propter assiduas bellorum iniurias superioribus seculis, & maximè cùm Tamerlanes Scytha horrendum in modum Orientem populabundus peruasit, ad hęc montosa tanquàm pacata sese loca contulêre, aliquot primò ligneis pagis, mox quibusdam illustribus oppidulis constructis. Itaque Selymus totis viribus adortus Aladolum, non absque magna suorum strage eum in fugam cõpulit, sed nequedùm parta hac ratione victoria, eius prefectum Saxouaroglem nomine, magnis pollicitationibus corrupit, qui, cùm alioquì infesto in Aladolum esset animo, cum magna equitatũs parte ad Selymum perfugit, & nõ multò pòst captum Aladolum ad Selymum perduxit, qui eum necari iussit, omnemq́ue eius ditionem in prouincię formam redactam, sibi subiugauit. Indè perlata ad eum fama, quòd Pannonij in eius ditionem quandã irrupissent, Byzantiũ cum paucis redijt, & magno conflato exercitu Pannonios duplici incursione citò repressit. Ità ille immanis Tyrannus tam facilè

cẽtes Tauri & Antitauri

Selymus ꝓfligat Aladolum.

facilè & in Asia & in Europa diuersissimis locis p̃sentem se exhibuit, vtrobiquè ex hostibus victor. Habent Christiani in Turca Nabuchodonosor suum, qui illorũ ceruicibus plusquàm ferreum iugum imponat.

Per id tempus conuentus aliquot insignium regum habitus est Viennæ, putà Maximiliani Cęsaris, Vladislai Hũgarię ac Boemiæ, & Sigismũdi Poloniæ regum, qui terruit quidem nonnihil Selymum, quòd rumor esset, contra ipsum illos reges arma sumpturos: sed vbi comperit alia illic tractata esse, eo metu solutus, ad Orientem animum adiecit, relictis nihilominùs in Europa firmissimis prędidijs cum Solimanno filio suo. Causa huius cõuentũs hæc fuit: Maximilianus Cæsar vnicam Vladislai Pannoniæ regis filiã Annam volebat alteri ex nepotibus suis, filijs Philippi Hispaniarum regis desponderi: porrò ad eiusdem Annę nuptias non minùs adspirabat Iohãnes Zapolitanus, filius Stephani Scepusienſis comitis, cui ea in re maximas ferebat suppetias mater eius vidua, conciliato sibi procerum fauore. Vladislaus rex propensus videbatur in Maximilianũ: sed cùm nihil effici posset ob studia eorum, qui Iohanni fauebant, Maximilianus Hungariam armis tentandam putauit. Sub ipso armorum strepitu nascitur Vladislao Ludouicus: itaque venitur ad inducias, atque indè ad certiorem pacem, quæ mirè firmata est & aucta, dum Maximiliani rogatu Vladislaus cum filio iam coronato, & filia, atque Sigismundo Poloniæ rege Viennam se contulerũt, vbi cum Anna facta sunt sponsalia, & simultates ac suspiciones omnes extinctę, & principes isti perpetuo fœdere sunt cõiuncti, atq; arctissima inter Maximilianum & Sigismundum amicitia cõflata. Annam posteà duxit Ferdinandus Maximiliani ex Philippo nepos, Christianissimus Imperator.

Conuentus regum Viennæ.

Selymus oppugnat Aegypti Sulthanũ.

Anno 1516. cum ingenti exercitu Selymus Persarum regem inuasurus, in ipso belli apparatu intellexit Campsonem Aegypti Sulthanum magnis cõtractis copijs stare ab Ismaele Persarum rege, & nulla ratione passurum, vt Persas bello appetat. Id quidem consternauit nõnihil Selymum, & conatus est Sulthanum muneribus in suas partes trahere, sed frustrà. Itaq; hunc sibi modis omnibus oppugnãdum statuit. Atque hac in re mirificè illi fortuna arrisit, ità vt admodùm breui spatio Syriam, Aegyptũ, Iudæam suo imperio adiecerit. Habebat Campson Mamaluchorum fortissimum exercitum, sed eorum superbum ac impotentem dominatum iampridèm pertæsi erãt Aegyptij. Mamaluchi, Christianæ religionis desertores sunt omnes, à captiuitate Mahometana superstitione, eiurato CHRISTI cultu & religione, imbuti. Sunt etiàm qui pueros ab vberibus matris raptos, vel alio casu exceptos, vendant mercatoribus: ijq́ue rursùs corporis & virium indole, vel animi vigore præstantes, Alexandriam, atque indè ad Sulthanum Aegyptium, perducuntur. Is emptos curat mox accuratè à lanistis & præceptoribus institui. Vbi iam per ætatem nõrunt egregiè tractare arma, & militiam exercere, tunc stipendia facere incipiunt, & in prætorianos equites alleguntur: indociles verò & ignaui, fortibus perpetuò seruiunt.

Mamaluchi qui sint.

Atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atque ij omnes Christiana sunt religione initiati, quam abiurare coguntur. Nemo enim Mahometano vel Iudæo patre genitus, potest in equitum numerum adscribi, idque adeò, vt nec ad Mamaluchorum filios dignitatis equestris iura transeant, immò nec Sulthanus ipse ad filios imperium transmittat. Multi perditæ vitæ & iudicijs damnati, è Christianorũ prouincijs eò confugiunt, qui mox decisis præputijs & CHRISTO abiurato, si bello idonei sunt, ad amplissimos honores prouehuntur. Sed eorum in Syros & Aegyptios intoleranda fuit crudelitas, & iniuriæ quotidianæ eos omnibus summè inuisos reddiderunt: quod Selymo cõmodissimè cecidit. Aegyptij trecentis ferè annis eam vilissimorum mancipiorum tyrannidem pertulerant. Itaque Selymus incredibili celeritate prẽter expectationem omnem ad Campsonem delatus, Caierbeium Campsonis præfectum iam proditoris animos induisse, & à Campsone ad se cum magna exercitûs parte deficere paratum inuenit. Vbi ad pugnam ventum est, mirabili & præferoci audacia Mamaluchi Turcas inuaserunt, ità vt summo in discrimine versarentur, donèc diploſis in Mamaluchos tormentis, & recenti equitum multitudine superueniente, victoria illis erepta est, ad quod plurimùm cõtulit Caierbeij perfidia & defectio. Campson ipse à suis è prælio fugientibus in arena protritus occubuit, vir septem & septuaginta ætatis habens annos. Hac victoria potitus est Selymus, quod mirum videri possit, eodem ipso die, quo biennio antè Persas superârat. Mamaluchi in Campsonis locum Tomumbeium strenuum virum delegerunt. Interìm Selymus occupata Syria, totus Aegypti opibus imminebat, maxima in eo itinere ab Arabibus damna perpessus, qui eius exercitum miris modis exagitabant.

Christiani qui ad Mahometanos confugiant.

Aegyptus quot seculis pressa à Mamaluchis.

Campson Sulthanus occumbit.

Porrò Selymus antequàm Aegyptum peteret, Hierosolymam adijt, veterumque prophetarum sepulcra suppliciter veneratus, Christianis sacerdotibus Domini sepulcrum obtinentibus, pecuniam in alimenta sex mensium largitus est. Indè expugnata Gaza, Aegyptum petijt, nec iam longè aberat à summo periculo, ipsi ab Aegypti rege structo, cùm eccè quatuor equites ex Tomũbeij exercitu profugi, omnia Tomumbeij consilia ei exposuerunt, quę res illi & eius copijs salutem attulit. Mox rursùm manus consertæ tanto vtrinquè odio, vt magnam suorum pariter atque hostium stragem per mutuum errorem ediderint. tandèm Tomumbeius receptui canere iubens, quòd se Turcis imparem cerneret, Memphim ꝓfugit. Hæc pugna incidit in 9. Calend. Februar. anno 1517. Postera luce in ipsa vrbe rursùs toto biduo cõtinenter pugnatum est, tanta Mamaluchorum pertinacia & virtute, vt Selymus victoria desperata iusserit vrbem maximam & longè populosissimam inflammari, quod tamen incẽdium paulò pòst, cùm suos euasisse superiores didicisset, restingui iussit. Ità capta est ea vrbs longè amplissima, & Tomumbeius fuga sibi consuluit. Ad extremum cùm totiès victus, etiàm oblata à Selymo pace, bellum redintegrâsset, captus & gula fracta in ipsa Memphitica vrbe extinctus est, summa priùs ignominia à Turcis affectus. Accidit hoc Idib. April. anno 1517.

Selymus venit Hierosolymã.

Capit Gazam.

Pugna atrox.

Memphis capitur.

Ità

Ità nimirùm se habet rerum humanarum conditio, vt nemo sit quantumuis potens & rebus omnibus affluens, qui non facilè possit è summo infimus, & ex fortunatissimo calamitosissimus effici. Quod propterea sic est diuinę ꝓuidentię consilio ordinatum, vt faciliùs homines fortunę ludibria possint despicere, & summo bono prępotenti Deo constantiùs inhærere. Pauloantè Sulthanorũ Aegypti fuerat sanè formidanda potestas, quæ necopinatò ità repentè omnis protrita est, vt vsq; ad regis Aethiopũ longè potentissimi fines omnia cesserint victoris Selymi imperio: cuius certè hominis fuit effera crudelitas, indigna tot rerum prosperrimis successibus, nisi quòd tergis Christianorum hac Turcicarũ victoriarum perpetuitate asperrima flagella parabãtur. Aegypto Selymus præfecit Caierbeium proditorem Campsonis, & Syriæ Gazellem, multisq; è Memphi ablatis tum publicis tum priuatis nõ sinè magna inuidia ornamentis, Byzantium redijt, priùs tamen hyeme subsequente in Syria exacta. Interea dum hæc in Syria & Aegyto geruntur, Christiani principes nõ solùm nihil mouent cõtra Turcas, sed more suo intestinis bellis, præsertim in Italia, sese conficiunt.

Caierbeius proditor, sit Aegypti præfectus, & Syriæ Gazelles.

ANno 1517. Selymus Turca, vt iam diximus, cepit Memphim, siue Alcairum, & mox Aegyptum omnem in suam redegit potestatem. Tomumbeius Sulthanus fugam arripiens, cùm se in palude quadam inter iuncos & arundines occultâsset, immersus aquis vsque ad summum pectus, captus & ad Selymum perductus est. Qui iussit primùm tradi eum tortoribus, vt de Campsonis thesauris quæreret: sed ille nihil prẽter suspiria & horribiles gemitus in summis cruciatib⁹ protulit. Postero die vili camelo impositũ, ac detrita indutũ veste, reuinctis à tergo manibus, ꝓ omnia vrbis Memphiticæ fora & celeberrimas regiones circũductum, laqueo ei gulã frangi, atq; vt transeuntibus ludibrio foret, vnco ferreo suspẽsum supra fornicẽ relinqui iussit. Multis ea res lachrymas excussit, atq; vtinàm moueret etiàm Christianos dynastas, quib⁹ possint facilè etiàm peiora à tam feris & barbaris tyrannis accidere. Quantùm autẽ creuerit Turcarum potẽtia tot amplissimarum ditionum & inprimis Aegypti accessione, dici vix queat. Sulthanis enim Aegyptijs nõ modò Aegyptus, sed etiàm Syria, Palęstina, Phœnicia, Iudæa & plures alię prouinciæ parebãt, quę illis extinctis, in ius victoris Turcę concessêre. Quis verò vel solius Aegypti opulẽtiam pro dignitate explicet? Pomponius Mela lib. 1. cap. 9. dicit esse terram expertem quidem imbrium, sed tamen mirè fertilem, & hominum aliorumque animalium persœcundam generatricem: idque Nilum efficere, amnium in nostrũ mare permeantium maximum. Viginti millia vrbiũ ait, Amasi regnante, in ea fuisse. Recẽtiores quidam ob soli prẽcipuam fœcunditatem & hominum frequẽtiam adeò eam excultam fuisse scribunt, vt decem & octo millia insigniorum vrbium in ea extructa numerentur. Ipsa vrbs Memphitica incredibili ferẽ hominũ multitudine abũdare, & nihilo minùs res necessarias oñes affatim ibi suppetere, demptis lignis, quę ad pondus vendãtur. Memphis eñ & Alcairum

Tomumbeius capitur.

Laqueo gula frangitur.

20000. vrbes in Aegypto.

(olìm

Universidad de Deusto
Biblioteca

Memphis amplissima vrbs.

(olim Babylon Aegypti) pro vno oppido censentur, tametsi Nilus interfluit, nec aliquo ponte coniunguntur. Auget oppidi amplitudinem suburbanus ager, qui vicos propè innumeros obtinet. Pomponius Mela loco suprà memorato inter alia etiàm Aegypti Labyrinthũ describit his verbis: Psammetichi opus Labyrinthus domos mille & regias 12. perpetuo parietis ambitu complexus, marmore extructus ac tectus, vnum in se

Labyrinthus Aegypti.

descensum habet, intùs penè innumerabiles vias, multis ambagibus hùc & illùc remeantibus: sed continuo anfractu, & sæpè reuocatis porticibus ancipites: quibus subindè alium super alios orbem agentibus, & subindè tantum redeunte flexu, quantum processerat, magno & inexplicabili tamen errore perplexus est. Et paulò infrà: Thebæ vtiquè, inquit, (vt Homero dictum est) centum portas, siue (vt alij aiunt) centum aulas habent,

Thebarum vrbs.

totidem olim principum domos, solitasq; singulas, vbi negocium exegerat, dena armatorũ millia effundere. Sic ille. Sunt qui Thebas putẽt esse Heliopolim, quæ secundùm Strabonem olim fuit sacerdotum habitatio, hominum Philosophiæ & Astronomiæ deditorum, quos præclaris affectos olim fuisse priuilegijs, etiàm diuinæ literę testantur. De Pyramidum admiranda structura multa quoquè commemorari possent, nisi ea res intolerandam haberet adiunctam stultitiam & vanitatem. De ijs ità scribit

Pyramides Aegypti.

Solinus: Quæ in Aegypto fuêre erectæ turres, fuerunt fastigiatæ vltra excelsitatem omnem, quæ manu fieri possit. Pyramides in Aegypto, inquit Plinius, regum pecunię ociosa ac stulta ostentatio &c. Trecenta sexaginta hominum millia annis viginti amplissimam Pyramidem construxisse produntur. Ridicula quidem & stulta est hæc structura, sed tamen colligi indè possunt regum Aegyptiorum immensæ opes. Habet prætereà sola Aegyptus balsami nobilissimum & odoratissimum liquorem, qui ad nos ferè non nisi vitiatus adfertur. Hæc omnia iam possident Turcæ, & quod maximè dolendum est, etiàm Iudæa, quam Christus Deus sua præsentia mirabiliter illustrẽ reddidit, ab illis occupatur: nec Christiani quicquam curant minùs, quàm vt eam ex illorum manibus extrahant. Immò quidam hoc potiùs spectare videntur, vt quod supereſt Christianarum ditionum, Turcis prodant. Certè si Christiani inter se animis essent coniuncti, facilè recuperarent quæ sunt ablata à barbaris. sed ô tempora, ô mores. Iuuat scilicèt esse miseros. Enimuerò nè quid ad summam calamitatem reliqui sit, quotidiè noui finguntur errores, & religio Christiana sub prætextu verbi DEI & puri Euangelij, ab infaustis hominibus indiès magis ac magis obscuratur. Apud Catholicos quoquè parua aut nulla est morum correctio: atq; ità mali Catholicorum mores produnt Christianam Remp. hæreticis, Hæretici porrò eam produnt Turcis & barbaris.

Martinus Luterus noua spargit dogmata.

Hoc anno Martinus Luterus Augustiniani instituti monachus, cœpit in Germania noua spargere dogmata, & res nouas moliri, quæ tãdèm toti orbi Christiano exitium adferrent. De hoc homine accuratiùs aliquanto agendum est, vt posteritas omnis de illo & eius audacissimis facinoribus certiùs æstimare queat: præsertim cùm præter alios eius hominis fauto-

fautores, Iohannes Sleidanus Commentarios conscripserit de Statu religionis & Reipubl. Carolo quinto Cæsare, in quibus ità tuetur Luteri & discipulorum eius causam, vt blanda & mellita oratione, religionis negocium cum alijs plerisque rebus gestis cõmisceat, ità vt miro artificio dum lectorem detinet historiarũ varietate, simul incautis & imperitis animis, identidèm etiàm insigniter mentiendo, damnatorum iam olim dogmatum virus exitiale instillet. Atque vt dictis suis, quę ipse non fuit nescius quàm in multis à vero abhorreant, fidem maiorem conciliet, Paulum Iouium & Iohannem Cochlęum, tacito vtriusque nomine, in Epistola nũcupatoria per calumniam impudẽter perstringit, cùm illis viris longè certè charior fuerit fides, quàm Sleidano & plerisque alijs sectarijs, qui cum Catholica fide omnem etiàm pudorem & dictorum factorumque constantiam & fidem abiecisse cernuntur. Mentiri autem, præsertim in fidei ac religionis negocio, tam est pernicioſum & execrabile, vt quisquis vel semèl de industria quod falsum sciret, pro vero affirmâsse deprehensus fuerit, illi omnis deincèps fides iure optimo detrahenda videatur. Mirum certè est, pleroſque etiàm Catholicos vsqueadeò Sleidani lectione delectari: sed quia volumus passìm omnia etiàm suspectę fidei hominum scripta legere, & videmur nobis ea esse iudicij acrimonia & maturitate, vt facilè de quibuslibet statuere possimus, falsaq; à veris internoscere, ideò tam multi adeò leuiter & pueriliter in fœdos errores prolabimur, quorũ meritò pudere possit non modò graues viros, sed etiàm decrepitas anus & deliros senes: & tamen interìm videmur nobis in luce Euangelij versari, plus videre quàm viderint Maiores nostri, à quorum nos grauitate, integritate, prudentia, constantia longissimè distamus: & plerũquè temulętæ mulierculę et ex infima plebis fęce stolidissimi ac stupidissimi blaterones, scripturas diuinas egregiè crepitãt, eas se quouis Theologo rectiùs intelligere procaciter iactitant: & est certè deniquè eò iam redacta res, vt dum vel maximè euangelium & puram doctrinam plerique omnes Catholicę Ecclesiæ defertores sibi vendicant, & magna vocis animorumq; contentione buccinare & crepare non desinunt, in quendã horrendũ atheismũ, & certissimum ethnicismum prolapsi conspiciantur, adeò vt nonnullis locis vulgus miserabile iam in varias pugnantesque distractum sectas, nõ videat quid seq & amplecti debeat, & nõ multùm à suprema salutis oñis desperatione abesse videatur. Sed hęc in ipso processu opportunis locis fortasse commodiùs demonstrabimus. Iam ad Luterum veniamus. Is natus est Islebij, in celebri Comitatu Mansfeldensi, anno salutis 1483. pridiè D. Martini, cuius nomen accepit in baptismo. Puerulus scholas adijt Islebij, indè Magdeburgum, pòst anno absoluto Isennacum Duringiæ oppidum profectus, exactis illic annis quatuor, Erphordiam insignem Duringiæ vrbem, Academia celebrem, se contulit, vbi anno ætatis 20. artium magister creatus est. Indè cùm Iurisprudentiæ animum appulisset, ambulans cum socio in agro, repẽtè fulminis ictu socium perdidit: qua re territus & consternatus, multis stupentibus, relicto mundo & spretis omni-

Cõmentarij Sleidani pernicioſiſſimi

Mendacia in negocio religionis q̃ detestanda.

Lutetus quando & vbi natus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fit monachus Augustinianus.

bus,diui Augustini institutum Eremitanum complexus est. Quod quidem si solo,vt appáret,seruili adactus timore fecit, debili sanè fundamento nixus est,quippe cùm eiusmodi timor etiàm à Cicerone ethnico rectè vocetur non diuturni magister officij. Quanquàm nõ est culpandus,qui vel metu solo ad vitam corrigendam adducitur: sed tamen oportet niti ad magìs magisque obtinendam charitatem,quę foràs mittit timorem illum. Verùm quocunq; demùm animo Luterus cœnobium petierit, certè in eo integrum annum ante solennem professionem,vt moris est,nouitius constanter perseuerauit,& deindè palàm professus est monachum, atque annis quatuor nõ instrenuum se præbuit in exercitijs spiritalibus, licèt quædam in eo apparérent,quæ de mali dæmonis commercio suspectum eum redderent,illud inprimìs,quòd cùm aliquandò in Missa diceretur Euangelium de expulso surdo & muto dæmonio, subitò corruens exclamaret,Non sum,Non sum.Immò verò ipse non semèl in suis scriptis testatus est,se probè cognitum habere diabolum,& plùs quàm frustũ vnum salis cum eo comedisse:quæ quidem dictu sunt horrẽda. Cùm autem Saxoniæ princeps Fridericus Vuittenbergę nouam cõstituisset Academiam,ad eam quoquè Luterus anno 1508.missus,publicè prælegit Logicen & Physicen Aristotelis.Triennio pòst Romam ire compulsus cuiusdam litis componendæ causa,ea transacta,redijt Vuittẽbergam,& Doctor Theologiæ factus,cùm esset disputator vehemens,primùm quidem Vuittenbergæ,mox etiàm Heidelbergę ingenij & eruditiõis famam disputando captare cœpit,nouis propositis thematìs.

Facit professionem.

Marc.9.

Habet commerciũ cum dæmone.

Academia noua Vuittenbergæ.

Fit Doctor Theologię.

Sleidanus à Leone decimo pręclaram suam ordítur historiam, & in ipso eius limine egregiè mentitur:sedità tamen,vt hæc mendacia ei cum toto grege communia sint:nec ideò tamen minùs turpia,cùm etiàm religionem attingant,de cuius receptis approbatisque sententijs nemo nisì perniciosè mentítur. Verba Sleidani sunt hæc: Leo decimus Pontifex Romanus,ex familia Medicea Florẽtinus,pro sua,quam in omnes Christiani nominis ecclesias habere se putabat,quadam vsurpatiõe Maiorum, potestate,&c. Primò quidem non putabat Leo pontifex(quem Sleidanus Romanum vocat, maximum pro suo candore non vult dicere) ad se pertinere curam omnium Ecclesiarum, sed ex Euangelio certus erat dictum esse Petro ab ipso CHRISTO, Pasce oues meas: nec ignorabat Romanum pontificem esse Petri successorem. Fortè non legerat Sleidanus illud Ambrosij in prioris Epistolæ ad Timotheum caput tertium. Cùm totus mundus Dei sit,Ecclesia tamen domus eius dicitur, cuius hodiè rector est Damasus. Deindè non sibi eam vsurpârunt Pontifices authoritatem,vt Sleidanus aculeatè scribit non sinè insigni tot sanctissimorum Pontificum iniuria,sed à Christo sibi demandatam in totum orbem Christianum vbicunquè res postulauit,exercuerunt.Mox addit ille Sleidanus,pontificem missis per omnia regna literis atque diplomatìs, omnium delictorum expiationem ac salutem æternam esse pollicitum interuentu pecuniæ,quam quisque daret.Multa hîc fraudulẽter silet ille hostis

Sleidanus arguitur.

Ioan.21.

Sleidani calumnia.

Pon-

Pontificum.Ità enim non solent promulgari indulgentiæ vel condonationes.Petijt autem pontifex subsidium pecuniarium pro structura templi S.Petri apostolorum principis,& eam pia animi deuotione largientibus dedit indulgentias, quæ tamen nõ dantur nisì verè pœnitentibus, & contritis,atque sua peccata cõfitentibus.sic enim solent habere diplomata condonationum. Nec putandus est pontifex liberaliter eruditus aliter scripsisse in suis diplomatis, licèt fortassis quidã importuni earum indulgentiarum prædicatores,turpis quęstûs causa,pro concione temerè multa dixerint:quæ culpa non debuit à Sleidano conferri in pontificem. Ità ille bonus vir suam lepidam historiam orditur ab iniurijs & calumnijs in Romanum pontificem,& in rebus grauissimis impudenter mentítur, q si volebat repræhendere abusum,qui nonnunquàm etiàm in prędicãdis indulgentijs incidebat,debebat abstinere ab insectatione Pontificis, de quo paulò pòst idem ipse scribit,quòd Luterus illius arbitrio atque potestati omnia sua scripta,vitam quoquè & salutem permiserit,scripseritque quicquid à pontifice profectum fuerit,eo loco futurum apud se, àc si dimanâsset à Christo. Quæ Luteri verba tum Luterum ipsum, tum Sleidanum quoquè egregiè pudefaciunt.Sed ad narrationem reuertamur.

Interea Romæ Leo Pontifex largissimas promulgat condonationes siue indulgentias,eique negocio in Germania prefícit Moguntinum archiepiscopum Albertum,principem celeberrimum. Is ad prędicãdas eas indulgentias delegit Iohannem Tetzellium Dominicanum. Ea res pessimè habuit quosdam Ordinis Augustiniani, inprimìs Iohãnem Staupitium,eius Ordinis Generalem per Germaniam Vicarium,virum nobilẽ, facundum, & Friderico principi charum, itemque Martinum Luterum Lectorem Ordinarium Vuittenbergæ.Et quia interdùm non parui abusus eiusmodi euulgandis indulgentijs sese immiscuerãt, indè sumpta occasione,Luterus primùm in indulgentiarum immodicos quosdã & sordidos,suo duntaxàt quęstui seruientes buccinatores acriter inuectus est, datis ad Moguntinum antistitem literis,in quibus longè aliter scripsit de salutis certitudine, quàm paulopòst in sua captiuitate Babylonica & scriptis alijs. Ait enim inter cætera, vbiquè Dominum difficultatem salutis denunciare,& Apostolum iubere semper in timore & tremore nos operari salutẽ nostrã,& id genus multa alia,quę Sleidanus fraudulenter tacet, qa videt ea è diametro cum posteriori Luteri doctrina pugnare. Mox verò Luterus etiàm 95.propositiones palàm edidit,quibus indulgentias oppugnauit. Contrà verò Tetzellius 106. propositiones euulgauit,Luteranis planè contrarias.Ex hac lite ortum est illud immane & horrendum Luteranæ hęreseos incendium,quo tota penè Europa postmodùm conflagrauit.In ipsis huius Tragœdiæ initijs visus est Luterus etiàm plerisque viris grauibus & eruditis non pessimo zelo moueri, planecq; nihil spectare aliud, quàm Ecclesię reformationem, cuius quidam deformes abusus non parùm malè habebãt bonos omnes. Sed vbi Luterus totum suum pectus nõ diù pòst aperire cœpit, facilè patuit, quàm ille nihil spectaret minùs,

Origo turbarũ in religione & Germania.

Oppugnat Lut. indulgentiarum præcones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm Ecclesiæ pacem & repurgationem. Verùm multis imposuit eius simulata humilitas & erga Pontificem reuerentia, qua illi necessariò vtendum erat, donèc sibi parâsset vires, quibus fretus, omnẽ iam vndecunquè occurrentium aduersariorum impetum sustinere posset. Scripsit Leoni Pontifici literas, in quibus etiàm hęc eius verba legebantur: quarè beatissime Pater, prostratum me pedibus T.B. offero, cum omnibus quę sum & habeo. Viuifica, occíde: voca, reuoca: approba, reproba, vt placuerit. Vocẽ tuam, vocem Christi in te præsidentis & loquentis agnoscã. Habebant hęc speciem quandam pietatis, sed longè alium re ipsa paulopòst se declarauit. Multi fuêre olim insignes hęretici, & ingenio quidem ac eruditione Lutero longè superiores: sed qui tam impotenti & effera animi audacia ac importunitate fuerint, haud facilè vllos inuenias. Fruebatur amplissimi principis Saxonię Friderici patrocinio, cuius tunc erat inter cęteros Germaniæ proceres præcipua ferè authoritas, potentia, liberalitas: & ideò facilè contemnebat minas & pericula omnia, atq; indiscriminatìm in quoslibet tum Ecclesiasticos tum ciuiles magistratus petulantissimè incurrebat, probraq; & conuicia procacissimè iactabat, vbiquè ferè in id vnum pręcipuè intentus, populo vt placerent quas fecisset fabulas, populiq; gratiam & applausum captaret. Et quia multa erant in clero vitia, quem ille apud laicos in odium & inuidiam adducere modis oñibus conabatur, ea summa animi acerbitate omnibus propalare, mirè exaggerare, & impudenter multa fingendo in vulgus spargere studuit. Et certè breui ille multis id effecit locis, vt Clerus omnis nõ alio quàm luporũ loco apud laicos passìm habitus sit: adeò vt passìm in suis domibus pontifices, sacerdotes, monachos luporum forma & specie depingi curârint, & incredibili odio atque contemptu prosecuti sint. Et fuit id quidem verissimum, Clerum multis abominandis scatere vitijs, quæ cùm nulla Prelatorum seueritate castigarentur, permisit præpotẽs Deus huius importuni & improbi apostatę conatus non inanes habere successus, Clerumque in summum venire contemptum, vt vel sic tandèm resipiscerent. Atque vtinàm vel sola vexatio dedisset intellectum auditui. Dolenda certè res, pleroſque adeò in Clero occæcatos, vt propemodùm stupidi & ab omni sensu alieni, ipsas suas supremas calamitates nec animaduertere quidem videantur, & in summis animæ & corporis periculis haud aliter atquè in certissima securitate versentur. Atque hæc vna ferè & pręcipua ratio est, cur Luteri & eius discipulorũ nefanda dogmata & impij conatus vsqueadeò felices habuerint progressus multis annis, quòd nulla apud Catholicos, etiàm in ipso clero, secuta est vitæ in melius commutatio, vt iam meritò pudere nos debeat socordiæ & impudentiæ nostræ, qui videmus nos vndiquè Dei iusto iudicio propter peccata nostra tot malis obrui, nec tamen operam damus, vt moribus rectiùs componẽdis & corrigendis iram præpotentis Dei à nostris ceruicibus auertamus. Nihil prorsùs virium est in istis impijs & blasphemis hęresum fabricatoribus, nisi quantùm vitæ nostræ corruptione illis subministratur atque fouetur. Sed de his satìs.

Luterus omniũ importunissimus.

Venditat se vulgo.

Esai. 28.

Eodem

Eodem hoc anno, qui fuit 1517. insignis quidam pirata Petrus Longus natione Frisius, cum 500. perditis nebulonibus mare infestum habuit, & vrbes maritimas aquilonares egregiè diuexauit. Voluit is vastator Danorum, vindex Bremensium, interceptor Hamburgensium, crux Batauorũ prædicari. Insignia eius & vestium ornamenta, patibula & rotę pictę, dignum tali patella operculum. In Italia hoc ipso anno armatæ acies in aere visæ sunt infestis inter sese signis concurrere & præliari.

Frisius pirata.

Eodem anno Christiernus rex Daniæ & Noruegiæ Suediam occupare cupiens, cùm viribus non posset, ad callidas artes conuersus, cœpit ad defectionem quosdam è primoribus regni solicitare. Fertur episcopus Vpsalensis Gostauus in eius partes cum nonnullis alijs concessisse. Sed illo à Stenone Suediæ gubernatore represso, Christiernus rem ad arma contulit, & Stocholmiam regni metropolim obsedit, sed frustrà. Itaque per dolum inducijs postulatis & acceptis, vbi à Stenone exercitus eius, qui summa rerum omnium inopia iam diù premebatur, recreatus est, datis obsidibus, Stenonem in castra ad colloquiũ euocauit: sed Senatus Stocholmieñ sentiens dolum, non permisit Stenonem eò se conferre. Rursùs ad alias se trãsferens machinas, vrbem se ingressurum ait, modò priùs dentur obsides salutis suę. Mittuntur ad eum aliquot nobilissimi iuuenes, in ijs Gostauus Erichson, posteà Suediæ rex, quos ille mox, vbi ad naues peruenissent, coniecit in vincula, & in Daniam abijt. Interìm annis quatuor quieuit. Posteà conscripto milite obsidet rursùs Stocholmiam: Senatus iam occiso in pugna Stenone, sub certis conditionibus Dano vrbem dedidit. Is donèc militem & arcem confirmaret, fidem datam minimè fefellit. Sed iam satìs munitus, conuocat suos, aperit consilium perdendi ciues: modũ quo id fieri possit, tanquàm ipso insciente & inuito, perquirit. Illi dant consilium, quod rex amplectitur. Fit apparatus magni conuiuij, ad quod Suediæ proceres & quidam alij inuitantur. Danus se iucundum præbet, idem Suedi faciunt, ignari periculi sui. Postquàm triduo epulatum est, cõuiuæ rapiuntur in carceres. Altera luce portæ vrbis clauduntur, milites armati ingenti terrore edito, per regiones disponuntur, è regia duo Episcopi Scarcensis & Strengenensis ad aream, quæ est ante prętorium, producuntur à carnificibus, & mox prostrati capitibus truncantur. Idem patiũtur alij proceres, & post illos Senatus vrbis: indè in plebem sęuitũ est: multisq; se occultantibus, impúnitas edicto proposita fuit omnibus. Prodeũt miseri ciues, & ad vnum omnes trucidantur à barbaro milite. Durauit ea cædes aliquot dies continuos, & immani quadam planeq; barbara tyrannide id temporis vsus est rex ille Christiernus, qui non multò pòst, DEO iustam ab illo repetente vindictam, ditionibus suis omnibus eiectus, vagus & inops in solo alieno exulauit. Tandèm cũm regnum, comparatis copijs rursùs obtinere vellet, captus & custodiæ mancipatus est, & captiuus ad supremum vsque spiritum permansit. Fertur præsentissimo veneno quorũdam opera extinctus, diem suum miserè obijsse. Sub hoc etiàm rege multa perpessus est vir insignis Georgius à Schotborch Lundeñ Ar-

Christiernus Danus Suediam fallacia occupare nititur.

Dedit Stocholmia Dano.

Crudelitas Christierni.

O sęuitiam plùs quàm barbaricã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

chiepiscopus, quòd ei nollet tradere insulam Bornholmēsem. Is episcopus tandèm propter iustitiæ defensionem exul à sede & patria sua, Coloniæ Agrippinæ mortuus est post multas huius vitæ ęrumnas & calamitates, quas constanti animo nō paucis annis perferre mâluit, quàm diœcesim suam, non vt pastor, sed vt vilis mercenarius, prodere tyrannis. Habitaui ego aliquandiù in ædibus eius, cùm Coloniæ literis operam darem, multaq; vidi in illo virtutum exempla. Vtebatur sæpissimè aspero cilicio ad nudum corpus, atq; in precibus erat assiduus. Rara quędam in illo prudentia cernebatur, & morum grauitas. Quādò exul venit Coloniam, hospitio receptus est à D. Iohāne Rinckio, patritio Colonięn, viro celeberrimo atque integerrimo, ab eodemque & eius honestissima coniuge tractatus est humanitate incredibili. Solebat is Rinckius posteà de illo dicere: Fuit exemplo mihi & meis. Plura de eo episcopo dici possent laude digna, quæ tamen breuitatis studio præterimus.

Comitia Augustana.

ANno 1518. Maximilianus Cęsar conuentus egit Augustæ Vindelicorum, vbì principes Electores omnes adfuerunt. Missus quoquè eò fuit Cardinalis Thomas Caietanus vir excellenti doctrina, qui thesauros ecclesiæ Pontificis nomine in bellum Turcicum polliceretur. Eodem anno Maximilianus scripsit Pontifici de turbis per Luterum excitatis, oratque vt maturè rebus affectis opem ferat: quicquid decreuerit, se curaturum vt executioni mandetur.

Luterus se submittit Rom. Pontifici.

Per id tempus scripsit Luterus Latinè librum hoc titulo, Resolutiones disputationum de Indulgentiarum virtute, &c. in cuius Prefatione mirabiliter se submittit Romano Pontifici: sed vt sibi gratiam apud omnes, aduersarijs odium conflaret. Itaque hac simulatione nō paucis etiàm grauibus viris ille primùm imposuit. Porrò aliquot ex eis, qui carmine & ꝓsa valebant, sibi Luterum defendendum susceperunt, multis coniectis in Prælatos & Theologos conuicijs. Ità sensìm Luterus creuit apud vulgus, & aduersarij in cōtemptum venêre. Intereà Luterus citatur Romam, sed excusat se. Negocium mandatur Cardinali Caietano, ad quem licèt inuitus, venit Luterus Augustam. Erat negocium illud Romę certis iudicibus demandatum, qui Luterum audirēt, sed ille causabatur insidias, tum iudices suspectos, tum rei pecuniariæ inopiam, tum malam valetudinem: impetrauit aūt per Saxoniæ principē, vt intra Germaniam iudices darentur: Erat tum, vt dictū est, Augustæ Cardinalis Caietanus. Is sanè multùm egit, vt hominem ad sanitatē reduceret, sed id frustrà fuit. Id temporis nō erat illi à Maximiliano Cęsare data fides publica, sed habebat literas cōmendatitias Friderici Saxonię principis. Nec erat homo, malè sibi conscius, sinè trepidatione. Tria illi à Cardinale Pontificis nomine proponebantur: Vt resipiscceret, & caneret etrorum suorum palinodiam: Vt in posterum fidē daret, se ad illos minimè rediturum: Vt missa faceret ea omnia, quæ ad Ecclesię perturbationem spectare viderētur. Ille verò se errâsse fateri noluit, ad extremum tamen petijt & obtinuit spatium deliberandi. Postero die reuersus ad Cardinalē, inuenit apud eum quatuor proceres, q essent Cęsari

Luterus venit ad Caietanum.

sari à consilijs. Ibì versutus homo vt omnem à se hęreseos suspicionem apud illos amoliretur, coram Cardinale hanc ex scheda protestatiōem recitauit: Ego frater Martinus Luter Augustinianus, protestor me colere & sequi sanctā Romanā Ecclesiam in omnibus meis dictis & factis, presentibus, preteritis & futuris. Quòd si quid cōtrà vel aliter dictum fuit vel fuerit, ꝓ non dicto haberi & habere volo. Hoc vtinàm ab illo syncerè dictū fuisset. Non possum, quin hoc loco impudentissimū Sleidani mendaciū paucis commemorem, vt ex illo de eius tota historia lector capiat coniecturam. Scribit Cardinalem virum doctissimum hoc tempore ità prædicâsse Pontificis dignitatem, vt omnibus scripturis atq; concilijs anteponeret. Quis verò vnq̄ credat illum virum, in catholica religione tam insigniter eruditū, ausum affirmare, Pontificē etiā scripturis diuinis esse anteponendum, cùm certū sit, ea q̄ diuinitùs in sacris literis vel iussa vel vetita sunt, etiàm Pontificē tum facere, tum cauere debere? Nimìs molestū esset, id genus mendacia semper annotare, quibus ille historicus libenter suam adspergit historiā, vt catholicis inuidiam & odium, Lutero & sectis gratiam & authoritatē conciliet. Porrò Cardinalis hac Luteri protestatione accepta, quòd sciret illum multa & dixisse & scripsisse, quæ cum Romana Ecclesia nō bellè cōcordarent, vrgere perrexit, vt prestaret tria illa, q̄ suprà dicta sunt. At ille rursùs protestatur non se meminisse quicquā à se dictum esse, quod cum diuinis literis, cum patribus, cum pontificū epistolis decretalibus, aut cum recta ratione pugnet. Scilicèt ignorabat ille bonus vir se nō modò in suis Resolutionibus, sed etiàm in proximo colloquio dixisse multa de indulgentijs & Pōtificis authoritate secùs quàm habeat fides Romanæ Ecclesiæ. Perspicua igitur hîc illius fraus appáret. Nam aut fictè & simulatè protestatus est se in omnibus sequi sanctam Romanam Ecclesiam, aut turpiter mentítur se nihil dixisse contra Pontificū decretales epistolas. Pulchrè ergò quadrat in illum, quod verissimè dictū est ab Iacobo Apostolo: Vir duplex animo, incōstans est in omnibus vijs suis. Addebat autē coram Cardinale, quandoquidem homo sit qui errare possit, libenter se velle submittere iudicio Ecclesiæ, itemq̄; vniuersitatum Basileen, Friburgensis, Louanien sis, Parisien sis, quā postremam studiorū parentem & iam antiquitùs semper Christianissimam vocabat. Non fuit de nihilo, quòd tantum ille tribuebat Theologis Parisien, de quibus tamen paulò pòst longè aliter suo more scripsit. Nam ab illis multi eius articuli damnati fuêre, quod nullo pacto concoquere potuit vir supra modum arrogans & superbus. Ergò etiàm istud fraudulenter dixit. Cardinale autem suum porrò vrgēte propositum, de quo semèl atq; iterùm dictum est, ille rogauit copiam sibi fieri in scripto respondendi. Facta illi copia, satìs animi sui duplicitatē declarauit. Nam multa congessit contra Extrauagantem Clementis VI. de Indulgentijs, cōtra authoritatē decretalium Romanorum Pontificum, cōtra merita sanctorum, cōtra Indulgentias, contra merita operum bonorum. Et hoc erat sequi in omnibus Romanam Ecclesiam. Minabatur illi Cardinalis, nì resipiscceret, excommunica-

Luteri protestatio.

Calumnia Sleidani.

Luteri tergiuersatio.

Iacob. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

municationis ſententiam. Timebat verò Luterus, nè à Cardinali in cuſtodiam traderetur. Itaque multùm anxius, à Cæſareanis per amicos impetrauit fidem publicam. Non diù pòſt clàm Auguſta diſceſſit: ſed priùs veteratoriè à Cardinali Legato ad Pontificem prouocauit, & eam appellationem palàm iuſſit affigi. Scilicèt id ſtudio erat Lutero, vt Pontificis audiret ſententiam, qui neminem magìs cum toto cõmilitonum ſuorum grege, quàm Põtificem inſectatus eſt per omnem deincèps vitam ſuam. Sed tamen his artibus efficiebat, vt cauſam non malam fouere videretur, ac plurimos in ſuas partes pertraheret. Et Cardinali quidem deindè ſcripſit aliquotiès literas blandiſſimas, quibus eius clementiam & humanitatem mirè prędicauit: alijs verò de eodem Cardinali longè alitèr & dixit & ſcripſit etiàm publicè, accuſans eum tyrannidis, &c. Eiuſmodi ergò, vt dixi, artibus ille non parua accepit incrementa, DEO id permittente in caſtigationem Eccleſiæ ſuę. Pauci id tum aduertebant, nec quiſquam erat, qui ex ea ſcintilla tantum incẽdium breuì emerſurum ſuſpicaretur. Scripſerunt id temporis cõtra Luterum aliquot præclari Theologi, ſed quos ille duceret pro nihilo, multorum iam ſciolorum fretus fauore, qui Theologis orationis elegantiam neglectui habentibus, eo ipſo nomine eruditionem quoquè detrahere non dubitarent, quaſi rerum cognitio in dictionis phaleris poſita ſit.

Luterus prouocat ad Põtificẽ.

Carolus de bellat Marrhanos.

Eodem anno Carolus Hiſpaniarum rex magnas eduxit copias aduerſùs Marrhanos, & expugnato ex munitiſſimis eorum oppidis vno, plùs minùs quadraginta barbarorum millia proſtrauit, ex prędа huius victorię duo precioſiſſima vexilla Cæſari Maximiliano, auo ſuo paterno tranſmittens.

Maximilianꝰ moritur.

ANNO 1519. Maximilianus Cæſar 12. Ianuarij, anno ætatis ſuę 63. mortuus eſt, cùm intempeſtiuè pharmacum incertæ efficacię cõtra morbum, quem ſibi imminere putârat, hauſiſſet, vir ſanè præſtantiſſimus, corporis atque animi dotibus inclytus. Annum 63. dicũt climactericum. Apud Gellium lib. 15. cap. 7. legimus, obſeruatum in multa hominum memoria eſſe, in ſenioribus pleriſq; omnibus ſexageſimum tertium vitę annũ cum periculo & clade aliqua venire aut corporis, morbiq́ue grauioris, aut vitę interitûs, aut animi ægritudinis. Sit hoc ità obſeruatum à cæca gentilitate: nobis Chriſtianis omnis annus, immò omne tempus ſuſpectum eſſe debet, cùm Chriſtus dicat: Vigilate, quia neſcitis diem, neq; horam. Maximiliano mortuo, Luterus factus eſt inſolentior.

Matth. 25.

Iohannes Eckius taxat Luterũ.

Per id tempus D. Iohannes Eckius Theologus celeberrimus quibuſdam annotationibus, quas Obeliſcos inſcripſit, Luteri primas de indulgentijs propoſitiones taxauit. Id malè habuit tum Luterũ, tum Andream Carlſtadium Archidiaconum Vuittenbergeñ. Sleidanus ſcribit Luterum reſpondiſſe Eckio, quòd nihil ſacrę ſcripturæ, nihil è ſcriptis patrum, ſed ſua quędam modò adferret ſomnia, iam olìm praua cõſuetudine nimiùm in ſcholis recepta. Sed hoc aut de Lutero fingit Sleidanus, aut Luterus bilinguis fuit, cùm cõſtet eum Lectori ſcripſiſſe, Eckiũ ſcripturæ patrumq; verbis

verbis vti, ſed imperitè. Certè autem tanta fuit Eckij eruditio, vt Luterus planè indignus ſit, qui vlla ex parte cum eo componatur. Non eſt tamen mirum, à Lutero illum eſſe contemptum, cùm ille & patres omnes & cõcilia omnia poſteà reiecerit, ſicut infrà audiemus. Nouerat Luterꝰ, ex crebra diſputatione celebre ſibi nomẽ in pleriſq; Academijs Eckium comparâſſe. Hanc ei laudem præripere voluit. Itaque res in diſputationem deducta eſt, & diſputationi locus deſignatus Lipſię. Venit eò intrepidus Eckius, venerũt etiàm Luterus & Carlſtadius. Cum Carlſtadio primò diſputatum eſt: eo delaſſato, Luterus ſucceſſit: porrò monitus à cõſiliarijs optimi Principis Georgij, vt comiter & ſedatè ſe gereret, (viderant enim hominis vultum iracundum) ille reſpondit, Neque propter Deum hæc res cœpta eſt, neq; propter Deum finietur. Quæ erat certè vox inprimis barbara & immanis. Attamen in ipſa diſputatiõe de quibuſdam rebus longè aliter, magisq; Catholicè dicere viſus eſt, q̃ paulò pòſt ſcripſerit. Nihil derogatum voluit neq; Romanæ Eccleſiæ primatui & authoritati, neq; Põtifici. Aiebat non Latinè modò, ſed etiàm Germanicè, ſe nõ impugnare, nec Chriſtianè à quoquam impugnari poſſe, primatum & obedientiam Romanæ Eccleſiæ. Sleidanus de tota hac diſputatiõe ſcribit fraudulenter pleraque, aitq́ue Luterum negâſſe Eccleſiæ Romanę primatum. Vidit Sleidanus in Luteri ignominiã cedere, ſi diuerſa ſenſiſſe ſcriberetur, quod tamen ille fecit ſæpiſſimè. Præterea damnauit Boëmos tanquàm ſchiſmaticos: nõ ſolùm credere, ſed etiàm ſcire ſe dixit eſſe Purgatorium. Verùm longè ſecùs poſteà ſcripſit, & Eckium paſsim apud omnes, atq; apud ipſum adeò Romanum Põtificem acerbè traduxit. Scripſit etiàm in Hieronymum Emſerum petulantiſſimè: atq; hoc ſanè ille pro more habuit, vt quos veritate nõ poſſet, eos conuicijs, lœdorijs, calumnijs, mendacijs obrueret: qua in re ſtrenuè eum imitantur, quotquot ex eius ſchola prodiẽrunt, noui euangelij buccinatores.

Diſputatio Lipſica.

Barbara Luteri vox.

Hoc anno Francophurti cõuenerunt Electores Principes, & in Maximiliani Cæſaris locum elegerunt Carolum Auſtriacum principem potentiſſimum. Multùm laborauit Gallorũ rex Franciſcus, vt is honos ipſi deferretur, nec deerant, qui illi fauere viderentur: ſed Carolus ei antelatus eſt. Fertur ea res exitiali illi bello cauſam dediſſe, quod breuì poſteà inter illos exarſit. Miſſus eſt ad Carolum tunc in Hiſpanijs degentem Fridericus Palatinus, qui eum & oblatum honorem ſuſcipere, & in Germaniam iter maturare hortaretur. Accepit eum Carolus liberaliter, & honorificè donatũ à ſe dimiſit. Habebat id temporis Carolus annos vndeuiginti, de cuius progenie pauca hoc loco non incommodè dicturi videmur. Gallię regi Carolo V. cui Prudentis cognomẽ fuit, Burgundiæ principatus cùm delatus eſſet, is eum fratri ſuo Philippo dedit. Philippus in matrimonium accepit Ludouici Flãdriæ comitis filiam vnicam Margaritam, ex qua illi natus eſt Iohannes filius, qui pater fuit Philippi eius, qui ducem illum longè potẽtiſſimum Carolum, apud Nanceium tandèm cæſum, genera-

Caroli V. electio.

Genealogia Caroli V.

uit. Eius verò Caroli filiam Mariam, ampliſſimarum ditionum hæredem duxit

Universidad de Deusto
Biblioteca

duxit Maximilianus, Friderici eius nominis 3. Romanorum Imperatoris filius, qui Philippum procreauit huius Caroli V. parentem. Habuit enim Philippus iste in matrimonio Iohannam, Ferdinandi Hispaniæ regis filiam, vt iam suprà quoquè dictum est, ex qua suscepit Carolum & Ferdinandum, ambos posteà Romanorum Imperatores longè optimos atque integerrimos, quorũ insigni virtute & pietate sic hactenùs defensum est Romanum Imperium, vt Turcarum licèt potentissimus rex ab illis sæpè repressus sit, & non semèl in fugam cõpulsus. Porrò Ferdinandus Caroli Imper. auus maternus, fuit Aragoniæ atque Siciliæ rex, coniugemq́ue habuit Elizabetham, Iohannis secundi regis Hispaniarum filiam hæredem. Pòst etiàm obtinuit regnum Neapolitanum, genuitq́; ex Elizabetha Iohannem, Isabelam, Iohãnam, Mariam, Catharinam. Iohanne mortuo & Isabela sinè liberis, totius regni successio, more eius gẽtis, deuoluta est ad Iohannam natù proximam sororem. Hac igitur ratione ditiones omnes tam Ferdinandi regis Hispaniarum, quàm ducis Burgundiæ Caroli, ad Iohannæ filium Carolum, eius nominis V. Romanorũ Imperatorem, peruenêre, ità vt multis seculis eo potentiorem nõ habuerit Germania Cæsarem, licèt in tanta amplitudine singularis quædam & incredibilis in eo principe semper extiterit modestia & humilitas, vt nihil iam dicamus de alijs eius virtutibus, quę sanè multę in eo & haud vulgares apparuêre.

Caroli V. potentia.

Modestia.

Luterus autem & eius studiosi pleriq; omninò persuasum habebant, fore vt is iuuenis Imperator planè Luteranꝰ fieret, nec dubitauit Luterus datis ad eum literis suam testari innocẽtiam, & aduersarios criminari. Verùm ab ineunte ætate singularis in Carolo prudentia enituit, nec potuit vnquàm vel Luterus vel quilibet alius sectariꝰ eius cãdidissimum pectus deprauare. Augebatur interèa in dies & inuidia Cleri ac Theologorum & monachorum, & fauor multorum, præsertim poëtarum & rhetorum erga Luterum. Scripsit autem Luterus Leoni Pontifici literas, quarum ipse quoquè Sleidanus meminit, in Luteri & suam sempiternam ignominiam commemorans, quid illæ continuerint. Ait eñ inter cętera scripsisse Luterum, se quidem erga Romanam Ecclesiam & ipsum quoquè Pontificem sic esse affectum, vt nihil in eam moliri cogitet: tantam enim eius Ecclesię potestatem esse, vt præter vnum Christum in rebus humanis nihil ea sit excellentius. & post pauca: se quodammodò coactum ab aduersarijs, parùm reuerenter illam atque dignè tractâsse: velle autem commonefacere populum, nè suum imitentur exemplum. Hoc quidem hac in epistola scribit Sleidanus Luterum significâsse pontifici. Tenemus ergò vel ipsius Luteri confessione, nõ improbante Sleidano, Romana Ecclesia nihil præter vnũ Christum esse excellentius. Sed iam paulò antè, ipso Sleidano teste & referente, Luterus cùm appellâsset à Caietano legato ad pontificem, atque ex Caietáni literis accepisset, fore vt contra se Romæ iudicaretur, à pontifice prouocauit ad futurum concilium. Post hanc aũt prouocationem, paucis admodùm interiectis, recitat Sleidanus Luteri epistolam ad Leonem, in qua habentur ea quæ paulò suprà retulimus de

Luteri spes vana.

Luteri literæ ad Pontificem.

Romanæ

Romanæ Ecclesiæ excellentia. Quis verò hîc non rideat tum Luteri prodigiosam inconstantiam, tum Sleidani stultitiam, qui dum Luterum celebrare vult, omnibus conspuendum ꝓpinat? Sed hoc vsu venire necesse est mentiri volentibus. Quin etiã in disputatione Lipsica cum Eckio habita palàm scribit Sleidanus, Luterum negâsse primatum Rom. Ecclesiæ. Quàm verò hęc inter se conueniunt, nihil pręter vnũ Christum esse Romana Ecclesia excellentius, & tamen eam primam & præcipuam nõ esse? Credat mihi Lector, si velimus id genus absurditates in Sleidano omnes persequi, citiùs tempus & chartam, q̃ scribendi materiã nobis defuturam. Vult Sleidanus Luteri causam modis omnibꝰ tueri, sed interìm vel fingit quæ nusq̃ sunt in rerum natura, vel oblitus suî ea scribit, quę Luteri insignem stultitiam, leuitatem, impudentiam, incõstantiam produnt. Dum refert ea quæ Caietanus, q̃ Eckius & plerique alij egerint cum Lutero, admodùm malignè ea refert, vt illos in contemptũ adducat, Lutero gloriam & insignem existimationem conciliet: & multis quidem hac ratione imponit, sed eius fraudes non latent eos qui alicuius sunt lectionis. Porrò multa Luteri tacet, quæ illius malũ animũ facilè declararẽt, in quibus etiàm illud est, quod Hieronymus Emserus ex ipsiꝰ Luteri ore audiuit, & posteà illi grauissimè obiecit, nec à Lutero negari potuit, quod Lipsiæ cum Eckio disputaturꝰ dixit, Hæc res nec propter Deũ cœpta est, nec propter Deum finietur. Et reuerà si Luteri fuisset rectus erga Deum & religiõem animus, longè alium ille se prębuisset. Tanta aũt eius fuit in scribendo inconstantia, vt de cęteris eius vitijs taceam, vt qui eum eiusq́; doctrinã vult tuendam suscipere, is nõ possit nõ seipsum egregiè pudefacere, nisi velit identidèm fortiter mentiri. Est verò etiàm hoc obseruandum in Sleidano, ꝙ Concilium Constantien̄ & Basileen̄, itemque Gersonem & Theologos Parisien̄, vbi pro Lutero non nihil facere posse videntur, libenter allegat, vt ad Põtificis minuendam authoritatẽ aliquid attuliſſe videatur: facilè autem eadem omnia cõtemnit, vbi Luterum oppugnant. Ità etiàm Luterus ipse principiò submisit se iudicio Theologorum Parisien̄, quia sperabat eos iniquo in Pontificẽ fore animo, & à se staturos: cùm autem illi eum damnâssent, suo more tractauit illos. Quid verò attinet in negocio fidei ità fraudulenter versari? Duplicitas hæc longè debet abesse ab omni homine Christiano. Corradit Sleidanus multa, quę possint Pontificis authoritati & receptis ecclesiæ catholicę cæremonijs & institutis detrahere, & in hanc partem libenter commemorat etiàm Concilium Pisanum cõtra Iulium II. temerè coactum: adfert Guilelmum Ockam Frãciscanum, qui scripsit in Iohannem 22. deniq; nihil est tam putidum, quod non arrideat Sleidano, modò sit cõtra pontificem. Cuius verò animus sic ardet odio Pontificum, quis illum credat res Põtificum & quæ religionis sunt, bona fide narrare? Sed habeant sibi tales scriptores, ijsq́; quoàd libitũ erit, fruantur, quos perire delectat.

Luteri antilogiæ.

Sleidani mala fides.

Sleidanꝰ vt citet Concilia & theologos.

Hoc anno apud Heluetios Tigurinos Vlricus Zuinglius cœpit indulgentiarum prædicatorem, eò missum à põtifice, oppugnare. Is Zuinglius damna-

Zuinglius contra Indul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dulgentias. damnatum olim Berengarij dogma de Eucharistia instaurauit vnà cum Carlstadio & Oecolampadio, Brigidani instituti desertore.

Selymus Turcæ mo-ritur. ANno 1520. apud Ciurlium Thracię pagum non absque manifesta Dei vindicta, pestilenti circa renes enato vlcere extinctus est Selymus Turcarum imperator, magno Occidentis commodo, cui propediem arma illaturus videbatur. In eodē loco paucis antè annis cum patre suo conflixerat, dignus qui ibidèm quoquè pœnas lueret. Vnicū ex patre suo conflixerat, dignus qui ibidèm quoquè pœnas lueret. Vnicū ex Bosphorani regis filia reliquit Solimannum, tot regnorum hæredem, de quo suis locis referemus. Audita Selymi morte, Gazelles Syriæ prefectus rebellauit, Syrosque & Arabes habuit suæ defectionis approbatores. Sed cùm Caierbeius Aegypti præfectus, eius consilium vsqueadeò non probaret, vt etiàm legatum illius supplicio afficeret, Solimānus è Cilicia misit contra illum Frahatem Bassam, qui eum cum omnibus ipsi adhærentibus & fortissimè præliantibus interfecit. Ea victoria confirmatus Solimannus, paulò pòst Hungariam cum magnis copijs sibi oppugnandam sumpsit.

Carolus V. venit in Belgium. Hoc anno Carolus Cæsar electus, ex Hispanijs venit in Belgiū, indè petiturus Aquisgranum, & veteri instituto coronam accepturus. Sæuiebat id temporis pestis Aquisgrani, eoque hortabantur Electores Carolū, vt alium locum inaugurationi designaret. Sed ille in sententia permansit, diceńs se non temerè posse mutare Caroli 4. legem. Itaque Ecclesiastici Coronatur Aquisgrani Electores cum multis alijs principibus viris & tum aliorum, tum Saxonis & Brandeburgici legatis, eò venerunt, & omnibus ex more peractis, primò Electores, post illos Cæsar indè Coloniam abiērunt, vbi Imperij cōuentus indictus est, & iussi principes omnes Vuormatiæ pstò esse VI. Ianuarij. Multa hìc Sleidani prudens prætereo, quę ille homo scribit de Imperatoris per Electores electi cōfirmatione, & pleraq; alia, nè lectori molestus sim. Certè optimi quiq; & potentissimi Imperatores, reges & principes, Pontificis Rom. dignitatem & authoritatem non solùm nihil imminutam, sed modis omnibus auctam potiùs semper voluerunt, Christū Deum in illius vicario venerātes, quicquid blateret liuidus ille Sleidanus.

Per hoc tempus Luterus scriptum edidit ad Carolum Cæsarem & no-Seditiosum Luteri scri-ptum. bilitatem Germaniæ, in quo inter alia, seditioni concitandæ opportuna, ausus est scribere, Pontificis potestati non modò non obtemperandum, sed resistendum etiàm corpore, substantia & viribus omnibus: Papam & episcopos esse subiectos gladio Cæsaris, & alia multa, quę facilè coarguūt, quo spiritu ille homo impelleretur, cùm sint manifestè contraria scripturæ diuinę, quę nos multis locis iubet obedire præpositis nostris. Non diù antè, vt suprà dictum est, scripserat Leoni pontifici, nihil esse Rom. ecclesia excellentius, eiusque potestatem egregiè prædicârat. iam vult Pontificis potestati non esse obtemperandum. Præclarum certè euangelistam, q ex vno eodemq; ore modò calidum, modò frigidum spirat, eandem rem modò probat, mox improbat. Nec hoc cōtentus homo improbus & impotenti arrogantia, totum Ius Pontificium cum diplomatis Pontificum

Luterus Ius

Vuittenbergæ palàm incendit & exussit. ruit hoc reuerà facinus audax, & non verbis, sed verberibus vindicandum, hominem priuatum tantam sibi sumere authoritatem: & tamen non defuerunt, qui id non modò non reprehenderent, sed etiàm multis laudibus cumularent. Et ipse Luterus iam planè perditus & deploratus, scripsit librum in huius facti sui defensionem, refertum atrocissimis calumnijs. Appellauit etiàm non semèl à pōtifice tanquàm Antichristo ad Concilium, quasi verò ille Concilio vlli vnquàm obtemperaturus esset, qui præ insania decretorum codicem cōcremâsset, qui innumeris antiquissimorum Conciliorum sententijs scatet. Hortatus est etiàm principes, vt armis omnibus Pontificem & Cardinales oppugnarent, & in eorum sanguine manus lauarent suas. Hęc non erant hominis Euangelici, sed sanguinarij: nec sic prophetæ & Apostoli, immò nec Christus ipse suum Euangelium auspicatus est: tantoq; minùs possunt excusationis prætexere, qui ab illo se seduci permiserunt.

Luterus scribit in Colonienses & Louanienses. Cùm autem didicissēt Louanieñ primùm, deindè Colonienses Theologos ipsius scripta damnâsse, licèt Louanienses quandoquè Augustę reuerēter sibi postulâssēt iudices, in vtroq; more suo egregiè inuectus est, plùs sibi vni arrogans iudicij & eruditionis, quàm tot egregijs viris. Scripsit etiàm acerbè in alios quosdam, ità vt Leo Pontifex, vir alioquì mitissimi ingenij, cernens hominē apud Germanos sursùm deorsùm miscere omnia, nec vllis admonitionibus posse à cœptis reuocari, tanquàm morbidum mēbrum ab Ecclesiæ corpore anathematis ferro præciderit. Tum verò ille tanta animi impotentia scripsit in Pontificem, vt Catholicę aures ferre nō sustineant. Sub hoc quoquè tempus edidit Captiuitatem Babylonicam, in qua pręter alia Boëmos & Græcos tuetur, & non hos, sed Romanos dicit hæreticorum loco haberi oportere. Iam non diù antè in Lipsica disputatione magnę cōtumelię loco acceperat, quòd Eckius eum Boemis fauere diceret, eosq; sibi semper inuisos fuisse affirmârat: nūc eos laudat, Romanos etiàm hęreticos dicit. Quid hoc homine temulentius? O nimiùm cęcos, qui id non vident. Porrò Carolus Cęsar vbi percepit Pontificis sententia damnatos Luteri libros, seueris propositis edictis iussit eos flammis absumi: id quod etiàm factum est per Brabātiam, & in aliquot Imperij ciuitatibus &c.

Edit Captiuitatem Babylonicam.

Conuentus principum Vuormatię. ANno 1521. frequentissimus fuit principum Imperij cōuentus, ad quē à Carolo Cęsare sub publica fide etiàm Luterus vocatus est. Ante hunc conuentum aliquammultos ille libros ediderat, mirabili vafricie celans in plerisque animi sui malignitatem, captansq; doctrinæ & pietatis apud Lectores existimationem. Et erant in ijs libris nō pauca, quæ quandam præ se ferrent pietatem, quibus & scripturas interpretaretur, & tum adhortationibus, tum obiurgatiōibus ad homines vteretur: sed hac fraude tegebat improbas animi sui machinationes. erant sanè nōnulli etiàm magnæ authoritatis viri, qui id genus scriptis lectis, putarent eum zelo repurgandę domūs Dei & instaurandę disciplinæ ecclesiasticę, hominesque in Dei cultum & amorem inflammandi permoueri. In ijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

libris erant, Expositio decem præceptorum, item septem psalmorũ, quos pœnitentiales vocamus, item precationis Dominicæ, De libertate Christiana, Commentarius in epistolam ad Galatas, & plures alij: verùm simulata non possunt esse diuturna, nec Aethiops pellem mutat: quid ille moliretur, diù celari non potuit. Vbi Comitia inchoata fuêre, aderat nuncius summi pontificis Hieronymus Aleander, præter cętera etiàm Hebraicæ linguæ peritissimus, qui postea factus est archiepiscopus Brundusinus & cardinalis. Is multis verbis, vt erat eloquentissimus, grauissimè accusauit Luterum in frequentissimo ordinum Imperij consessu, seditionis, rebellionis, impietatis, blasphemiæ & hæreseos. Et licèt ille vera diceret, quòd tamen Luteri scripta nõdùm omnibus essent explorata, putarentque nõnulli ex affectu quodam maleuolentiæ & liuoris eius orationes proficisci potiùs, quàm zelo iustitiæ, aliquandiù conatus eius omnis, quo Luterum accusabat, frustrà fuit. Postquàm autem ex eius Captiuitate Babylonica, quam ille turris Babylonicæ egregius instaurator recèns ediderat, ad quadraginta circiter capita, in quibus pleraque concitandæ seditiõi erant accõmodatissima, coram principibus ex charta recitauit, Principes qui eum librum necdùm legerant, nec eiusmodi quippiam à Lutero expectârant, sese mutuò respectabant, animisque commoti in Luterum & eius studiosos, mussitabant. Ibi tum Luteri patronus Fredericus Saxoniæ elector, ait ea capita falsò Lutero affingi ab aduersarijs. Altero igitur affirmante, altero negante Luteri ea esse, principum deliberatione decretum est, vt Luterus accerseretur. Offerebatur illi fides publica Cęsaris nomine, eaque munitissima, sed hęc nõ satis fuit Luteri patronis: verebantur enim nè vbi aduenisset, à Cęsare Pontifici traderetur, aut certè nulla ei tanquàm hęretico fides seruaretur. Itaque lõga cõsultatio & difficilis inter principes orta disceptatio est, quibus illum cautionibus adduci oporteret. Tanti erat vni prospicere monacho, eique iam hęreseos damnato. Erant quibus nõ immeritò displiceret, nõ sufficere Cæsaris fidem publicam: sed Luterus suis scriptis iam multos inescârat, & erãt per Germaniã hominum animi incitati in clerum, ità vt res ad seditionem spectare videretur. Itaque permisit humanissimus Cæsar, vt etiàm aliquot principes cum ipso suam fidem interponerent. Nè quos tamen maiores ille aculeatis scriptis & concionibus suis tumultus cieret, omnem illi toto itinere scribendi & concionandi facultatem Cęsar interdixit. Missus est igitur Cęsaris caduceator, qui hominem adduceret, nec tamen solus venit, sed adiunctis sibi Iona ppposito, Scurffo iureconsulto, Amsdorffio theologo &c. Toto illo itinere visendi monachi illius studio multus erat hominum cõcursus: in hospitijs accipiebatur genialiter, licebatque cernere monachum necdùm excusso cucullo arreptam pulsare testudinem, cunctis tanquàm Orpheum quendam illud portentum adspectantibus. Plausibile enim euangelium non à pœnitentię, quemadmodùm Christi, prędicatione, sed ab id genus mundi huius vanitatibus & oblectamentis ordiendum erat. Vbi Erphordiam ventum est, contra Cęsaris mandatũ Dominico die palàm cõcionatus

Luterus accusatur.

Saxo tuetur Luterum.

Luterus cõcionaí contra

tus est, eamq; concionem voluit typis excudi, scilicet vt ad multos prędclara illa contra bonorum operum merita, contra Pontificem Romanũ, cõtra clerum, contra leges humanas doctrina perueniret. Latebant hæc Cæsarem, caduceatore non sinè fauoris erga Luterum suspicione nihil horũ illi indicante, tametsi essent cõtra fidem illi à Cęsare datam. Cùm iam nõ lõgè abessent à Vuormatia, fertur admonitus à quibusdam periculi, quod ipsi immineret, sed illum periculum omne contempsisse. Hoc quidem Sleidanus scribit, vt illi constantiæ & virtutis existimationem conciliet, cùm tamen nulla hîc esset formidandi causa homini publica fide tam munito, & non diù antè animi sui malè sibi cõscij trepidationem satis declarâsset Augustæ apud cardinalem Caietanum, à quo cùm timeret se captũ iri, à Cęsareanis per amicos clàm fidem publicã impetrauit, & indè se subduxit. Tandèm ventum Vuormatiam 16. Aprilis. Postridiè perductus est in conspectum Cęsaris, principum & ordinum Imperij. Ibi dictum est illi, nè quid extra ea, quæ esset interrogatus, loqueretur: deindè iussus est palàm fateri num libros, quorũ tituli quoquè exprimebãtur, pro suis agnosceret: tum verò an quicquam ex ijs, quæ illi continerent, reuocare statuisset. Primò libens agnouit libros omnes: sed de reuocatione quid statuendum esset, petijt deliberandi spatium, vt citra verbi dei injuriam & animę suæ periculum posset respondere. Habebant ea verba speciem quandam religionis: sed si errores suos ex animo agnouisset, absque dilatione detestatus eos fuisset, & in Ecclesię Catholicæ sententia actutùm acquieuisset. Principes deliberabant de hoc permittẽdo illi spatio, quòd diù antè compertum habuerat, qua causa eò accitus esset: at Cęsaris humanitate dies vnus datus est illi. Hîc Luterus de seipso gloriabundus scribit, quosdã ipsum adhortatum esse, atque inter cętera dictum esse, Beatus venter qui te portauit. Quod quàm verè dictum sit, tota ferè Europa ab illo vno homine perturbata, suo magno malo in dies experitur. Non est autem dubium, quin id genus acclamationibus ille factus sit obstinatior. Altero die ad horam sextam pomeridianam admissus est iterùm in Cæsaris & principum conspectum: iussusque dicere, num libros agnosceret pro suis, & num vellet canere palinodiam: longa primùm verborum ambage vsus, libros suos in tria genera distinxit. Tandèm dictum illi est, vt disertis verbis, non intricatis, animi sui sententiam expromeret. Tum his verbis respondit: Nisì conuictus fuero testimonijs scripturarum, aut ratione euidenti (nam neque Papę, neque Concilijs satis credo, cùm constet eos & errâsse sæpiùs, & sibijpsis cõtradixisse) victus sim scripturis à me adductis, & capta conscientia in verbis Dei, reuocare neque possum, neque volo quicquam, cùm contra cõscientiam agere neque tutum, neque integrum sit: Gott helff mir/Amen, id est, Deus adiuuet me. Hęc nimirùm pulchrè quadrant cum illa protestatione eius coram Legato Caietano, qua protestatur se sequi in omnibus dictis & factis suis Romanam Ecclesiam. Principes his auditis, post aliquam deliberationem per Cęsaris oratorem ità illi responderunt: Non te decebat, Martine, tam parùm modesta responsio.

tra Cæsaris edictum.

Luterus venit Vuormatiam.

Luteri protestatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid enim attinet ſemèl benè tractata retractare,& iterùm in diſceptationem vocare,ab Eccleſia & Concilio Conſtantienſi damnata, quæ tu rurſùs excitas? Vis cõuinci ſcripturis,ſed in hocipſo vehemẽter deliras, cùm de his iampridèm Eccleſia pronunciârit. Ille captam ſuam cõſcientiam repetens,ait ſe reuocare non poſſe.Ità diſceſſum eſt ex eo conſeſſu, quòd iam noctis ſeſe tenebrę intenderent.

Epiſtola Cęſaris ad Ordines Imperij.

Poſtera luce Cęſar ſua manu ſcripſit ad ſenatum Imperij ſermone Burgũdico, quę poſſunt ità Latinè cõuerti: Non clam vos eſt, me genus ducere à Chriſtianiſſimis Imperatoribus,ab illuſtri natione Germanorum,à Catholicis Hiſpaniæ regibus, ab Auſtriacis archiducibus, à Burgundorũ ducibus:qui oẽs ad ſupremũ vſque vitę diem ſe fideles Romanæ Eccleſię declarârunt,ſemperq; Catholicę fidei,ſacrarum cęremoniarũ,decretorũ, cõſtitutionum,ſanctorum morum,pro dei honore,pro fidei incremẽto, pro animarũ ſalute propugnatores fuêre. Qui vita functi,nobis ex naturæ inſtinctu,& iure quodam hęreditario ſacra, quæ diximus, catholica inſtituta quaſi per manus tradita reliquêre, vt eorum veſtigijs inſiſtamus,& in ijs etiàm mortem oppetamus.Et nos quidem,vtpotè Maiorum noſtrorũ non fallaces imitatores, Deo nos benè iuuãte,in hunc vſq; diem eo pacto viximus.Itaq; ſtat ſentẽtia, tueri & propugnare quęcunq; tum anteceſſores mei,tum egoipſe hucuſquè obſeruaui:id aũt vel maximè,quod p anteceſſores meos tam in Cõſtantienſi,quàm alijs ſynodis ſancitum eſt.Cùm verò in aperto ſit,vnum ſolum fratrem hallucinari,priuata opinione deceptum,q̃ quidem cum totius Chriſtianiſmi ſentẽtia pugnet,tam eorum qui ante mille annos nos p̃ceſſerunt,quàm qui in pręſens viuunt: eaque præ ſe fert,Chriſtianos oẽs hactenùs ſemper in errore fuiſſe: eam ob rem planè deliberatum mihi eſt,regna mea oñia,imperium,ditiones,amicos, corpus, ſanguinẽ, vitam deniquè ipſam & animã impendere, nè improbus hic conatus lõgiùs progrediatur:quandoquidem in meam haud exiguam,itemq; veſtrã id ceſſurum eſt ignominiã, qui p̃clara & cumprimìs celebris eſtis Germanię natio:quibus id in honoris,authoritatis,p̃rogatiuæ cumulum acceſſit ex priuilegio, vt iuſtitię obſeruãtiſſimi, catholicęq; fidei defenſores & propugnatores habeamur.quòd ſi qua igitur non modò hæreſis,ſed vel ſuſpicio hæreſeos,vel aliqua Chriſtianæ religionis imminutio in hominum animis noſtra tempeſtate relicta erit,id poſteris noſtris perpetuæ vituperationi fuerit.quandoquidem ergò pertinax heſterno die Luteri reſponſum coràm omnes audiuimus, mentem ego vobis meam aperio, pœnitere me q̃ tam diù diſtulerim contra hominem illum eiusque falſam doctrinam procedere,nec me poſthàc audire illum velle, q̃cquid etiàm allatur' ſit:iubeo aũt vt quãprimùm ex mãdati p̃ſcripto reducatur,caueatq; ipſe ex publicę fidei ipſi datæ formula, nè palàm cõcionet,néve populo praua ſua dogmata inſtillare p̃gat, nè deniquè ipſi⁹ opa, noui q̃ppiã aut motus aliq̃s excitet.Equidẽ,ſicut iam dixi,cõtra eum,haud ſecùs atquè cõtra notoriũ hęreticũ planè deliberaui p̃cedere:ſimulq; à vobis repoſco,vt ĩ iſthac cauſa id ſtatuatis,quod decet p̃bè Chriſtianos,et vt vos

vos facturos recepiſtis. Scripta mea manu 19. April.1521. Hęc pijſſima optimi & religioſiſſimi Cæſaris epiſtola tum quidẽ Vuormatiæ coràm cunctis Imperij ordinibus, porrò Maij die 10. Romæ in publico Conſiſtorio coram Cardinalibus,iubente Pontifice Leone,lecta eſt,& ab vtriſque eſt ea Cæſaris conſtantia,zelus & integritas egregiè commendata. At Luterani aiebant Cæſarem eſſe puerum,qui à Pontificijs ad ipſorum voluntatem impelleretur:non ſic dicturi,ſi Luteri commenta approbâſſet:nec ſinè tãti principis inſigni iniuria,noctibus paſsìm ad fores ſcribebatur, Væ terrę,cuius rex puer eſt. Sed certè tam pio & religioſo principe Germania ob tantam ingratitudinem digna non fuit. Atque vtinàm pijſſimus princeps ab hac ſententia non fuiſſet deductus etiàm Catholicorum dynaſtarum precibus,qui putabãt mitiùs agendum cum Lutero,nè res in tumultus & turbas horrendas euaderet. Hoc quidem tum conſultum videbatur, ſed rei euentus docuit veriſſimum eſſe,quod ait ille,

Principijs obſta:ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas inualuêre moras.

Luterus fingitur captus

Non eſt crudelitas ſæuire in membrum morbidum, nè ſerpat contagio, & corpus omne inficiatur. Luterus autem Vuormatia diſcedens, in ipſo itinere per quoſdã amicos & fautores mirabili calliditate interceptus eſt, & mox longè lateque ſparſa fama,contra datam fidem publicã eum atrociſſimè vinctum abductũ eſſe.Et iam paſsìm,præſertim Vuormatię,omnia ad ſeditionem ſpectabant,donèc rei veritas comperta eſt. Ductus eſt autem Luterus iuſſu Frederici principis ſui Alſtadium, vt ferunt, quod oppidum ex eo euentu Luteri Patmos ab amiculis eius vocatum eſt: Ibi ille importunus monachus ſecurè in arce deliteſcens,multa ſcripſit digna tali viro. Inter alia hortatus eſt, vt adoleſcẽtes vitent Philoſophiam & Theologiam ſcholaſticam,ceu animæ mortem, Thomamque Aquinatem aſſerit multa hęretica ſcripſiſſe: Quid ad me,inquit,quòd bullarum Epiſcopus eum canonizauit? Sic vocans Romanum Pontificem, qui Thomam diuorum catalogo adſcripſerat, longè vtiquè ſaniori iudicio, quàm eum Luterus hęreticus hęreſeos damnârit. Quemadmodùm autem Mahumetes impuriſſimus in ſuo Alcorano vetat, nè ſuæ ſectę homines cum Chriſtianis diſputent,veritus nè craſſiſſimi errores apertis rationibus cõfutati, ab illis agnoſcantur & reſpuantur:ità & Luterus à Philoſophia & ſcholaſtica Theologia arcet ſuos,non ignorans,qui in ijs benè verſatus ſit, facilè ipſius abſurdiſſima cõmenta tum cogniturum,tum cõfutaturum. Quòd autem Thomam Aquinatem dicit multa hęretica ſcripſiſſe,id de viro ſanctiſſimo atque doctiſſimo ſceleratè mentitur, cuius ſcripta docti homines ſummoperè commendant, nihil morati dictionis ſimplicitatem, quę illi ſeculo vſitata fuit. Scripſit præterea Luterus in ſua illa arce librum de abroganda Miſſa priuata ad fratres ſuos Auguſtinianos Vuittenbergenſes, qui primi omnium Miſſas abrogauerant,quos hortatur, vt in eo incepto contra conſcientiæ accuſationem perſiſtant, ſicut & ſe in quibuſdam feciſſe ait. An non verò mirum eſt, dum talia legunt homines, poſſe

Luteri Patmos.

Exhortatur à ſtudio philoſophiæ.

Lib. de abroganda Miſſa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel ad momentum in eius viri doctrina permanere? An non perspicuum est, omninò perire velle eos, qui tali homini, qui contra conscientiã suam se in plerisque feciſſe affirmat, auſcultent? Pugnare enim contra conſcientiam à malis deterrentem, quid eſt aliud, quàm rebellem eſſe lumini, nec velle obtemperare veritati, ſed ea contempta, eò conniti, vt liceat quicqd libet? Porrò in abroganda Miſſa & tollendo ab Eccleſia iugi hoc ſacrificio multus profectò Luterus fuit, vt ea res pleriſque non dubiam faciat fidem è propinquo imminentis Antichriſti, qui iuge ſacrificium prorsùs abolebit.

Parisienſes damnant Luterum.

Eodem anno etiàm Pariſienſes Theologi in ſolenni conuentu Luteri ſcripta damnârũt, licèt lõgè ſecùs Luterus & eius amiculi ſperâſſent. Cõtra hos ſcripſit Philippus Melanchthon iuuenis Apologiam pro Lutero, hac inſcriptione: *Aduersùs furioſum Pariſiẽſium Theologaſtrorum decretũ &c.* Eiuſmodi modeſtia tum Luterus, tum eius ſectatores omnes ferè ſemper vſi ſunt: quam vtiquè non à Chriſto, ſed illo qui rex eſt ſuper omnes filios ſuperbię, didicerunt. Scripſit etiàm in eos Luterus atrociſſimè ſermone vulgari, vt vulgus indoctum in eos concitaret. Amici quoquè eius ſcurrilem edidêre libellum ſub nomine facultatis Theologicæ Pariſieñ. Iſtud enim hominum genus non ferè niſi mendacijs, probris, contumelijs, cõuicijs, ſcommatis, lœdorijs agere nouit cum aduerſarijs, & interim vocant ſe homines pios & Euangelicos, & qui puram doctrinam in lucem reuocârint.

Iob 41. Luterus cõtra Pariſiẽſes.

Hoc anno Carolus Imperator Vuormatiæ grauiſſimum Edictum cõtra nouatores orthodoxæ & Catholicæ religiõis promulgauit, in quo inter cætera dicit, Luterum non hominem, ſed diabolum ſub humana eſſe ſpecie, qui in perniciem humani generis permultas olim damnatas hæreſes in vnam ſentinam cõgeſſerit. Quod quidem tam fuit verum, vt talem virum aliquid potuiſſe apud Germanorum hactenùs ſummæ conſtantiæ & integritatis nationem, illijpſi nationi ad ſempiternam hauddubiè ceſſurum ſit ignominiam & cõfuſionem. Hîc verò Sleidanus Cæſarem quidem fatetur dixiſſe, decretum hoc ſuum cõmuni principum & ordinum conſilio factum: ſed mox ſubiungit, Aiunt edictum hoc à paucis aliquot fuiſſe conflatum: ſcilicèt vult Imperatorem optimum & religioſiſſimum arguere mẽdacij, nè tanti principis & ordinum Imperij cõmuni decreto damnata Luteri impietas, Luteri cauſam premat. Quis verò eam hominis impudentiã ferat, qui vt per mẽdacia Luteri partes defendat, potentiſſimũ Imperatorẽ haud obſcurè vocat in ſuſpicionẽ mẽdacij? nec his cõtentus, quædam addit, quibus etiã Moguntinum Archiepiſcopum obliquè perſtringere videtur: atq; haud ſcio, an in illũ falſi crimen deriuare velit. nam obſcurè ſcribit. Sed abſit, vt plus credamus Sleidani nugis, quàm tantis principibus.

Caroli V. de Lutero ſententia.

Eſt profectò mirũ, tam facilè Luterũ in ſuam ſententiã pertrahere potuiſſe in primis Saxoniæ fortiſſimã gentẽ, quam olim Carolꝰ Magnus triginta annis vix eò adigere potuit, vt relicto dęmonũ cultu, Chriſto nomẽ darent,

darent, à quo etiàm poſteà nunquàm defecerũt, ſed in ſemèl ſuſcepta religione cõſtantiſſimè perſeuerârunt, & ſingulari quodam ſtudio Romanæ Eccleſiæ ſemper dediti fuêre. Sed homo verſutus, ſciens ea in gente permultos his extremis temporibus nimiùm addictos ventri & potationibus, vt eos ſibi propẽſiùs alliceret, laxauit miſeris habenas, iciunia, preces, vigilias, confeſſionem ſacramentalem, & alia pietatis exercitia, ceu papiſtica & monachorum inuenta, docuit reijcienda: quæ cùm eſſent incautis & imperitis, nec perditi hominis fraudem prima fronte aduertentibus plauſibilia, ſub prętextu verbi Dei ab illo ſeducti & miſerandum in modum euerſi ſunt, longè iam diſſimiles ſanctiſſimis Maioribus ſuis, qui in Catholica fide, ità vt decebat virilem Saxonicorum pectorum cõſtantiã, ſemper fortiſſimè perſtiterunt.

Belgradum expugnatur à Turca.

Ipſo hoc anno Soliman nus Turca in Pannonia Belgradum, ad confluentes Sauum atque Danubium ſitum, inſigne atque fortiſſimum totius Hungariæ munimentum, Chriſtianis principibus inteſtina bella meditantibus, expugnauit, cùm iam anteà Amurathes eius abauus, & proauus Mahometes, magnis acceptis detrimentis, re infecta, indè diſcedere compulſi fuiſſent. Facile id fuit Tyranno, quòd inter Ludouicum regem iuuenem & proceres Pannoniæ parùm conueniret, ideoque nulla firma præſidia hoſti barbaro oppoſuiſſent.

Eodem anno Ferdinandus archidux Auſtriæ vxorem duxit Annam regis Hungariæ filiam, itemque Ludouicus Hungariæ rex, Ferdinandi ſororem Mariam.

Bellum funeſtũ Chriſtianorum.

Per id ferè tempus ortum eſt eheu bellum inter Carolum Imperatorem, & Galliæ regem Frãciſcum, quod quàm funeſtum fuerit Reip. Chriſtianæ, vel eo ſolo nomine, quòd interim dabatur magna opportunitas Lutero & eius aſſeclis noua dogmata magìs magisq; in vulgus ſpargendi, nemo vllis vnquàm verbis conſequi poſſit. quòd ſi duo illi potentiſſimi principes aut vires ſuas coniungere, aut ſaltem rex Franciſcus à bello abſtinere voluiſſet, facilè hęreſes oñes in ipſis ſuis initijs oppreſſę fuiſſent. Sed peccata noſtra diuinam in dies prouocabant iuſtitiam, quę tandèm malo dęmoni fecit poteſtatem Eccleſiam perturbandi & diuexandi: atq; vtinàm vel ſerò ſapiant Phryges.

Leo X. moritur.

Hoc etiàm anno Mediolanum ereptum eſt Gallis, & paulopòſt anno 1522. Leo Põtifex atrocis toxici abreptus violentia, exceſſit è corpore, cuius locum obtinuit Hadrianus Florentius Batauus, vir inſigni tum doctrina, tum morũ integritate, pręceptor quondàm Caroli Imperatoris: cuius etiàm iam tum Cardinalis ſingulari prudentia, abſente Carolo, perturbatæ Hiſpaniæ reſtituta iam antè fuerat tranquillitas. Carolus enim in Germaniam abiturus ex Hiſpanijs, cum regia authoritate in procuratione vtriuſque Hiſpanię eum reliquerat.

Christiernꝰ rex regno pellitur.

ANno 1522. Rex Danorũ Chriſtiernus ſuæ crudelitatis luens pœnas, è regnis ſuis profugus, cũ Iſabela Caroli Cæſaris ſorore Mechliniam venit: nec diù pòſt ſuperuixit Iſabela, ſepulta Gandaui

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud D.Petrum. Cùm rex ille è Dania aufugit,iam illum præceſſerat Archiepiſcopus Lundēſis Georgius Schotborch, cuius nō multò antè meminimus,fugiens eius regis tyrannidem.Et eccè dum moratur Aemſterdami,quod eſt Batauorum inſigne emporium, rex quoquè Chriſtiernus eò peruenit,ibiq́ue Archiepiſcopum exulem inuénit, & quem pauloantè crudeliter perſecutus erat,iam familiariter allocutus eſt in ſolo peregrino,obſtupeſcente Epiſcopo ad tam ſubitam regis calamitatem. Poſſunt eo exemplo admoneri, qui præſenti fortunæ nimiùm fidentes, inſoleſcunt,& ad crudelitatem & tyrannidem ſua potentia abutuntur, perindè àc ſi DEO non ſint curę res humanę.

Circa hæc ferè tempora Henricus Angliæ rex VIII. ſcripſit in Luterum,eoq́ue nomine à Pontifice & ampliſſimo Cardinalium ſenatu, Catholicæ fidei defenſor appellatus eſt.

Carolſtadius & Melanchthon delirant planè.

Per id quoq; tempus Luterus è Patmo ſua,ſi ſuperis placet,redijt Vuittenbergam. Porrò interìm dum ille abeſſet,quiddam mirè ridiculum accidit Vuittenbergæ.Carolſtadius enim & Melanchthon, præcipui Luteri diſcipuli & ſymmyſtæ, hauſta occaſione ex ſcriptis Luteri,ſtudioſis adoleſcentibus perſuaſère,non eſſe dandam operam Philoſophiæ: Platonem, Ariſtotelem, Ciceronem, & id genus alios non nisì mera ſcripſiſſe commenta & impoſturas,eoq́; libros eorum Vulcano conſecrandos:vni ſacrorum Bibliorum lectioni vacandum:neque fas eſſe,hominem Chriſtianum literis deditam actitare vitam:faciendum omnibus,quod in Geneſi dictum eſt,In ſudore vultûs tui veſcéris pane tuo. Nemini dubium eſſe poteſt, quin ob ſtultiſſimam animi arrogātiam illi grandes Sophi adtam abſurdam & plùs quàm anilem delirationem deuoluti ſint, cùm certum ſit, magnam eſſe liberalium artium & Philoſophiæ ad multa opportunitatem,modò quis rectè & moderatè illis vtatur.Scripſerat Luterus in libello ad Germanicam nobilitatem, Ariſtotelis Phyſica, Metaphyſica, Ethica,prorsùs aboleri debere. Ex hoc fonte hauſerant hanc ſuam præclaram doctrinam Carolſtadius & Melanchthon. Et vt magìs inſaniam proderent ſuam, Carlſtadius ex Archidiacono factus eſt agricola in rure Vuittenbergenſi, Melanchthō in piſtrino artem piſtoriam meditabatur: plerique adoleſcētes, artium liberalium combuſtis libris,mechanica opificia complexi ſunt. Deniq; hac prodigioſa illorum homuncionum temeritate eò res perducta eſt,vt multis locis Scholæ clauſæ tenerentur annis aliquot.At Luterus Vuittenbergam è ſua Patmo reuerſus,Philippum hoc nomine caſtigauit, Carolſtadium ex ditione Vuittenbergeñ exegit, libroq́; edito aſſeruit Philoſophiam in ſe bonam eſſe.Nam mirè ille homo in dictis & ſcriptis ſuis varius & inconſtans,ſibiq́ue identidèm planè contrarius fuit,quod neq; amici eius vnquàm negare àuſi erunt,nisì planè frontem perfricuerint. Et vel hoc vno argumento ſatìs ſuperq́ue licet intelligi,quo ſpiritu fuerit agitatus.

Gen.3.

Luterus oppugnat Ariſtotelē.

Clauduntur Scholæ.

Damnat quod antè probauerat.

Per id tempus etiàm publicè pro concione damnauit fratrum ſuorū Auguſtinenſium Miſſæ abrogationem,cùm id factum antè probâſſet:ſed doluit homini arrogātiſſimo,quòd ipſius iniuſſu factum fuiſſet. Scripſit etiàm valdè ſcurriliter & ſeditiosè in Bullam Leonis X.Porrò omnis oblítus pudoris & modeſtiæ, petulantiſſimè & maledicētiſſimè inuectus eſt in Anglię regem,cuius liber Germanicè conuerſus per Hieronymū Emſerum,multùm ipſius infauſto Euangelio derogabat.In eo libro,incredibili ſtultitia & arrogantia tumidus, inter cætera ità ait: Ego verò aduersùs dicta patrum, hominum,angelorum, dæmonum, pono,non antiquum vſum,non multitudinem hominū, ſed vnius maieſtatis æternæ verbum, Euangelió,quod ipſimet cogūtur probare. Hìc ſto,hìc ſedeo.hìc maneo, hìc glorior,hìc triumpho,hìc inſulto Papiſtis,Thomiſtis,Henriciſtis,Sophiſtis, & omnibus portis inferi, nedùm dictis hominum quantumlibèt ſanctorum,aut conſuetudini fallaci.Dei verbum eſt ſuper omnia.Diuina maieſtas mecum facit,vt nihil curem,ſi mille Auguſtini, mille Cypriani, mille Eccleſiæ Henricianę contra me ſtarēt. Obſecro,quæ hæc verborū monſtra & portenta ſunt? Et tamen habuit permultos homo miſer, qui quicquid vel dixiſſet,vel ſcripſiſſet,putarent planè eſſe Euangelicum. In eodem libro iactitat ſe de Miſſa triumphâſſe,atque ità ex conſequenti de toto Papatu.Sed hoc proculdubiò non alio, quàm ipſius Antichriſti, ſpiritu homo nefarius dicere potuit. Nam de Miſſa ad breue tempus triumphabit Antichriſtus, cùm tollet iuge ſacrificium,quo nihil ſanctius,nihil hominum ſaluti conducibilius habet Eccleſia. Væ deploratiſſimo iſti ſeculo,quod tantum ſcelus ferre potuit. Et tamen cùm hæc ſcriberet,nondùm abiecerat habitum monaſticū. Addidit eodem libro: Dogmata mea ſtabunt,& Papa cadet. Sed mentita eſt iniquitas ſibi. Nam paucos hodiè etiàm inter ſectarios reperias,qui Luteri dogmata per omnia ſequātur: & tamen Papæ manet ſua dignitas,iampridèm extincto Lutero cum pleriſque dogmatibus ſuis permultis in locis. Scripſit prætereà ibidèm,quæ ad ipſius Imperatoris & principū Germaniæ iniuriam non mediocrem pertineant: Apparui ego,inquit, iam tertiò coram eis. Deniquè Vuormatiā ingreſſus ſum, etiàm cùm ſcirem mihi violatā eſſe à Cæſare fidem publicam.Nam didicerūt principes Germaniæ,olìm de fide laudatiſſimæ gentis, nunc in obſequium idoli Romani,nihil magìs quàm fidem contemnere,in perpetuā nationis ignominiā. An non hoc eſt Imperatorem & principes periuros & perfidos dicere? O portentum.Multa alia pijs auribus intoleranda ſcribit eo libro deterrimus pſeudomonachus ille,quæ hîc commemorare non libet. Nec eſt mirum,quòd ille talia ſcripſit,ſed mirum eſt, talia ſcribenti quenquam fidem commodare potuiſſe. Sleidanus libenter recitat, ſi quid Pontifices etiàm ſuperiorum ſeculorum egerint contra Imperatores, vt conflet pontificibus inuidiam, & principum animos in eos acuat. Quòd autem Luterus vilis ſcurra tam atrociter Imperatorem,Principes,& vel maximè Angliæ regem lacerat & proſcindit, hoc ille bonus vir nō ſolùm non repræhendit, ſed acerrimè eum Anglo reſpondiſſe dicens,etiàm laudare videtur. Vbì iam eſt illud ſcripturæ Diuinæ, Principi populi tui nè maledixeris? Sed eat Sleidanus cum Lutero

Scribit in Angliæ regem.

Nota intolerandam arrogantiā.

Exod.22. Act.23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tero suo, quò dignus est. Eodem anno librum edidit hoc titulo, *Aduersùs falsò nominatum Ecclesiasticorum statum, Papæ & episcoporum.* In hoc libro se Euangelistam & Ecclesiasten Dei vocat. In Prologo sic habet: Doctrinã meam ego nolo iudicari à quocunq;, nec ab angelis oñibus. Cùm enim certus de ea sim, volo per eam & vester (scilicet Papæ & Episcoporum) & angelorum quoquè iudex esse &c. Verùm quis satìs explicare possit, quotiès ille Doctrinam suam, de qua hîc certum se iactat, paulo momento non semel mutauerit, modò asserens quod antè negauerat, modò negans quod asseruerat? Si certus fuit, vt ait, de doctrina sua, cur totiès eam mutauit? Sed astutè facit, quòd nullum vult pati iudicem, vt sub hoc prætextu liceat ei scribere quicquid libet. An non pudet Christianos homines tam prodigiosæ temulentiæ nugatorem esse sequutos? In eodem libro seditiosissimè scribit in episcopos, nec opùs est oñia huc adscribere, quæ sinè piaculo vix commemorari queant: vsqueadeò homo ille prę ira & furore nusquàm sibi ipsi temperare potuit. Iam traditus erat satanæ, à quo miserè exagitabatur. Quàm barbara vox est, quòd illic scribere non dubitat, Meliùs foret vt omnes episcopi occiderentur, omnia collegia & monasteria funditùs eradicarentur, quàm vt vna periret anima, nè dicam, vt omnes animę perderentur propter inutiles laruas & puppas? Sed vnus Luterus plures iugulauit animas, quàm vel numerari queãt. Porrò id genus seditiosis vocibus nõ paruam dedit occasionem rusticorũ tumultui, qui non diù pòst secutus est, in quo vltra centum rusticorum millia cæsa sunt. Per id quoquè tempus vertit nouum Testamentum Germanicè, sed fide pessima, multis immutatis, demptis, additis: quæ versio, dici non potest, quàm pernicioſa fuerit, pśertim imperitæ multitudini. Nam etiàm fœminæ quædam hinc tantos sibi sumpsêre spiritus, vt contemptis Theologis quibuscunque, non dubitârint contra Pauli prohibitionem publicè concionari. Iactabat quoquè Luterus cum suis, nunquàm anteà Germanis syncerè prædicatum fuisse Euangelium, se autem verum proferre Euangelion. Sed absit, vt pijssimos Maiores nostros credamus euangelij veritate caruisse, qui certè Euangelij synceritatem ab ijs docti sunt, quibus Luterus ne matulam quidem porrigere dignus sit. Porrò quàm bellum Germanis Euangelium Luterus attulerit, suo nunquàm prętando damno Germania iampridèm experta est. Habuissent hîc Germani præsertim principes, iustissimam excandescendi causam, quòd non dubitaret ille superiorum temporum optimos & integerrimos principes tam intoleranda proscindere contumelia, quòd Euangelij fuerint expertes. Nam si id verum est, omnes Maiores illorum idololatræ permansérunt: quo quid possit dici contumeliosius? Certè Luteri euangelium eiusmodi est, vt maiores nostri, si illud apud se prędicari persensissent, faciliùs passuri fuerint vitam quoquè ipsam sibi eripi, quàm talis Euãgelij suis in regionibus fieri mẽtionem. Totum enim ad tumultus & seditiones spectat, & vbicunquè recipitur, mirabiles animorum dissensiones parit, & subditos in magistratus inflammat odio incredibili: & quo quisque magis vult haberi

Luterus se Euangelistã vocat.

Vertit nouum Testamentũ malà fide.

1. Cor. 14. 1. Tim. 2. Fœminæ cõcionantur.

haberi Euãgelicus, eo fit seditiosior. Ait enim Luterus, tanto verius euangelium esse, quanto plus tumultuum parit: nec veritus est Vuormatiæ coram Cæsare & cunctis Imperij ordinibus dicere, sibi planè iucũdissimam faciem istam in rebus esse, videre, ob verbum DEI studia & dissensiones fieri. Certum est autem, verbum DEI non dissensiones, sed animorum summam consensionem efficere: non est enim dissensionis DEVS, vt ait Apostolus, sed pacis: & in Actibus Apostolorum legimus, credẽtium cor vnum & animam vnam fuisse in Domino. Porrò diabolus homicida est ab initio, & qui tumultus ac seditiones mouẽt, ad eius gregem pertinent. Est verò proh dolor tumultuum plus satìs excitatum in Europa, dum sanguinarium istud grassatur Euangelium. Sed ad id, vndè digressi sumus, reuertamur. Erant tum temporis non pauci, qui vt Luteri dogmata latiùs disseminarent, suam cõcionandi operã passim gratìs offerrent. Typographi quoquè Luteranorum lucubrationes suis impensis politè & emendatè admodùm, porrò Catholicorũ malignè & deprauatissimè, alienisque sumptibus excudebãt. Ità breuì magnos habuit progressus Luteri doctrina: qua factũ est, vt mortales passìm insanire iuuaret.

1. Cor. 14. Act. 4. Ioan. 8.

Hoc anno, vt paulò superiùs dixim⁹, Põtificatum inijt Adrianus natiõe Batauus, Caroli in Hispanijs vices tũ gerẽs, virtute ac fama Cardinalibus Romæ, non facie, notus. Is è tenuibus parentib⁹ Vltraiecti natus, Louanij studendo tantum profecerat, vt inter Theologos Louanienſ facilè deincèps primus haberetur: eaq; de causa & quòd singulari morum grauitate esset, in præceptorẽ Caroli V. assumptus, ac in Hispaniam ,pfectus, ibiq; Episcopus & Cardinalis creatus, Carolique absentis postèà ibidèm vices pręclarè admodùm gerens, in summum pontificem magna Cardinalium consensione est sublimatus, retento pristino nomine. Nam & anteà Adrianus Florentius dicebatur.

Adrianus Papa VI.

Eodem anno à Cęsareanis capta & direpta est Genua, Ligurię vrbs insignis & opulẽta. Indè accidit, vt Adrianus Pontifex cùm ex Hispanijs eò appulisset, nulla afflictorũ ciuium lętitia sit exceptus. Adrianus enim magnis precibus populi romani & cohortatione senatûs, Romam eo anno felici nauigatione deuectus est. Cùm aũt cognouisset Rhodum à Turcarum ducentis millibus acerrimè oppugnari, volebat quidem ferre opem, sed pecuniæ inopia retardabatur. Itaq; Rodieñ oñi destituti auxilio, cùm aliquot mensès vrbem fortissimè defendissent, & multa Turcarum millia strauissent, tandèm certa pactione vrbem atq; insulam barbaro hosti dediderũt, qui eam consilij ingentis & perdifficilis belli occasionẽ audacter susceperat, quòd Christianos reges intestinis occupatos bellis didicisset. Magnã eius insulæ amissione respub. Christiana & ignominiã & cladem accepit, atq; vno eodemq; tempore, irato Deo, foris ditiones Christianorum à barbaris, intùs religio ab hęreticis oppugnabatur. Certè oportuit altum stertere, quos tot calamitates & incommoda non excitârunt.

Genua diripitur.

Rhodus à Turcis occupatur.

Sub hoc ferè tempus principes aliquot Catholici cùm viderẽt vulgus Luterana noui Testamẽti versione facilè in hæreses illici, ,pposìtis edictis omni-

Testamen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum Luteri interdicitur.

omnibus subditis suis eius lectione interdixerunt. Ausus fuerat Luterus ex Canone scripturarũ noui Testamenti reijcere Epistolam ad Hebræos, Epistolam D. Iacobi, quam stramineam ille impurus nebulo appellauit: Epistolam Iudæ, & Diui Iohannis Apocalypsin, quæ, teste D. Hieronymo, tot habet sacramenta, quot verba. Atqui verò post annos quinq; primam versionem suam Luterus ipse plerisque locis mutauit, idq; adeò, vt ex solo Matthæi Euãgelio quidam annotauerint loca triginta sex. Quàm verò multis locis ille scripturam sacram malè vertendo deprauârit, annotatum est à doctis quibusdam. Hieronymus Emserus, vir doctus & pius, vt extarent Luteranæ deprauationis certa indicia, nouum Testamentum post Luterum Germanicè trãstulit, & ad marginem plurima loca, ab Lutero malè conuersa, adscripsit. Videre tum erat passim in manibus imperitæ multitudinis Luteri versionem, quæ ab illis auidè legebatur, sed non nisi in suam ipsorum perniciem, vt rei euẽtus mox probauit. Cùm enim Luterus nihil vellet extra scripturas recipi, scripturæ autem ab illo essent deprauatę, ruebant miseri in errores alios ex alijs, vnoquolibet scripturas pro suo cerebro interpretante. Indè posteà orta est tanta sectarum turba, vt difficile sit in certum eas numerum redigere. Quod etsi est longè calamitosissimum, homines Christianos ità circunferri omni vento doctrinæ, & cuiuslibet somnia nõ alio quàm Euangelij loco habere, tamen eam calamitatem vulgus euersum ducit pro nihilo: sed id patiuntur horrendo Dei iudicio, quòd tam leuiter aures fidemq; accõmodârunt Luteri commentis, quasi ille demùm, vt falsò iactabat, Euangelium in lucem protulisset, cùm reuerà ipsam Euangelij lucem in immanes quasdam tenebras mutârit, in certissimum innumerabilium animarum exitium.

Per id quoquè tempus scripsit Luterus librum de vita coniugali, sanè turpissimum. Vbi inter cætera ait impudentissimè, omninò necessarium

Luteri os impurum.

esse omnibus rei Venereæ vsum, magis etiàm quàm cibum, potum, somnum, &c. Atque idcircò teneri monachos & moniales, posthabitis votis suis, nuptijs operam dare &c. Atque cùm hæc scriberet, nondùm excusserat cucullum: itaque huiusmodi paradoxis iter sibi muniebat ad illas præclaras suas nuptias, quas iam animo meditabatur. Sed ô Deus, vbi fuêre hominum mentes & oculi, cùm talia, tam execranda, in eius hominis libris lectitarent? O horrendam Dei vindictam, vsqueadeò occæcari.

Luterus in principes catholicos.

ANno 1523. cùm percepisset Luterus principes Catholicos ipsius nouum Testamentum damnâsse & proscripsisse, tanta acerbitate in illos scripsit librum de seculari potestate, vt in ecclesiasticos videri potuerit modestia quadam vsus fuisse. Erat in tuto loco apud principem Saxoniæ opulentum & potentem, quæ res eius effreni audaciæ calcar addebat. Ausus est in illo libello scribere, principes vt plurimùm esse vel præcipuos moriones, vel deterrimos nebulones. Quis verò Catholicus tale aliquid sinè summa omnium offensione scriberet? Atq; hæc Luteri contumelia ad ipsum quoquè Carolum Imperatorem & principes omnes pertinebat. Incredibile dictu est, quanta in hoc monstroso homine fue-

Cõtumelia summa in principes.

ne fuerit conuiciandi & mentiendi libido. Doctor Iohannes Dietenbergius, vt alios taceamus, in duabus duntaxàt Confutationibus, cõuicit eũ 874. mendaciorum, quod posset incredibile videri illis, qui eius hominis scripta non legerunt. Sed quid non ausit, qui nihil nõ ausus fuit? In libello iam dicto de seculari potestate, inter cetera cõtumeliosè aliquot principes perstringit his verbis: In Misnia, in Bauaria, in Marchia, alijsq; in locis promulgauerunt tyranni edictum, (tyrannos vocat catholicę religionis obseruantissimos principes) vt noua testamenta in præfecturas tradãtur. Hìc subditi sic agant: Non foliolum, non literam vnam tradant sub periculo salutis suæ. Quisquis enim id fecerit, is tradit Christum Herodi in manus. Illi enim aiunt velut Christicidę, sicut Herodes. His & id genus alijs emblematìs ornat ille scurra illustrissimos principes, q vulgo ea causa nolebant permitti versionem Luteri, quòd viderent non nisi deteriores ex eius lectione euadere. Faciebant principes quemadmodùm illos facere decebat. & cùm ea res eximiam laudem mereretur, ab illo insolentissimo tenebrione atrocissimis verborum flagris flagellati sunt. Admiscuit interìm multa ad seditionem concitandam vehementer opportuna, ità vt appareat hominem furijs quibusdam agitatum, nihil nisi cędes & latrocinia anhelâsse. Apud Sleidanum altum de his, quãtùm equidem aduerterim, silentium est: fortassis & ipsum puduit, referre tam atrocia in principes conuicia, nè Luteri causam efficeret deteriorem: sed nos Sleidani fraudes non ignoramus.

Franciscus Sickingius perit.

Hoc anno tormenti ictu in arce sua Lantstal perijt Franciscus Sickingius vir nobilis, & Luteri inprimìs studiosus. Is bellum indixerat episcopo Treuirensi, obsediq; Treuiros, sed industria Episcopi qui tum in ea vrbe erat, conatus eius irriti fuêre. Nec diù pòst ab Episcopo Treuirensi & fœderatis aliquot principibus obsessus, temeritatis suæ pœnas dedit. Celebre nomẽ sibi ille comparârat aliquot prosperis rerum successibus. Nam Lantgrauio Hassiæ adhuc puero grauissima intulerat damna, & vrbem Metensem longè florentissimam ad detrimentosas pacis conditiones adegerat. Multum in eo fidutiæ & spei collocârat Luterus, adeoq; plus quàm in vllo principe, quemadmodùm ipse Luterus clàm scripsit Vldrico Hutteno.

Luterani duo martyres, scilicet.

Hoc anno Bruxellis, quæ est Brabantiæ præclara vrbs, duo professionis Augustinianæ ob Luteri dogma flammis exusti sunt. Illos verò Luterani non alio quàm martyrum loco habent, quemadmodùm etiàm Iohãnem Hussium & eius farinæ alios hęreticos. Habet enim & diabolus martyres suos. Porrò martyres Christi pœna non facit, sed causa, vt præclarè inquit Augustinus. Quam sibi pacem promittunt inimici fratrum? inquit sanctissimus ille martyr Cyprianus libro de vnitate ecclesię, quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum? An secum esse Christum, cùm collecti fuerint, opinantur, qui extra Christi Ecclesiam colliguntur? tales etiamsi occisi fuerint in confessione nominis, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa discordiæ nec passione purgatur. Esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

martyr non potest, qui in Ecclesia non est. Et post pauca: Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei vnanimes noluerunt. Ardeant licèt flammis, & ignibus traditi vel obiecti bestijs animas suas ponant: nõ erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ: nec religiosæ virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occídi talis potest, coronari nõ potest. Hæc ille.

Borbonius à Gallo defícit.

Eodem anno Carolus Borboniæ dux, à Gallorum rege Francisco ad Carolum Imperatorem cum aliquot Galliæ nobilibus defecit, magno Francisci regis incommodo. Idem tamen Borbonius infeliciter attentauit Massiliæ occupationẽ, atque indè non sinè ignominia discedere compulsus est.

Nota facinus insigne.

Hoc anno quidam ciuis Torgauiensis, ex monasterio Nymicensi nouem virgines sacras clàm Vuittenbergam adduxit, omnes genere nobiles, quarum vnam non longè pòst Luterus incestis nuptijs sibi copulauit. In huius ciuis & nefarij facinoris defensionem libellum edidit Luterus. Alios quoquè duos libros conscripsit, alterum ad Pighardos, ad Hussitas alterum, videlicet vt ægerrimè faceret Romanæ Ecclesiæ, cùm tamen ante paucos annos, eosipsos ceu hęreticos & schismaticos publicis scriptis egregiè esset insectatus.

Inter alia multa quæ hoc anno scripsit idem Luterus, etiàm libellum edidit de communi fisco. In hoc bona ferè omnia totius cleri addicit huic fisco communi. Hoc enim pacto facilè animaduertit se magnam apud principes & magistratus ciuiles gratiam initurum, si Ecclesiasticorum bona ipsis adiudicaret. Sed reuerà ex eiusmodi rerum Ecclesiasticarum occupatione non solùm nihil locupletati, sed magìs etiàm suis opibus pleriq; exuti videntur. Quæ enim Deo semèl dicata sunt, in prophanos vsus nũquàm sinè periculo transferuntur. Legimus in historijs M. Crassum Romanorum ducem, cùm ad bellum Parthicum proficisceretur, templum Hierosolymitanum sacris thesauris, instigante nefaria cupiditate, spoliâsse. Verùm persecuta est sacrilegum vindicta diuina. Nam in prælio à Parthis non multò post superatus, vnà cum filio cæsus est: porrò hostes in os eius repertum, non sinè auaritiæ & sceleris èxprobratione, aurum liquefactum infuderunt.

comitia Norinbergæ.

Eodem anno habita sunt Comitia Norinbergę, quibus etiàm legatus Pontificis Adriani Frãciscus Cheregatus interfuit. Et licèt pontifex operam suam liberaliter offerret Germaniæ, vtpotè dulcissimę patrię suę, tamen magìs exulcerati sunt eius humanitate animi Luteranorum. Prodijt tum liber cẽtum grauaminum Germaniæ, authoribus Luteranis, vt nihil intentatum relinquerent, quod faceret ad conflandam inuidiam Pontifici & Ecclesiasticis. Porrò in his Comitijs decretum fuit, vt contra Luteri nouationes Catholici Ecclesiastę vterentur receptis Ecclesię doctoribus, & probatis Euangeliorum expositionibus, quod Luterus mira vafricie ità interpretatus est, vt populus putârit principes ab ipso stare, cùm tamen id esset falsissimum.

Suprà

Suprà diximus Luterum scripsisse cõtumeliosissimè in Anglię regem, qui eius captiuitatem Babylonicam oppugnauerat. Illud regis scriptum posteà defensum est à viris doctis, Eckio & Murnero in Germania, Roffensi episcopo & Thoma Moro in Anglia. Quãuis autem nostrarum partium Catholici scriptores Luterum, multorum mendaciorum sępè cõuicerint, tamen ausus fuit ille in libello contra regem Angliæ affirmare, se à mendacijs abstinuisse. Ait enim: A virulentia & mendacijs abstinui, quibus liber regis refertissimus est. Hoc cùm esset mendacium impudentissimum, à nostris corona ad marginem expressa insignitum est. Murnerus certè ex solo illo in Angliæ regem libello collegit mendacia 50. Porrò quod addidit Luterus, regis librũ virulentia & mẽdacijs esse refertissimũ, non vacat iniuria intolerabili, cùm etiàm iure gẽtium regię dignitati deferendum sit. Fuit autem regis scriptum planè Catholicum, & vt dixi, à doctissimis viris fortiter defensum. Erat tum temporis in Anglia Iohannes Fischerus Roffensis episcopus, tum pietatis, tum doctrinæ nomine celeberrimus, quippe trium linguarũ peritissimus. Is à Luteri calumnijs regem Henricum vindicaturus, scripsit librum pro defensiõe regię assertionis, sed summa modestia in hominem omnis frontis & pudoris expertem vsus, adhibitis quoquè tum scripturę diuinæ, tum patrum sententijs: quanquàm in eius libri præfatione præter morem suum, iusto dolore stimulatus, aliquanto acrior fuerit. Sed Luteri incredibilis insolentia & improbitas lõgè acriora merebatur. Ità enim citra omnem modestiam petulantissimè debacchari in Pontificem, Episcopos, Imperatorem, reges & principes, nec vllum facere conuiciandi & maledicendi modum, hominis erat perditissimi & deploratissimi, non modò asperis verbis, sed etiàm asperrimis flagellis & verberibus, reprimendi. Et hęc quidem in illo priuato homine Sleidanus ne verbo quidẽ, quod equidem sciam, vnquàm reprehendit, cùm tam multa blateret, mireque exaggeret, si quid à Pontificibus, ad quos ex officio publico pertinet totius cura Ecclesiæ, sit dictũ aut factum, quod Imperatores, reges & principes vel immeritò exasperare queat, præsertim odiosè, & non bona fide commemoratum. Sed quãto Luteri fuit insignior impudentia, tanto minùs excusationis habent, qui illius praua dogmata amplecti voluërunt. Pręter Roffensem autẽ Episcopum, de quo iam diximus, scripsit pro Angliæ rege cõtra Luterum etiàm Thomas Morus, summa doctrina & integritate vir, sed sub nomine Guilielmi Rossei. Is verò, pro admirabili ingenij dexteritate, ità omnem Luteri arrogantiam & os maledicum compressit, vt nihil contrà mutire ausus fuerit. Pauca eius verba in gratiam lectoris annotabimus: Dicit ex persona Luteri: Quoniamquidem igitur cõtradicunt meis dogmatibus Pontifex, Imperator, Reges, Episcopi, sacerdotes, laici, & omnes in summa boni: mihi licebit pro Dei mei maiestate Pontificem, Cęsarem, Reges, Episcopos, sacerdotes, laicos, omnes deniquè bonos anathematizare, maledictis & conuicijs incessere, atque in omnium coronas & capita licebit ex ore meo lutum, cœnum, stercora, merdas expuere &c. Porrò superiùs

Episcopus Roffensis scribit contra Luterũ.

Thomas Morus scribit in Luterum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veriſſima Thomę Mori de Lutero ſententia.

etiàm hæc habet de Lutero: Verùm quis nebulonem ferre poteſt talem, qui mille vitijs oſtendat, ſe poſſeſſum atq; agitatum à legione dæmonũ? & tamen ità ſe iactat ſtolidè: Sancti patres omnes errauerunt: Eccleſia tota ſæpiùs errauit: Doctrina mea non poteſt errare, quia certiſſimus ſum, doctrinam meam non eſſe meam, ſed Chriſti. Quòd ſi quis reſpondeat, Teſtimonium tuum non eſt verum, quia teſtimonium perhibes de teipſo, recurret ilicò ad nouam ſcripturam, Ego certus ſum, dogmata mea habere me de cælo. Atque ibì ſiſtet in hoc ſuo principio, velut firmiſſimo fundamento, quod non omnes Papę, Reges, Doctores, homines, angeli poterunt euertere. Certus igitur, immò certiſſimus, dogmata ſua habere ſe de cælo: ſicut certi ſunt & certiſſimi, qui dormiunt, omnia vera eſſe quæ ſomniant: immò verò certus & certiſſimus, mentiri ſe vigilantem, dogmata ſua eſſe de cælo, quæ ſua ſibi murmurat conſcientia, dæmonum illi præſtigijs immiſſa: hominibus maledicit & angelis, quicũque dogmatĩs ipſius contradicunt, & eos clamat os in cælum ponere, conſpurcare ſacra, blaſphemare Deum, quicunque non verentur arguere ſpurciſſimas ipſius blaſphemias. Item in fine libri ſecundi, addit etiàm hęc Thomas

Nota lector

Morus: Verùm à mendacijs & virulentia prorsùs abſtinuiſſe ſe teſtatur ipſe, cui nihil eſt aliud in calamo, quàm calumniæ, mendacia, ſycophantiæ: cui nihil eſt aliud in animo, quàm virus, tumor, inuidia: qui nihil in capite concipit, præter ſtultitias, furores, amentias: qui nihil habet in ore præter latrinas, merdas, ſtercora, quibus fœdiùs & ſpurciùs, quàm vllus vnquàm ſcurra, ſcurratur. Hæc quidem de illo & longè plura ſcribit ille vir tantus, cuius iudicium nemo facilè contemnere auſus erit. Quæ autem ſcribit, tam ſunt vera, vt etiàm illo tacente, Luteri dicta & ſcripta ſatìs ſuperque ea confirment. Et quarè tandèm non volunt ſibi cauere homines ab illo miſero, quem viri graues tantoperè execrantur? Nam & Roffenſis epiſcopus in præfatione, cuius paulò antè meminimus, vocat eum canem rabidum, lupum rapaciſſimum, vrſam ſæuiſſimam. Et puto certè non paulo plus apud nos ponderis habere debere tantorum virorũ grauiſſimam ſententiam, quàm Sleidani aut ſimilium ineptias, qui eum hominem tantum non ceu deum quendam in cęlum ferunt, quem ſummę eruditionis & virtutis viri tanquàm orbis horrendam peſtem toto pectore deteſtantur. Sed Roffenſis & Mori ſcriptorum hoc loco Sleidanus vir optimus non meminit, ſentiens hauddubiò, quantum eſſent præclaro Luteri euangelio totique eius cauſę factura prędiudicium, ſi ea bona fide retuliſſet.

Adrianus pontifex moritur.

Non diù pòſt mortuus eſt Adrianus pontifex, vir certè longiori vita dignus: in eius locum ſucceſſit Clemens VII. è familia Medicea.

Mediolanũ capit Gallꝰ.

ANno 1524. Franciſcus Gallorum rex ingentes coëgit copias, quibus Prouinciam à Cęſareanis fruſtrà tẽtatam tueretur. At vbi cognouit re infecta diſceſſiſſe Cęſaris militẽ, ipſe animum ad Mediolanum repetendum adiecit, nec voto fruſtratus ſuo, Mediolano potítus eſt. Indè verò infeliciter Ticinẽ oppugnationi aliquot mẽſes dedit, nulla

nulla re memorabili confecta. Erat Ticini præſidium Germanorum, duce clariſſimo Antonio Læua Hiſpano.

Conuentus Heluetiorũ.

Hoc anno 26. Ianuarij Lucernæ fuit Heluetiorum conuentus, in quo vetus religio & Eccleſiæ ritus, cęremoniæ & inſtituta, iuſſa ſunt inuiolata retineri. Iam enim Zuinglius eam gentẽ ad res nouas concitare cœperat, cuius impią dogmata id temporis ſoli ferè Tigurini ſequebantur. Inter alia docebat Zuinglius, abolẽdas è templis imagines, & Miſſam tanquàm impiam abrogandam. Quod vtiq; nihil erat aliud, quàm Antichriſti agere antecurſorem, qui iuge ſacrificium, quod in Miſſa fit, auferet ad breue tempus. Multùm ſudatum eſt à Lutero & eius tota poſteritate, malo dæmone id agente, vt Miſſa in ſummum apud omnes horrorem, abominationem, contemptum adduceretur, & magnos ea res ſucceſſus habuit in Europa, dum interìm barbaræ nationes apud Antipodes & hactenùs incognitas regiones veterem religionem & Miſſę ſanctiſſimum ſacrificiũ ſumma alacritate & deuotione complectuntur. Porrò quid lucri fecerit hic noſter orbis ſacroſancta Miſſa abroganda, partìm iam res ipſa abundè declarauit, & maiori ſuo malo ſentiet poſteritas, niſi reſipuerit, & egerit pœnitentiam. Hac ferè tempeſtate Bennonis olìm Miſneñ Epiſcopi, quem paulò antè Adrianus pontifex diuorum catalogo adſcripſerat, oſſa & reliquię venerabiliter è vetuſto terrę tumulo eleuatę ſunt, & annuę feriæ in eius honorem inſtitutæ. Id ſupra modum malè habuit Luterum, q̃ cerneret multùm ſuis conatibus detractum iri ea antiquæ pietatis fama & obſeruantia. Mox ergò libellum edidit hac inſcriptione: *Aduersùs nouum idolum & antiquum diabolum, qui Miſnæ exaltandus eſt.* Ità ille inſanus nec diuis quidem iam beata apud Chriſtum immortalitate fruentibus parcendũ putauit. Non ſunt contaminandæ piæ aures atrociſſimis maledictis & cõtumelijs, quibꝰ in hoc libello tum in Bennonẽ ipſum, tum in alios quoſdam diuos homo nefarius incurrit. O pudendam huius ęui ſocordiam, q̃ hoc monſtrum ferre potuerit. Olìm cùm Chriſtiani ad ſacrificandum falſis dijs compellerentur, illique recuſarent, dicerentque non deos eos eſſe, ſed homines fuiſſe impuriſſimos & ſceleratiſſimos, ethnici magiſtratus non ferentes iniuriam, vt ipſis videbatur, deorum ſuorum, omni ſupplicíorum genere in martyres ſæuiebant: at Luterus & eius ſimiles dogmatiſtæ, ęuo noſtro in ipſum Euchariſtiæ ſacramentũ, & in ſanctos cum Chriſto iam regnãtes, impunè, immò permultis applaudẽtibus, immanes euomunt blaſphemias. At tamen quandoquè Deus & ſuas & ſanctorum ſuorum iniurias egregiè vlciſcetur.

D. Bennonis reliquię eleuantur.

Nota Lutẽri deploratã infamiam.

Per hoc tempus Zuinglius non cõtentus à Lutero dici Luteranus, ſed ipſe potiùs de ſuo nomine ſectam auſpicari cupiens, non ſolùm Catholicos tranſſubſtantiationis aſſertores, ſed etiàm Luterum ipſum, vnà cum pane & vino verum Chriſti corpus & ſanguinẽ in Euchariſtia haberi dicentem, oppugnare cœpit. Hoc quidem peſſimè habuit Luterum, & hæc res occaſionẽ præbuit atrociſſimę illi inter Luteranos & Zuinglianos digladiationi, quæ in hunc vſque diem cõponi non poteſt. Rectè hoc permiſit

Zuinglius diſcedit à Lutero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Dialo. aduersùs Lucifarianos.

misit sapiẽs & bonus Deus, vt Luteri arrogãtia à proprio discipulo cõprimeretur, & mortales oẽs intelligerent, rectissimè dixisse D. Hieronymũ, scripturas non in legendo, sed in intelligendo consistere. Ab vtraq; enim parte isti sectarij verbum Dei crepant, scripturas certatim proferunt: & tamen cùm certissimum sit, non posse vtrosque verum docere dum cõtraria dicunt, at nihilo minùs alij alijs cedere nolũt, & vtrique praua scripturę diuinę interpretatione & se & suos omnes miserabiliter perdunt, cùm vtrosq; rectè iam olim damnârit hodieq; damnet catholica fides, qua certissimè credimus, in Eucharistia sub speciebus panis & vini post Christi verba in sacrificio prolata, ipsissimum Christi corpus & sanguinem substantialiter cõtineri, etiàm extra sumptionem, cùm hoc sacramentũ non nisi omnipotenti Christi Iesu sermone cõficiatur. A Lutero hac in re iam antè dissensit Andreas Carolstadius, & cùm à Lutero acriter reprehenderetur Ienæ, quòd Ecclesias s. Luteranas turbaret, ille se contra ipsum scripturum, suamq; sententiam defensurum respondit. Tum verò Luterus, vt erat contendendi auidus, aureum illi nummum dedit, vt faceret quod minabatur. Posteà libellos aliquot Carolstadius Basileę edidit, quorum summa erat, nõ esse Christi corpus naturaliter in Eucharistia, nec tamen Zuinglij sentẽtiam sequebatur, sed noua interpretatione ait, pronomine demõstratiuo, Hoc est, demonstrâsse Christũ corpus suũ mensæ assidens, nõ autem sub panis specie cõtentum. Hanc stultissimam opinionẽ Anabaptistæ quidam amplectebantur, & Zuinglij atq; Luteri interpretationẽ reijciebãt. Porrò Zuinglius Carolstadiũ dicebat veritatem quidem agnoscere, sed qa troporũ vim ignoraret, verba nõ recto ordine collocare. At ridicula fuit ea Zuinglij oratio, qui iam sibi de Collega, licèt inepto, nonnihil applaudebat: Alij Carolstadij expositiõem ceu nimis duram & violentam respuebant. Indè accidit, vt Senatus Tigurinus cauerit, nè libelli Carolstadij in vrbe sua venderentur.

Carolstadius contra Lutherum.

Nota mirabilem Euãgelicorum cõfusionẽ.

Præcones Euangelici inter se tumultuãtur.

Luterus verò Zuinglij expositionem libello quodam confutauit. Ità nimirùm spiritus vertiginis, in Luterum & eius præclaram sobolem immissus, repẽtè multas ab illis extorsit absurdissimas verborum cœnę Domini interpretationes, alias ab alijs, & simul omnes à Catholicę Ecclesiæ sententia discrepantes: ortumq́ue est implacabile bellum inter istos factiosos spiritus, qui cùm omnes iactitẽt se veritatem demùm in lucem protulisse, non possunt tamen in vnam aliquam de re tanta conspirare sentẽtiam, & à veritate sunt prorsùs alieni, & interìm miserrimam & rudem plebeculam in diuersas factiones & opiniones distrahunt, efficiuntq; vt iam permulti non videant, quem potissimùm in hac dogmatum mirabili varietate sequi debeant. Quis verò satìs deplorare possit, tam innumeras Christi Iesu sanguine redemptas animas, aliquot importunorum & turbulentorum ingeniorum arrogãtia & philautia in certissimum exitium, horrendamq; ęterni ignis damnationẽ prępcipites agi? Verùm hoc isti perditi tenebriones pro ludo habent, modò ipsi sibi aliquod possint parare nomen, licèt cum summa hęreseos ignominia coniunctum.

Scri-

Scripsit hac tempestate Luterus libellum Germanicum de mercaturis & fœnore. Quid eo libello spectârit, re ipsa satìs declarat. Mulrus ibi est in exaggerandis oneribus, quæ accidant Germaniæ auaritia mercatorum. Videbatur rem cum solis habiturus mercatoribus, & animo verè pio illorum mala studia repræhensurus. Sed multitudinis animos & sibi cõciliare, & in principes iritare moliebatur. Quod nè temerè scripsisse videamur, ipse se prodit, eodem in libello ità inquiens: Reges & principes hîc attentos esse oportebat, & ex iuris seueritate hęc interdicere. Sed, vt audio, habent illi caput isthic & partes: fitq́ue quod est ab Esaia dictum, Principes tui socij furum. Intereà si quis aureum vnum aut dimidium furto tollat, eum suspendio necant: porrò sua habent commercia cum illis, qui totum orbem expilant, plusq́ue furantur, quàm cęteri omnes, vt verum permaneat quod dici solet, Grandes fures, paruos tollunt in crucem, &c. Puto equidem satìs hinc apparére, quàm ille multam præbuerit materiam multis editis libris tumultui Rusticorum, tametsi Sleidanus culpam omnem à Lutero in Munzerum trãsferre conatur, cùm tamen, si vir bonus fuisset, in Luterum ipsum, tanquàm eius mali fontem, potiùs referre debuerit. Ex Luteri enim scriptis Munzerus occasionem hausisse videtur, non facilè fortasis talia ausurus vnquàm, nisì illi Luterus ad quiduis audendum viã egregiè muniuisset.

Luterus seditiosè scribit.

Esa. 1.

Scripsit prętereà libellum alium Germanicum de flagitioso cuiusdam monachę è suo cœnobio recessu, quẽ non dubitat inter diuina numerare miracula, homo tótus à malo dæmone obsessus & occæcatus. Fuit Islebij insigne monasterium virginum, in quo Florentina quędam, cum cęteris monasticen professa, corpore degebat, nõ animo. Erat illa iam Luteri incęcata blandissimis vocibus, ad carnis sectandas voluptates etiàm Deo sacratas virgines egregiè incitãtibus, quasi nulla sit votorũ vis, liceatq́; spretis votis, spreto omni pudore & verecũdia, oñi calcata honestate & religione, post datã Deo perpetuę cõtinentię fidẽ transire ad nuptias, & Christo immortali sponso repudiato, homini mortali breuissimę cuiusdã captandę causa voluptatis se sceleratissimè ꝓstituere. Itaq; cõquesta fuit illa cuidam è fuę stirpis hominibus, vitam monasticam nullo pacto sibi cõuenire, velle proindè se ait ex monasterio discedere. Res delata est ad Abbatissam. Ea multis modis studuit eam ab hac amẽtia reuocare: sed cùm nihil efficeret, iussit eam ex monastici canonis pręscripto asseruari in custodia. Accidit intereà, vt q illi asseruãdę designata erat, ostiũ carceris casu quodã apertũ relinqueret. Quod cernẽs Florẽtina, clãculò indè se subduxit, & ad Luterũ, patronũ scilicèt pudicitię & integritatis, ꝓfugit. Ille cõtra omnes Abbatissę querelas graues, quibus illã profugã periurij & voti violati ream accusabat, libellũ euulgauit, quo docere voluit nouus euangelista, alũnus non Christi, sed Iouiniani, aut alicuius eo deterioris, nõ sinè ꝑcipuo prępotentis Dei miraculo illam fuisse ex inferno ereptã. Monasteriũ enim ille vir optimus nõ alio quàm tartari loco habuit, vt indè etiàm, tanquàm ex vnguibus leonem, liceat hominẽ penitùs habere perspectũ. Scilicèt grãde

Monialis fugit è monasterio, Lutero approbante.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prodigium fuit, aperto ostio fugere. In illo autem libello ridet miracula, quæ circa obsessos à dæmone fiunt, quos ait aqua lustrali nõ cruciari, sed id tantùm eos fingere: quemadmodùm olim, teste D. Hieronymo, impi⁹ Porphyrius & Eunomius, quòd martyrum cineribus mali dęmones torquerentur, aiebant præstigias esse dęmonum, & non verè clamare dęmones, sed sua simulare tormenta. Sic nimirũ Luterus, nõ immeritò à Zuingliano quodam crassus rusticus appellatus, immanis cuiusdam miraculi loco habet, quòd petulans fœmina patente carceris ianua aufugit: quòd autem dæmones aqua sacra torquentur, id vult fingi ab illis. Eundem in modum Matthias Illyricus & eius socij, architecti historiæ Magdeburgẽsis longè vanissimæ, derident solennem illum apud Catholicos aquam consecrandi ritum, noluntq́ue eum ab Alexandro antiquissimo Pontifice & martyre, sed ethnico nescio quo põtifice vsurpatum. Non est dubium, à malo dæmone incitari id genus homines, vt ea omnia in contemptum adducant, quibus catholica Ecclesia ceu prędidijs quibusdam vtitur aduersùs insultus & machinationes dæmonum. Sed sacræ aquæ tam est antiquus in Ecclesia vsus, & totiès etiàm ad maxima edenda miracula cõperta vis, vt istos meritò suî pudere debeat, dum eam oppugnãt. Non ità pridèm in lucem editi sunt octo libri Constitutionum Apostolicarum, à Clemente Romano conscripti. In ijs hæc habetur oratio: Domine Sabaoth, Deus virtutum, creator aquarũ & dator olei, misericors & benigne, qui dedisti aquam ad potũ & munditiem, oleum ad exhilarandum faciem in exultatione lętitię: ipse quoq; nunc per Christũ sanctifica hanc aquam & hoc oleum, in nomine eorum qui attulerunt, & da virtutem sanitatis effectricem, ægritudinum expultricem, dęmonum fugatricem, omnibus insidijs aduersariam per Christũ, qui est spes nostra, quo cum tibi gloria, honor & cultus cũ sancto spiritu in secula, Amẽ. Possent in huius aquę confirmationem plurima adduci, sed non est huius loci. Hìc satis sit indicâsse, Luteri spiritum eam aquam ferre non posse: porrò verò libẽter hominibus persuadere velle, lasciuientem mulierculam, blandissimę Dominæ Veneri litare cupientem, nõ sinè ingenti miraculo apertis ostijs è cœnobio sceleratè aufugisse. Sed hoc profectò stupendo non vacat miraculo, vllum potuisse reperiri hominem, qui tam insulso & portentoso nugatori fidem commodaret, quem non pudet fœdis sceleribus patrocinari.

Aduersùs Vigilantiũ.

Aqua lustralis antiquus vsus.

Lib. 8. cap. 35.

Hoc anno rursùs Comitia habita sunt Norinbergæ. Misit eò Pontifex legatum Cardinalem Laurentium Campegium, virum sanè eximia eruditione & multa prudentia ac rerum peritia insignem: cui aduentanti omnes ferè principes extra portam processêre obuiàm honoris causa: sed tamen comiter eum precabãtur, nè more solenni & cum solitis cæremonijs vrbem ingrederetur, quòd multi iam è vulgo Luteri doctrina imbuti, alienis essent animis in Pontificem: idque factum est. Venit eò quoquè Regis Hungarorum Ludouici legatio, tristissimum de Turcarum impressionibus nuncium adferens, & necessaria poscens subsidia. Verùm perquàm

Comitia alia Norinbergæ.

quàm commodè accidit Turcæ, quòd iam Germani de religione inter se parùm consentirent.

Circa hæc tempora scripsit Luterus cõtra duo Cæsaris mandata, tanto furore & animi impotẽtia, vt morsus exitiales intentare videretur, idq; tum Cæsari ipsi, tum reliquis principibus viris, quibus ait Turcam deciès esse & meliorem, & prudentiorem: quosque incunctanter per summam contumeliam vocat stolidos, fatuos, insanos, furiosos & amentes morliones. Sed nisì ipse planè amens & insanus esset, tam impotenter in principes non inueheretur. Cui honorem, inquit Apostolus, honorem. Verùm id temporis Carolus Imperator grauissimis rebus implicatus fuit, ità vt nefarium hominem comprimere non potuerit.

Luterus cõtra 2. Cæsaris mãdata.

Nota Luteri spiritum.

Rom. 13.

Sleidanus suo more has Luteri atroces & intolerandas calumnias in principes dissimulat, scilicet nè Lector furiosi hominis barbaris vocibus permotus, ab eius doctrina desciscat, aut certè eam vehemẽter suspectam habeat. Hæc autem omnia non parùm faciebant ad ciendas turbas & seditiones concitandas: nec possunt Luteri studiosi ab illo amoliri culpam tumultûs rusticorum, qui paulò pòst secutus est. Suis enim importunissimis scriptis non nisì bellicum cecinit: nec tamen aduertit misera plebs, quem hominem sequeretur. Miscebat enim seditiosis vocib⁹ verba quędam, pietatis quandam speciem præ se ferentia, & hac arte tegebat animũ sanguinarium.

Sub hoc fermè tempus ex Hispanijs Carolus Cæsar literas dedit ad principes, quibus decretum Norinbergeñ Conuentûs acriter reprędendit, & Comitia Spiræ indicta fieri vetuit, vbì Principes & ordines Imperij rationem inituri erant constituendæ religionis vsq; ad tempus Concilij. Id enim ad ipsos minimè ait pertinere. Antequàm hæ literæ venissent in Germaniã, Legatus Pontificis Campegius, Ferdinandus Austriacus, Episcopus Salsburgeñ, Duces Bauariæ Vuilhelmus & Ludouicus, & aliquot Episcoporum legati, Ratisbonæ conuentus habuêre, atq; inter se fœdus percussêre, quô Luteranæ hęresi possent fortiùs ire obuiàm: multa quoq; ibì saluberrimè decreta sunt pro Catholica tuẽda religione, & Luteri dogmatibus profligandis & extirpandis. Legatus quoq; Pontificis Campegius, quòd intellexisset Cleri malam vitam multis è vulgo ruendi in hęreses magnam præbere occasionem, quædam decreta promulgauit, quibus Cleri mores reformarentur, & abusus remouerentur, quę alij quoq; Principes grata & rata habuêre. Erat enim frequens in ore Luteranorum dogmatistarum mala vita Cleri, & hac identidèm commemoranda, mireque exaggerãda, multorũ animos in Clerũ concitabant: nec eos mouebãt exempla bonorũ, qui erant multi in clerò, sed satìs habebãt inueniſſe quod apud vulgus traducerẽt, quod optabant ardere magìs ac magìs odio Cleri.

Caroli V. literæ ad principes.

Fœdus principum Catholicorũ.

Fuit apud Antuerpienses quidam Henricus Zutphanius Prior Augustinianorum. Is cùm in hęresim Luteranã, quã semèl abiurârat, relapsus esset, vltimo afficiendus supplicio, perfregit carcerem, & è Brabantia Bremã profugit. Tandèm Meldorpij apud Thietmarsos hoc anno pfidię suæ

pœnas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostata cõburitur.

pœnas dedit, flammis exustus. De eius supplicio lamentabilem scripsit Luterus epistolam ad Bremenses, quos ille Henricus apostata ex Catholicis fecerat Luteranos, qui tamen posteà ex Luteranis facti sunt Zuingliani vel Caluiniani. Sleidanus scribit eum propter euangelij doctrinam fuisse interfectum: scilicèt vt hæreticum Luteranum in martyres referat. Eat ille quò dignus est cum talibus Pseudomartyribus. Volebat ille apostata Thietmarsos bellicosam gentem ab Euangelio Christi ad Pseudoeuangelium Luteri traducere: ea causa, non vt martyr, sed vt hæreticus peremptus est. Multùm ille conabatur inter clerum & populũ excitare discordiam, primò Antuerpiæ, deindè Bremę, postremò Meldorpij. Luterus eius scripsit historiam, aitque eum Antuerpiæ à tyrannis expulsum, venisse Bremam. Atquì non ille expulsus fuit, sed fracto carcere aufugit, alioquì vt relapsus in hęresim, pœnas luiturus. Sic isti inuicèm se ornant mendacijs, vt intelligas omni vera virtute destitutos, nihil in se habere, quod vllam veram laudem mereatur.

ANno 1525. Franciscus rex Galliarũ, cùm iam in quartum mensem frustrà oppugnâsset Papiam, nouis Cæsaris copijs superuenientibus, prælio decertare coactus est. Cuius is fuit euentus, vt nobilissimis quibusque Gallorum ducibus & proceribus interfectis, Rex ipse gnauiter pugnans, viuus in hostium potestatem concesserit. Ea victoria Hispanis & Germanis effusiùs tum lætandi materiam præbuit, quòd in natalem Caroli Cæsaris diem, qui est D. Matthię sacer, incidisset. Rex ineunte æstate à Genua in Hispaniam perducitur à Carolo Lanoio, qui ea calamitate consternatum eius animum, inijciẽda meliori spe erigere nitebatur. Vbì in Hispaniam ventum est, Cæsar eum suum in conspectum venire noluit. Id verò vsqueadeò malè habuit regem sua spe iam deiectũ, vt in morbum inciderit, qui ei supremum vitæ diem allaturus videretur, nisì eum humanissimus Cæsar liberali colloquio blandè & amicè consolatus, propedièm dimissurum se recepisset. Erat enim Franciscus magno & excelso animo: atque vtinàm inter Carolum Cęsarem & ipsum syncera & constans pax & amicitia conflari potuisset, meliori certè loco hodiè esset Respub. Christiana. Vterque enim princeps & longè erat potentissimus, & Catholicæ religionis obseruantissimus. Sed hauddubiò peccatis nostris id effectum est, quòd perpetua ferè inter illos bella extitére.

Suprà mentionem fecimus Andreæ Carolstadij archidiaconi Vuittenbergensis. Is primus omnium ex sacerdotum ordine, vxorem duxit: scortum dixissem veriùs. In illis nuptijs Missa celebrata est, cuius totum officium à Luteranis compositum fuit, tale reuerà, quod vel solum sufficeret ad concitandam Dei in nos indignationem. Meritò de illis dici poterat, qui eam Missam celebrârunt, Fiat oratio eorum in peccatum. Cùm autem miser ille Carolstadius Vuittenbergę, reuerso è sua Patmo Lutero, non posset sua somnia liberè in vulgus spargere, obsistente ei Lutero, qui solus volebat præcipuus videri, abijt indè Orlamundam ducis Saxoniæ oppidum, vbì fretus populi fauore, publicè Luterum repræhendit. Id minimè

Carolstadius primus vxorius sacerdos.

Psalm. 108.

Luter⁹ pro-

nimè ferens Luterus, tandèm effecit vt è tota Saxoniæ ducum ditiõe profligaretur, licèt paulò antè summus fuisset Luteri amicus. Et quanuìs ipse non minùs quàm Luterus creparet verbum Dei & purum Euangelium, tamen cedere compulsus est, & vitam interìm agere miserrimam cum sua non vxore, sed incesta concubina, quæ quidem genere nobilis erat. Tandèm miser ille hostis sui Luteri opem implorare coactus, & eius precibus adiutus, in Saxoniam redijt ea lege, nè quid contra Luterum vel verbo vel scripto palàm assereret. Scripsit in eum valdè acerbè Luterus, & concitatæ rusticę seditionis, in qua vltra centum rusticorum millia periêrunt, admodùm eum suspectum reddidit. Scripserat antè in Luterum Carolstadius, nec omninò sinè precio, quia aureum nummũ ab ipso acceperat. Itaq; huius anni initio Luterus ei respondit libro, cuius titulũ esse voluit *Contra cæleſtes prophetas*. Scripserunt verò in Carolstadium etiàm alij Luterani, & in ijs Vrbanus Regius, de quorum omnium scriptis apostata Oecolampadius in suo Antisyngrammate hoc reddit testimonium, quòd causam Carolstadij non tam subuerterint, quàm cõfirmârint. Et hoc Oecolampadij testimonium, quanuìs hominis infamis, nõ parùm habet ponderis apud Sacramentarios, licèt Luterum oppugnet.

Nota testimoniũ Satanæ contra Satanam.

Huius anni mense Martio Zuinglius libellum edidit *de vera & falsa religione*, quem etiàm non dubitauit in Catholica religione constantissimo Galliarum regi Francisco dedicare. In pfatione eius libelli hęc leguntur: Diabolus nos tentat per homines obstinatos, qui cùm videant veritatem de cœna Domini non per se, sed per alios in lucem proferri, more furiosorum criminari alios, & in eos bacchari incipiunt: quibus verbis nõ obscurè Luterum ipsum & eius propugnatores perstringit, quos sanè disertis verbis ait à diabolo instigari, & instâr furiosorum debacchari &c. Videant iam miseri & cęci homines, quàm meritò Luterum damnârit catholica Christi Ecclesia, quandò tam malè etiàm proprij discipuli de illo sentiunt. Et tamen Zuinglius nihilo fuit Lutero melior, immò in quibusdam etiàm deterior.

Zuinglius dedicat Librum regi Christianiss. simo.

Luterum perstringit.

Per hoc tẽpus idẽ Zuinglius cum suis Ecclesię Tigurinę ministris & symmystis multũ egit in frequẽtissimo Tiguri Senatu, vt Missa & Eucharistię adoratio prorsùs aboleretur. Restitit illis aliquãdiù vir quidã egregiè catholicus: sed quia plausibilis valdè erat Zuinglij doctrina, q̃ cõfessionem peccatorum, ieiunia, labores pœnitentię, & id genus alia reijceret, decretum est in Senatu, vt Missa deincèps in perpetuũ exularet, &, vt quidã ineptus ait, mox secuta est publica totius Ecclesię Tigurinę gratulatio & lętitia: Scilicèt lętãtur hęretici, cùm malefecerint, & exultãt in rebus pessimis. Catholici hauddubiò cùm hęc & id genus alia legunt, nõ possunt aliud q̃ gemere & plangere istorũ prodigiosam cęcitatẽ. Lętantur Christiani, immò pseudochristiani ablatã esse Missam, nec vidẽt miseri hoc propriè ptinere ad Antichristũ, cui⁹ organa sunt Turcę & Tartari, atq; antecursores hęretici temporũ horũ. Vt aũt Zuinglius in sua hac impietate esset pertinacior, scribit se quodã somnio admonitũ esse. Ità apud illũ hac in re grauissima

Missam Tigurini abrogant.

Prou. 2.

Zuinglius somnio in-

permul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citatur ad abrogandã Missam.

permultum habuit momenti insanientis cerebri somnium, cùm alioquì nihil apud se valere velint nisì scripta diuina. Est autem in hoc somnio id magnoperè obseruandum, quòd Zuinglius ipse palàm affirmat, nescire se an ille admonitor, qui in somnis illi apparuit, ater fuerit an candidus. Quæ res argumento est, in rebus grauissimis quàm impiè isti ludant, nec alicuius pensi habeant, vtrùm à bono vel malo spiritu hauriant dogmata. Sed ità illudi par est illos, qui suum iudicium totius orbis iudicio anteponunt. O cæcos duces cæcorum.

Libet hoc loco aliquot cœnæ Dominicæ ritus adscribere, quos isti homuncionesè suo cerebro confinxerunt, vt videant Catholici, quàm nihil isti à summa barbarie discrepent. Tiguri, quod est præcipuum Heluetiorum oppidum, hic seruatur ritus, omnibus pijs valdè abominãdus: Finita concione, mensa infertur, & munda mappa insternitur. huic imponitur canistrum pane azymo plenum, catini quoquè & pocula lignea, (Nihil enim hîc periculi est, vbi nullus est sanguis Domini, sed vinũ solùm) quæ vino implentur. Accedit ad mensam Ecclesiæ minister cum diaconis, & totum cœtum ad attentionem excitat: mox alter ex diaconis subijcit institutionem cœnæ Domini ex Epistola ad Corinthios, (de qua tamen institutione & eius ritibus ipse dicit Apostolus eodem loco: Cætera, cùm venero, disponam, tanquàm copiosiùs Corinthijs traditurus cœnæ peragendæ ritum, quod isti nolunt aduertere, quia dati sunt in reprobum sensum) alter verò recitat partem capitis sexti Ioannis. Mox recitato symbolo fidei, pastor vel minister admonet, vt quisque seipsum examinet & exploret, nè indignè accedendo, corporis & sanguinis Domini reus fiat. (Sed quomodò potest esse reus corporis & sanguinis Domini, qui illud reuerà non accipit? O miseros homũciones.) Posteà omnes se in genua dimittunt, & pastore præeunte, orationem Dominicam dicunt. Ea absoluta, pastor accipit panẽ, (& certè nihil aliud quàm panem, quia isti pastores nõ sunt sacerdotio initiati, aut certè nõ intendunt quod Ecclesia intendit) & rursùs ipse quoq; alta voce recitat institutiõem Cœnæ Dominicæ: deindè panem ministris distribuit, & poculum porrigit, qui panem in catinis, & vinum in cyathis circunferunt, & populo exhibent. Quisque in manus sumit quod traditur à ministris, edit, & proximè assidenti offert partem eius quod accepit, similiter etiàm poculum porrigit. (Mirum cùm isti vsqueadeò timeant, si vna specie vtantur, non timere illos, nè fortè à vicino Morbũ Gallicum, aut Pestem, aut aliud aliquid eiusmodi contrahant. Certè nunquàm illi sic acciperent Corpus & Sanguinem Domini, si Catholica Ecclesia hunc modum præscriberet.) Interìm verò dum de hoc non Domini, sed factitio (nè quid iam dicam grauius) pane edunt & de poculo bibunt, vnus ex Ecclesiæ ministris prælegit ex euangelio Iohannis verba Christi ad passionem euntis, incipiens à pedum ablutione, quæ quidem cùm ibì expressum habere videatur Domini mandatum, tamen ab istis prorsùs negligitur: porrò calix vrgetur, cuius nullum vsquàm extat expressum mãdatum. Porrò verò si catini & pocula

Tiguini vt suam seruẽt cœnam.

1. Cor. 11.

cula ad mensam redeunt, (quod fortè rarò accidit, largiter suauia vina potantibus fratribus & sororibus Euangelicis) Ecclesia iterùm in genua procumbit, & Deo gratias agit pro beneficio redemptionis Christi. Piget hac de re quicquam ampliùs scribere, cùm sit & ridicula & impia, à malesanis & fanaticis cerebris commenta in Catholicæ Ecclesiæ contemptum. Et hic quidem ritus Tiguri seruatur. Porrò in ipso agro Tigurino minister omnia solus recitat, & ad mensam singuli accedunt. Pulchrè nimirùm, quia sic visum est Zuinglio. Basileæ verò Oecolampadius summus Zuinglij amicus hunc seruauit morem: (vt singuli eant in adinuentionibus suis) Pro suggestu legebat omnia vsque ad verba cœnæ, quæ ante mensam recitabat. mox finita oratione & conuocatione, sequebatur communio. Interìm dum communio fieret, plebs psalmos vernacula lingua cãtabat. Finita cõmunione, cœtum cum exhortatione dimittebat. Immensi operis fuerit, singulorum diuersos ritus commemorare, quibus populus miserandum in modum in pugnãtissimas opiniones diuulsus est, ridentibus interìm istis planè dissonis noui Euãgelij buccinatoribꝰ, q̃ singuli habeãt suos sectatores, q̃bus de suo ferè cognoïe possint ipsi nomen imponere.

Ritus cœnæ in agro Tigurino.

Ritus Basileensis.

Hac tempestate Sueuici aliquot Luterani Doctores, nempe quatuordecim, Halę Sueuorum conuenerunt, & scripto quodam, quod Syngrãma dici voluerunt, (author putatur fuisse Ioannes Brentius insignis Luteranus) Oecolampadij sententiã damnârunt, Luterani scilicet Zuinglianum. Nec se deserit Oecolampadius, mox Antisyngramamate respondet Sueuis illis. quin & Bucerus desertor instituti Dominicani, (Nam pleriq; omnes noui Euangelij authores & signiferi, apostatę monachi, & eoipso infames ac detestabiles fuêre) scripsit ad quosdã ex Sueuis illis, vt perpenderent, q̃ parùm deceat eos qui eundem Christum docent, dissidere &c. Sentiebant facilè apostatę & desertores illi, ex mutuis his ipsorum dissensionibus pessimum ad omnes manare fœtorem, & cupiebant quidẽ rem compositam, sed prę animi tumore, cùm suam, non Christi, gloriam quęrerent, alij alijs nihil concedere voluërunt. Benedictus Deus, qui eum in modum confudit idiomata constructorum nouæ turris Babylonicæ. Et licèt hoc vno saltem argumento satìs superq̃ intelligi licebat, homines istos non Christi, qui pacis & author & amator est, sed satanæ, qui rex est super omnes filios superbiæ, & suos sectatores suî efficit similes, hoc est, pacis & concordiæ Catholicæ inimicos, spiritu duci, tamen misera plebs lucem euangelicam inuenisse se putans, à Catholica quidem Ecclesia libenter discessit: sed interìm tamen nũquàm potuit certam vnam aliquã, quam omnes sequerentur, doctrinam inuenire, sed vt quęque regio Germaniæ & vicinarum prouinciarum, his vel illis factionibus deditos accepit concionatores, ità in hanc vel illam concessit factionẽ: adeò vt eò tandèm res rediêrit, vt multis locis etiàm sub eodem tecto tot sint sectę, quot sunt capita: quod quidem est omnium flagellorum Dei longè acerbissimum. Verùm hoc necesse est illis accidere, qui à Catholicæ Ecclesiæ vnitate discedunt.

Luterani dãnant Oecolampadiũ

Oecolãpadius se tuet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Libellum Sueuorum cuius iam meminimus, Iohannes Agricola, tum temporis Luteri ſtudioſus, vertit Germanicè: Luterus eam verſionē præfatione probat, ſimulq; teſtatur, ſe Sacramentarios planè execrari. Illi præfationi reſpondit Oecolampadius Germanicè. Si verò Luteri doctrina à Chriſto manauit, vt & ipſe videri voluit, & eius ſtudioſi iactitant, cur non habet apud eos pondus hæc eius ſententia, qua Sacramētarios execratur? Cur tam multi à Lutero ad Zuinglij caſtra perfugiunt? Aut ſi in re tanta errat Luterus, cur non intelligunt, non Chriſti, ſed mendacij ſpiritu eum ad ſua ſcribenda commenta incitatum fuiſſe?

Luterus execrat Sacramentarios.

Scripſit hoc tempore contra Zuinglianos etiàm Iohānes Pomeranus excucullatus monachus Epiſtolam quandā Latinè & Germanicè, Luteri tantus amicus, vt eum Vuittenbergenſis Eccleſię paſtorem fecerit. Sed tales paſtores à ſuo grege arceat Chriſtus.

Miſerunt hac tempeſtate Argentoratenſis Eccleſiæ miniſtri Euangelici legatum ſuum ad Luterum, qui eum & ſuos hortaretur ad concordiam, vt regnum Pontificis Romani coniunctiſſimis viribus oppugnare poſſent. (Ità certè ipſi de ſe ſcribunt, nec pudet eos tātam ſui pectoris vecordiam poſteris prodere, qui vel ex hoc ſolo Romani pontificis odio & inſectatione facilè intelligent, eos ſatanę ſatellites fuiſſe.) Pręclarè enim inter alia multa à Diuo Cypriano vetuſtiſſimo atque eloquentiſſimo martyre ſcriptū eſt libro primo Epiſtol. 3. Quales putas eſſe eos, qui ſacerdotū hoſtes, & contra Eccleſiam Catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicij vltione terrentur? Neque enim aliundè hæreſes obortę ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm indè quòd ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundùm magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduersùm ſacerdotum collegium quicquam moueret, nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt coēpiſcoporum cōſenſum, iudicem ſe non iam Epiſcopi, ſed Dei faceret: Nemo diſſidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet: nemo ſibi placens ac tumens, ſeorsùm foris hęreſin nouam conderet. Hæc quidem ille ſanctiſſimus Epiſcopus: ſed hæreticis fruſtrà commemorantur, quippe ſubuerſis, & proprio iudicio condemnatis. Luterus verò nihil Argentinenſium miniſtrorum motus admonitiōe, è diuerſo potiùs hortatur Zuinglium & Oecolampadium, vt deſinant animas ſeducere, planeque affirmat, aut ſe, aut illos ſatanæ miniſtros eſſe.

Nota, pacē volūt ſectarij, vt poſſint oppugnare eccleſiam.

Nota.

Indignū putabat Luter', q illis cederet, ſed expectabat, vt in ipſi' ſententiā oēs cōcederent. Quid interim mētis habebāt, q Luteri doctrinā ſecuti, nouā de Chriſto opinionem proferri videbāt, idq; nō ſinè Luteri tāquàm errantis repræhenſione? An nō puduit eos tam leuiter à Catholica Eccleſia ad Luterum defeciſſe, cùm viderent ſe in ſummū ſalutis ſuæ diſcrimen hac dogmatum diuerſitate coniectos, & quidem intra paucos admodùm annos? Felices ergò illos, q ſe intra Catholicę Eccleſię vnitatē cōtinuerūt.

Thomas Mūzerus ruſti-

Per hoc tempus extitit quidā Thomas Munzerus presbyter, homo importu-

portuniſſimus & audaciſſimus. Is ex ſcriptis Luteri hauſta occaſiōe, multis Germaniæ locis credulam nimìs & imperitam ruſticorum turbam ad ſeditiones cōcitauit, & primò in clerum, mox in principes inflammauit. Itaque magnus hoc anno diuerſis in locis factus eſt agreſtium hominum concurſus, ad inauſpicatam quandam libertatem adſpirantium, & multa ab eis nefariè & ſceleratè ſunt admiſſa, per ſummam crudelitatem occiſo, præter alios nobiles viros, Ludouico comite Heluesteno, qui in matrimonio habebat Maximiliani Cęſaris filiam nothā: incenſiſq; in vna Franconia ducentis & eo ampliùs arcibus & monaſterijs. Non dubium quin ſupremam is tumultus Germaniæ & vicinis prouincijs calamitatem fuerit allaturus, nì maturè tam improbi conatus principum armis prorsùs impediti & eliſi fuiſſent. Feruntur hoc in tumultu, vt antè dixi, vltra centum millia ruſticorum in Germania & Lotharingia cecidiſſe. Animauerat pleroſque Munzerus, dicens inter alia, ſe omnes bombardarum ictus ſua manica excepturum. Sed ille non diù pòſt captus eſt Francuſij, & traditus Erneſto comiti à Mansfelt in primìs catholico, in cuſtodia ſeruādus. Captus eſt etiàm ſocius eius nomine Phiferus, monachus apoſtata: ſed hic obſtinato animo permanſit in errore, & ſic gladio cęſus occubuit. Munzerus verò fertur ex animo doluiſſe, errores reuocâſſe, præmiſſa Confeſſione ſub altera ſpecie euchariſtiam accepiſſe, & ità demùm gladio percuſſus, ex hac luce migrauiſſe.

corum tumultus ciet.

200. arces & monaſteria inflammata.

Centū millia ruſticorum cæſa.

Munzerus reſipiſcit.

Luterus vbi vidit miſeram turbam armis principum, quibus iam extrema quæque ceu quidam Pythius Apollo minatus erat, horrēdum in modum conciſam & profligatam, mox verſo ſtylo, ſcripſit librū in ruſticos, vt ſe principibus venditaret nequam & verſutus homo, qui ſuis peſtilentiſſimis ſcriptis magnam illi ſeditiōi & cędi anſam prębuerat, vt facilè poteſt re ipſa doceri. Sanè intra vnum menſem Maium maiores tum clades cędesq; & vaſtitates perpeſſa eſt ſuperior Germania, quàm bello decennali ab Hiſpanis & Gallis per id tēpus Italia. Vnus Lotharingiæ dux Antonius, in vna Alſatia ſupra 26. millia ruſticorum cecidit. Miſera erat tum Germanię, preſertim ſuperioris, habitudo, cùm ſubditi plerique aut apertam vim in principes intenderent, aut animis clàm rebellionem meditarentur. Hunc fructum peperit pręclarum Luteri euangelion. Soluti enim religione animi, & ad carnis quandam libertatem à Lutero vocati, imperia pati non poterant.

ſcribit in ruſticos Luter

Nec vrbibus deerant factioſi homines, qui ſeditiones excitarent in clerum & ſenatum. Tumultuatum eſt atrociter Frācophordię ad Mœnum, mox Moguntię, paulò pòſt etiàm non nihil Colonię Agrippinę: ſed non impunè tulerūt eorum tumultuū authores. Coloniæ certè nullis machinatiōibus efficere potuerūt Luterani, vt illic eis liceret publicè cōcionari. quędā alię Imperij vrbes, nè ſimilia à vulgo paterent, magnis impēſis coacti ſunt cōſcribere militē, quo ſe aduersùs vim ſeditioſę plebis tuerentur.

Seditiones oppidanorum.

Coloniēſiū conſtantia.

Francophordię ipſis Paſchatis ferijs duo ex infima plebe, alter ſartor, alter ſutor, ſeditionis fuēre capita. Primo impetu plebs armata irruit in cœ-

Tumultus Francophordię.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobium Dominicanorum,sed ea tamen vsa moderatione, vt cõtenta vino imperiosè postulato,ab omni maleficio,quòd ad direptionem aut vastationem rerum attinet,abstineret. Vrbis portæ interìm clausæ seruabãtur.seditiosus populus Senatum loco mouebat,atque totius vrbis imperium & administrationem in XXIIII.ex plebe delectos transferebat.Multa sanè fiebant ab illis insolenter,& quasi Dictatores quidã leges promulgabant,minas quoquè & Clero & Senatui petulanter intentabant.Habebant earum rerum authorem Luterum,qui scriptis & verbis suis miseros Germaniæ homines dementabat. Scripserant Francophordienses illi ex plebe delecti,capita 47.ex Luteri prodigiosis paradoxis sumpta,eaque pro legibus haberi volebant,quæ nimis longum est hîc recensere. Et vt alios quoquè haberent suæ improbitatis complices, ea capita 47. ad Moguntinos & Colonienses transmiserunt. Moguntiæ ergò populus transuersìm actus,ęquè vt Francofordienses,multa procaciter egit in clerum, toto triduo,clausis portis,manẽs in armis. Cogebatur clerus etiàm ad iniquas pacis conditiones descendere, maximè quòd Rustici tumultuãtes, seditiosorum istorum hominum audaciam augerent:sed non diù pòst extincta illa agrestium hominum colluuie,& Francophordiensium & Moguntinensiium temerarij ausus repressi sunt,& in irritum redacta,quęcúque à Clero per vim & seditionem extorserant. Multus supra modum est Sleidanus in recitandis ijs,quæ Luterus hac tempestate de Rusticorũ tumultu scripserit:sed imprudens multa scribit,quæ & Luterũ & ipsum pudefaciant. Ait Luterum scripsisse principibus,eorum dominatum homines nec posse,nec velle,neq; sanè debere ferre diutiùs:negocium hoc plebis in ipsos insurgentis,Deum agere,& bellũ eis facere,& impietatis ipsorum pœnam exposcere. An non hoc erat homines in principes armare? an non hoc erat tumultuantium & seditiosorum hominum factum probare,cuius ait Deum ipsum esse authorem?Et tamen paulò pòst subiũgit Sleidanus scripsisse Luterum, se semper ab initio docuisse modestè, & à seditionibus vehementer abhorruisse,& hortatum esse populum,vt tyrãnidem & impiam principum dominationem tolerarent.Quę hæc,obsecro,amentia est,quòd intra vnam eandemq; periodum tam pugnãtia Luterum scripsisse testatur ille Sleidanus, vt & modestè semper docuerit, & nihilo minùs principũ imperium vocet tyrannidem & impiã dominationem?Iam rursùs post pauca profert Luteri scriptum ad Principes contra Rusticos,aitq; eum classicum cecinisse & monuisse,vt in eos nõ secùs àc in efferatas beluas impetus promiscuè fiat ab omnibus.Et hîc fatetur Luterus,teste Sleidano,se necessariò stylũ vertere debuisse.Verùm abeat Sleidanus cum suo Lutero ad solas terras.Vult miser fascinare lectorem,vt fœdissimas Luteri antilogias,crassaq; mẽdacia & legat quidem, & tamen nõ animaduertat.Iam suprà dictũ est, Luterum appellâsse principes nostros, stolidos,furiosos & amentes moriones:&Turcã eis decuplo esse meliorẽ, multaq; alia petulãter scripsisse in principes. An nõ hoc erat subditos cõcitare in principes?An nõ hoc erat miseris psuadere,vt Turcarũ tyrannidẽ, quàm

Item Moguntiæ.

Sleidan⁹ & se & Luterũ pudefacit.

quàm Cęsaris & principum suorum legitimum imperium,pati mâllent? Et interìm, si dijs placet,referente Sleidano,non dubitat ille sanguinarius euãgelista dicere,se semper docuisse modestè, & à seditionibus vehemẽter abhorruisse.Sed quicquid vel Luterus de seipso,vel in Luteri defensionem scribat mẽdax Sleidanus,hoc vnum certissimum est,Luterum hominem fuisse seditiosissimum,& suis nefarijs scriptis & concionibus arma insanæ multitudini suppeditâsse in legitimos suos magistratus. Sed nouerat ille accommodare se tempori,& tum quidem, cùm tumultus & seditiones suos habituri successus viderentur, minaciter calamum strinxit in principes:cùm autem è diuerso temeritatem agrestium hominum vidisset prudentia & viribus principum oppressam, mirabiliter principũ factum probauit,& ad perdendos miseros,quibus ipse tantę nequitię author fuerat,inflammauit.Scripserat anno 1523.librum de seculari potestate.Ibì principes vtplurimùm ait aut maximos esse fatuos, aut deterrimos nebulones,& ab ijs pessima quæque expectanda esse,parùm autem boni: iactitat vulgum iam fieri intelligentem,& paucos esse principes,qui non habeantur pro fatuis & nebulonibus. Id verò cui nisi Lutero acceptum ferre oportuit?Hanc eius insaniam paulò pòst in opus conferre conatus est Thomas Munzerus,& ex eius scriptis arrepta ansa,nõ instrenuum Luteri se administrum prębuit in concitandis plebibus:& ex multis quidem oppidis principiò repellebatur,è Praga Boemiæ,ex Gutterbaccho Marchię,ex Zuiccania oppido electoris Saxoniæ,ex Hallis comitatûs Tyrolẽsis,ex Allsteto,vndè eum Luterus ipse fecit expelli,licèt ei harum molitionum ingentem materiam exhibuisset: immò apud Saxoniæ electorem eum initiò excusâsset ac defendisset,sperans rem ei ex sentẽtia cessuram. Verba Munzeri ad rusticos scripta,facilè declarant, quem secutus fuerit: Nolite,ait,diutiùs adulari peruersis fatuis,impijs nebulonibus: Incipite & bellate bellum Domini:tempus est valdè &c.An nõ etiàm Luterus vocauit principes fatuos & nebulões? Vastabat Munzerus cum rusticis templa & monasteria, profligabat monachos, conculcabat sacramenta, pluraque id genus flagitia designabat. Sed num eadem aut non docuit Luterus,aut nõ faciunt Luterani & sectarij dogmatistæ? A Lutero igitur in vrbes,in pagos dimanârunt seditiones & tumultus: ille suis scriptis classicũ cecinit,atque innumerabilium malorum pręcipuus author fuit.

Accõmodat se tempori Luterus.

Hoc ipso verò anno in tanto Germaniæ luctu, tanta rerum omnium perturbatione,inaudita calamitate,idem ipse Luterus quadam Erynni pcitus,iucundissimas celebrauit nuptias,iuncta sibi virgine sanctimoniali, vt tandèm toto orbi terrarum hoc teterrimo facinore testatum efficeret, quid iampridèm animo concupiuisset ac destinauisset.Proh pudor,sacræ Theologię Doctorem,publicè professum perpetuam cõtinentiam, paupertatem, obedientiam, & iampridèm sacerdotio initiatum, ausum esse in tantam proruere impudentiam & turpitudinem, vt quod nullę sanæ mentes & in catholica religiõe benè institutę vel solo auditu ferre queãt, id ille miser ac deploratus apostata monachus, facto & opere perpetrare

Luterus nuptias celebrat in summo Germaniæ luctu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō dubitârit. Erant iam cū suo Euāgelista Luterani, & quotquot ab Ecclesia Catholica desciuerūt: certè vel hoc solo nomine apud oēm posteritatem sempiternæ ignominiæ notā sibi sentient inustam, q̄ tam nefarium hominē sequi nō piguerit. Certè oportuit oēm omninò mentem & sensum perdidisse, qui tantum scelus videre non potuerunt. Superiorum temporum hæretici plerique omnes solebant tamen quandam præ se ferre morum honestatem & vitæ sanctimoniam: at Luterus tum sibijpsi, tum alijs omnibus ad oīnem turpitudinem laxauit habenas, nec quicquam voluit non licere, quod animis collibuisset. Extant plurima eius scripta, extant teterrima eius facinora, quibus hęc possunt liquidò demonstrari. Et interìm tamen, licèt reclamante conscientia, talem ducem innumeri sequūtur, quidlibet illo facilè permittēte, modò adsit fides, quam solam ille prędicauit ad salutem sufficere. Ecclesiæ & Pontificum decreta, ieiunia, preces, vigilias, & deniquè bona omnia floccipendit: immò ausus est scribere, opus bonum optimè factum, veniale peccatum esse secundùm misericordiam Dei, sed mortale peccatum secūdùm iudicium Dei: & multa alia his absurdiora, quæ prorsùs damnat Catholica fides. Est profectò multa admiratione dignissimum, quòd cùm Luterus iactaret se nunc demùm Germanię ipsissimam Euangelij lucem intulisse, qua illa tot seculis caruisset, & interìm excusso cucullo, proculcato continentię voto, spreta oīni diuino & humano iure, publicè sibi iungeret virginem æquè Deo dicatam, non solùm non esse homines eo teterrimo facinore offensos, sed etiàm præclarę cuiusdam virtutis & insignis Euangelici exempli loco habuisse, quod innumeri posteà tum sacris initiati, tum monasticen professi vtriusque sexûs homines, cum multa mortalium laude & applausu imitarentur. Quis tantam hominum cæcitatem vel admirari pro dignitate sufficiat? Olìm quidem ætate D. Hieronymi Romæ quidam extitit Iouinianus, quem monachum fuisse Augustinus scribit: Is ausus fuit docere, eodem Augustino teste, virginitatem sanctimonialium, & continentiam sexûs virilis in sanctis eligentibus cælibem vitam, coniugiorum castorum ātque fidelium meritis parem esse, non maiorem. Adhibebat huic paradoxo adstruendo scripturas, sed, vt solent hęretici, perperàm intellectas. Verùm eius insania vel hęresis, vt eam vocat Augustinus, citò oppressa est & extincta, nec vsq; ad deceptionem aliquorum sacerdotum potuit peruenire. Erant tamen lasciuientes quędam virgines sacrę, & quidem prouectæ iam ætatis, quæ istis carni plausibilibus vocibus illectę, viris nupserunt: ipse verò nec habuit, nec habere voluit vxorem. Hoc insanum & temulenti cerebri dogma tum temporis nullos è clero permouere potuit, vt illud amplecterentur: facile enim erat videre eius absurditatem. At nostro infelicissimo seculo Luterus longè in studium cōtinentiæ iniquior, palamq; oīnes etiàm Deo sacratos homines ad cōiugium inuitās, & spurcissimę libidini laxās habenas, tā multos nullo negocio inuénit suę impietatis approbatores, vt sinè horrore dici aut cogitari vix queat. Scripsit in Iouinianum Hieronymus libros duos, quibus illū grauissimè cōfutauit: sed

In Assertiō. Artic. 32.

De hęresib', ad Quoduultdeū, 82.

sed Luterus iam totus datus in reprobum sensum, illius scriptis nihil moueri potuit, quibus tamen tunc temporis permultos dubium non est in sana fide sanctoq; continentiæ proposito fuisse confirmatos. Sed verissimè dicit scriptura: Considera opera DEI, quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit. Eccēs 7. Non est mirum valdè, q̄ Luterus hucusquè impudentię & impietatis progressus est: sed quòd habuit tam multos tantę nequitiæ approbatores, & qui tam immaniter prolapsum, nihilo minùs tāquàm Christi apostolum quendam susciperent & venerarentur, id omnē vincit admiratiōem. Habebant quondàm ethnici suas virgines Vestales, è quibus si qua rem cum viro habuisset, viua mergebatur in foueam, humoque obruta extinguebatur. Luterus tātæ turpitudinis etiàm summam reportat laudem. O tempora, ô mores. Quis iam dubitet in hæc tempora vel maximè quadrare illud Esaiæ: Dilatauit infernus animā suam, & aperuit os suum absq; vllo termino? Esa. 5. Quid iam difficile erit persuadere hominibus ætatis huius, si nefandum apostatæ monachi incestum, & sacrilegū concubitum, nō alio quàm castissimi & sanctissimi matrimonij loco habendum cēsuêre, persuasi ab illo ipso, qui tam immani se scelere obstrinxerat? Quid supereſt, nisì vt in Mahometis transeamus disciplinam egregiè Epicuream, & absurdissimas Alcorani eius nænias & putidissima deliramenta complectamur? Et certè huc tendit ipsissimus totius Luterani euangelij scopus. Quòd tam multos habuit Luterus sectatores, nō alia ratio est, quàm quòd ea docuit, quę carni & sanguini, q̄ naturæ vitijs deprauatæ cumprimìs arriderent. Idem fecit & Mahometh sceleratissimus, atq; ea causa tam longè & latè eius, licèt dementissima, superstitio ppagata est. Christi Euangelium ad arctam viam, ad agēdam pœnitentiam nos reuocat. Matt. 7. Scripsit Luterus Epistolam quandam, quam voluit dici, Fidelem admonitionem ad omnes Christianos &c. In ea sic ait: Vide vt exerceas sanctum Euangelium: doce, loquere, scribe & prædica, quomodò leges humanæ nihil sunt: prohibe & dissuade, nè quis fiat sacerdos, monachus aut monialis, & quisquis in eo statu sit, vt exeat &c. Tollit leges humanas omnes: quid furibus, latronibus, adulteris possit dici iucundius? Tollit sacerdotium, tollit omne cōtinentis vitę studium: quid hoc aliud est, quàm Ede, bibe, lude, post mortē nulla voluptas? His ille paradoxis creuit, & perdidit turbam nimìs credulam. Vult, vt qui in monastica vita sunt, indè discedant. Sed quid fiet de votis Deo nuncupatis? Ea nullius vult esse ponderis. Sed reclamat scriptura diuina, reclamant Patres omnes, reclamat totius orbis perpetuus consensus, deniquè ratio ipsa reclamat. Sed Luterus vni sibi plus vult tribui, quàm his omnibus. Atquì nos vel vnum AVGVSTINVM libentiùs audiemus, quàm mille Luteros. Is ergò sic ait: Quod cuiquam, antequàm vouisset, licebat, cùm id se nunquàm factu-rum vouerit, non licebit: si tamen id vouerit, quod vouendum fuit, sicut est perpetua virginitas, vel continentia post experta connubia &c. Hæc, inquit, & si qua alia sunt, quæ rectissimè vouentur, cùm homines vouerint, nulla cōditione rumpenda sunt, quæ sinè vlla cōditione vouerunt: quia

De adulterinis coniugijs li. 1. cap. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia & hoc Dominum præcepisse intelligendum est vbi legitur, Vouete & reddite Domino Deo vestro. Vndè Apostolus de quibusdam quæ cõtinentiam vouẽt,& posteà nubere volũt,quod eis, antequàm vouissent, vtiquè licebat, Habentes,inquit,damnatiõem,quoniam primam fidem irritam fecerunt. Hæc Augustinus,cui Patres omnes & tota Christi Ecclesia subscribit. Eat sanè Luterus,& tum sibi,tũ alijs,quantùm vult,imponat:nos vilem apostatam non audimus.

Pſal.75.

1.Tim.5.

Luterus in Canonem Missæ.

Eodem anno scripsit ter execrandum libellum hoc titulo, *De abominatione Canonis Missæ.* Mirum profectò est,illum hominẽ diù admodùm in Catholica religione benè institutum, ad tantam impietatem deuolui potuisse.Ergò qui stat,videat nè cadat, Væ omni superbo,quia proximus ruinæ est. Quid verò tremẽdis illis Missæ mysterijs & sacro Canone habet Ecclesia sacratius? Sed ille insanus amplissima Antichristicæ vastitati itinera præparabat.Edidit etiàm Sapidus quidam Argentoratensis pędotriba Carmina sanè quàm horrenda in Missam, non verbis, sed verberibus & flammis vindicanda:quæ doctissimus vir Arnoldus Vesalieñ, posteà Canonicus Maioris ædis Colonienſis, in Missæ laudem mira dexteritate conuertit. Accessit his blasphemijs Dialogus quidam Teutonicus de ægritudine & obitu Missæ,vt totum suum virus malus dæmon per administros suos in tremenda Missę mysteria euomeret.Sed certum habeat Germania & reliquæ nationes,quæ id genus blasphemijs delectantur,ꝑpotentem DEVM tantas suæ Maiestatis iniurias seueriſſimè hauddubiè vindicaturum, vbi etiàm egregiè non semèl hactenùs vltus est.

Carmina Sapidi in Missam.

Per id tempus scripsit Luterus etiàm Liuonibus, itemque Duci Sabaudię,qui hominis nefarij fucos facilè cõtempsit.Scripsit etiàm ad Antuerpienſes,item ad Christianos qui sunt in Hollandia,Brabantia & Flandria.Iohannes Pomeranus scripsit epistolam ad sanctos in Anglia.Faciebant hoc illi,vt sua dogmata latissimè propagarent,& de sectæ suę incrementis gloriari possent apud Germanos.Eo libello, quo Principes hortabatur Luterus,vt rusticos seuerè punirent,multos offendit,quòd nimiùm atrox & sanguinarius esse videretur.Id vbi ille percepit,tertium de rusticis libellum edidit, in quo ait,illos quoquè pro seditiosis habẽdos esse, qui priorem libellum suum sæuitię insimulent,aut qui vlla erga cæsos rusticos commiseratione moueantur:& etiàm vetuit nè quisquam mussitaret contrà,alioquì capite plectendus:rectum enim ait permanere oportere, quicquid ipse & doceret, & scriberet, etiamsi totus mundus ea causa dirumperetur.Quid verò possit vel ab ipso Lucifero dici arrogantiùs? Et vbi sunt tam crebræ antilogię, tam repentinę & frequentes dogmatum mutationes? Certè si Rusticorum conatus suos habuissent successus,nemo ab illis stetisset magìs quàm Luterus:mutata fortuna, Luterus stylum quoquè mutauit.Anteà scripserat in sua illa falsa exhortatione ad pacem, qua potiùs rusticorum furorem acuebat:Non sunt Rustici,ait,boni Domini, (loquens Principibus) qui se vobis opponunt:Deus ipse est,qui se opponit vobis,ad visitandam vestram tyrannidem &c. At rusticis succũbentibus,

bentibus, Tam mira, ait mox in alio libello,sunt nunc tempora,vt princeps aliquis magìs iam fundendo sanguine cælũ promereri queat, quàm alij precando &c.O monstrum,in tot repentè formas mutatum.

Caroli V. nuptiæ.

Huius ipsius anni mense Aprili Carolus Cæsar vxorem duxit Isabelam regis Lusitaniæ filiam.

Albertus Brandeburgicus ducit vxorem.

Eodem anno Albertus Brandeburgicus 34.Magister ordinis Teutonicorum,Luteri dogma complexus,duxit vxorem Dorotheam regis Danorum filiam,& Magistri nomen in Ducis mutauit. His rebus totum in se concitauit Ordinem,qui ei Vualterum Cronbergium suffecit. Regis Poloniæ hodiè beneficiarij sunt Prussiæ duces, cùm superiorum temporum Magistri Ordinis Teutonici,cum regibus Polonię multa sæpè bella gesserint, & Prussiam ipsam è manib⁹ infidelium suis armis vindicârint, cùm ea regio etiamnùm dæmonum cultui esset addicta

ANNO 1526.cùm iam Luterus pernicioſis scriptis suis non solùm vulgus, sed etiàm plerosque optimates & nobiles in antiquę religiõis & cleri odium commouisset, animis iam in diuersa distractis,nemo Germaniæ principũ opem tulit Ludouico Pãnoniæ regi,cui Turca infestissimus imminebat. Interìm quoquè in Italia non deerant, quibus Caroli Cæsaris potentia iam formidolosa esset ob Galliæ regem captum, & mox certis conditionibus fœderatum. Ità vbiquè Christiana Respub.tum bellis intestinis,tum exitiosis dogmatibus laborabat. Neq; id fugiebat Turcam,in omem rei benè gerendæ,& Christianis quàm maximè nocendi occasionem semper intentum. Atque is tum bellum indixit Ludouico Pannoniæ iuueni regi, & bellicis artibus propter ætatem non satis instructo. Nobilitas Hungarica plùs æquo visa est Turcarum exercitum paruipendere, quippe quæ Ottomãnorum regum castra necdùm viderat vnquàm.

Turca indicit bellum Pannoniæ regi.

Tandèm ægrè 25.millibus peditum & equitum coactis,magna temeritate itum est obuiàm Turcis,quorum octuplo maiores erãt copiæ. Vbi ad pugnam ventum est,nullo negocio Turcæ Christianos protriuerunt, ità vt & rex ipse,cùm sibi fuga salutem quęrere vellet,lapsus in paludem, suffocatus sit, vndè tamen eius cadauer posteà integrum extractum,apud Albam Regalem regio funere tumulatũ est.Solimannus hac victoria potitus, & incredibili tormentorum æneorum copia auct⁹ ac locupletatus, fertur risisse Hungarorum temeritatem, quòd nõ maluissent retrocedere, quàm cum tanto exercitu manus conserere. Maria Ludouici cõiunx, Caroli Imperatoris soror,ægrè ex hostiũ manibus dilapsa, Viennam profugit. Solimannus Buda occupata,arcem inuisit,eamque mirificè laudauit,nec quicquam indè abstulit, nisi statuas æneas tres ingẽtes, quæ Matthiæ regis fuerant. In locum regis Ludouici primùm à Bohemis,indè ab Hũgaris electus est Ferdinandus, optimus & Christianissimus princeps, CAROLI CAESARIS germanus frater.Sed nè quid deesset ad supremam regni Hungarici cladem & excidium, à quibusdam Pannoniæ rex electus est Ciliæ comes IOHANNES Vaiuoda,qui non cessauit legitimum

Ludouicus rex occumbit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitimum regem Ferdinandum multis exagitare modis, donèc tandèm Hungaria tota ferè concessit in ditiõem Turcarũ, ità vt meritò dici possit, illius barbari hostis vires non nisi intestinis Christianorum bellis, odijs & simultatibus creuisse: quod est quidem certè miserabile, & lachrymis potiùs quàm verbis prosequendum. Vt verò etiàm in Germaniam paratior esset Turcis via, Luterus strenuam nauabat operam, vt seditiosis euulgandis scriptis subditos in magistratum, & principes ciuiles in Clerum concitaret. Sentiens verò se apud quosdam principes nihil promouisse neq; minis, neq; conuicijs, neq; tumultibus excitãdis, ad blanditias se cõtulit. Dux Saxoniæ Georgius, immortali dignissimus memoria, ditiõem suam à Luteri dogmatibus egregiè tutatus est. Hunc Luterus calumnijs & conuicijs iam antè prosciderat, sed frustrà. Itaque hoc anno scripsit ei literas blandissimas, & quæ reuerà etiàm constantem animum nonnihil emollituræ viderentur: adeò ille importunus & turbulentus homo, blandè & simulata religiõe egit apud illum principem. Verùm tale ab eo tulit responsum, quali apostata dignus fuit. Vtinàm plerique Germaniæ proceres, eadem fuissent vsi constantia: meliùs profectò rebus tum priuatis, tum publicis consuluissent. Inter alia, hæc quoquè scripsit princeps ille longè optimus Lutero: Affirmare possumus, euãgelium tuum nobis magnoperè curæ non esse, quòd orbis Christiani capita illud reprobârint. Id vnum dedimus operam, vt pro virili caueremus, nè à nostris reciperetur. In causa sunt mali fructus indè profecti. Nam neq; tu, neque quisquam alius verè dicere potest, ex tua doctrina quicquam aliud enatum esse, nisi blasphemias in sacrosanctam Eucharistiam, in sanctissimam Dei genitricem, in sanctos omnes. Ex tua sectatorumque tuorum doctrina omnes iam olìm damnatæ hæreses renascuntur, omnis DEI cultus honestus aboletur. Quandò vnquàm tot facta sunt sacrilegia Deo dicatorum hominum, quot sub tuo Euãgelio? Quandò crebriores in magistratus extitêre rebelliones, quàm ex tuo Euangelio? Quandò tot sacrarum ædium expilationes, tot furta ac rapinæ visę sunt? Quo vnquàm tempore tot habuit Vuittẽberga excucullatos monachos & moniales, atquè hodiè? Quandò maritis ablatæ sunt vxores, alijsque traditæ, quemadmodùm tuum habet euangelium? Quandò tam numerosa perpetrata sunt adulteria, quàm posteaquàm tu scribere nõ dubitâsti: Si mulier è viro suo cõcipere nequeat, vt ad alium se transferat, à quo possit fœcundari, & maritus prolem indè natam alere teneatur: itidemq; vir faciat? Hæc & multa alia princeps ille celeberrimus scripsit Lutero, eius nefandas turpitudines illi statuens ob oculos, si fortè posset reduci in viam. Sleidauus hæc ex odio illũ scripsisse mentitur impudenter.

Luterus, vertitur ad adulationes

Luterus eam passus repulsam apud ducem Georgium, literas scripsit ad Archiepiscopum Moguntinum, Marchionis Brandeburgeñ fratrem. Hortabatur eum, vt episcopatus suos in ciuiles principat⁹ mutaret, & ducta vxore, cęteris episcopis tam præclaro exemplo continentiæ præluceret. Quid eñ aliud suaderet Epicureus apostata, quàm quod ipse maximè appe-

Luterus scribit Episcopo Moguntino.

appetijsset? Volebat omnes Veneri se deuouere, cui ipse erat deuotissimus, cùm Christus ipse suum Euangelium ab agenda pœnitentia auspicatus sit. Sed has literas licèt typis excusas, non est dignatus princeps ille vllo responso. Sciebat enim etiàm apud Græcos ne sacerdotib⁹ quidem, multo verò minùs episcopis, licere vxores ducere, postquàm sacerdotio initiati sunt. Mat. 3. & 4.

Hîc quoquè Luterus spe frustratus sua, regem Angliæ sibi tentandũ suscepit, quem anteà contumeliosissimè tractârat. Duo Angli Apostatæ summoperè in eam curam incumbebant, vt totum regnũ Angliæ vel inuito rege ad Luteri dogmata traduceretur. Hi iam curabant Coloniæ versionem noui Testamenti à Lutero editam, in Anglorum idioma translatam, typis excudi: sed quorũdam bonorum virorum opera res ad amplissimum Senatum Colonieñ delata est, qui mox prohibuit typographis, nè in eo excudendo opere pergerent. Regi quoq; Anglorum & regni proceribus idem significatum est, quod multùm retardauit illorum conatus apostatarum. Porrò ipse rex Angliæ respondit Lutero egregiè, spretis eius fictitijs blanditijs: quibus in literis inter cętera improperat ei incestas nuptias cum virgine Deo dicata contractas. Olìm apud ethnicos virgines Vestales, si de stupro fuissent conuictæ, viuæ humo obruebantur, & constuprator verberibus ad mortem vsq; mulctabatur. At nunc apud Christianos Luterus & multi alij desertores monachi & moniales, impunè totos se macipant turpissimæ libidini, mundo illis applaudente, & inexpiabile scelus, nisi resipiscant, etiàm in rectè factis præcipuo ferè loco numerante. Sed de his suprà dictum est, quanquàm nunquàm satìs dici potest. Anglię instaurant hæretici. Virgines vestales olim vt puniæ.

Hoc anno habita sunt Comitia Spiræ: vbì quidam principes Luterizantes, petiêrunt sibi tẽplum aliquod permitti, vbì suo more sacris & cõcionibus interessent. Sed fortissimè se opposuit Episcopus Spireñ Georgius, Bauariæ princeps & Comes Palatinus genere. Itaque in atrijs hospitiorum suorum iusserunt suos concionatores quotidiè verbum facere ad populum, Catholicis principibus ob temporũ iniquitatem ad multa cõniuentibus. Olìm temporib⁹ Archadij Imperatoris, Gainas dux Romanæ militiæ petijt ab eodem principe, intra Constantinopolim sibi suæq; sectæ sacerdotibus (erat aũt Arrianus) templum vnũ concedi: Archadius rẽ ad Ioannẽ Chrysostomũ eius vrbis episcopũ retulit. Is modis oĩbus se opposuit, dicẽs inter cętera: Non oportet principem quicquã cõtra Deũ audere, si quidẽ vera pietas illi curę est, sed potiùs benè cõstitutas leges seruare, eã pſertim, q̃ cõtra hęreses lata est. Circa hui⁹ anni initiũ Luter⁹ quadã ad Reutlingeñ data Epistola, in Zuingliũ & Oecolampadiũ degeneres filios suos inuehit̃. Scripsit & Vrban⁹ Regius quandã Epistolã cõtra Zuinglij sententiã. Ediuersò Zuinglius quoq; Luteranis nõ fuit mutus: qñ etiã Martinus Bucer⁹ apostata Dñicanus scripto quodã edito, aduersùs Bretiũ Luteranũ se tuetur. De hoc Bucero graues viri narrare solẽt, quòd initio ferè huius noui Euangelij ad Luterũ se contulerit, atque ab eo petiêrit alicubì collocari, vbì posset nouo Euangelio strenuam nauare operam: Comitia Spiræ. Luterus in Zuingliũ & Oecolampadium. Zuinglius respondet.

Porrò

Universidad de Deusto
Biblioteca

Porrò Luterus ab eo ſciſcitatus ſit, num hac in re tranquilla frueretur cõſcientia: Ille verò reſponderit, ſe quidem nondùm poſſe pectoris pace frui, teſtante cõſcientia ſaniorem eſſe Catholicorum quàm nouam hanc doctrinam: tum autem Luterus dixerit, Si ſic res habent tuæ, nondũ mihi es idoneus. Abi igitur & pugna contra hanc conſcientiã, donèc ea prorsùs conſileſcat, & tunc mihi eris commodus adminiſter. Id verò Bucerus fecerit, & ad Luterum reuerſus, dixerit ſe iam omnẽ conſcientię aculeum prorsùs repreſſiſſe, paratumque eſſe deincèps & viuere & mori in nouo Euangelio: ſicque Luterus eum, tanquàm in primis aptum ſuæ doctrinæ propagandę hominem, alicubì eccleſiaſten effecerit. Fuit enim Bucerus non parùm doctus, & prętereà ingenio ad ſimulandum & diſſimulãdum egregiè compoſito: qui tamen Zuinglij potiùs quàm Luteri dogma de Euchariſtia complexus eſt aliquandiù, ſed poſteà in Luteri gratiam fertur à Zuinglio ad Luterũ defeciſſe. Multis annis Argentorati egit concionatorem, tandèm mortuus in Anglia, & morte ſanè horrenda, vt ſparſit rumor, licèt hîc nihil auſim pro certo affirmare, quo mortis genere obierit. Non eſt autem incredibile, quòd contra ſuam ſit luctatus conſcientiam, cùm idem de ſe quoquè Luterus fateatur: nec tam ſtupidus fuit Bucerus, quin facilè animaduerteret non poſſe gratam eſſe DEO eam doctrinam, quę cum Catholicæ Eccleſiæ doctrina è diametro pugnaret. Nec tamen veriſimile eſt, conſcientiæ aculeum eius pectus deincèps minimè pupugiſſe: ſed id genus deplorati homines, cõtemnunt non modò conſcientiam, ſed & Deum ipſum, dicente ſcriptura: Impius, cùm in profundũ venerit peccatorum, contemnit. Ediderat anno 1524. Ioannes Pomeranus commentarios in pſalmos. His ſuas commendatitias Prefationes pfixerant Luterus & Melanchthon. Itaque rapiebantur illi cõmentarij à ſtudioſis. Cernens hoc Bucerus, audax facinus aggreſſus eſt. Vt enim hominibus perſuaderet, ſcholam Vuittenbergeñ cum Sacramẽtarijs conſentire, illos Commentarios vertit, & mox in Pſal. 3. contra apertiſſimam authoris ſententiam, quam prędcedente Pſalmo benè conuerterat, verba corrupit, vt Zuinglianiſmum ſapere viderẽtur. Eam hominis perfidiam Pomeranus ipſe hoc anno 26. datis ad Brentium & Ioãnem Agricolam literis, accuſauit. Vt aũt latiùs ſpargeretur rumor, Vuittenbergenſes ſubſcribere Zuinglianis, ſacramentarij Buceri verſionem mox Latinè reddiderunt, atque longè lateque diſperſerunt. Et certè illa fraude & dolo effecit Bucerus, vt Zuinglius & Oecolampadius palàm editis ſcriptis iactarent, Luterum cum ſuis Vuittẽbergicis ſtare à Sacramentarijs. Eodem artificio Bucerus vſus eſt in vertendis Luteri commẽtarijs in epiſtolam ad Hebræos, quemadmodùm Luterus ipſe apud typographum per epiſtolam cõqueſtus eſt. Volebat enim vir euãgelicus pro ſuo candore ea quoquè verſione efficere, vt Luterus ad Zuinglij caſtra transfugiſſe videretur. Quòd ſi verò tales tamque nefarias fraudes illi exercent in eorum vertendis libris, qui etiamnùm viuunt, cogitet pius Lector, quid in Patrum vertendis ſcriptis, vel etiàm citandis & edendis faciant.

Bucerus Zuinglianus.

Pro. 18.

Hoc

Hoc tẽpore Conradus Pellicanus, qui ex Franciſcano factus erat Zuinglianus, & quandoquè Eraſmi Roterodami confeſſionem audiêrat, cùm adhuc Baſileæ monachus eſſet, Tiguri cœpit de Eraſmo eiuſmodi apud amiculos ſuos ſpargere ſermones, qui Eraſmum de Zuinglianiſmo ſuſpectum redderent. Eam calumniam multis modis Eraſmus à ſe conatus eſt depellere. Sed & alius quidam Zuinglianus, Leo Iudæ dictus, Germanicũ libellum edidit tacito ſuo nomine, quo docere voluit Eraſmum & Luterũ quãdoquè idem cum Zuinglio ſenſiſſe. Hoc Eraſmus tulit moleſtiſſimè, licèt ſuis incautis ſcriptis non paruam fortaſsis occaſionem dederit talia de ipſo exiſtimandi. Non tamen potuerunt eum Zuingliani vnquàm in ſuam pertrahere ſententiam, licèt Baſileę diù vixerit, vbi cum primis viget Zuinglianiſmus. Scripſit autem hoc anno epiſtolam ad Heluetios, qui in Badenſi diſputatione conuenerant, qua ſe ab hac ſuſpicione purgat. At tamen repræhendendus eſt, quòd non ſcripſerit in Zuinglianos eo zelo & ardore, quem res tanta flagitabat.

Conradus Pellicanus Eraſmũ traducit.

Eraſmus ſe purgat.

Per hoc ferè tempus Zuinglius ſcribit Norinbergeñ Luteranis, docens Luteranorum de Euchariſtia opinionem nouam eſſe, & cum ſacris literis pugnare, ſuã verò à Chriſto ipſo &c. traditam. Ediuersò ſcribunt de Zuinglio Luterani: & tamen non vident homines ab iſtis nebulonibus euerſi, quàm iſthæc pugna arguat noui huius Euãgelij vanitatem. Iurè ergò pereunt, qui apertis oculis nihil videre volũt. Scripſit etiàm Zuinglius Germanicè Epiſtolã ad Eſlingeñ, qua acerrimis verborum flagellis cædit Luterum & Luteranos, quos Suermeros, furioſos & fanaticos vocat.

Zuinglius damnat Luteranos.

Nota Zuinglij de Lutero cẽſuram.

Hoc ipſo anno diſputatum eſt Badenę in Heluetijs à Catholicis & Sacramentarijs. Venerunt eò Catholici primi nominis Theologi, Ioannes Faber, Eckius & Thomas Murnerus. Zuinglius nulla fide publica adduci potuit vt veniret. Oecolampadius adfuit. Ea diſputatio hunc habuit euẽtum, quòd Heluetiorum Pagi oñes, demptis Tigurinis, in Catholica religione ſibi permanẽdum ſtatuerunt, neque nouum vllum dogma intra fines ſuos admittendum. Fuit hoc ſub finem Iunij. Iohannes Faber permultas collegerat ex Zuinglij ſcriptis antilogias, quibus ille fœdiſſimè & ſecum ipſe pugnauit, & ſuam Luteriq; doctrinam deſtruxit. Eas obiecturus fuerat Zuinglio, ſed ille manſit domi. Hac verò ratione, qua tum Luterus, tum Zuinglius & plerique omnes hæretici horum temporum, euidentiſſimè docentur ſcripſiſſe multa inter ſe pugnantia, efficaciſſimè & ineluctabiliter euinci & probari poteſt, ipſorum dogmata non Spiritum ſanctum, ſed mendacij parentem diabolum habere authorem. Et hîc neceſsè eſt, vt pudeſiant & obmuteſcant quicunque eorum dogmata ſequi & tueri volunt, cùm nulla res certiùs indicet doctrinę falſitatem, quàm ſi ea varia ſit & inconſtans, nec ſemper ſuî ſimilis. Quis enim vel in prophanis & parui momenti rebus fidem cõmodare velit ei, qui de vna eademq; re modò aiat, modò neget? iam probet, paulò pòſt improbet? Atque vel hoc ſolo nomine iuſtiſſimè damnabuntur, quotquot ab Eccleſia Catholica, quæ toto orbe vnum atque idem docet, ad hęreticos etiàm à ſeipſis

Disputatio Badenſ.

Antilogię Zuinglij.

l tur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

turpissimè discrepantes, deficere non dubitârunt.

Franciscus rex redit ex Hispania.

Hoc anno rex Franciæ Franciscus ex Hispanijs dimissus, domum redijt. Et quia Italis aliquot proceribus suspecta fuit concordia, inter Carolum Cæsarem & ipsum inita, vndiquè legatos gratulatum miserunt ad regem libertati restitutum, & Clemens Pontifex atque Veneti, adiuncto Britanniæ rege Henrico, ad mutuam securitatem noua cum Francisco rege fœdera percusserunt: quibus paratis vndiquè copijs, Cæsari totius (vt ferebatur) Italiæ imperium affectanti obuiàm iretur. Sed quàm falsus hic de affectato Italiæ Imperio fuerit rumor, res ipsa postmodùm declarauit, quandò Cęsar Francisco Sforciæ incredibili liberalitate Mediolanẽ ducatum restituit. Franciscus rex, licèt duos pro se filiolos Franciscum & Henricum dedisset obsides, & nisì pacta seruaret, quòd captiuum se denuò sisteret, esset pollicitus, tamen in eo fœdere cum Carolo icto non permansit. Indè mox nouis bellis arsit Italia, Turcis interìm ociosè satìs in Hungaria omnia vastantibus, & Christianorum temeritatem ridentibus: porrò in Germania hæresibus magna ex hac occasione capientibus incrementa, cùm Catholici principes, intestinis bellis impediti, non tam possent quàm vellent eas opprimere.

ANNO 1527. Pontifex Clemens flexus humanissimis Caroli Cęsaris literis, aduenientę in vrbem Carolo Lanoio Cæsaris duce, in quo summa tum erat belli & pacis authoritas, Cæsari conciliatur, & inter eos nouum fœdus percutitur, ea conditione, vt Lanoius Borbonium principem ab Vrbis Romæ direptione auerteret. Iam ibat Lanoius ad Borbonium cum multis Germanorum & Hispanorum copijs ad vrbem profiscẽtem, sed nihil efficere apud Borbonium potuit, militibus pacem abnuentibus, & Romanæ prędæ inhiantibus. Erant enim inter Germanos non pauci Luteranæ factionis, quibus Pontificis nomen maximè inuisum esset. Ventum est ad vrbem commeatu & tormentis vacuam pridiè Nonas Maij. Dux Borbonius dum mœnibus scalam admouet, in ipso vrbis limine per inguen dextri femoris glande traiectus occubuit. At milites, eius morte nihil absterriti, statìm scalis appositis, Clemente pontifice exterrito, & ægrè se in molem Adriani, vulgò Castellum sancti Angeli, recipiente cum suis, Leoninæ primùm vrbis, quam Burgum vocant, loca humilia superant, & obuiam multitudinem facilè reijciunt. Ibì tum horrenda cędes miserorum, abiectis armis frustrà mortem deprecantium, à Germanis & Hispanis edita est, ità vt barbarica quadam immanitate etiàm in ipsa diui Petri sanctissima æde, adeoque ad aras eius templi & monumenta veneranda sanctorum Apostolorum aliorumque diuorum, permultum sanguinis fusum sit, direptis templi ornamentis, omnibusque sacratis vasis. Ea vrbis parte vastata, magnam (vt vocant) Romam, transcensis inter Aureliam & Septimianam portam vetustate collapsis mœnibus, irrumpunt, in eaq; cũcta auaritiæ & crudelitatis exẽpla passìm edunt, arcẽ circũsident, & nè quà detur vllũ Pontifici effugium, perductis fossis circũuallant. Nulla apud ferocẽ & partìm Luterana peste

Vrbis Romę direptio.

Dũx Borbonius

Sęuitia militum.

Obsidetur pontifex.

peste infectum militem, sacri prophanique; fuit distantia, omnibus in prædam vsurpatis: nemini omninò eius vrbis incolæ, siue is Italus, siue Germanus, siue etiàm Hispanus esset, parcitum est: plerique summis affecti cruciatibus, in tormentis expirârunt: nec paucos contigit bìs ab hostibus captos, & tortos atrociter, modò à Germanis, modò ab Hispanis, rebus omnibus exui, & vix vitam solam ære alieno redimere. Sęuitum est horrendum in modum in sacros calices, in vasa & arculas sanctissimas, quas abiecta sacrosancta Eucharistia insanę miles rapiebat: in sacras vestes, quibus mira exercebant ludibria: in diuorum reliquias, deniquè in virgines Deo dicatas, quibus ad suam libidinem turpissimè abutebantur. Atq; hęc quidem omnia insciente & inuito Cęsare acta fuisse, vel indè facilè perspici potest, quòd nec approbauit, nec rata habere voluit, quę prophanus miles à pontifice & Cardinalibus vi ac metu extorserat: & simul atquè in Hispaniam captæ vrbis nuncius allatus est, ilicò cessare iussit ludos & spectacula, quæ propter recèns natum ei filium Philippum edebantur, deditq; operam, vt pontifex in pristinam libertatem restitueretur. In hac verò vrbis vastatione id perquàm incommodè accidit, quòd Bibliothecam Vaticanam incòparabili optimorum codicum thesauro instructam, magna ex parte furor barbaricus fœdissimè populatus est, maximo studiosorum omnium luctu & detrimento.

Fiunt omnia inuito Cæsare.

Bibliotheca Vaticana vastatur.

Sub id tempus Romæ quidam fuit Italus sacco indutus, iram Dei grauem, nisi resipiscerent, Romanis imminere prędicans. Cumq; magnis clamoribus eadem crebriùs palàm dictitaret, cõiectus est in carcerem, donèc capta vrbe res ipsa declarauit, vera ipsum dixisse. Erat eius austera vita, & nomen Iohannis Baptistæ. Post septimũ deniq; carceris mensem pontifex Clemens euasit. Ea vrbis & pontificis calamitas magnam attulit voluptatem Lutero & eius factionis hominibus: sed Dei benignitate factũ est, vt ea voluptas eis non cõtigerit diuturna, Pontifice non diù pòst cum Carolo Cæsare amicissimè coniuncto.

Clemens 7. liberatur.

Hoc ferè tempore viguit noua hęresis Anabaptistarũ, Lutero suis scriptis illi egregiam materiam suppeditante. Interìm nihilo minùs & Lutherani & Zuingliani acriter eos persequuntur, cùm tamen ęquè illi iactitent verbum Dei & puram doctrinã, atquè Luterani & Zuingliani, immò etiàm plerique longè maiorem præ se ferant vitæ probitatem, quàm vel Luterus vel Zuinglius cum toto grege suo. Quàm verò ridiculum est, Luterũ eo nomine vel maximè se venditare populo, quòd syncerum se dicit adferre Euangelion & verbum Dei, & nihilo minùs damnare Anabaptistas, æquè Euangelium crepantes? Verùm Catholica Christi Ecclesia nihìl horum vana iactatione permota, omnes ex æquo damnat & reijcit, Luteranos, Zuinglianos, Anabaptistas, vtpotè qui non Euangelium adferãt, sed suas prauas & priuatas opiniones, & detortas scripturę interpretationes, à Catholico totius orbis Christiani sensu & consensu prorsùs alienas. Habent autem Anabaptistæ multa pernicioſa dogmata, negant baptismum paruulorum, & iam adultos rebaptizant, volunt omnia esse communia,

Anabaptistarum hęresis.

Dogmata Anabaptistarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiàm vxores, perindè vt Plato olìm in ſua Repub.& Nicolaitæ. Ex his ſunt qui dicant, Spiritus meus concupiſcit carnem tuam: Veni itaque,& faciamus mirabilia. Anabaptiſtæ æquè àc Luterani & Sacramentarij,in multiplices,easque pugnantes,ſectas diſſecti ſunt:vt nemini dubium ſit, quo ſpiritu regantur. Eſt genus hominum propè arreptitium, & in ſuo errore mirabiliter obſtinatum,ità vt plerunquè hilariter ad mortem accedant:quæ res infirmis magno ſæpè offendiculo & periculoſæ tentationi eſt,neſcientibus hanc non eſſe ſobriæ mentis cõſtantiam, ſed inſani pectoris ſatànicam pertinaciam. De Donatianis hæreticis ſcribit Auguſtinus multa horrenda Epiſtola 50. quàm illi prodigioſa quadam mortis cupiditate inſani,ſeipſos etiàm ethnicis atque alijs necãdos obiecerint. Per abrupta verò,inquit ibidèm,præcipitia,per aquas & flammas occídere ſeipſos,quotidianus illis ludus fuit.moxq; addidit:Hæc enim eos tria mortis genera diabolus docuit, vt mori volentes, quandò non inueniebant quem terrerent,vt eius gladio ferirentur,per ſaxa ſe mitterẽt,aut ignibus gurgitibusque donarent.

Donatiani Hæretici

Hoc vnum notatu dignum eſt,Luterum ipſum,licèt eſſet profeſſione monachus & Theologus,& ſectarios omnes,è Lutero ceu quodam equo Troiano cõfertim enatos atq; profectos, hoc vel maximè dediſſe & dare operam,vt habeãt lepidam aliquam ſuis in complexibus puellam, vt præcipuus Euãgelij eorũ ſcopus is haudobſcurè poſſit animaduerti, vt quàm maximè ſe totos Veneri deuoueant,tanquàm deſperata omni ſalute, nihil in futurum niſi certiſſima gehennę ſupplicia expectent, rectèq; in illos dictum videri poſſit illud Apoſtoli, Quorum deus venter eſt,& gloria in cõfuſione ipſorum.Certè Luterus ipſe quodam loco etiàm matrimonio iunctis auſus eſt permittere,vt ſi nolit vxor,liceat accerſire ancillã. Ità em̃ ait:Si non vult vxor,veniat ancilla.Proh pudor,eò amentiæ recidiſſe homines,vt nõ videant,in cuius Sardanapali diſciplinam ſe tradiderint.Interìm Luterus & hæreticorum dogmatiſtarum tota cohors, mirè debacchantur in vitia Cleri,& nihil ferè concionantur aliud ad populum, niſi quorundam impuram vitam,eaque commemoranda & vehementer exaggeranda,plauſtris interìm conuiciorum inuehuntur in pontificem & Catholicos omnes,cùm ſint ipſi ter execrandi hęretici,& omni flagitiorũ genere cooperti,& propterea indigni,qui alios reprehendant.

Philip.3.

Sermõe de coniugio.

Hæretici acres in vitia Cleri.

Hac tempeſtate alijs atque alijs emergentibus in religione diſſidijs,hęreſibus & ſectis,non ſolùm Catholici,ſed etiàm plerique Luterani principes & ſcriptores ijs opprimendis operã nauârunt. Ipſe dux Saxoniæ Elector,qui Luterum tuebatur, in Sacramentarios ſiue Zuinglianos & Anabaptiſtas ſeuerè conſtitutis ſupplicijs animaduertit. Luterus quoquè benè longum ſcripſit librum in Zuinglium & Oecolãpadium, qui ex ipſius ſchola prodiërant.In eo libro gloriatur ſe ſuosque humanis abiectis præceptis,in libertatem ſe aſſeruiſſe ingẽti ac difficili labore.Porrò Zuingliana hęreſi nullã ſe legiſſe fœdiorẽ,quę in ipſo initio in tot ſectas diuiſa ſit. Ait Germanos cupidè noua quęque cõplecti, eisq; ceu fatuos adhęrere:

Luterani Zuinglianos puniũt.

Luterus in Zuing.& Oecolamp.

Diabo-

Diabolum nihil tam poſſe ineptum proferre, quin diſcipulos inueniat: Germanos,eſſe ſpurcas ſues vel porcos. Ciuiles magiſtratus ait debere Suermeros,id eſt,Zuinglianos,tanquàm blaſphemos punire.Ipſos Zuinglianos vocat porcos & aſinos.Multaq; alia in eo libro habet,quibus non magis Zuinglianos,quàm ſeipſum damnat.Ipſe enim turbarum oñium author fuit in Germania ſuis peſtilentiſſimis & pugnantiſſimis ſcriptis. Verùm dolebat ei,quòd multos vidit,ſe contempto,ad nouum Sacramẽtariorum dogma tranſire.Porrò Zuinglius & Oecolampadius ſcriptis cõtrarijs ei reſponderunt.

Vult Zuinglianos puniendos.

Hoc anno vel circiter,300. Anabaptiſtæ in Heluetijs in editum quendam conſcenderunt montem, tanquàm illinc cum anima & corpore in cælum aſſumendi.Hos intantùm dementârat malus dæmon,vt citra vllũ pudorem inſtàr pecudum commiſcerentur,ne virginibus quidem à fœdo cõgreſſu ſibi temperantibus.Scripſerat enim Luterus, magis neceſſarium eſſe congreſſum viris ac fœminis,quàm cibum & potum.

Anabaptiſtarum 300. infania.

In Sueuia quidam auſus eſt docere,finem iam adeſſe Chriſtianæ legis, atque aliam ſubrogatum iri.Multaque alia per id tempus valdè abſurda & impia ſpargebantur in vulgus, quibus omnibus anſam dedit præclarum Luteri Euangelion,quo paſsìm omnes ad carnis libertatem vocabantur, & ſuo exemplo Luterus prouocabat plurimos,vt & ipſi aliquid auderent.

Sub idem tempus Rotenburgi ad Neccarum fluuium Anabaptiſtę quidam vtriuſque ſexûs vltimo ſunt affecti ſupplicio:flammis exuſti viri nouem,fœminæ decem in aquas demerſæ. Horum dux & doctor Michaël Sellarius apoſtata monachus,pro meritis horrendas luit pœnas, primùm exciſa illi lingua impia,deindè ignitis laceratus forcipibus, & ad extremũ corpore eius igni abolito.Nanque homo nefarius multa valdè abſurda & impia in populum ſparſerat dogmata.Alijs quoquè multis Germaniæ locis ſeueriter in Anabaptiſtas animaduerſum eſt etiàm à ſectarijs. Præter alios ſcripſit in Anabaptiſtas etiàm Melanchthon,& cùm ille contra Catholicos diſputans non niſi meras exigeret ſcripturas, tamen Anabaptiſtas de baptiſmo paruulorum nulla re alia efficaciùs, quàm Eccleſiaſtica Traditione,contemptor ipſe traditionum,cõfutare potuit. Eſt autẽ certè Anabaptiſtarum factio multùm execrabilis,& plerique ex eo hominũ genere,vt paulò antè dixi,non multùm differunt ab arreptitijs & fanaticis.Quidam Sangalli,quod eſt Heluetiorum oppidum,inſpectante vtroque parente,fratri ſuo germano caput præcidit,dicẽs id ſibi diuinitùs imperatum. Verùm ſententia magiſtratûs eandem pœnam ipſe quoquè luit.Sunt multi in eis vita & moribus ſic ſatìs compoſitis,quę res permultis imponit,ſed habent abſurdos doctrinæ errores. Tam eſt verſutus diabolus,vt etiàm libenter ſinat ſibi addictos quandã extrinſecùs præ ſe ferre vitæ probitatem,modò fidem in illis corruperit. Scit enim, ſinè fide impoſſibile eſſe placere Deo. Erat id tẽporis quidã Præmonſtratenſis apoſtata,qui palàm negabat eſſe infernum, Chriſtum cùm dixiſſet, Eli, Eli, lamma ſabacthani,deſperaſſe,& ideò damnatũ eſſe affirmabat. Porrò alij

Anabaptiſtæ necantur.

Michaëlis Sellarij ſupplicium.

Melãchthõ contra Anabaptiſtas.

Immane facinus.

Hebr.11.

Matth.27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidam non verebantur dicere, Christum non Deum fuisse, sed prophetam, inter Christianos quoq; nullum esse magistratum, & multa alia impia & nefanda. Ità certatim ab inferis erumpebant dæmones, & per apta perditionis organa, Luterum & id genus apostatas monachos & sacerdotes, sub verbi Dei splendido titulo ter execrandas vomebãt blasphemias, quibus in dies innumeri perdebantur.

Disputatio Bernens.

Hoc ipso anno decreta fuit apud Bernates Heluetios disputatio Catholicorum cum Zuinglianis, id agentibus Zuinglio & aliquot apostatis monachis. Sed hæc disputatio plurimùm offensionis habuit: itaque nullus Catholicus Doctor, præter vnum Conradum Trigarium prouincialem Augustinianũ, eò profectus est. Senatus enim Bernensi leges ei disputationi præscripserat, catholicis iniquas, sectarijs plausibiles. Quin & Imperator ipse interdixit per suos, nè Bernatenses eam permitterẽt apud se disputationem fieri. Quatuor item Episcopi, ad quorum diœcesin pertinẽt Heluetij, multùm dehortati sunt ab ea disputatiõe: copiosissimè autem Cantones octo Heluetiorum Catholici, eam literis impedire conati sunt, qui inter cætera scripsêre Bernatibus, memores essent disputationis Badẽsis intra biennium habitæ, quam ipsi approbâssent, & iuramento ac literis sigillo munitis confirmâssent. Sed Bernates in sua sententia permanserũt: eumque hęc disputatio finem habuit, quòd mox apud illos & aliquot vicinos, Missæ, aræ & statuæ abolitę fuêre, & multa alia insolẽter & barbarè instituta, quę tamen illi malè persuasi putant esse prorsùs Euangelica, dolentque se hactenùs in tenebris versatos: nec vident se interim damnare omnes Maiores suos, qui certè non tam stupidi fuêre, vt nescirent se verã amplexos religionem, quam isti reijciunt. Finem autem hæc disputatio habuit 26. Ianuarij, anno 1528. Est memorabilis apud Tertullianum libro de præscriptionibus aduersùs hęreticos sententia, quã hîc apponere non grauabor: Non proficit, inquit, congressio scripturarum cum hæreticis, nisi planè aut stomachi ineat quis euersionem, aut cerebri. Quid promouebis exercitatissime scripturarum, cùm si quid defenderis, negetur: ex diuerso, si quid negaueris, defendatur? Et tu quidẽ nihil perdes, nisi vocem in contentione: nihil consequéris, nisi bilẽ de blasphematione. Ille verò si quis est, cuius causa in congressum descendis scripturarum, vt eum dubitantẽ cõfirmes, ad veritatẽ an magis ad hæreses deuerget? certè de pari altercatione incertior discedet, nescius quam hæresim iudicet. Hæc ille.

ANno 1528. Luter⁹ cùm malè audiret ob sectas varias passim emergentes, tanquàm ab eo ceu fonte manarent, scripsit Germanicè in Anabaptistas. Inter alia in ipso libello reprehendit principes eo nomine, q⁹ supplicium sumerent de Anabaptistis, quasi verò etiam iam olim supplicia constituta non fuerint in rebaptizantes. Immò & Luterus ipse paulò antè scripserat, Zuinglianos à ciuili magistratu puniri oportere: Si Zuinglianos, cur nõ etiã Anabaptistas? Sed & ipse dux Saxonię in Anabaptistas seuerè animaduerterat. In hoc quoquè libello fatetur, in Papatu multa esse bona, immò oĩa Christiana bona, atq; indè ad ipsos ꝓfluxisse.

Luterus laudat Papatũ.

Ait

Ait in Papatu esse veram scripturã sacram, verum baptismum, verum sacramentum altaris, veras claues ad peccata remittenda, verum verbi ministerium, verum Catechismum &c. Et tamen solebat iactare, apud Papistas Euangelium sub scamno delituisse, se illud indè produxisse in lucẽ. Tanta erat illius hominis dictorum factorumque incõstantia & varietas. Verùm cùm Dux Saxoniæ perciperet multa cõtra religionem effreni licentia etiàm in suis ditionibus geri, Visitationẽ instituit. Ea postmodùm tam imperiosè & sumptuosè acta est, vt nullæ retrò Episcoporum synodi vel Archidiaconorum, cõmunitati tam onerosæ fuisse viderentur. Eam visitationem Melanchthon scripsit Latinè, non planè Lutericè in nonnullis, quia plus ibi pœnitentiæ & doctrinæ legis & timoris Dei tribuere visus est, quàm Luteri Euangelion patiebatur: Atque adeò libertatem arbitrij, quam in locis communibus cum Lutero pernegauerat, asseruit. His verò & id genus, licèt cum ipsorum superiori doctrina pugnarent, etiàm Luterus subscripsit in editione Germanica eius ipsius Visitationis. Ità illi prędari Theologi de summis rebus & affirmare & negare non dubitabãt, prout ipsis fortè in buccam veniisset. Quod quidem turpissimum fuit in viris Germanis, nisi quòd Germani iam suæ constantiæ obliti, à Maioribus suis non absque ingenti dedecore degenerabant.

Visitatio Saxonica sumptuosissima

Hoc anno dux Geldriæ Carolus multis suis oppidis amissis, tandèm vt se Carolo Cęsari dẽderet, adactus est, interim nihilo minùs Tila munitissimo ad Vaalim oppido fortiter defenso. Fuit ille princeps in amicitia & fœdere Gallorum regis, & quia ditionibus Cęsaris vicinus erat, multa eis sæpè damna intulit, quemadmodùm anno superiori derepẽtè signis mutatis inuasit in Hagam Comitis, Hollandiæ insignem & opulentum vicum, vastatisque omnibus, opimam egit prędam. Alioqui certè in fide catholica fuit lõgè constantissimus, & alijs quibusdam principe dignis animi dotibus egregiè ornatus. Hæreticos omnes grauiter persecutus est.

Carol⁹ Geldriæ dux.

Eodem anno Traiectensis Episcopus omnem ditionem suam transtulit in ius Ducis Brabantiæ & Comitis Hollãdiæ, qui tum fuit Carolus Imperator, accedente eò non solùm regionis totius, verùm etiàm Romani pontificis consensu. Multis enim modis eam diœcesim vexabat Geldriæ dux, & iam Traiecti ciues in Episcopum concitârat: nec his malis aliud inueniebatur remediũ, quàm vt Burgundię ducibus sese permitterent, quorum potentia tum Geldrus ipse, tum subditi Traiectẽses frenari possent. Est verò opulenta ea regio, sed populus pronus in seditiones & tumultus fuit, priusquàm Burgũdis sese dedidissent. Iam verò in multa pace degũt, nec illis iugum graue impositum est, vtì nec Geldrienses, postquàm ij Carolo Imperatori sese submiserunt. Porrò Iurisdictio spiritalis vel Ecclesiastica mansit Traiectensi Episcopo, & prętereà annui quidam reditus non contemnendi.

Traiectẽses fiũt Burgũdici.

Hoc anno fames ingens pressit Italiam, præsertim Insubres & Venetos, ità vt multi ea peste interierint. Tiguri quoquè visi tres soles, famem prænunciare existimati sunt, quæ paulò pòst tanta illic extitit,

Fames in Italia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt etiàm ex Hungaria boues eò adduci oportuerit.

Horrẽdum facinus.

Accidit eo anno quiddam planè tragicum Basileæ. Ciuis quidam honestus & diues Christophorus Bongartnerus vxorem suam de adulterio suspectam habuit. Eam suspicionem auxit, quòd in famuli sui suspecti induuio ligulas sericas inuenit, quas suas esse nouerat. Extorquet vi ab vxore, vt fateatur se cum famulo rem habuisse: id si faciat, promittit impunitatem: sin neget, presentem minatur mortem. Illa fatetur quod non fecerat, sed mox fugit ad sororem in pagum. Attamen amicorum intercessione mulier conciliata marito, redijt ad ædes illius. Ea nocte fertur ad cõmune admissa cubile. Atquì verò altera die, quæ erat Dominica, ablegata famula & liberis ex priore coniuge susceptis, primùm grauidam vxorem cõfodit, indè filiam vix quadrimam. Mox Epistolam scripsit ad senatum, & ter inuocato nomine Iesu, è summa ędium suarum parte se precipitem dedit, fractis ceruicibus. Epistola illa continebat, quid & quo animo fecisset. Porrò de eo, licèt mortuo, graue est sumptum supplicium, & corp⁹ eius fractis ossibus sublimi rotę impositum. Poterat hoc exemplum deterrere ab adulterio, quod iam inter Euangelicos, vt quidam vir magni nominis scribit, cœperat esse iocus, sicut & multa alia infanda facinora.

Georgij Paccij fraus.

Eodem anno quidam ex iuratis Christianissimi Principis Georgij Saxoniæ Ducis consiliarijs, Georgius Paccius, vir nobilis, facinus audax & temerariũ designauit. Erat is Luteri studiosus, sed occultè. nam alioquì princeps ille hominem in sua aula non tulisset. Agebat tum apud principem optimum vices Cancellarij. Ea occasione secretum Principis sigillũ nactus, formulam effinxit fœderis cuiusdam icti à certis Catholicis principibus contra Electorem Saxoniæ & Hassiæ Lantgrauium, vt eos in Catholicos principes ad arma concitaret, vtì etiàm factum est. Formulæ illi commentitię appressit sigillum Georgij Ducis. Porrò legendam obtulit Lantgrauio, qui viso sigillo, putauit rem prorsùs veram esse, cõmunicatoque cum Saxone consilio, grandem vterque conscripsit exercitum, cęteris interìm principibus mirãtibus, quid ea militum conscriptio sibi vellet. Interìm Lantgrauius per literas hortatur Georgium principem, vt illi fœderi nunciũ remittat. Princeps Georgius lectis literis & visa formula, cuius exemplum ad eum Lantgrauius miserat, obstupuit: mòxq; datis ad Lantgrauium literis, generosè & luculenter illi sese purgat, inter alia grauiter postulans sibi ostẽdi virum, qui eam rem ad ipsum detulisset, deploratum, infamem, & periurum nebulonem eum appellans. Excusârũt sese etiàm alij Principes, qui hoc fœdere comprehensi ferebantur: sed tamen belli cladem à se auertere non potuerunt tres viciniores Episcopi, Moguntinus, Herbipolensis & Bambergensis, nisì numeratis centum millibus aureorũ. Imparatis enim magnus imminebat exercitus, cui ditiones suas populandas & diuexandas obijcere noluerunt. Porrò Lantgrauius nè hanc fabulam ipse cõfinxisse videretur, indicauit authorem, certumq; præstituit diem, ad quem adessent Regis Ferdinãdi, Electoris Brandeburgensis, & Ducis Georgij oratores, hominem accusaturi, si quid haberent aduersùs

Formula efficti fœderis.

Episcopi numerant 100000. aureorum.

aduersùs eum. Venerunt legati Principum, & multorum criminum atq; etiàm falsi reũ eum peregerunt. Cùm enim sua decoxisset, multis vijs homine ingenuo planè indignis, pecuniã vndecunq; conflare solitus erat, atque hoc nomine diuersas effinxerat epistolas, quas Georgij principis annulo obsignârat. Lantgraui⁹ nomine fœderis ad ipsum falsò delati quatuor milliaaureorum illi dono dedit, vt ijs æs alienum dissolueret, quanq̃ id maius esset, quàm quibus vel tot millia sufficerent. Tandèm cùm non posset obiecta ipsi à Principũ legatis crimina diluere, turpissima illi ignominiæ nota inusta est. Et vitam quidem clementia Lantgrauij Principis retinuit, sed nusquàm ferè tutò consistere valens, instàr Cain vixit vagus & profug⁹ in terra, latitans in vrbibus maritimis. Adextremùm, cùm plerunquè maleficia meritas non euadant pœnas, Antuerpiæ compræhensus est anno 1536. & sequentis anni mense Februario post longos carceris squalores & grauissima quæstionũ tormenta, capite plexus, & in 4. partes dissectus est. Indè pax reddita Germanię, nequaq̃ diuturna fuisset, Sueuici fœderis socijs Lantgrauiũ incusantib⁹, q̃ cõfœderatis ipsorũ iniuriã fecisset, nisì ea res Vuormatię opa palatini principis cõpositione trãsãcta esset.

Paccio Antuerpię dat pœnas.

Per idem ferè tempus Gallię rex Neapolim ingenti exercitu ità obsedit, vt iam propemodùm ea vrbe potiturus videretur, licèt Germani & Hispani milites, qui in prędidio erãt, incredibili alacritate Gallos, vt se dẽderent, identidèm non iniquis conditionibus hortantes, cõtemnerent. Eccè autem mẽse Iulio sęuissima lues totum corripit exercitum, ipso Lotrechio primario duce, & multis alijs egregijs viris extinctis, ità vt ex sexaginta millibus hominum, vt quidam literis annotârunt, ęgrè quadringẽti ad sua rediérint incolumes. Ità prępotens Deus pro Carolo Cęsare mirabiliter pugnare videbatur, sicut & sępè aliâs, cùm potentissimorum hostiũ validissimis copijs non vno loco premeretur.

Gallię rex obsidet Neapolim.

Pestis vastat exercitum.

In hac Neapolis obsidione mortuus etiàm est Vaudemontius, Antonij Lotharingię ducis frater germanus, qui Regi militabat spe obtinendi regni Neapolitani. Erat enim ex Andegauensium regum familia, qui sibi in eo regno ius vendicant. Pater eius Renatus Lotharingię princeps Carolum Burgundię ducem, commisso prędio ad Nansim, interfecerat. Cadauer Vaudemontij in D. Clarę cœnobio honestissimo templi loco humatum est Neapoli. Id enim templum Andegauẽses reges Vaudemontij progenitores, pia liberaliq̃ magnificentia condiderant.

Andegauẽs. regum familia.

Hoc ferè tempore à rege Gallorum Francisco discessit Andreas Auria, vir summę authoritatis, Caroli Cęsaris amicitiam cõplexus, magno quidem Cęsaris commodo, sed non minori regis Francisci detrimento. Habebat Auria captiuos apud se duos prędipuos Cęsaris duces, Alphonsum Vastium & Ascanium Columnam, quos nauali prędio ceperat Philippus Auria. Hos Rex Franciscus ad se mitti voluit, sed Andreas Auria recusauit. Tulit hoc ęgerrimè Rex, & contumeliosè Auriam proscidit. Is igitur dimisso à se Vastio & Columna ad Antonium Lęuam, facilè obtinuit, vt in Cęsaris amicitiam reciperetur. Itaque breui tempore Genuam

Andreas Auria desc. cit à rege Francię.

Gallis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genua Gallis eripitur.

Gallis eripuit, eamque priſtinæ libertati reſtituit. Atque hoc potiſſimùm nomine fertur à Rege ſe abalienâſſe, q; doleret ei patriæ (ea fuit Genua) erepta libertas. Videbat enim Gallos quædam moliri in eius vrbis non leue detrimentum. Tum quoquè non obſcurè ſentiebat Gallos ſecum hoſtiliter agere, Barbeſſio Gallicarum triremiũ præfecto ipſi inſidias tendente. Itâ ergò remiſſo ad Regem torque conchyliato, qua cæremonia à militari ſacramento ſe abſoluit, & auratis lilijs, quæ erant Galliæ regis inſignia, in extrema puppe perfractis atque decuſſis, Cæſaris gratiam & militiam tanquàm vberiorem certioremque amplexus eſt. Clemens Pontifex, & eius hortatu rex Franciſcus, multùm in eam curam incubuêre, vt eius animum delinirent, hominemque poſſeſſione maris potentem in officio & amicitia retinerẽt. ſed id fruſtrà fuit. Oblatus eſt deindè ipſi Auriæ à ciuibus omnibus Genuæ principatus, ſed ille eum inſigni cõtinentiæ exemplo recuſauit. Multa is vir præclara edidit facinora, præſertim in mari aduersùs turcicos & Barbaros piratas, quos mirabiliter perſequutus eſt. Decreta eſt illi apud Genuenſes reſtitutæ libertatis ergô ſtatua Coloſſeæ magnitudinis è Lunenſi marmore, cuius baſi hæc inſcripta erant:

Auria recuſat Genuæ principatum.

Andreæ Auriæ ciui opt. feliciq; vindici atque authori publicæ libertatis, Senatus populusq; Genuenſis poſuit.

Zuinglianiſmus increſcit.

Per hoc ferè tempus aliquot ſuperioris Germaniæ locis, præſertim in Heluetijs & Argentinæ, multùm increuit dogma Sacramentarium & ſecta Zuingliana: & Miſſa, qua nihil eſt ſanctius, ceu idololatria abrogata eſt, imagines è templis deturbatæ & flammis exuſtæ, Baſileq; quidem ipſo die Cinerum, quo ſolẽt Chriſtiani ſe ad meliorem frugem recipere. Non tamen ſimul vno anno, ſed per temporum interualla hæc ſensim irrepsêre diuerſis in locis, ità vt res omninò ad Mahometicam, vel potiùs Antichriſtianam vaſtitatem ſpectare videretur, cùm iſti Sacramentarij interim Romanum Pontificem nõ alio quàm Antichriſti loco haberent: porrò apoſtatas monachos, publicè inceſtis nuptijs infames, haud ſecùs atquè Chriſti apoſtolos ſuſciperent ac venerarentur. Erat ea irati numinis horrenda vindicta & ſeuera animaduerſio in hominũ peccata. Contra hos ſacramentarios rursùs nouum Luterus ſcriptum edidit, benè prolixum, de cœna Chriſti confeſſionem ſuam. Ibì rursùs affirmat quędam quæ anteà negârat, negat quæ affirmauerat. Negat enim in cœna Domini manere vinum, quod in captiuitate Babylonica aſſerit. Non poſſunt hîc omnia particulatim commemorari, nè nimìs prolixi ſimus. Miſſam ſanè hîc quoquè vel maximè ſe abominari dicit, licèt non eſſet neſcius, toto terrarum orbe omnibus retrò ſeculis apud Chriſtianos Miſſam celebratam eſſe. Extat Græcè & Latinè D. Iacobi Apoſtoli fratris Dñi, itemque Baſilij & Chryſoſtomi Miſſa, vt nihil de Latina Eccleſia dicamus.

Confeſſio Luteri contra Zuinglianos.

Luterus Proteus.

134. calũniæ Luteri.

Scripſit eodem anno Luterus alium librum cõtra concomitantiam, planè ſcurrilem atque dicacem, ex quo quidam catholicus Doctor collegit 134. calumnias. Sed quantumcunquè ille abſurdus eſſet & petulans in ſcriptis ſuis, tamen mirè placuit cæcis mortalibus.

Cùm

Zuingliani contra Luterum.

Cùm autem eius de Cœna Domini confeſſio in manus Zuinglij & Oecolampadij veniſſet, prolixè illi reſponderunt. Abſit enim, vt vel tantillum diſcipuli magiſtro concedât, quandò non id agitur, vt veritas vincat, quæ tamen neque à Lutero, neque à Zuinglianis ſtetit, ſed vt miſeri homunciones alij præ alijs viciſſe videantur. Neq; Bucerus hîc ſe mutum præbuit, ſed edito Sebaldi & Arbogaſti dialogo, Lutero non planè edentulum ſe oſtendit. Fuit certè & eſt hæc res in primis ridicula & ſcurrilis, q; illi ſublimes gigantes, qui ſe iactabant in Germaniam, qua tot ſeculis caruiſſet, lucem Euangelij inuexiſſe, tam inter ſe pertinaciter & odioſè digladiabantur. Faceſſat hîc omnis friuola excuſatio. Non eſt diſſenſionis Deus, inquit Apoſtol⁹, ſed pacis. Quomodò poſſunt me iſti docere quid verum ſit, cùm ſe ipſi viciſsìm in rebus grauiſſimis mendacij inſimulent? Et hæc quidem non paucos permouerũt, vt in hac mutua Luteranorum & Zuinglianorũ diſſenſione rem accuratiùs expenderent, aduerterentq; non poſſe eos veritatis eſſe prędones, qui pugnantia docerent, atque eam ob rem ad Catholicam Chriſti Eccleſiam ſe reciperent, contemptis ſtultiſſimis fanaticorum hominum (ſic enim ipſi ſe inuicèm vocant) opinionibus, quæ identidèm in alias atque alias formas transformantur, ſicut neceſsè eſt euenire illis, quę cum mendacio coniuncta ſunt. Varium eſt enim & inconſtans mendacium.

1. Cor. 14.

Pugnantia dogmata euangelicorum facilè vt multi reſipiſcant.

ANno 1529. deimprouisò peſtifer morbus (ſudorem Anglicũ vocabant. eadẽ enim lues Britanniam vaſtauerat Henrici VII. Angliæ regis anno 1. qui fuit à nato Seruatore 1486.) totam Germaniam peruaſit, multis hominum millibus intra 24. horas extinctis antè, quàm certum medici remediũ inueniſſent. Permulti verò, vbì virus illud exudâſſent, ſeruati ſunt. Ità prępotens Deus nouis in dies emergentibus hæreſum & ſcelerum portentis, noua adhibebat flagella. Simul autem & annonę caritas, & tumultus bellici Germaniam per id tempus premebãt. Turcarum enim Imperator Solimannus cum ingẽtibus copijs Viennam fortiſſimè obſedit, ſicut paulò pòſt dicetur. Luterus epiſtolam ſcripſerat ad Vuenceſlaum Lincum apoſtatam Auguſtinianum, concionatorem Nurenbergenſem, qua Georgium Saxoniæ principem pijſſimum, vehementer ſuſpectum reddidit de fœdere illo, quod Paccius quoquè ei falsò affinxerat. Eius epiſtolę exemplar tandèm venit ad manus eiuſdem principis. Ille verò nouis editis literis multo etiàm fortiùs, q; anteà, ſeſe hac ſuſpicione purgauit. Tanta iam erat Luteri potẽtia, vt etiàm Principibus confidenter inſultaret, & quidem impunè. At nũc rursùs furore percitus, Germanicũ confecit libellum de priuatis & furto ſurreptis literis, in eoq; tam petulanter & ſcurriliter illum laudatiſſimum Principem exagitauit, vt rei indignitate etiàm nõ pauci Luterani pmouerent. Sed interim tamẽ mãſit apud cæcos mortales ſua Lutero authoritas, & laudabaẽ peccator in deſiderijs aiç ſuę. Certè ſi quiſquã Catholic⁹ ità ſcriberet in principes Luteranos, quẽadmodùm ille importun⁹ homo ſcripſit in Impatorẽ quoq;

Sudor Anglicus.

Pſal. 9.

& re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& reges & principes, quas nõ turbas cierent dogmatiſtę Euangelici? Atq; vtinàm Principes rem hanc paulo attentiùs conſiderâſſent.

Comitia Spiræ.

Hoc anno conuentus Imperij fuit Spiræ multis de cauſis, quòd & Turca auctus viribus, perdomita & ſub iugum miſſa Hungaria, captaque Buda, terribilior Germaniæ immineret, & ſectæ vſqueadeò capeſſerent augmenta, vt iam non catholicis modò, ſed ipſę ſibi inuicèm eſſent formidabiles. Nam in Heluetijs & primarijs aliquot Germaniæ vrbib⁹ iam Zuingliana factio Luteranam anteibat, & Anabaptiſtæ occultis machinationibus tum ſectarijs iſtis, tum Catholicæ Eccleſiæ non parùm terrori erant. Porrò in hoc conuentu ità diſceſſum eſt, vt Ferdinandus rex non minimo dolore ex amiſſa Hungaria affectus, & anxiè metuẽs reliquis ditionibus ſuis, nulla potuerit à Proteſtantibus auxilia impetrare, niſi eos ſineret ſua retinere dogmata. Itaque publico decreto permiſſum eſt, vt in fidei & religionis negocio ità ſe gererent, vtì & Deo & Cæſari facti ſui rationem poſſent reddere, nihil tamen deincèps innouarent vſque ad concilium, &c. Enimuerò illi in hoc ipſo conuentu proteſtati ſunt, ſe ſummi Magiſtratûs decretis quibuſdam non poſſe ſubſcribere: itaq; ad Cæſarem prouocârunt. Indè primùm ortum eſt Proteſtantium nomen, quod etiàm quędam liberæ Ciuitates amplexæ ſunt.

Proteſtãtes vnde dicti.

Tumultus Baſileæ.

Huius anni menſe Februario Baſileæ ciues tumultuantur, & duodecim Senatores loco mouent: quin & ſacras imagines, vt ſuprà attigimus, in templis omnibus demoliuntur, ceu idola quædam, ità perſuaſi à ſuis doctoribus, quaſi eadem ſit apud Chriſtianos ratio imaginum, quæ fuit olìm apud Ethnicos idolorum. Miſſam quoquè prorsùs abolent, nihil deincèps habituri commercij cum incruento illo Eccleſię ſacrificio. Ipſo die Cinerum ſtatuas vel imagines ligneas diſtribuerũt in homines tenuioris fortunæ, vt illis barbaro inprimis exemplo ad focum abuterẽtur. Sed illi tanta contentione eas ſibi ſingulatìm vendicare conabantur, vt ad pugnas quoquè ventum ſit. Ea re factum eſt, vt in nouem congeſtæ ſtrues, ante ſummam ædem flammis omnes permitterentur. His rebus geſtis, lętum illi diem egérunt, tam egregio patrato facinore. Alijs quoquè locis ſæuitum eſt in imagines vel ſtatuas, Miſſæque ſacroſanctum ſacrificium: & erat hoc pręclarum Euangelij recèns orti ſtudium, vt nihil intentatum relinqueretur à ſuî ſtudioſis, quod ampliſſima Antichriſto itinera præpararet.

Imagines cõburũtur

Anno ſuperiori multùm tum Cæſar ipſe per Epiſcopum Hildesheimenſem, tum epiſcopus Argentoratenſ & plerique alij egerant apud Argentinenſes, vt nihil in religione mutarent, aut certè expectarent Concilij ſententiam: at illi quoquè improborum hominum peſtiferis perſuaſionibus circunuenti, ad res nouandas animum adiecerunt. Atque ità alij poſt alios paſsìm in Germania, nobiliſſima quondàm prouincia, in olìm damnatos nimiumq; craſſos errores prolapſi, cæteris nationibus ſe affatìm irridendos propinârunt. Certè ipſe quoquè Turcarum Princeps Solimannus Luteranos deteſtatus fertur, propterea quòd eſſent proni in ſeditiones

Solimãnus deteſtatur Luteranos.

ditiones concitandas. Interìm verò qui à Catholica Eccleſia deficiebant, valdè ſibi gratulabantur, quòd tyrãnicum Romani Pontificis iugum excuſſiſſent, & iam tandèm veram Euangelij lucem inueniſſent. Romanos enim Pontifices non alio quàm Tyrannorum loco habent, & doctrinam Catholicæ Eccleſię vocant Papiſticam ac meras tenebras. Porrò interìm illòs duces ſequuntur, q odioſiſſimè à ſe inuicèm in rebus grauiſſimis diſſentiunt, & miſeros pluſquàm Cimmerijs tenebris inuoluũt: quod tum demùm ipſi nimiùm malè experientur, cùm erit migrandum è corpore.

Apud Heluetios tanta contentione exarſit de religione controuerſia, vt iam ad arma deſcenderetur. Tigurini & Bernates ſuis fiſi viribus, catholicis quibuſdam cantonibus vel pagis iam vim inferre nitebãtur: ſed per ſequeſtros res compoſita eſt ad tempus non diuturnum. Eius pacis conditiones catholicis parùm æquæ viſæ ſunt: diſceſſum eſt tamen ad tempus ab armis.

Conuentus euangelicorum Marpurgi.

Princeps Haſſiæ Philippus dolens inter Luterum & Zuinglium tam atrox extare diſſidium, volens eos in concordiam redigere, Marpurgum vtriuſque factionis homines euocauit. Venerant illi quidem, & nè nihil egiſſe viderentur, certa quædam capita vel articulos, in quibus contra Catholicam Eccleſiam inter ſe conſpirârant, ediderunt. Porrò in primario Euchariſtię articulo vetus diſſenſio manſit. ità illi re infecta diſceſſerunt. Princeps Lãtgrauius & quidam docti viri modis omnibus efficere conabantur, vt quanuis in negocio cœnæ conuenire non poſſent, tamen alij alios fratrum loco haberẽt. Sed id Luterus facere noluit. Porrò verò ſunt, qui ſcribant & putent, in hoc vno articulo diſſidere Zuinglianos à Luteranis: ſed hoc falſiſſimum eſt, cùm etiàm in alijs non paucis inter ſe hoſtiliter diſſentiant: immò verò paulatìm eò res redijt, vt nec Zuingliani cum Zuinglianis, nec Luterani cum Luteranis cõſentiant, ſed alij alios palàm euulgatis libris odioſiſſimè & impotentiſſimè proſcindant.

Liber de Actis ſynodi Conſtantienſis.

Editus hac tempeſtate eſt liber quidam de Actis Concilij Conſtantiẽſis erga Iohannem Huſſum, incerto quidem authore, ſed opera Iohannis Iſlebij, ſocij & amici Luteri. In præfatione Iſlebius Huſſum vocat probũ Dei amicum, Concilium Cõſtantienſe ſynagogam Antichriſti. Sed nos Huſſum damnatum hæreticum multo rectiùs dicimus cum ea ſynodo, quàm cum Iſlebio virum bonum. Interìm tamen liber ille nihil facit admodùm pro Luteranis, quòd diſertis verbis affirmet Huſſum Conſtantię etiàm circa ipſum ſupplicij ſui locũ publicè negâſſe articulos illos, quos Luterani vel maximè aſſerunt ac tuentur.

Liber de bello Turcico.

Sub hoc quoquè tempus cùm Turca in Germaniam aduentare diceretur, Luterus ſcriptum edidit, *De bello contra Turcas*. Sed eo ipſo multo plùs deterret principes à bello Turcico, quàm ad id extimulet. Veriſimile eſt, optâſſe hominem odio Papæ deflagrantem, vt Turca occupata Germania, mox etiàm Italiam, pulſo Põtifice, occuparet. Verùm id Deus adhuc pro ſua bonitate auertit. In eodem ſcripto valdè acerbè & contumeliosè inuehitur in Pontificem, Epiſcopos, Imperatorem, Reges, Principes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcipuè verò curiam Romanam. Inter alia multa, Cæsar, inquit, non est caput Christianę reipublicæ, neque defensor Euangelij aut fidei. Oportet sanè Ecclesiam & fidem alium habere defensorem, quàm sint Imperator & reges. Hi nanque ferè pessimi sunt hostes Christianismi & fidei, sicut Psalmus 2. ait, & Ecclesia omni ex parte conqueritur. Sic ille bonus vir tractabat sanctissimum Imperatorem & summos magistratus. Nihil enim metuebat sibi, in tuto loco hærens sub Saxonię principe. Eam verò maledicendi licentiam non ex Euangelio, sed spiritu Antichristi hauserat. Quàm autem hoc quoquè prodigiosæ fuit inconstantiæ, quòd hoc quidem libro dehortatur à bello Turcico, dicens id esse cõtra doctrinam Christi, quę dicit Christianos non debere malo resistere, &c. cùm nõ longè antè in Visitatiõe Saxonica scripsisset, eiusmodi orationem seditiosam esse atque intolerabilem, ex Pauloque probâsset, Magistratus nostros gladio & bello Turcas arcere debere, nec Christum vetâsse vsquàm, immanitatem Tyrannidemque Turcicam repellere? Omni certè lachrymarum fonte plangendi sunt, qui tam varium & ipso quoquè Proteo mutabiliorem hominem, in grauissimo religionis negocio sequi non dubitârunt. Hac de re dici multa possunt, sed nunquàm satis multa.

Inconstãtia Luteri.

Huius anni mẽse Septembri cum infinitis copijs Turcarum tyrannus venit in Germaniam, & Austriæ primarium oppidum Viennam grauissima pressit obsidione. Id bellum eiusmodi habuit originem: Rex Ferdinandus Caroli Cæsaris frater, Iohannem Vaiuodam regno Hungarię exuërat. Is verò in eam redactus calamitatem, in Sarmatiam ad Hieronymũ Laschum virum ab illustri nobilitate & eximia eruditione clarissimũ confugit. Laschus tanto lętus hospite, omnem illi humanitatem impendit, dissimulante Sigismũdo rege, quòd Vaiuodę germanam sororem in matrimonio habuisset. Interea Laschus, vt erat solerti & excellenti ingenio, miraque ad res gerendas dexteritate, Vaiuodæ id tandèm consilij dedit, vt Solimanno se cliẽtem fore profiteretur, si eius beneficio in regnum esset restitutus. Id verò consilium licèt in primis speciosum videretur, & Vaiuodę rebus accommodum, si huius vitę prosperitatem spectes: erat tamẽ Christianæ Reip. admodùm pernicioſum, vt rei euentus posteà luculenter edocuit. Cæterùm Laschus hortatu Vaiuodę legationem suscepit ad Turcarum Imperatorem Solimannum: atque vbi venit Byzantium, oblatis muneribus facilè in purpuratorum gratiam & familiaritatem se insinuauit. Eorum verò opera id cõsecutus est apud Solimannum, vt is prolixè polliceretur, sibi eam rem curę fore, breuique se in Hungariam aduolaturum. Misit deindè suum quoquè legatum Byzantium Ferdinãdus rex, sed is demùm licèt à Solimãno humaniter esset receptus, & à purpuratis, quos Bassas vocant, patientissimè auditus, non nisi superbum & insolens tulit responsum, & pro inducijs atq; amicitia omnem belli cladem iussus est Ferdinando denunciare, & quamprimùm Byzantio excedere.

Turca obsidet Viennã.

Lasch⁹ adit Solimannũ.

Per id tempus Ferdinandus Spiræ erat, hocque accepto nuncio, non immeritò perculsus est, quòd sciret Tyrannum à sententia haud facilè discef-

discessurum, & Carolus frater eius bellis Italicis distineretur. Itaque Solimãnus copias omnes ad signa vocari imperat: quibus coactis, Hadrianopoli profectus, Belgradum quintisdecimis castris peruenit: indè rectà Budam petijt. Ei obuiàm processit Vaiuoda, Hungarorum procerum septus comitatu, quibus & Laschus aderat. Acceptus est comiter à Solimanno, qui illi se recepit liberaliter concessurum, quęcunque eo bello vi & armis parâsset. Vbi Budam venit, propè vacuam inuenit, ciuibus metu in proximas vrbes dilapsis. Arx Germanico tenebatur præsidio, sed eam cuniculis euertere nitebatur: quę resterruit Germanos, vt etiàm inuito arcis custode, cum hoste saluis rebus paciscerentur. Assensit Solimannus: verùm iam abeuntes eum sarcinis suis, contra fidem datam sæuus tyrannus Ianizaris ad vnum trucidandos obiecit, arcis autem custodem humaniter dimisit. Capta Buda, Viennam iter habuit, dimissis quibusdam è suis, qui prædas agerent ex Christianis, qui omnis generis hominum ingenti intercepta multitudine, ad Lincium vsq; luctuosas fecêre excursiones, passim summa crudelitate flãmis omnia vastantes. Erant iam Viennæ equitũ & peditum plùs minùs viginti millia, & cum ijs aliquot p̃clari duces, inter quos præcipuam obtinebat authoritatem Philippus comes Palatinus. Vbi ad vrbem ventum est, Turcę amplissima suis castris occupauêre loca, quę vel solo adspectu essent horrori. Et sedulò illi cuniculis sibi in vrbem aditum facere instituerunt. Porrò aliquot iam locis patefactis, audacissimè identidèm in vrbem irruentes, tãta vi Germanorum repulsi sunt, vt in toto hoc bello è Turcis ad octoginta millia perijsse ferantur, tandemque cum dedecore & ignominia coactus sit Solimannus obsidionem soluere, & in Thraciam, re infecta, abire. Non dubium est, quin omnipotẽs Deus singulari benignitate eam victoriam contulerit Germanis, quorum certè vires tanto hosti longè alioqui impares erant. Sub Turcarum aduentũ iussi erant vrbe excedere fœminæ, pueri, sacerdotes, monachi, & oñis imbellis turba. At, quod summè dolendũ est, ij magna ex parte in immanes barbaros inciderunt, qui infantes secuërunt medios, fœminas & senes, quos in seruitutem nollent abducere, partim palis infixerunt, verubus transfoderunt, gladijs discinderunt. Feruntur in ea Turcicæ vastitatis procella supra 60000. Germanorum in seruitutem rapta. Porrò totus Viennẽsium ager, succisis vitibus & frugiferis arboribus, triste intuẽtibus spectaculum præbebat. Solimannus vbi Budam redijt, Iohannem Vaiuodam regẽ constituit, amicumq; & beneficiarium appellauit. Sed sic recuperâsse regnũ, miserum profectò est, & à Christiana pietate alienum. Quanquàm (ô cæca mortalium pectora) quid non faciunt plerique homines, vt vel ad breue tempus possint esse beati in hac vita, ijdem ipsi omnis laboris impatiẽtes, si quid agendum sit pro æterna vita?

Solimãnus venit Budã.

Barbaræ ferocitas.

excursiones Turcarum.

Turca turpiter abscedit

Crudelitas Turcarum.

Hocanno Carolus Cęsar ex Hispanijs venit in Italiam. Sunt qui scribant illi iter molienti, Hispanos proceres longè plures & pecunias & milites obtulisse, quòd illum impensè charum haberent, quàm quis aliũs minis extorquere potuisset. Viri enim mille quingenti sponte sua Maiestati

Hispanorũ erga Carolum V. beneuolentię.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius liberaliter obtulerũt, singuli millenos ducatos aureos in annos quatuor, absque vllo suo commodo vel lucro. Plerique Principes, equitum & peditum copias non spernendas pollicebantur, quas integro anno suis ipsorum sumptibus alerent.

Antè verò, quàm Cæsar ex Hispanijs solueret, Franciscus Gallorũ rex, amisso copiosissimo apud Neapolim exercitu, amisso Andrea Auria viro incomparabili, animum ad pacis consilia adiecit. Filij eius adhuc obsides hęrebant in Hispania: eorum liberandorum summo tenebatur desiderio. Itaque pax Cameraci confecta est, quò conuenerant præter cæteros Margarita Cæsaris amita, & Aloysia Francisci regis mater. Conditiones initæ pacis huc adscribere nihil attinet. rex quidem pro filijs numerauit Cęsari viciès centena millia aureorum. Hęc est fortasis illa ingens præda, quam se Cęsar amissurum cernebat, vt illi Sleidanus affingit, si Francisco regi in Hispanijs captiuo aliquid humani accidisset: atque propter eam Cæsarem ait magis ac magis in dies animum ad pacem adiecisse. Quod Cęsar clementissimus pro innata ipsi humanitate erga regem Franciscum, tunc ex animi dolore morbo correptũ, fecit, hoc Sleidanus videtur tribuere auaritiæ, scilicèt optimus & candidissimus historicus. Quid verò de eius historia princeps ille senserit, alibi dicetur. Vbi autẽ Cęsar in Italiam venit, magna omnium gratulatione exceptus est, suoque aduentu ruenti Italiæ pacem attulit, prętèrquàm Florentinis, qui immodicis animis pro libertate, vt aiebant, tuenda, & Pontificis & Cęsaris in se arma concitârunt.

Pax inter Carolũ V. et Franaiscum regem.

Annus hic Germaniæ fuit multas ob causas admodùm grauis & calamitosus. Irruebant sęuissimi Turcę, grassabantur hęresum & nouorũ dogmatum portenta, morbus Anglicus innumeros tollebat è medio, & insuper tanta erat annonæ caritas, quantam nemo mortalium meminisset. In inferiori aũt Germania Flandris, Hollandis, Zelandis repentina Oceani insanientis inundatio damna passim dedit longè grauissima, aliquot locis planè submersis.

Annus Germaniæ calamitosus.

Fuit hoc anno Suabachi conuentus eorũ, qui se Euangelicos dicebant: sed cùm inter se conuenire non possent de cœna Domini, (sic enim vocabant sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum) alius conuentus Smalcaldiæ indictus est: Ità hoc præclarum Euangelium in re prȩcipui momẽti, neque tunc neq; posteà vnquàm idem statuere potuit: eaque discordia magis ac magis semper aucta est, quemadmodùm illis euenire necesse est, qui à veritatis constantissima luce ad incertas, varias & lubricas humani ingenij opiniones sese transferunt. Et tamen non desunt qui scribant, amicè eos discessisse Marpurgo, quò eos Lantgrauius euocauerat, cùm tamen (vt suprà diximus) Luterus Zuinglianos fratrũ loco, licèt plurimùm hortante Lantgrauio, habere noluerit, hodieque nõ cessent scriptis atrocissimis sese inuicèm lacerare, & Marpurgi à Zuinglio 300. argumẽta Lutero fuisse obiecta, ipsi Zuingliani affirmârint.

Conuentus Suabachi.

Hoc etiàm anno Clemens Pontifex aduentanti è Genua Cæsari, & Placentiam contendenti, tres legatos obuiàm misit, qui à pontificiæ ditionis

ditiõis fines intrante solitum iusiurandum acciperent, nunquàm ipsum pontificis libertatem violaturum. Iurauit Cęsar verbis ritè conceptis, sed ità tamen, vt se de suo iure nihil discessurum testaretur: quod putant quidam ea ratione eum fecisse, quòd Placentiam & Parmã Mediolanensi imperio antiquitùs attributas repeteret, quandoquidem Mediolanense dominium, Imperatorum semper beneficiarium fuisset.

Iurat Cęsar.

Porrò Cęsar vbi Solimannum turpiter in fugam coniectum cõperit, ingenti perfusus lętitia, cùm iam circiter duos menses Placentię Parmęq; exegisset, rectà Bononiam contendit, quò iam paulò ante Calendas Nouembres Clemens Pontifex peruenerat. Ibi quid tum gestum sit, ex Paulo Iouio scriptore Italico, bona fide cõmemorabimus. Excipitur, inquit, Cæsar Bononiæ triumphali pompa, summis honoribus, incredibili omnium lętitia, ipse paludatus & militaribus armis, vna dempta galea, vndiquè protectus, albo insigni equo, regio sumptu phalerato, à Mutinen porta in forum prouehitur. Prȩcesserant quaterna vexilla cùm leuis tum grauis armaturæ Belgarum equitum, sagulis, cristis, & colorum varietate ità inter se distinctis turmis, vt quorum ducum essent, ab ipso insignium & vestitûs argumento facilè noscerentur. Successit indè peditatus totiès victor, non tam opimis hostium spolijs exornatus, quàm armorum fulgore ac adspectûs feritate terribilis, ad trucem tympanorum sonitum & graues tibiarum modulos gradu superbè composito sub signis introductus. Quadratam vmbellam auro purpuraque distinctam, gymnasiarchę & celeberrimi bonarum artium professores in togis sericis prȩferebant. Latus Cæsaris à decora Bononiensi iuuentute non custodiæ, sed honoris causa cingebatur. Prętor Vrbanus & decuriones cum vexillifero, & è Quadragintauirali magistratu primoribusque patritijs splendidissimè succedebant. Constitit in medio foro Antonius Læua æger pedibus, sed viuacibus oculis pugnacissimi ducis habitum præ se ferens, ac vt magis ob recẽtem bellicæ constantiæ & rerum gestarum gloriam omnium oculis offerretur, in sublimi sella gestatus, hinc veterana Germanorum legione, illinc Hispanorum cohortibus ità prædensa acie directis aut obuersis, & tormentis in fronte collocatis, vt exercitus concursurus esse videretur. Erant iuxta Cęsarem illustres reguli, auro in lacinijs vel solido bracteato, vel acu pingente inducto, vel ad luxuriem cõciso, itemque exquisitis armorum & equorum ornamẽtis maximè superbi. Secũdùm eos prȩlata est Romana Aquila, aureo in vexillo picta, ac item candidum aliud vexillum purpurea cruce distinctum, sub quibus totius aulę familia ex flore gentium omniũ delecta, & nobilissimi Hispaniæ sacrati religione equites Cęsaris vestigia sequebantur. Prętorianus miles custodiæ corporis assuetus, diuersis sub signis Hispanus, Belga, Germanus, in croceis sagis agmen extremum clausit, & quicquid in foro spatij reliquum fuerat, occupauit. Erat erectus in Petroniani templi vestibulo peramplus ligneus suggestus, peristromatis & aulęis ad loci dignitatem vndiquè protectus, in quo Cardinales & episcopi cæterique minores sacerdotes purpurati suo quisque ordine consederant.

Carolus V. venit Bononiam.

Põpa excepit Cæsarẽ.

Exercitus pedestris.

Vexillum Aquilę. Crucis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

federant. In medio autem prealta in sede mitratus Pontifex Cęsarem expectabat. Ille itaque nobilioribus tantùm regulis principumque legatis sibi adscitis, equo descendit: subeuntem per gradus Cardinales duo deduxêre. Tum verò vt prodijt, omnium oculi in duos longè maximos terrarũ orbis dominos sunt coniecti. Explorabat enim quisque valdè suspensus & tacitus, propter memoriam veteris dissensionis & recentis amicitię, an ora ipsa interiores sensus nunquàm ex toto fallentia, subitis illis affectionum & nutantis animę momentis obedirent. Erat vultus Cęsaris in gestu militari & graui, blanda quadam lenitate verecundiaq; perfusus. Cæsaris vultus.

Clementis. Clementis verò facies ità subitò ad eius occursum exhilarata est, vt vel ob id maximè lætari crederes, quòd illũ multo humaniorem & augustiorem, quàm putârat, esse conspiceret. Varia siquidem ab Hispanijs, & falsa quidem, de Cæsare plerique malignè retulerant, & multi etiàm vltrò trepidis animis, propter acceptas tot inusitatas clades, sibi illum fingebant vti alterum Ariouistum, aut Rotomalcem, aliquo scilicet vultu Cimbrico & feritate Gothica metuendum, ac ipsius deniq; militibus ferocia & spiritûs immanitate persimilem, qui deuictis & stratis tot hostium exercitibus, tot vrbibus direptis, euastatisq; prouincijs diuina ac humana omnia dira cõfusiõe miscuissent. Sed iam fuerat exceptus Genuę, Placentię cognitus, Parmæ demùm, Rhegij, & Mutinæ cum summa omnis generis hominũ gratulatione salutatus, vtpotè qui passim humanitatis, absti nentiæ, pietatis atque iustitię monumenta, absq; vllo vel superbiæ, vel crudelitatis, vel libidinis vestigio reliquisset. Enimuerò, quo nihil est in rege popularius & gratius, aditum cunctis atque aures summa benignitate & singulari patientia præbuerat, dederatq; obitèr responsa spei æquitatisq; plenissima, quæ propositis postulatorũ capitibus singulatim rectissimè responderẽt. Illam verò militum licentiam, diuturna impunitate confirmatam, ijs, qui vel ablata rapuerant, vel ante diem arrogãter stipendia flagitârant, supplicio protinùs affectis, ità represserat, vt illo quod teneret, longè maximo omnium imperio dignissimus haberetur. Sed nec eum, quanquàm ætate & fortuna florentem, vllæ vnquàm vel licitæ voluptates à ppetuis rerum maximarum consultationibus auocabant, ità vt in eo simul iuuentæ decor eximius ad Martiam laudem emineret, & consilia senili maturitate proprijs, non alienis, cogitationibus exquisita, elaborata, directaque manerent. Nunquàm enim præclarum, nobile & firmum eius ingenium vel irarum impetus perturbârat, vel cæca vindictæ libido pupugerat, vel vlla humana mollities, quin recta sentiret, expugnârat. Erat eius vultus, vt hoc quoquè curiosi minimè desiderent, & argenteo & grato quodam pallore dilucidus, oculi cærulei, suaues, nulla acri seueritate formidabiles, & ij quidem ad ingenuum pudorem virilemque modestiam instituti. Nasus à medio clementer assurgebat, quod magnitudinis animi signum in Persarum etiàm regibus ab antiquis fuit obseruatum. Mentum erat ad exiguam venustioris iniuriam paulò prominentius, & quod grauitatis speciem addebat, subcrispa & flauenti barba conuestitum.

Caroli V. affabilitas.

Eximia laus Caroli V.

Vultus Caroli V.

Oculi.

Nasus.

Mentum.

Capillum

Capillus. Capillum verò fulgore pallentis auri more Romanorum Cęsarum circuntonsum ostendebat.

Statura. Porrò statura corporis, vt in ipso ætatis integræ flore & prosperrima valetudine, non ab inerti succo, sed à valido neruorũ nexu longè firmissima, peramplę item robustęq; manus ad stringendum ferrum idoneæ: crura autem venustissimè extantibus toris trunci proportione directa, quod tum maximè apparebat, cùm equo veheretur.

Manus. Crura.

Equitandi peritia. Tanta enim ei inerat cum dignitate equitandi peritia, vt nullus eo armato atque equum incitante & in gyrum reflectente vel pulchrior, vel viuidior, vel in ferendo armorum pondere patientior eques reperiri posse videretur.

Alloquitur pontificem. Cęterùm ad Pontificis pedes flexo genu prouolutus, ac mox dextra læti arridentisque Pontificis erectus ad osculum, Hispanica oratione, Vẽni, inquit, sanctissime Pater ad pedes tuos, quod summo voto semper expetiui, vt fessis Christianæ Reipublicę rebus cõmuni consilio succurramus. Oro Deum Opt. Max. qui me huius voti compotem fecit, vt nostris consilijs adsit, atq; hic aduentus meus Christianis omnibus sit salutaris. Tum

Pontifex respondet. Pontifex, Certè hoc ipso congressu, inquit, sicut Deus immortalis & sancti cælites certissimi sunt testes, mihi nihil vnquàm fuit antiquius, & iam superis gratias ago, quòd te videam prosperè atque feliciter mari terraque perductum, resq; eò deductas intuear, vt te authore de concordia omniũ & solenni pace minimè desperemus. Obtulit subindè Cęsar auri signati circitèr libras decem, deductusq; est summa comitate à Pontifice ad templi limen: atque ità digressi, Cæsar ad aram maximam supplicaturus superis contendit, Pontifex verò in Prętorium, cum vniuerso sacerdotum ordine, continuò est reuersus. Nec multò pòst Cęsar & ipse Prętorium intrauit, cui paratæ erant summæ ędium partes, ità coniunctę Pontificijs, vt inter vtriusque cubilia solus interesset paries, aditum præbente portula, vt cùm vellent, ignaris omnibus remotisque arbitris, interdiù noctuq; de summis rerum negocijs familiarissimè disputarent. Eo modo sæpè arcana sensuum mutua & syncera animi liberalitate detegendo, ac odiorum origines ad fatalem vim & consiliariorum & ducum insaniam referendo, facilè Dijs benè iuuantibus viam inuenêre, qua pax egregiè componi, & tot malis & funestis incõmodis optatus finis imponi posse videretur. Deindè paucis interiectis de Veneti legati apud Pontificem & Cæsarem oratione, ipsiusque Pontificis pro Francisco Sforcia apud Cęsarem deprecatione, ità subiungit Iouius: Sed tanta erat altitudo iudicij Cęsaris, tanta moderatissimi eius animi religio, & tantum deniquè pacis & concordię studium, vt nihil regali fastigio dignius atque prestantius existimaret, quàm omnia consilio ad verum decus, ad solidam pietatem, & animi magnitudinem reuocare, vt arma in Turcas, adeò inter nos impiè fœdeque tractata, verterentur: quippe qui non adumbratam, sed veram & viuidam, non fortuuæ adminiculis quęsitam, sed à fonte ipso propriæ virtutis profluentem gloriam sectaretur. Itaque Solimanno Turcarum Imperatore iam à Viennæ Noricæ mœnibus cum strage ignominiaque depulso, atque eo Byzantium præcipiti fuga properante,

Colloquia secreta Clementis & Caroli V.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Francisco Sforciæ restituitur principatus Mediolanensis.

cùm nihil iam hostile indè ampliùs esset timendum, pacare cũcta constituit. Euocatur extemplò Bononiam Franciscus Sforcia, procũbit ad eius pedes, redditoque diplomate, quo illum data fide vbiquè terrarum Cæsar saluum & tutum esse iubebat, salutem, imperium & spes denique omnes vni Cæsaris probitati fideique committit: quoniam innocentia fretus, omnia se ex illius æquitate humanitateque sperare prædicabat. Tum verò stupẽtibus cunctis videre licuit, quantò Cęsar esset omni sua fortuna maior & excelsior. Certârat pro Imperio Mediolanensi destertus à socijs, ab omnibus oppugnatus, in qua contentione omnes omnium vires ingentibus partis victorijs pręclarè contuderat, & cùm aliquandò nutante partium fortuna, in dubia spe victoriæ versaretur, honestas pacis cõditiones semper elato constantique iudicio repudiârat, nè quod virtute atque vna animi magnitudine erat facturus, velutì ignobili metu subactꝰ & pręsenti impulsus necessitate fecisse videretur. Habet enim hoc in se regius eius animus, velut excellẽti & perfecta virtute præditus, vt nunquàm vel acriter vrgente fortuna abiectè se demittat, vel ea penitùs arridente intemperanter extollat. Ergò vbiquè victor & triumphator supplicem in gratiam recipit, Mediolanensium Ducẽ appellat, & tabulis Augustalibus ritè confectis, totum ei paternum regnum adiudicat, neque amplioris pecuniæ tributum imponit, quàm ab initio & ante dissensionem imponendum esse censuisset. Nec multò pòst Calendis Ianuarijs, solenni adiecta precatione, sacra peraguntur, ab incredibili hominum frequentia exoptatum afflictis Italiæ populis, insperatæ pacis nomen accipitur. Præsentes Clemens Pontifex & Carolus Cæsar, orantis Romuli Amasæi viri eloquentissimi voce, Christiani nominis conseruatores, ac optimi maximi Italiæ parentes appellantur. Obortas præ gaudio lachrymas vix continent viri togati, optimi ciues, sanctissimi sacerdotes, legati regum omnium, Gallię scilicet, Britanniæ, Lusitaniæ, Scotiæ, Pannoniæ, Sarmatię, Daciæ, Veneti Senatûs, ac item Allobrogis, Ferrarien sis, Mantuani, Vrbinatisq; regulorum, ac liberarum etiàm ciuitatum, Genuensium, Senensium & Lucẽsium, cunctique demùm proceres & principes, ipseque ante alios Franciscus Sforcia, honoris causa sessum inter postremos Cardinales receptus. Ea enim dies tranquillitati initium & ærumnis finem allatura videbatur. Eximium Caroli V. prœconium.

Nascitur Cæsari filius Ferdinandus.

Intereà Cæsaris vxor Isabela puerũ peperit, cui propter aui materni memoriam, Ferdinandi nomen impositum est.

Hæc quidem Iouius, quæ vtì & alia pleraque libenter adscripsimus, ob memoriam sempiternam optimi & potẽtissimi Cæsaris Caroli V. qui de Ecclesia Catholica optimè meritus est, licèt ille ab ingratis non eam semper retulerit gratiam, quam æquũ fuisset. Longè verò maiora ille proculdubiò præstitisset, præsertim erga immanes Turcas, Christiani nominis atrocissimos hostes, & pseudochristianos hæreticos, nisì eius studia & consilia cum summo Christianę Reipub. detrimento alij repressissent.

Porrò verò cùm hunc in modum per Italiam singulari quodam Numinis fauore compositę res essent, licèt Florentini plùs ęquo etiamnùm insole-

scerent, in Germania indiès res in deterius abijt. Iam enim qũi se Euangelicos Protestantes vocabant, rursùs alium conuẽtum indixerant Smalcaldiam, eoq; cùm ventum esset, tametsi omnes cuperent vires suas icto fœdere coniungere, & se aduersùs Pontificiorum, id est, Catholicorum potentiam communire, nihil tamen confici potuit, quòd & Lutera- Conuentus Protestantium Smalcaldiæ.
ni nollent eos recipere, qui dogmata Luteri omnia complecti non vellent, & Zuingliani vt id facerent, adduci nulla ratione possent. Putabant enim pro sua parte potiùs stare verbum DEI & puram Euangelij doctrinam, quàm pro Luteranis. Lantgrauius verò medium se inter vtrosq; gerens, volebat eos redigere in concordiam, sed eius conatus omnes irriti fuêre. Cùm enim iam vtraque pars ab Catholica Christi Ecclesia se separâsset, non poterant habere spiritum illum concordiæ & pacis, qui non est extra Ecclesiam Dei toto orbe diffusam. Interìm Zuingliani nolebant à sua discedere sententia, nec minùs ipsi reijciebant Luteri iudicium & authoritatem, quæ erat maxima apud Luteranos, quàm Luterus Romani pontificis. Quid ergò mirum, si Luterꝰ ab Ecclesia Romana sub verbi Dei & Euangelij prætextu procaciter discessit, quandò ab ipso Lutero, quem iam plerique ceu deum suspiciebant, sub eodem prętextu intra paucissimos annos ipsius discipuli pertinacissimè desciuerunt? Non enim minùs nititur verbo Dei, licèt perperàm intellecto, Zuinglius cum sua cohorte, quàm Luterus cum suis. Et tamẽ necessè est vel Luterum errare, vel Zuinglium. Non ergò satis est scripturas allegare, quibus plerique omnes hæretici sua semper, quantumuis absurda, paradoxa firmare conati sunt, sed oportet legitimam scripturarum vim & intelligẽtiam adhibere, quæ non est apud hęreticos, sed in sola Ecclesia Catholica, cuius & doctor & rector est Spiritus sanctus: id quod non sinè causa identidèm inculcamus. Sleidanus hoc anno mentionem facit libelli ab Erasmo Roterodamo editi contra quosdam, qui sese falsò iactant Euangelicos. Mordet ea res Sleidanum, & vult ipse quidem morsum intentare Erasmo, sed tamen continet se, non sinè causa. Ait verò Erasmum, Basilea relicta propter mutatam religionem, & vitandæ suspicionis causa, Friburgum sese recepisse, porrò in libello iam dicto totum ordinem, putà Euangelicorum, perstrinxisse. Habet enim in eo libello Erasmꝰ inter alia multa, vt refert Sleidanus, nullum se nouisse ex illis, nempe euangelicis, qui non seipso videatur esse factus deterior. Tantillum ex eo toto libello Sleidanus commemorâsse sat habuit, cùm ibì multo plura scribat Erasmus contra nouatores istos. Sed bellissimus historicus, qui tam multa Luteri aliorumque, quę catholicam Ecclesiam lædere possint, tam liberaliter & ꝓfusè lectori obtrudit, de Erasmi libello vix tria verba suę ꝓclaræ historię inferere voluit, videlicet sentiens se suosq; premi authoritate Erasmi, quæ tum multa fuit apud multos. Et nihil quidem veriùs dixit Erasmus, quàm ex istis nouatoribus nullum meliorem, omnes deteriores esse factos. Quòd si Erasmus in catholicos ità scripsisset, integra folia Sleidanus ex eius libro suis commentarijs intexuisset.

Luterus deseritur à suis.

ANNO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argentinēſ. fœdus cum Heluetijs.

ANno 1530. Argentinenſes Zuingliano dogmate imburi, cùm nolent Luteri de Cœna Domini ſententiam amplecti, & propterea in fœdus à Luteranis recepti nō eſſent, vt ſuis rebus conſulerent, cum Tigurinis, Bernatibus & Baſileenſibus Sacramentarijs fœdus pepigēre. Vbi hoc percepit Senatus Imperij, cui tum prę erat Fredericus Palatinus, conat⁹ eſt eos indè reuocare, preſertim quòd Cæſari & imperio deuincti, ſinè illorum conſenſu non debuerint cum alijs fœdus percutere: ſed parùm efficere potuit.

Catechiſmus Luteri.

Hoc anno Luterus motus diſcordia concionatorum ſectæ ſuæ, edidit Catechiſmum, in quo Decalogum, Precationem Dominicā, & Symbolum Apoſtolicum in pleriſque longè aliter expoſuit, quàm fecerat ante annos decem. Docet ibi vſum Baptiſmi & Euchariſtiæ, prę ter quę nulla alia vult eſſe Sacramēta, cùm in catholica Eccleſia ſeptē habeantur, quæ pleraque omnia etiàm à Dionyſio Areopagita Pauli Apoſtoli diſcipulo numerantur. Indè verò innumeri à ſectarijs editi ſunt Catechiſmi, ſed è quibus vix duos inuenias, qui inter ſe per omnia concordent. Fuit hoc ſcriptionis genus iuuentuti longè perniciosiſſimum, cui ſua venena homines verſuti inſtillārunt, mira plerunquè vſi blandiloquentia & verborum lenocinijs. Porrò apud vulgus ea re effectum eſt, vt cerdones & laniones & edentulæ anus deliriq́ue ſenes tanquàm quodam numine afflati, de rebus theologicis etiàm in tabernis aut apud focum mira garrulitate deblaterent, putentq́ue ſe plus aliquid in ſcripturis interpretandis valere, quàm vel præcipuos Catholicæ Eccleſiæ Theologos. Itaque non rarum eſt apud Euangelicos, vt homines ex infima plebe, plerunquè etiàm homicidæ, lictores, carnifices, concionandi & ſacramenta miniſtrandi munere fungantur, & tanta ſit apud pleroſque omnes confuſio, vt nemo id ſatis explicare queat. Scripſit enim Luterus omnes homines eſſe ſacerdotes, vt ſacerdotium cogeret in ordinem, & populi ſtudium ac fauorem ſibi eiuſmodi docendi genere arctiſſimè conciliaret. Et effecit ille quidem apud vulgus miſerabile, vt ſacerdotio catholico ritu initiati, & monachi omnes in ſummum contemptum venerint, & in hoc ſanè gloriari videtur in fœdiſſima illa Epiſtola, qua Cardinalem & Archiepiſcopum Moguntinum Albertum, electoris Brandeburgici fratrem, auſus fuit hortari ad ineundum matrimonium. In ea enim hæc quoquè eius verba legūntur: Vulgus nunc didicit & intelligit Eccleſiaſticum ſtatum nihil eſſe, id quod ſatis ſuperq́ue declarant tam variæ cantilenæ, dicteriaq́ue & lœdoriæ, cùm in omnibus parietibus, in omnigenis ſchedulis, deniquè in chartis luſorijs ſacerdotes & monachi pingantur, & pro ludibrio & portento habeatur, ſi quem vel videre vel audire contingat è clero. Verùm Luterus horum cauſa eſt, & ipſe docuit miſeram multitudinem cōtemnere ſacerdotium & clerum. Satius autē fuerat dicere imperitis, quàm grauiter olim Deus etiàm in veteri lege puniuerit eos, qui ſibi volebant arrogare ſacerdotij functiones, & vt Chriſtus dixerit apoſtolis ſuis, eorumq́ue ſucceſſoribus: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Deniquè etiàm

Catechiſmi innumeri Sectariorū.

Miniſtri Euangelici quales.

Luc. 10.

etiàm in noua lege Chriſtum inſtituiſſe apoſtolos & 72. diſcipulos, & ab apoſtolis rurſùs alios eſſe ordinatos epiſcopos & presbyteros, & diaconos. Sed Luter⁹ volebat loqui placētia, & hoc pacto innumeros perdidit.

Coronatio Caroli V. Bononiæ.

Huius anni menſe Februario ipſis ferijs D. Matthiæ, quo die natus erat Cæſar, & Galliæ rex captus, Bononiæ à Clemente Pontifice coronatus eſt, cuius rei hiſtoriam omnem viſum eſt hoc loco ex Paulo Iouio Epiſcopo Nucerienſi adſcribere, qui p̄ſens interfuiſſe videtur. Cæſar, inquit, multis de cauſis Bononię coronari ſtatuerat, quanquàm id anteà Romæ faciendum eſſe decreuiſſet, vbi ſuperiores Cęſares, tanquàm in ſanctiſſima ſacrorum ſede & felici nationum omnium domicilio, vrbeq́; ipſa veteris imperij honore, antiquorum triumphis, & ſtupendis ſupremæ fortunę monumentis longè clariſſima, coronas legitimo iure ſuſcepiſſent. Sed euaſtatę Vrbis & nondùm nouis commodis ſubleuatæ calamitoſa tenuitas, & opulentę ſupellectilis ornamētorumq́; penuria Cęſarem auertebant, quanuis Romani eius ſpe aduentūs ab omni triſtitia & ſordibus ad lætitiam veteremq́ue ſplendorem reuocati viderentur. Itaque euocatis omnibus regulis, deligitur Iouis dies 6. Calendas Martias, Matthiæ Apoſtolo dicatus, qui erat natalis Cęſaris, ſemper ei fauſtus, & Ticinēſi etiàm victoria lętiſſimus. A medijs Prætorij feneſtris, patefacto aditu, pons ligneus penſilis, ſublicis impoſitus, incuruo tractu per forum & Petronianum templum ad aram vſque maximam protrahitur, & feſta fronde pictisq́ue tapetibus exornatur, vt ſinè tumultu confundentis & prementis turbę Pontifex & Cæſar in pompa prę teruecti ſpectarentur. Erat de more veterum Cęſarum, vt Modoëtiæ propè Mediolanum coronam ferream ſuſciperent, quę indicaret Romano imperio firmitatem ferro & militaribus copijs comparari. Tres enim coronæ Cęſaribus debentur. Prima eſt argentea, Germanici ſcilicet regni, quam ſuffragio procerum Aquiſgrani decennio antè ſuſceperat. Secunda ferrea regni Longobardici. Tertia verò aurea Romani Imperij. Prę ſtò igitur adfuēre Modoëtienſium legati, qui ad retinē dam veteris prærogatiuæ dignitatem vetuſtiſſimi operis coronam & annalium codices antiquitate pernobiles detulēre. Ea erat ſinè florentibus pinnis in ſimplicem & latum orbem circūducta, ferro introrsùs tempora prę cingente, ſed exteriùs auro & gemmis exornata. Biduo itaque antè, quàm tertiam coronam acciperet, in ſacello domeſtico, adſtante Pontifice, ſacris peractis, Cęſar vngitur, ferreaq́ue corona & cęteris regijs inſignibus decoratur, ijſdem ferè cęremonijs quas paulò infrà memorabimus. Prętulēre ante Cęſarem ſummi honoris cauſa, Aluarus Oſorius Marchio Aſtoricenſis aureum ſceptrum, Didacus Pacecus dux Aſcalonius enſem gēmata vagina cōditum, Alexander Medices Dux Pinnenſis, Cęſaris gener, orbem aureū cum prę fixa cruce gēmis diſtinctum, Bonifacius aūt Marchio Montisferrati Modoëtieñ coronā. His rebus ritè cōfectis, aduenit demùm dies, maioris coronę aureę pompę deſtinatus, & is quidem, cùm noctù pluiſſet, Superis mirè fauentibus, incredibili ſerenitate perſpicuus. Ante alia Pōtifex, vniuerſo Cardinaliū & Epiſcoporum ordine

Pons ligneus penſilis.

Corōa ferrea Modoëtiæ.

Tres Cæſarū coronæ.

Sceptrum.
Enſis.
Orbis aureus.
Corona.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordine in mitris & pluuialibus ſacris pallijs, cæteris verò ſacerdotibus in coccinea veſte per pontem ſolenni pompa traductis, in prælta ſede geſtatur,& comitantibus prętorianis ſub vmbella templum ingreditur. Iam in forum Antoni⁹ Lęua pedeſtres copias adduxerat,& obuerſis in omnes aditus maioribus tormentis, & ſignis in medio conſtitutis, cuncta loca perpetua militum ſtatione firmauerat. Interìm è lacubus,qui in ſummo prętorianæ porticûs fornice fuerant fabrefacti,per ſiphones rubra & alba vina fundebantur,panes ab alto in ſubiectos milites ſpargebantur,torrębaturque in machina verſatili bos integer ingens, hœdis, veruecibus, ac oñi ferè volucrum genere farctiſſimus, vt in tanta feſta hilaritate milites ſub armis in acie ſtantes, ad manum paratis obſonijs cum iucunditate veſcerentur. Nunquàm ab vlla memoria vel ad celeberrimi triumphi,vel ad inauditi ſpectaculi famam maior atque nobilior mortalium inſignium numerus in vnam vrbem confluxit. Erant adeò plena loca omnia, quæ foro imminebant, vt multi in alto ſuſpenſis & pendentibus ſpeculis,alij in ædium proiecturis & periculoſiſſimis locis cum aliorum admiratione proſpicerent. Iam Pontifex ſacratas tunicas & chlamydes induerat,& ſacra ſolennia excultis altaribus parabantur, cùm Cæſar ſub vmbella ornatiſſimo procerum comitatu ad templi veſtibulum peruenit, ità vt vix eo paucis paſſibus præteructo, tabulata pontis, prægrauante prætorianorũ turba,frangerentur:ibique plerique militibus immixti,fœdo caſu procidentes, ſeſe pilis atque ſecuribus induerunt,inter quos fuit Albertus Pighius Belga Theologus Luteromaſtix:minima tamẽ pro tumultu clades incidit. Sed facile fuit æſtimare ex atrocitate periculi,quis in Germano milite ſupra ferociam militarem natura implacabili, animorum habitus eſſet futurus,ſi ad certam oñium perniciem Cæſar ipſe, ſe paululùm vertente fortuna,cecidiſſet. Sed intrepidè reſpectans Cæſar,leniter arriſit,ità vt fortunam ſuam certiùs agnoſcere videretur, quæ cœptis & votis oñibus benigniſſimè ſemper adſpirâſſet. Erant omnia ad imaginem Vaticani templi conſtituta,& nouæ ſacellis appellationes impoſitæ,vt ea ſigillatìm ad veterem conſuetudinem ex Pontificijs libris reſponderẽt. Adfuêre igitur Romani ſacerdotes, quib⁹ ſacra Vaticani templi ſunt commendata. Ij ad aram Cæſarem ſuſceperunt,linteaque ſacerdotali tunica ſuperiecta,in collegium eius ſacerdotij cooptârunt. Eum Saluiatus Cardinalis in verba ex libris Pontificijs concepto ſacramento adegit, ità vt in ſumma libens iuraret,ſe Pontificiæ dignitatis perpetuò futurum eſſe defenſorem. Ab hac ara duarum turrium nuncupata,duo Diaconi Cardinales, Saluiatus ſcilicet ipſe & Radulphus, ambo ex patruelibus Pontificijs nepotes,ad templi limen deducunt. Flexo genu ſupplicantem,Picolomineus Presbyter Cardinalis,certis precationibus expiatum,in ſacellum S.Georgij pducit. Ibì lintea tunica deponitur,ſandalia margaritis & gemmis picta ſtatìm induuntur, & Dalmatica veſte in morem Diaconi priùs aſſumpta, paludamento demùm conùeſtitur. In eo habitu præcedenti Puccius Cardinalis ad porphyreticam rotam, quæ eſt ad Vaticani templi medium,

Milites Cæſariani.

Vina fundunt ſiphones.

Bos integer toſtus.

Frequentia nobilium.

Cooptatur Cæſar in collegium Vaticanum.

Præſtat iuramentum.

Induitur Dalmatica veſte.

medium,mitratus occurrit. Ingeniculatus Cęſar,ad aram maximã obuertitur,ſolenniq́ue altera precatione,vt eius imperium ſtabile, perpetuum, victoriarum,pietatis & laudis plenum faxit,Deo maximo,in cuius manu ſunt regna,commendatur. Sunt enim multa antiquitùs à pijs præſtantibusq́ue ingenijs cum ſumma verborum elegantia & Chriſtiana grauitate cõpoſita,quæ ex ſacrato libro ad ſtatas rerum & locorum cęremonias ab alijs atque alijs ſacerdotibus in frontem Cæſaris perleguntur. Quę omnia in illis Pontificum iam editis libris quiſque curioſus facilè poterit inuenire. Aſſcenditur demùm versùs aram maximam,vbi Innocentio Cibo Cardinale Litanias præcunte,alternis precibus piè pronunciatis, diui diuęque omnes propicientur. In lectiſternio ſupplicanti Cæſari Campegius Cardinalis adſtitit,& de ſcripto oratiunculam, vt auſpicatò coronaretur,religiosè recitauit. Indè mox Cæſar à Farneſio (quoniã is erat Senatûs princeps & Cardinalium vetuſtiſſimus) intra ſancti Mauricij ſacellũ eſt deductus:vbì diffibulata Dalmatica,humeros & brachium dextrum ſacro oleo,adiectis puris & pijs orationibus,inungitur. His rebus ritè confectis,ſolennia ſacra erudito phonaſcorum concentu, alternantibus choris,operante Pontifice,ipſo Cęſare in ſacra veſte miniſtrãte, protinùs inchoantur:quæ miro ordine cæremoniarum, ſumma grauitate ſacerdotũ, inſigni omnium religione adeò in ſerum diem ſunt protracta, vt vel piè curioſos fatigare potuerint,ſi is lõgè omnium clariſſimorum Principum admirabilis conſeſſus, ſpectantium oculos vlla in parte ſatiare potuiſſet. Cęterùm ſumma ſacrorũ fuit,vt Cæſari de manu Pontificis Romani Imperij inſignia traderentur. Itaq; ſolenni precatione ſemper adhibita, Pontifex ei ſupplici ſceptrum aureum dedit,florenti cacumine conſpicuum, quô piè gentibus imperaret:itemque nudatum enſem,quo Chriſtiani nominis hoſtes perſequeretur: ac pomum aureũ, quẽ vtì terrarũ Orbem inſigni pietate,conſtantia,virtuteque regeret:& poſtremò tiaram illam potiùs quàm coronam bicipiti faſtigio multisq; Adamãtibus inſignem, capiti impoſuit. Ille piè inflexo genu, pronus exoſculato pede Pontificem adorauit. Tum demùm Cęſar in illa tot gemmis ac vnionibus exornata triumphali trabea,ad læuam nõ procùl à Pontifice, in ſede auro protecta, ſed paulò humiliore,ſeſſum eſt perductus,& Romanus Imperator appellatus. Quod vbì in foro militibus eſt renunciatum, Antonius Læua ad declarandam lętitiam maiora minoraque tormenta diſplodi iuſſit,ità vt terribili ſonitu cęlum crepitare,terra quati,& tecta nutare viderentur. Nec multò pòſt Pontifex ſacratiſſimę Euchariſtiæ hoſtiam humilimo quodã oris geſtu,puriſſimoque animi habitu deſumpſit,atque eam obitèr Cęſari,omni labe criminum expiato,religioſè communicauit. Peractis ſacris, tẽplo exceſſum:ad præparatos equos Sacerdotes,Legati,Proceres diſcurrunt:omnis repentè multitudo in equis cõſpicitur: acclamationes, tubarum cantus,tympanorũ ſtrepitus audiuntur. Conſcendenti equum pontifici Cæſar ad læuam pedes adſtitit, vtì benignè auratam ſtaffam ſacrato pedi protinùs inducturus. Sed pium Cęſaris obſequium Pontificis humanitas

Humeri & brachiũ dextrum vnguntur.

patur ei ſceptrũ aureũ.

Enſis nudatus.

Pomum aureum.

Corona aurea inſignis.

Trabea triumphalis.

Salutatur Romanus Imperator.

Diſplodunt bombardæ.

n

Universidad de Deusto
Biblioteca

manitas religioſaque modeſtia ſuperauit. ergò iunctim equo vterq; albo, ſed Pontifex Thraicio, Cæſar Hiſpanico conſidentes, vmbellam ſubeũt, ſummæ dignitatis hominibus ad eam geſtandam honori ſimul & labori ſuccedentibus. Præcedebat miro pompæ ordine tum Cardinalium, tum procerum vtriuſque aulæ Familia: in tergo ſigna erant viatorum, qui curſores appellantur: Adhæc ſubſecuti ſunt ſeptem viri inſignes, armis, trabeis, militaribus equis & pedeſtri comitatu valdè conſpicui, qui totidem ingẽtia vexilla deferebant. Traducti prętereà aliquot albi aſturcones ſinè ſeſſoribus auratis ephippijs inſtrati. Prætulêre etiàm adoleſcentes eximię nobilitatis in ſcipionibus præfixos galeros Põtificis purpureos quatuor. Nec multùm indè ſuccedebat Euchariſtia, ſub aurea vmbella loculo cryſtallino incluſa, & ſellæ generoſi & tamẽ pacati equi ſuperimpoſita: laterna ingens antè, & circùm dena funalia ferebantur. Tum demùm promiſcuè gentium omnium honeſtiſſimi quique ſucceſſêre, vt decuit in tanta hilaritate, regio ſumptu, ſuprà quàm credibile videatur, exornati. Nemo eñ ex tota Italia paulò vir illuſtris nõ venerat, nisi vehementi valetudine ꝓpeditus. Hiſpani, Itali, Belgæ, prout libido genijq; tulerũt, auro textili & ſerico omnis coloris elegãter variegato, itemq; Phrygijs operibus & acupictis ſagulis ſpectantium oculos perſtringebant. Germani in veſte obſcuriore, ſumptuoſa tameñ, torquibus aureis relucebant. Viſebantur paſſim equi ex omni regionum ſobole maximè generoſi, & inſano ſumptu toto terrarum orbe conquiſiti. Aderant permulti illuſtres, nobiles, opulenti, clarorum principum progenie editi, quos dinumerare vix queas.

Indè ſequutę ſunt variæ legationes, & mox ipſi purpurati Cardinales. Indè non procùl ſucceſſit vmbella, ſub qua duo longè auguſtiſſimi terrarum Domini in mitris illis ſtupenda & inæſtimabili gemmarum & vnionum varietate precioſis, ità tolutim & temperato paſſu incedentibus equis, vt ij certa ingenij grauitate, quales ſeſſores veherent, ſentire viderentur. Antecedebant vmbellam, ipſe Montisferrati Marchio, ſolenni in chlamyde & corona gemmis ornata, qui Cęſaris ſceptrum deferebat: Franciſcus indè Maria, Feltrius dux Vrbini, Venetorum Imperator, & quoniam erat præfectus Vrbis, in veſte purpurea Dalmatica, cum inuſitato in metę formam capitis tegumento, aurea cruce diſtincto, & tenijs vtrinquè pendentibus, nudatum enſem prętendebat. Philippus verò Palatinus, quem decora proceritas & obſidio Viennæ aduerſùs Turcas fortiſſimè tolerata, clariſſimum reddebant, aureum Orbem detulit in talari toga purpurea, adſtricta manicis, & plano pileo candidis pellibus redimito. Poſtremus erat Carolus Sabaudius Allobrogum Dux, pileolum ferens vnionibus, ſmaragdis & carbunculis collucentem, qui, cùm oporteret, nobilioris officij cauſa demptam capiti Cæſaris coronam prętentis manibus deferret. Inter hos ſummi Ordinis Principes & vmbellam ipſam, Cæſaris quæſtor obequitabat, qui per ſingulas regiones certis paſſuum interuallis ad dimouendam turbam excitandamq; lætitiam, effuſè in populum argenteam atque auream ſtipem ſigna-

Pontifex & Cęſar ſimul equitant.

Septem vexilla.

Euchariſtia ſub vmbella

Pontifex & Cęſar ſub vmbella.

Spargitur in populum moneta aurea & argẽtea.

ſignatam imagine coronati Cæſaris diſpergebat. Secundùm vmbellã binis cubicularijs & medicis locus fuit. Tum verò Antiſtites opibus & authoritate præſtantes, qui vel legati regum erant, vel Cæſaris cõſiliarij, vel ij, quos ab inſigni gratia Pontificis aſſiſtentes vocãt, & cęteri demùm Epiſcopi in violaceis pallis, & poſt hos minores ſacrati viri ſucceſſerunt. Nouiſſimum agmen clauſêre cataphracti equites Belgæ, per alas turmasque diſtincti, eo ordine indutis galeis & prętentis haſtis ſubſequentes, vt nõ modò tantæ pompæ præſidio, ſed ornamento eſſe viderentur. A templo, vt diximus, profecti, modico adlęuam flexu ad vrbis vmbilicũ, vbi eſt turris Aſinellorum, altitudine Italicarum nulli ſecunda: Indè per regionem albis & cyaneis pannis coopertam, quæ ad Flamineæ viæ portam perducit, inter acclamationes lõgo tractu proceſſum eſt, porticibus hinc & indè ſpectantium fœminarum multitudine refertis, ſic vt pompa omnis ſinè tumultu omnium oculis ad incredibilem voluptatem oſtentata, quietiſſimè ſpectaretur. Tum demùm ad regionis biuiũ, quod dicitur, Ad clauaturas, Cęſar à Pontifice digreſſus, ad diui Dominici templũ contendit. Ibi venientem Romani Lateraneñ. tẽpli ſacerdotes cum ſumma veneratione ſuſcepunt, & vti Vaticani dudùm fecerant, in collegiũ cooptârunt. Indè Cæſar ad aram D. Ioannis ſupplicauit, & multos omnis generis oblatos nobiles equeſtri dignitate, gladio leuiter percuſſis humeris, ornauit. Nec multò pòſt alio itinere, quàm iſſet Pontifex, ad prætorium eſt reuerſus. Erat maximo triclinio, ad epulum præbendum auleis vndiquè ſtrato, cõiunctum cubiculum Hippolyti Medicis Cardinalis. In id familiariter Cęſar coronatus, excluſo fermè omni famulatu, ſe recepit, trabeam depoſuit, exuit ſandalia, & auream talarem togam ſumpſit, atque hilaris aliquãdiù ab illo tanto prętextæ chlamydis & prægrauis tiaræ pondere cõquieuit. Intereà pręcinentibus tibijs & tubis, epulæ miro ordine miniſtrorũq; ſilentio introferri ſunt cœptæ. Itaque adfuête Cæſari præſtò quatuor illi principes, in ſua quiſque ſolenni chlamyde, vt inſignia præferrent, atque item alij illuſtres reguli, vt eum ad menſam deducerent. Cœnauit ſolus Cæſar, ſingulis Imperij inſignibus in menſa collocatis, quæ erat aliquot gradibus excelſa. At in alia infra gradus, in cõſpectu tamen Cęſaris, diſcubuêre Sabaudius, Palatinus, Vrbinâs & Montisferrati reguli. In exteriore verò triclinio epulum cæteris proceribus prębitum. Remotis menſis, iterùm Cęſar gladium cepit, & pleroſque nobiles equeſtri dignitate decorauit. Hęc ex Paulo Iouio aliquãto fuſiùs, omiſſis tamen hinc indè nõnullis breuitatis ſtudio, quæ non magnoperè huc pertinere videbantur.

Belgę equites cataphracti.

Cooptatur Cęſar in collegium Lateranenſ.

Creat equites auratos.

Cœnat ſolus Cęſar.

Creat iterũ equites.

Intereà cùm eſſet in Italia Cęſar, cõuentum Principum & Ordinum omnium Imperij indixit apud Auguſtam Vindelicorum in diem 8. Aprilis. Duæ omninò res, vt id faceret, vel maximè hortari videbantur: Diſſidium religionis longè perniciоſiſſimum, quod niſi breuì componeretur, exitium Germaniæ minari certum erat. Deindè bellum Turcicũ, cui ſuſtinendo certę ratiões & vię & opportuna remedia atq; cõſilia paranda erant. Vſus eſt in ijs indicendis comitijs ſingulari quadã comitate & manſuetudi-

Indicit Comitia.

Cęſaris clementia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suetudine, ità vt propoſita fide publica, nulli nõ liberum faceret ad ea comitia ſecurè accedendi, & ſuæ fidei formulã exponendi. Ità enim iam erãt exulceratę German orum res, vt auſteritate parùm profici poſſet, maximè quòd Turcarum immenſæ vires & inexpiabile in Chriſtianos odium, facilè Imperatorem abſterrerent, nè quid ageret duriùs aduersùs quoſdam refractarios, quos alioquì facilè domare potuiſſet, ſi à Turcis & quibuſdam alijs ſecuro ipſi eſſe licuiſſet. Fuit autem is cõuentus longè celeberrimus, & Cæſaris aduentus atq; apud omnes peruulgata clementia, facilè quoſlibet, eò vt accederent, inuitabat. In eo conuentu obtulerunt Luterani cõfeſſionem ſuam Cęſari, cuius architectus fuit Philippus Melanchthon p̃cipuus Luteri diſcipulus, & quidem excellenti doctrina, ſed adeò varius & incõſtans, (id quod neceſsè eſt illis euenire, qui à veritate deflexerunt) vt ipſam quoquè confeſſionem Auguſtanam crebrò poſtmodùm mutauerit: quod vtiquè abſterrere debuit omnes cordatos homines, nè tam incertę & ad humani ingenij mutabilitatem ſubindè in alias formas trãsformatæ doctrinæ, ſeſe accommodarent ac traderent. Nam de ipſis quoquè ſacramentis, per quæ in nos diuina gratia ceu per canales quoſdam deriuatur, tam eſt ille Melanchthon in ſua confeſſione lubricus & ambiguus, vt primò quidem velit eſſe duo tantùm, deindè in alia editiõe tria ponat, porrò in extrema quatuor numeret. Eſt autem notatu dignum, quòd de hac prędara Confeſſione ſcribunt quidã, eam tanto in precio fuiſſe apud quoſdam non infimos Luteranos, vt dixerint ſe mâlle de Pauli Apoſtoli, quàm vel Luteri, vel Confeſſionis Auguſtanæ, doctrina dubitare. O iuſta Dei iudicia: qui decreta Conciliorum & Pontificum ducunt pro nihilo, eò amentiæ deuoluuntur, vt plus apud eos valeat Luteri & Melanchthonis, quàm Pauli, id eſt, Chriſti in Paulo loquentis, authoritas. Habent aũt Vuittenbergæ in Academia ſanctiones quaſdam, quibus grauiter inprimìs cauetur, nè qua dogmata aut ſpargantur, aut propugnentur, quæ cum hac Confeſſione pugnent. Deniquè in eius iurare verba oportuit eccleſiarum Luteranarum miniſtros & profeſſores. Et hęc quidem de illa Confeſſione ſcribunt fratres quidam euangelici, qui tamen etiàm hoc habent, eam poſteà ſępè repetitam, auctam & emendatam fuiſſe. Si ergò emẽdata fuit, ſubindè in pugnantia dogmata iurare oportuit. Et certè, vt dixi, non ſemèl mutata eſt ab vno eodemque Melanchthone. Non ergò à Chriſti ſpiritu, ſed à cerebro parùm ſano profecta fuit, nec aliud quàm humanæ doctrinæ fermentum eſſe cenſenda eſt.

Comitia Auguſtana celeberrima.

Melãchthon protcus

Sacramẽtorum numerus varius in confeſſ. Auguſtana.

Et tamen ad hanc confeſſionem permultę ſectę ſeſe referunt, atq; etiàm Caluiniani: quibus vt id poſſent, occaſionẽ dedit Melanchthon, dum illam Confeſſionem ſubindè recoquit, adeò vt Luterani quoquè nõnulli Melanchthonem grauiſſimè iucuſent, nec pati velint, vt Caluiniani, Zuingliani, & quidam alij ad Confeſſionem Auguſtanam admittantur, quippe à qua non parùm diſſentiant.

Interìm ſolent iſti iactare, vt aliâs diximus, ſe demùm veram & puram doctrinam in orbem reuocâſſe. Sed abſit vt hoc illis perſuadeant, quibus ſalus

ſalus ſua curæ eſt, qui non inſtàr paruulorum fluctuantium omni volunt doctrinæ vento circunferri. Hanc igitur cõfeſſionem Auguſtæ Cæſari exhibitam, tanquàm illam Babylonicam Apocalypſis Diui Iohannis meretricem, pleræque horum temporum Sectæ adorant: & tamen nihil ferè in ea eſt, quod non ipſi Confeſſioniſtæ in mutua lite ponant, & in alios atque alios ſenſus, prout viſum eſt, trahant. Nec quidem leuibus de rebus inter ſe atrociter digladiantur, ſed de ipſis ſuæ confeſſionis capitibus. Et tamen ea eſt illorum hominũ (de dogmatiſtis & cõcionatoribus loquor) propemodùm incredibilis impudentia, vt ſi fortè quæras ex illis inter Catholicos, cur adeò inter ſe pugnent, actutùm reſpondeant, nullam de fundamento inter ipſos eſſe diſſenſionem: & hoc quidem perſuadent illi miſeræ ac imperitę plebeculæ, quam miris quibuſdam dolis ac fraudibus tenent miſerabiliter implicatam. Quin & ſcriptis palàm editis conatus eſt quidam importunus & prodigioſus Luteranæ factionis concionator Iacobus Andreæ Smidelinus hominibus perſuadere, ſectarios inter ſe perbellè cõſentire. Sed eius tam improba & portẽtoſa vanitas, etiàm ab ipſis ſectarijs egregiè confutata eſt: immò verò ipſa rei euidentia tam fœdum mendacium palàm coarguit, cùm permultis libris editis, inuicèm ſe mirabiliter oppugnent & criminentur.

Confeſſ. Auguſt. meretrix Babylõ Apoc. 13. 14. 16. 17. 18.

Sectarij quàm inter ſe pugnent.

Impudentia Smidelini.

Et vt aliquid nõrit poſteritas de impudentia iſtorum hominũ, qui ſub prætextu euangelij Germaniam & totum orbem Chriſtianum perturbârunt, libet hîc inſigne facinus eiuſdem Iacobi Andreæ Smidelini (quoniã ſe offert occaſio) ad perpetuam rei memoriã ſubijcere. In colloquio quodam Vuormatienſi conuenerant multi docti viri, de religionis negocio tractaturi. quodam die Andreas iſte concionem habiturus in frequentiſſimo auditorio, ſuggeſtum aſſcendit. Sed quo tandèm habitu? Pudet referre, ſed dicendum eſt tamen. Cum ſago aulico paulùm infra genua, manica altera picturata circa ſiniſtrum humerum, exertis vtrinquè brachijs, & cum cultro venatorio ad latus. Ità ille pacis & Euangelij pręco, vt videri volunt, repentè quendam Thraſonem repræſentauit in æde ſacra, ſub adſpectu tot hominum, & in ſacra concione.

Nota cõcionatoris euãgelici habitum.

Sed ad confeſſionem Auguſtanã reuertamur, de qua tamen priuſquàm plura dicere pergamus, quod propemodùm obliti eramus, paucis explicabimus aduentum Cęſaris ad Auguſtã, & quæ tum illic obitèr geſta ſunt. Venit Cęſar Auguſtã in profeſto corporis Chriſti, & quidem ſua ſpe tardiùs venit, propterea quòd in itinere paſsim etiàm à Venetis per eorum ditiones honorificentiſſimè eſſet acceptus. In comitatu Tirolẽſi, vbì ſunt celeberrimæ argentifodinæ, oblatus eſt ei nummus argenteus, qui precio æquaret aureos 1700, omnia Cęſaris ſtemmata miro quodam opere & elegantia repræſentans. Monaci verò Principes Bauariæ quatriduo eum retinuerunt cum fratre Ferdinando & Cardinale Campegio, ità vt nullum officij & honoris genus prætermiſiſſe viderentur. Indè vbì iam Auguſtã aduentare cœpit, Principes omnes & Ordines Imperij ei perquàm reuerenter proceſſerunt obuiàm, & vbi ad quinquaginta vel ſexaginta paſſus

Aduentus Cęſaris ad Auguſtam.

Nummus argenteus inſignis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

appropinquârunt, ex equis descenderunt. Eo viso, Cęsar pro sua singulari & ipsi propemodùm innata modestia ac humilitate, vnà cum fratre Ferdinando itidèm se demisit in pedes honoris causa. Excepit eum decentissima oratione Principum & Statuum omnium nomine Cardinalis Moguntinus Albertus Brandeburgicus, cuius inter Electores prima fuit dignitas. Indè itum est ad vrbem, apud quam à Senatu & populo miro studio acceptus est. Intra vrbem excepit eum Episcopus Augustanus cum Clero, & sub vmbella ad summam ædem perduxit. Iam dies cœpit mutari in noctem, & ità Cęsar ad Episcopi ędes, quas Palatinas vocant, alij ad alia hospitia digressi sunt. Eiusdē verò diei vespera & manè sequenti multùm egit per suos cum Saxōe & alijs Luteranis principibus, vt interessent Processioni publicæ, qua gestanda erat sacrosancta Eucharistia. Sed hoc ab ijs impetrare non potuit, cùm ferè ad meridiem cum illis egisset. Persuaserāt enim illis ipsorum concionatores, idololatrię crimen admitti ab ijs, qui Eucharistiam adorarent. Negant enim Christum esse in Eucharistia extra tempus sumptionis. Fuit ea horrenda blasphemia, sed illi in sua sententia tanquàm in magna luce permanserunt. At verò Cęsar religiosissimus, licèt iam meridies appeteret, cum reliquis principibus, quorum illic magnus erat numerus, cum Hispanis quoquè & Belgicę proceribus, illi processioni cum quadam eximia in Deum pietate & haud vulgari splendore interfuit. Eucharistiam gestabat Cardinalis Moguntinus, à dextris rege Ferdinando, à sinistris Ioachimo Brandeburgico Principe eum deducentibus. Ante Eucharistiam prędebant Principes sęculares, itemq; Clerus cum alijs permultis. Post eam sequebatur Carolus Imperator nudo semper capite, tametsi sol esset ardentissimus, in manu ferens quadrisidam facem ardentem, quod idem voluit fieri à cunctis proceribus & Principibus. Imperatorem sequebātur omnes Archiepiscopi & Episcopi. Vmbellam ipsam, sub qua portabatur sacrosancta Eucharistia, vicissim gestabāt seni Principes sęculares. Porrò lōgissima processione diuersi generis Musici concinebant in laudē Dei. Omnibus ritè peractis, Cęsar valdè acerbè tulit Luteranorū principū detrectationē, iussitq; vt quāprimùm altera die cum publica fide Augusta excederent: sed principum Catholicorū precibus ab ea se sentētia deduci passus est. Fuit certè hic princeps lōgè optimus semper egregia in Deū animi pietate, ità vt oībus perspicuum esset, eum nō tam suis viribus aut opibus, q̄ quidem erāt amplissimę, q̄ præpotentis Dei auxilio & fauore niti. Et quia ipse diuini honoris & cultūs admodùm studiosus fuit, propterea quoquè vbiquè ferè euidētissimis p̄potentis Dei auxilijs mirificè fruebatur, adeò vt ipsi etiàm Turcarū potētissimo tyrāno eius prosperitas formidolosa fuisse dicat. Nō eīm debent Christiani piorū principū prosperos successus fato vel fortunæ adscribere, quod quidā faciunt ethnico quodā spiritu parùm Christianè, cùm ex diuina ꝓuidentia omnia pendeāt, & Deus amplissimis verbis sæpè polliceatur in scriptis diuinis, se glorificaturū eos q ipsum glorificēt. Nec ijs obstat, quòd sępè diuersum euenisse legimus. Expedit eīm interdùm, etiàm aduersis iactari flatibus

Excipitur à Principibus

A Senatu.

ab episcopo

Cęsar interest ꝓcessiōi.

Ie nudo capite, sole ardentissimo.

Vmbellam gestant seni Principes.

Pietas Caroli V.

1. Reg. 2.

2. Mac. 6.

tibus pios, nè rebus nimiùm ad voluntatem fluentibus superbia intumescant. Cæsar igitur auditis rationibus Catholicorum Principum, iram remisit, & ad diem 20. Iunij inchoaturus actionem, iussit Principes & Ordines Imperij adesse in primario templo, vbi tum Missam celebrauit Cardinalis & Elector Moguntinus. Saxoniæ Elector consuluit suos theologos, num liceret Missæ interesse: & respōsum est nihil esse periculi, quòd non ad Missam, sed ad suum officium euocaretur. Est enim hoc Saxonici Electoris munus, vt gladium Cęsari præferat. Ità nouerant illi Theologi Principibus quidlibet persuadere, vt dolendum sit, clarissimos Principes in tam infidos consultores incidisse. Itaque Saxo quoquè Missæ, licèt eam summè & extremè execratus esset Luterus in libro de abominatione Cananis Missæ, interfuit, & cum eo Georgius Brādeburgicus itidèm Luteranus. Sacrificio peracto, itum est in Curiam. Augustani octingentos pedites conscripserant vrbis tuendæ causa. Illos Cęsar dimitti iussit, & mille ipse conscripsit, qui vrbi à seditione & tumultu seruandæ inuigilarent. Omnibus quoquè tum Catholicis tum Sectarijs Concionatoribus interdictum est, nè publicè ad populum sermonem haberent, donèc religionis negocium absolueretur. Quosdam tamen Cæsar ipse constituit, qui sinè cuiusquam contumelia in summa æde concionarentur. Id quidem grauibus de causis ità fuit constitutum. Erant enim diuersarum sectarum concionatores, & singuli ad se populum traducere nitebantur, quę res seditionibus materiam prębitura videbatur. Ante omnia verò in ipsa actione Cæsar negocium religionis tractandum suscipi voluit, non dubitans quin eo trāsacto, reliqua omnia faciliorem essent expeditionem habitura. Itaque Luteranis permissum est suam publicè recitare Confessionem, quam & Teutonicam & Latinam Cęsari obtulerunt. In ea alij sunt Articuli, quibus suam fidem declarāt: alij, quibus indicant abusus ab ipsis mutatos. In prioribus multa dissimulant, quæ anteà secùs docuerant: In posterioribus egregiè mentiuntur se nō aboleuisse Missam, sed eam retinere & summa reuerentia celebrare, vsitatasq; Cæremonias ferè omnes seruare, itemque se Confessionem non abrogâsse. Sed ea Melanchthonis mendacia, ipsa meridiana lux coarguit. Et hæc quidem ille Melanchthon scribere non dubitauit in illa prędara Cōfessione, quam totiès posteà retexuit. An non verò Luterus longè antè librū conscripserat de abroganda Missa? an nō sacrū Canonē Missę impiè lacerârat? an nō Missę sacrificium exploserat? Ità, ꝙ ad Confessionē attinet, ęquè impudēs est Melāchthonis mendaciū. Nam multis annis confessio integra, & qualis fit apud Catholicos, apud illos exulabat. Et quidem vt in inuidiam Catholici adducantur, Sleidanus more suo ait eos velle, vt delicta omnia diligenter enumerentur: nec addit homo versutus, hoc de lœtalibus peccatis accipi oportere. Nam peccāta leuiora, quæ venialia dicimus, omnia nec debent, nec possunt enumerari.

Cæsar placatur.

Principes Luterani interfunt Missæ.

Negocium religionis primo tractatur.

Hoc ferè tempore ex Hispanijs in Gallias profecta est Eleonora Cæsaris soror, & cū ea duo regis Franciſci liberi, Franciſcus & Henricus, qui

Eleonora in Gallias it.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam ad quadriennium apud Hiſpanos obſidum loco permanſerant. Excepti ſunt omnes incredibili totius populi gaudio.

Florentia deditur.

In Italia iam ad vndecimum menſem Florentia validiſſimo Pontificis & Cæſaris exercitu obſeſſa, hoc demùm anno ſub certis conditionibus ſeſe dédidit. Eiecerant Florentini optimates quoſq; & Mediceorum familiam, cuius tamẽ certè præclara in eam vrbem extabant merita; iamq; Reſpublica ab obſcuris & nouis hominibus, omnia ad priuata commoda referentibus, adminiſtrabatur. Ea verò libertas, quam inſanis ac peruicacibus animis ad interitum vſq; patriæ tuendam ſuſceperant, quauis acerba tyrannide moleſtior erat: nec tamen poterant adduci, vt honeſtis conditionibus ſeſe déderent. Sed diuturna obſidione ad eam vſque rerum

Summa rerũ penuria

omnium penuriam adacti ſunt, vt iam plerique non feles modò, ſed etiàm mures auidiſſimè deuorarent. Ità tandèm eorum fracta eſt pertinacia, ſummoperè gaudente Pontifice, quòd patriam ſibi incolumem reſtitutã cerneret. Porrò à Cæſare illorum eſt Reſpublica conſtituta, iuſſiq́ue ſunt Mediceam familiam in priſtinam recipere dignitatem. Et quoniam in liberis ciuitatibus ob diuerſa ciuium facilè diſſidentium ſtudia, nisì certo aliquo capite dirigantur, nõ ferè poſſit ſeruari concordia, declarauit Alexandrum Medicem, cui filiam ſuam notham deſpõderat, Reipub. caput,

Alexander Mediceus caput Reip. Florent.

cuius ſinguli magiſtratus authoritatem ſequerentur. Atque is fuit exitus pertinaciſſimæ rebellionis, quæ non tam iudicio, quàm quorundam temeritate ſuſcepta, Florentinis multas attulit clades & calamitates, donèc vel ſerò ad ſanitatem redirent. In eius autem vrbis expugnatione Cæſar egregium erga Pontificem ſtudium ſuum re ipſa declarauit, non quidem certè abſque ſuo incommodo, amiſſis non paucis ſtrenuis viris, atque in ijs Philiberto Auraſieñ, ſupremo eiº exercitûs Impatore, qui necdùm 30. natus annos, duabus traiectus glandibus, miſerè perijt, cùm iam iamq́ue vrbs dedenda eſſet.

Confeſſio Auguſtana datur Theologis examinanda.

Cæſar, cùm ipſi oblata eſſet Luteranorum confeſſio, Theologis Catholicis examinandam & confutandam demandauit. Illi primò ſatis acriter eam & ſcripturis & rationibus oppugnârũt. Sed Catholici principes, pacis vel maximè ſtudioſi, putauerunt omittenda eſſe ea, quæ Catholici oſtendebant aliter Luteranos & docuiſſe & ſcripſiſſe anteà, eaq́; tantùm confutanda, quæ eſſent in Confeſſione exhibita. Faciebãt hoc principes pacis ſtudio, licèt nulla ferè res magìs deſtruat Euangelicorum dogmatiſtarum nouum Euangelium, quàm quòd in ſua doctrina tam varij ſunt & inconſtantes, quod illis nõ poſſet accidere, ſi vera eſſent quæ miſeris perſuadent. Dum autem Principibus Catholici Doctores morem gerere volunt, ea re factum eſt vt aliquot dies elaberentur. Sed confecta iam breuiori reſponſione, rursùs alia à Principibus iniecta eſt difficultas, cuius nomine ea confutatio recitanda foret. Interìm aliquot hebdomadæ paucæ tranſigebantur.

Itaque Luterani tum Auguſtæ coràm, tum per literas apud abſentes iactitabant, Papiſtas ad ipſorum confeſſionem non habere quod reſponderent.

derent. Vbì autem confutatio lecta eſt in conſeſſu Principum, Cæſar & Catholici omnes eam approbârunt: & vt idem facerent Luterani, Cæſar rogauit quidem, ſed non obtinuit. Interìm verebantur Catholici Principes, nè quid durius ſtatueret Cęſar in Luteranos ob eorum cõtumaciam: itaque impetrârunt à Cęſare, vt permitteret cum illis de ineunda concordia accuratiùs agi. Aſſenſit Cæſar pro ſua clementia, quæ erat in illo valdè ſingularis, & permiſit multis modis agi cum illis. Principiò, vt poſſet res

Multis modis agitur cum Euangelicis.

faciliorem habere expeditionem, delecti ſunt ex cũctis ordinibus Imperij ſeptendecim, qui de ineunda cum illis, modò id fieri poſſet, quod non planè deſperabatur, concordia priuatìm tractarent. Hi igitur illos ad colloquium in maioris ædis Auguſtanę domo, vt vocant, Capitulari habendum inuitârunt: nec illi ſe difficiles prębuerunt. Vbì omnes pariter con-

Proponunt catholici.

ſederunt, Ioachimus elector Brandeburgicus, cuius erat excellens facundia, prolixa oratione nomine delectorum illos peramanter hortabatur, vt cum Cæſare & reliquis Imperij ordinibus idem ſentire vellent in religionis negocio: alioquì metum eſſe, nè plurima indè mala exiſtant, bella, ſeditiones & clades. Illi, re deliberata, poſt biduum reſpondent: Primò qui-

Reſpondẽt Proteſtãtes.

dem dolere ſibi aiunt ipſos ſic admoneri, vt interìm quoquè minæ intententur. Deindè in quatuor capita ſua reſponſione diſtributa, Primò dicunt ſe à Cęſare non ſatìs auditos: Secundò, non eſſe ipſis Catholicorum Confutationem liberè traditam. (Cæſar enim ob certas cauſas exemplum confutationis eis dare petentibus nolebat, nisì ſub conditionibus quibuſdam, vt apud ſe ſeruarent, nec eius iniuſſu alijs darent: quas illi conditiones accipere nolebant) Tertiò, religioni ipſis eſſe, in eam conſentire confutationem, quam necdùm ſatìs perſpectam haberent. Quartò, in proximis Comitijs Spirenſibus promiſſum quidem eſſe Concilium, ſed nihil præſtitum. Vbì obitèr aduertendum eſt, vt etiàm infrà dicetur, verſutiſſimos Principum Proteſtantium vel Luteranorum concionatores

Fraus concionatorũ ſectariorũ.

& dogmatiſtas, mira vafricie perſuaſiſſe Principibus, vt Concilium peterent, cùm tamen Luterus iampridèm Concilia oñia reiecíſſet, nec quicquam minùs vellent vel Luterus vel eius ſymmyſtæ noui euangelij buccinatores, quàm vt legitimum cõcilium haberetur: ſciebant enim à multis ſuperioribus ſanctiſſimis œcumenicis Concilijs ipſorum pleraq; dogmata damnata eſſe. Sed hac fraude id efficere conati ſunt, vt viderentur niti æquitate, & plures in ſuã ſententiã pertraherent. Nam poſteà multis modis Concilium iam Tridenti indictum reiecerũt, & abſolutum quoq; multis contumelijs & conuicijs proſciderunt. Quis verò non rideat Sleidani ineptias, qui cùm palàm affirmet, Proteſtantium Principes in hoc

Sleidani ineptiæ.

Conuentu Auguſtano dixiſſe Cæſari, ſi fortè iam definiri cauſa non poſſit, non ſe recuſare totiès & promiſſum & decretum cõcilium: quod vtiq; non aliter promiſſum erat, quàm qualia fuiſſent ſemper cõcilia œcumenica: non diù pòſt addit, rursùs Proteſtantes in hoc ipſo conuentu dixiſſe Cæſari, ſe petere, vt primo quoque tempore pium atque liberum in Germania cogatur Concilium. Quod enim addit, pium & liberum, id tale

eſt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,vt his duabus dictiõibus facilè excludere & eludere possit quæuis Cõcilia catholico ritu celebranda. Quod enim vel Sleidano, vel cæteris sectarum buccinatoribus Concilium vnquàm pium & liberum erit, nisi in quo præcipua, immò sola authoritas statuendi, probandi, reprobandi sit penès sectarios? Sed quomodò illi vnquàm certi aliquid statuent, qui inter se de rebus maximi momenti hostiliter digladiantur? Addit iterùm non post multa Sleidanus, Luteranos principes id quoquè hoc tempore Augustę dixisse Cæsari, nihil sibi commune esse cum sectis, se neminem ad suam doctrinam velle adigere, se Anabaptistas & eos qui sacramẽtum altaris contemnunt, (Zuinglianos intelligunt) suos intra fines nunquàm tolerâsse. Hoc quidem illi faciebant authore Lutero, qui Sacramentarios atrociter proscindebat, licèt nihilo illis melior. Dicat nunc igitur Sleidanus, qui nobis tantoperè commendat Luterum: Quòd Luterus Sacramentarios hostiliter persequebatur, ex verbo DEI id fecit, an verò minimè? Si ex verbo Dei, cur non intelligit se fœdissimo in errore versari, rectęque hæreticum dici etiàm ab ipso Lutero? Sin minùs, cur non videt quàm nihil fidendum illi sit, qui in re tanti ponderis tam turpiter sit allucinatus, præsertim cùm ille testetur se certum esse, doctrinam suam non suam esse, sed Christi? sed valeat homo ineptus. nos ad historiæ ordinem reuertamur. Postquàm dixerant Protestantes, quę suprà retulimus, delecti illis per Ioachimum Brandeburgicum ad singula accuratè respondere-runt, inter cætera hoc etiàm cum veniæ præfatione addentes, quòd vbì minimè oporteret, magnam sibi religionem inijci paterentur: vbì autem vel maximè religione opùs esset, ibi nihil animis angerentur. Grauari ipsorum conscientiam, quòd moneantur sentire cum Ecclesia: nihil aũt grauari, quòd apostatarum iudicium totius Ecclesię iudicio anteponant, cùm interìm illi tam inter se miserè dissecti sint, & fructus pessimos eorũ doctrina adhuc attulerit. Tum quoquè Concilia à Lutero floccipendi, & multa eum scripsisse, quibus conciliorum authoritatem apud vulgus eleuârit. Ad hęc Protestantes sua rursùs responsa dedêre, multisque verbis omnem à se culpam separationis ab Ecclesia, aut contempti Cæsaris vel edicti eius, aut debiti honoris nõ impensi Concilijs, amoliri conati sunt. Placuit autem vtrique parti, vt septeni & septeni ex vtrisq; deligerentur, qui de concordia inter se amicè conferrent. Ibì tum in aliquot Augustanæ Confessionis articulis quædam facta fuit conciliatio, & cùm sperare-tur in reliquis quoquè concordari posse, placuit Imperij Ordinibus ab vtraque parte ternos eligi, qui inter se tractarent: sed nihil potuit effici in-terâllos. Tandèm post multos labores nullus fructus consecutus est. Cæsar quidem nihil reliquit intentatum, sed omnia frustrà, quòd iam planè decreuissent Protestãtes in eo permanere Euangelio, quod à Lutero apostata monacho didicissent. Et licèt id ad certissimã Germaniæ perniciem spectare videretur, illi tamen sic erant animati, vt patriæ & imperij extremam calamitatem perpeti mâllẽt, quàm cum Cæsare & Catholicis Principibus, qui certè longè illos & numero & dignitate superabant, redire in reli-

Luterani principes non tolerât Zuinglianos.

Catholici respondent Protestantibus.

Protestãtes se purgare moliuntur.

in religionis antiquæ cõcordiam. Fuit hoc quidem longè acerbissimum omnibus, quibus Germaniæ, immò totius Ecclesiæ iam iamque, nî Deus auerteret, perituræ suprema clades & interitus dolebat, sed oportebat tamen omnia æquo ferre animo, & tacitè considerare atque admirari & timere occulta quidem, sed vera & iusta iudicia DEI, cuius admodùm extimescenda, licèt iusta, ira & seuera animaduersione fiebat, vt plus tribueretur vilissimi apostatę malesanæ doctrinæ, quàm totius Ecclesię Catholicæ sententię & authoritati. Cùm igitur, vt dixi, iam diù multumque ab vtriusque partis delectis Principibus & Theologis ac Iurisconsultis tractatum esset, Elector Saxonię longioris morę impatiens, petijt à Cæsare missionem, & abijt cum suis. Ità sinè cõcordia discessum est, multùm quidem dolente Cęsare & Catholicis. Luterus interìm non paucos edidit libros, quibus ipsum quoquè Cæsarem perstringere non verebatur, atque ij nonnunquàm etiàm publicè prostabant Augustæ apud Saxonię principis hospitium. In his erat Epistola ad Archiepiscopum Moguntinum, in qua exponit Psalmum, Quarè fremuerunt gentes, tanquàm principes Augustam conuenissent animo oppugnandi Christum & Euangelion. Itemque liber quidã hac inscriptione, *Admonitio ad ecclesiasticos Augustæ in Dieta imperiali congregatos*, quo in libro & suam doctrinam vsqueadeò cõmendat, & Episcopos atque Ecclesię cæremonias & instituta intantùm carpit ac reprehendit, vt ad commouendos in clerum vulgi animos nihil possit scribi vehementius. Et vt Episcopos ad se alliceret, iactabat se illos à Papæ Tyrannide & monachorũ importunitatibus liberâsse. Sanè apud multos ille iam pontificem Romanum & Ecclesię instituta, ritus ac cæremonias in summum odium, inuidiam & contemptum adduxerat: sed in tali scelere gloriari, & non modò nullo pudore ac metu affici, verùm etiàm eo nomine virtutis & prędari cuiusdam facinoris existimatiõem venari: id quidem eiusmodi est, vt non tam verbis, quàm flagris & flammis vindicandum sit. Mirè quoquè in eo libro inuehitur in Satisfactionem, quæ tertia pars est Pœnitentiæ, quam ait sentinam esse tartari ipsius, nec eam abominabilem doctrinã Episcopis vnquàm posse remitti. Piæ mentes sinè horrore legere vel audire non possint, quę ille infelix scribit contra Satisfactionem, de qua tamen est Ecclesiæ non alia doctrina, quàm ipsæ sacræ literæ locis innumeris expromant.

Elector Saxoniæ discedit.

Luterus adulatur Episcopis.

Proscindit satisfactionem.

Porrò perquàm commodùm accidit, vt cùm Catholici & Luterani, vt iam diximus, inter se septeni & septeni de cõcordia tractarẽt, & in XII. articulo Confessionis Augustanæ, qui erat de Satisfactione, non possent conuenire, primo vespere id negocij daretur Cochlæo & Melãchthoni, vt altero manè quippiam, quod ad rei compositionem faceret, adferrent. Protulit ergò Cochlæus ex Septicipitis cap. 31. quem Luterus contra indulgentias in Assertione 41. articulorũ scripserat, ipsius verba Luteri, quibus sic ait: Ecclesia mater pio affectu prœuentura manũ Dei, castigat filios suos satisfactionibus quibusdam, nè incurrant flagella Dei, sicut Niniuitæ operibus suis spontaneis præuenerunt iudiciũ Dei. Hęc pœna arbitraria est,

Luterus suo ense iugulatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria est, inquit, non in totum, vt illi volunt, sed tamen necessaria. Nam aut nos, aut homines, aut DEVS punit peccata, quod illi per indulgentias tollunt omninò: cùm si essent pij pastores, potiùs imponerent pœnas, & Ecclesiæ exemplo prœuenirent Deum, sicut Moses eum præuenit, occidendo filios Israel propter peccatũ vituli aurei. Optimum autem fuerit, si nosipsos puniremus.

Pudefiunt Luterani.

Hæc Luteri verba cùm Eckius è schedula recitâsset, Luterani inuicèm se respiciebant: Porrò Melanchthon rubore vultu suffuso ait, Scio hæc scripsisse Luterum: cumque prætereà nihil adderet, Dux Iohannes Fredericus, Forsitan, inquit, hęc scripsit Luterus ante annos decem. Cui à Catholicis responsum est, Quid tum posteà? Nobis satis est, hanc illius esse sententiam. Mox ira commoti Brentius & Sneppius dixére, se non adesse vt Luteri scripta defenderent, sed vt suam assererẽt confessionem. Præclarum videlicet discipulorum de magistro suo Lutero testimõium, cuius ipsi quoq; iam scripta suspecta haberent. Sed quanto fuisset satiùs, ab eius hominis disciplina penitùs discedere, cuius pugnãtes sententias, & modò in has, modò in illas formas mutata animi sensa animaduerterent, idque in rebus maximi ponderis, & quę iam satis superque Ecclesiæ Catholicę sententia essent declaratæ ac definitæ? Quid, obsecro, in illo extremo mundi die ad Christi tribunal dicturi sunt, qui tale portentum tanto in precio habuerunt?

Eodem hoc anno quidam amicus ex Lutero percontatus est, cur in epistola ad Roma. cap. 3. vertisset Germanicè, Hominem sola fide iustificari, cùm tamen verba Pauli id non haberent, & eoipso ansam præberet Pontificijs ipsius versionem calumniandi? Tum ille intolerabili quadam arrogantia respondit, si sciuisset Pontificios omnes in vnum conflatos, vel vnum caput scripturę diuinæ rectè posse vertere Germanicè, libenter eorum opem se imploraturum fuisse ad transferendum nouum testamẽtum. Et post pauca: Si papista tuus, inquit, multa vult garrire de hac voce, Sola, ei confestim respondeto: Doctor Martinus Luterus vult sic habere, aitque Papistam & asinum esse vnum. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Nolumus enim Põtificiorum esse discipuli, sed magistri ac iudices. Hæc quidem ille, nescio qua phrenesi correptꝰ & insania temulentus, quę sanos & sobrios homines facilè auertunt, nè tali portento vlla in re fidem adhibere velint. Si catholici sic scriberẽt, immò si Romani Pontifices tantum sibi sumerent, quot conuiciorum plaustris in illos inueherentur fratres Euangelici? porrò cùm Luterus apostata infamis ità loquitur, non aliud est, quàm Christi Euangelion. O cæcas hominum mentes, ô pectora cæca.

Arrogãtiss. Luteri dictum.

O portẽtũ.

Post Confessionem Luteranorum oblata est Cęsari & coram omnibus Imperij ordinibus recitata Augustę etiàm quatuor ciuitatum, Argentorati, Constantiæ, Memmingę & Lindauiæ, quę Zuinglij dogma sequebantur, confessio. Eius confutandę curam commisit Cęsar Theologis eisdem, à quibus erat Luteranorum confutata, ipsaque confutatio lecta est palàm

4. Ciuitatũ Confessio

palàm. Itaque Cæsar orabat seriò, vt cum reliquis Principibus & ordinibus Imperij idem sentirent: sed illi in sua sententia perstitêre, neque catholicis, neque Luteranis per omnia subscribere volentes, quia videbantur sibi rectiùs sapere, & plus aliqd vidisse in scripturis, quàm vel catholici, vel Luterus ipse cum sua cohorte vidisset. Et id quidem temporis Argentinenses Zuinglij partes sequebantur, quas Luterus prorsùs execrabatur. At Bucero postmodùm à Zuinglianis ad Luterum inclinante, eò tandèm res redijt, vt qui hodiè Argentinæ concionantur, Luteri de Eucharistia doctrinam propugnent, & quidem acri contentione contra Caluinianos & Zuinglianos. Itaq; aut illi omnes periêrunt, qui in illa vrbe priùs Zuingliũ secuti sunt, aut certè eos perire necesse est, qui illic hodiè cum Lutero sentiũt. En in huiusmodi labyrinthos incidimus, cùm nos ab Ecclesia catholica separamus.

Fuit hoc anno Romæ ex multa pluuiæ copia tanta Tiberis inundatio, vt in campo Floræ ad longissimæ hastæ altitudinem excreuisse visus sit, multaque ædificia subruerit, & per vicinas regiones ad duodecim ferè hominũ millia extinxerit. Incidit ea clades in diem 8. Octobris, & horas 24. durauit. Sunt qui scribant aliquot dies durâsse hanc inundationem.

Tiberis inundatio.

Non multò pòst etiàm inferioris Germanię homines, pręsertim Flandros, Selandos, Hollandos, atque etiàm Franciæ aliquot subiectos populos, Oceano finitimos, mare ab imis visceribus exagitatum vehementer afflixit, partìm aggeribus perruptis, partìm ipsos aggeres vnda ad tres vel quatuor pedes excedente. Feruntur ea repentina inundatione permulti mortales & bruta animantia grandi numero perijsse, demptis alijs incõmodis & damnis vrbium & ædificiorum, quæ fuêre grauissima.

Diluuiũ inferioris Germanię.

Paulò pòst calendis Decembris diem suum Mechliniæ obijt Margarita Cęsaris Maximiliani filia, Belgarum moderatrix laudatissima.

Margarita maximiliani filia moritur.

Cęsar Carolus, dum adhuc Augustæ comitia haberẽtur, Luteranis domum abituris certos quosdam articulos publicè proposuit, sed quos illi recipere nollent. Itaque sinè concordia ad sua rediêrunt. Porrò verò Cæsar cum Catholicis principibus omnibus sub Comitiorum finem omninò statuit, in ea fide & religione, quam à sanctis Maioribus suis velut per manus traditam accepissent, cõstantissimè permanere. Ei sententię oñes & singuli subscripsêre die 19. Nouembris. Deindè soluto conuentu oñes discedunt, Cęsar cum fratre Ferdinando & non paucis Principibus Coloniam Agrippinam, alij domum.

Lantgrauius vt sibi rebus sque suis consuleret, (videbat enim Cęsarem non æquo animo ferre iam olim damnatas in religione nouationes, quas Luterani & Zuingliani ceu Euangelicas amplectebantur, malè persuasi à quibusdam turbulentis hominibus) cum Tigurinis, Argentinensibus & Basileensibus, qui Zuinglium à Lutero ipso damnatum sequebantur, in sex annos fœdus percussit, vt si qua vis ab Imperatore aut Catholicis religionis nomine inferretur, mutuis se auxilijs tuerentur. Factũ est hoc mense Septembri. Constãtienses & cęteri in Heluetijs, nouis dogmatibus addicti,

Lantgrauij fœdus.

o

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicti, iam anteà erant fœderati eandem ob causam. Hoc autẽ fœdus Christiana ab illis ciuitas dicebatur. Sed huius ciuitatis nemo cupiet esse ciuis, qui nolit excludi à ciuitate Dei. Eiusmodi pigmentis nõrant dogmatistę sectarij fucare molitiones suas.

Iam suprà diximus, Marpurgi fuisse cõuentum Luteranorum & Zuinglianorum concionatorum. Ibi cùm non posset certa pax cõstitui, tamen decretum erat, vt à scriptis aliorum in alios abstineretur, nè scilicet catholici magis ac magis carpere pergerent eorum mutua odia & atrocissimas digladiationes. Sed eccè hoc ipso anno Philippus Melanchthon, vt Luteranorum cõtra Zuinglianos sententiam tueretur, veterum aliquot scriptorum sententias de Cœna Domini collegit & euulgauit. Non tulit hoc æquo animo Oecolampadius Sacramentarius, ediditque Dialogum, quo ostẽdit suo more, quid de Eucharistia veteres tum Græci tum Latini senserint: aitque Philippum patrum mentem non satis perspexisse, sed filios contra matrem armare voluisse. Adeò non potuerunt sibi temperare, qn contrà quàm Marpurgi conuentum erat, mutuò se infestarent. At reuerà neque Philippus, neque Oecolampadius Patrum sententias bona fide citauit, sed ad suas prauas opiniones pro se quisque detorsit, cùm sit lõgè certissimũ, patres omnes de Eucharistia id sensisse & docuisse, quod hodieq; & sentit & docet catholica Christi Ecclesia. Facilè autẽ potuerunt isti versuti homines indoctæ plebeculæ persuadere, Patres veteres ab ipsis stare, quòd non essent nescij, vulgum Patrum libros neque legisse, neque vel legere vel intelligere posse. Est autem mirum, ab istis citari Patres, qui Patres in vniuersum omnes facilè cõtemnant, vbicunquè eis collibitum sit. Sed habet ea res fucum quendã ad incautum lectorem, vt & multa legisse videãtur, & suæ doctrinæ habere approbatores veteres. Sed faceſſant cum suis calumnijs in illos sanctissimos Patres, qui si hodiè viuerent, omnibus ingenij, doctrinæ, eloquentiæ viribus istos calumniatores oppugnarent.

Melãchthon scribit contra pactum.

Melãchthon ab Oecolãpadio pertringitur.

Circa hoc tempus Carolstadius, qui è Saxonia ad Heluetios migrârat, Tigurinæ Ecclesiæ diaconus factus est ex archidiacono quondàm Vuittembergensi, ab equis, vt dici solet, ad asinos. Ea res non mediocriter animum Luteri exacerbauit. Postquàm autem Zuinglius in prelio occubuit, vt pòst dicemus, Basileam se contulit, & illic in Zuinglianæ Ecclesię ministerio vitam miseram miserè finiuit. De eo Luterani scribunt, eum Basileæ turbas concitâsse, & miserabilem vitæ exitum habuisse. Zuingliani id dissimulare videntur, qui etsi non planè probabant Carolstadij opinionem de Eucharistia, tamen Luteri hostem & aduersarium complectebantur.

Carolstadius fit diaconus Tigurinus.

Post Cõmitia Augustana Cęsar Saxonem Electorem euocat Coloniã, idemque facit elector Moguntinus, cuius hoc officium est, vt vbi creandus est Romanorum rex vel Imperator, ipse reliquos Electores cõuocet. Saxo hoc indignè tulit, & per filiũ suum Iohannem Fredericum & quosdam alios docere conatur apud Cęsarem, Mogũtinum citãdis electoribus perperàm

Elector Saxoniæ accersitur Coloniam.

perperàm egisse. Interea verò Lantgrauium & alios principes ac ciuitates Protestantes orat, ad 22. Decembris Smalcaldiam vt veniant. Vbi eò ventum est, fœdus ictum est, cui aliquot principes & ciuitates subscripserũt, quibusdam verò id in aliud tempus reijciẽtibus. Ab eo ergò loco dictum est hoc fœdus Smalcaldicum, cui temporis successu multi principes & ciuitates sese coniunxêre, non optimo certè exemplo, quòd cõtra Cęsarem & Catholicos se armare viderentur, id quod posteà quoquè re ipsa declarârunt, vt suo loco dicetur. Verùm dictitabant illi se nõ cuiusquam inuadendi, sed sui tantùm defendendi causâ hoc fœdus percussisse. Hìc verò Luterus, qui aliâs docuerat nõ esse Turcis resistendum atrocissimis Christiani nominis hostibus, facilè consensit, immò & scripsit, in Cæsarem & Catholicos arma corripi iurè posse.

Fœdꝰ Smalcaldicum.

Smalcaldiæ congregati Protestantes, literis ad Cæsarem datis summoperè eum absterrere conantur, nè Ferdinãdum fratrem in Romanorũ regem eligi patiatur. Multas allegant causas, sed quibus id demùm effecerunt, vt Ferdinandus optimus princeps, Romanorum rex renunciatus sit, sicut mox dicemus.

ANNO 1531. pridiè Epiphaniæ Domini, Ferdinandus Coloniæ in primario templo, vbi trium beatissimorum Magorum corpora condita asseruantur, Electorum Principum suffragijs creatus est Romanorum rex, & die 11. mensis Ianuarij Aquisgrani coronatus. Saxo eam electionem per filium suum irritam protestatur, habuitque principes alios, præsertim Luteranos, qui ei consentirent. Verùm Cęsar, quòd amplissimas haberet ditiones, nec posset semper esse in Germania, cõsultum omninò putauit, vt in Imperio haberent aliquem loco suo, qui ipso absente rebus pręesset.

Ferdinãdus fit Romanorum rex.

Coronatur.

Hoc mense Ianuario Lusitaniam inusitatus concussit terræmotus, ità vt multi mortales terræ quassatiõe & ruinis oppressi sint, pręsertim Vlyssbonæ, quæ vrbs damnum sensit incomparabile. Quædam etiàm nauigia turbulento inflati maris hiatu absorpta sunt, nec quisquam ferè tota Lusitania suis iam ædibus committere se audebat, subsultante scilicet solo. Rex & regina extra vrbem aperto in loco tabernaculum erexerunt: quorum exemplũ secuti vniuersi ferè incolę, castrẽsi more etiàm ipsi in tabernaculis sibi degendum statuerunt: quãquàm nec ibi sinè metu essent, veriti nè repentino aliquo terræ hiatu absorberentur. Durauit is terræmotus dies octo, sed tamẽ interpolatìm. Fama sparsit Vlysbonę 1500. magnas ædes & tẽpla omnia funditùs corruisse. Eam cladẽ secuta est pestis ingens.

Terræmotꝰ in Lusitania

Huius anni mense Februario Protestantes literas scripserunt Gallię & Angliæ regibus, quibus suam causam egregiè tueri conati sunt. Loquuntur ibi de vitijs Cleri, & de Indulgentijs: citant Gersonem, qui iam olìm vitia Ecclesiastica grauiter notârit. Sed Gerson ità notauit vitia Cleri, vt tamen propterea nõ se ipse separaret ab Ecclesia, nec turbas ciéret. Et hoc quidem illis visum est de Gersone commemorare. Quòd autem idem ipse fortiter scripsit cõtra eos, qui dicerent laicis necessariò vtranque Eucharistię

Protestãtes scribũt Gallo & Anglo

Universidad de Deusto
Biblioteca

charistiæ ſpeciem porrigi oportere,quod noſtræ ætatis nouatores pertinaciter contendunt,eosque diſertis verbis hæreticos vocat, id ſilentio p̃tereunt.Facilè autem animaduerti poteſt, nõ Principes earum literarum fuiſſe authores,ſed Luteranos dogmatiſtas, quorũ vtinàm fraudem principes aduertere potuiſſent.

Alius Smalcaldiæ conuentus.

Menſis Martij die 29.rursùs Smalcaldiam ijdem Proteſtantes cõuenêre,acturi de defenſione ſuî,ſi qua vis ab hoſtibus,nempe Catholicis,inferatur.Solicitauerãt per literas Fredericum Danię regem & Saxonicas maritimasque ciuitates de fœdere, ſed Danus recuſauit, quatenùs rex eſſet. Magnopolenſis Henricus,itemque Pomeraniæ dux Berninus,Lubecenſes quoquè & Lunæburgenſes, & quędam aliæ ciuitates fœderi minimè ſubſcripſerũt.Luterus hoc fœdus approbauit, aitque iniri poſſe, ſiue Cęſar ipſe,ſiue quis alius fortè eius nomine bellum faciat. Iam antè Proteus ille longè ſecùs ſcripſerat,quod Sleidanus quoquè non negat:ſed hîc iam admonitum à Iuriſperitis dicit licere reſiſtere nonnunquàm,& eiuſmodi caſum nunc obtigiſſe,quo leges id permittant,ſicque Luterum ingenuè profeſſum ſe neſciuiſſe hoc licere, atq; fœdus ipſum probâſſe. Multus in eo eſt Sleidanus ille Sacramentarius hæreticus, vt Luteri doctrinã modis omnibus propugnet,p̃terquàm vbi à Zuingliano de Euchariſtia dogmate diſcrepat,& id facit longè maiori fraude & pernicie, quàm ſimplex lector poſſit aduertere:ſed ità tamen facit,vt dum vult Luterum etiàm turpiter à ſeipſo diſſentientem tueri,ſuam ipſe prodat turpitudinem: ſicut etiàm hoc loco,dum fatetur Luterum priùs docuiſſe, non eſſe reſiſtendũ magiſtratui,deindè tamen à Iureconſultis ſecùs edoctum, aliter docuiſſe

Sleidanus arguitur.

& ſenſiſſe,& id quidẽ ex legibus politicis.Quid dicis Sleidane? Itáne iam apud Luterum & te ac tuî ſimiles aliquid valent in re tanta leges politicæ, cùm Luterus vos docuerit nihil recipiendum,quod diuinis literis non ſit expreſsè comprehenſum?Sciebas Luterum pugnantia ſcripſiſſe & docuiſſe,& hoc fuco quodã oblinere cupiens,à legibus politicis, quid liceret, cum didiciſſe fateris.Et non te pudèt tuî & Luteri tui?Hîc iam aliquid va-

Incõſtantia Luteri.

lent leges politicæ,cùm Luterus omnia reijciat,quę in ſcripturis expreſſa non ſint?Quàm verò turpe eſt,eum vos ſequi Doctorem,qui à Iureconſultis demùm diſcere debuit,num Magiſtratui reſiſtere fas ſit,nécne, cùm ille longè anteà ſcripſerit,certum ſe eſſe,doctrinam ſuam non ſuam, ſed Chriſti,eſſe? Cùm ergò anteà docuerit,ſicut tu teſtis es, Magiſtratui non eſſe reſiſtendum,& ea doctrina nõ ipſius, ſed Chriſti fuerit: qua vel frõte, vel mente deindè aut ille aliter docere potuit,aut vos aliter docẽti obtemperare?Hem,quò ruit cęca arrogantia, & væſana temeritas? Satiùs fuerat, clariſſimis principibus veritatẽ ſimpliciter aperire,q̃ nullã haberent iuſtã cauſam eius fœderis pcutiendi,quandò Cęſar nihil iniquũ ab eis petebat, ſed vt in religione idem ſecum & cum tota Eccleſia ſentirent, vndè ſalus pendebat totius Germanię, quã iſtud religionis diſſidium perdidit. Iam antè ruſtici ſeditioſi etiàm fœdus pepigerant contra Principes,& rectè ſe facere putabant, ſed eorum audaciam principes meritò repreſſerunt.

Luterus

Luterus vbì reſciuit,Cęſarem & ordines Catholicos Imperij in extremis Comitijs Auguſtanis decreuiſſe firmiter,in antiqua religione perſeuerandum,nec nouandum quicquam ante Concilij definitionem,fretus viribus eorum qui in Smalcaldicum fœdus tranſiêrant,duos hoc anno libellos Teutonicè edidit,nempè,Gloſſam in putatitium decretum Imperiale,& pręmonitionem ad Germanos ſibi chariſſimos.In quorum vtroque cùm planè ſuo more bellicum canat,& ſeditiones cõcitet,tamen nequiſſima ſimulatione proteſtatur ſe nihil velle minùs.Nec ſatis habet petulanter incurriſſe in pontificem & Eccleſiaſticos proceres omnes,ſed & Cæſarem & Principes Catholicos omnes non dubitat appellare proditores,ac ſceleſtos vanosque nebulones &c.In Gloſſa vult perſuadere oñibus,Decretum Auguſtanum eſſe cõmentitium,ac falsò prędicare nomen Cęſaris:ſed eam importuni hominis calumniam multa,eaque certiſſima, argumenta facilè refellebant.Nam pręter alia,tot ſigillis principum & ꝓcerum vtriuſque ordinis decretum illud obſignatum fuit, vt ſi Lutero ea in os congeſta fuiſſent,hauddubiò teterrimum ille animum actutùm exhalâſſet.Sed quid ille prodigioſus homo non auſus eſt ſcribere? Subſcripſerant illi decreto ſiue per ſeipſos,ſiue per legatos,Cæſar ipſe & quinque Electores,Principes Eccleſiaſtici 30.Seculares 23. Abbates 22. comites & Barones 32.Ciuitates liberæ 39.Hoc ergò Decretum miris ille modis exagitat,inter alia Catholicam Eccleſiam vocans meretricem,& multa blaterans de cõmunione ſub vtraque ſpecie,cùm tamen in Aſſertionibus dicat articulo 16.neutram ſpeciem eſſe neceſſariam,ſed fidem ſolã hîc ſufficere.Porrò furore & amentia ebrius,ſcribit Eccleſiæ neque fidem habendam,neque morem gerẽdum,ſi quippiam pręter vel extra verbum Chriſti loquatur aut inſtituat:nec aduertit à Chriſto dictum eſſe, Si Eccleſiam non audiêrit,ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus: & ab Apoſtolo vocari Eccleſiam columnam & firmamentum veritatis. Non igitur errat Eccleſia.Rectè enim dictum eſt ab Irenæo antiquiſſimo epiſcopo & martyre, lib.3.ca.40. Vbì Eccleſia,ibi & Spiritus:& vbi Spiritus Dei,illic Eccleſia & oñis gratia:Spiritus autem veritas. Quapropter qui non participãt eum, neque à mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiũt de corpore Chriſti procedentem nitidiſſimum fontem:ſed effodiunt ſibi lacus detritos de foſſis terrenis,& de cœno putridam bibunt aquam, effugiẽtes fidem Eccleſiæ,nè traducãtur.Hęc ille. Quid verò vnquàm poſſit Eccleſia Chriſti ſtatuere extra verbum Chriſti,cùm ipſa certiſſimè habeat ſpiritum Chriſti,manentem cum illa in æternum, & inducentem illã in oẽm veritatem?Sed Luterus videns Catholicam Eccleſiam ſuis paradoxis planè contraria & docere & ſtatuere,omnem illi authoritatem abrogare voluit,vt ſolus inſanus Luterus audiretur.

Luterus ꝓſcindit principes.

Decretum Principum Catholicorũ exagitat Luterus.

Matth. 18.

1.Tim.3.

Iohan.14. & 15.

Multa quoquè deindè cõtumeliosè euomit in Miſſam & cęremonias. Nec veretur principes porcis comparare. Et hîc iam perſpicuè videre licet,quàm verum ſit,quod in ſua illa Auguſtana Confeſſione fatentur Luterani,ſe Miſſam retinere & vſitatas cæremonias ferè oñes,cùm Luterus

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hoc quoquè libello irrideat vtrunque Missæ canonem & cæremonias, & quidem valdè acerbè. Posteà vbi ad eum locum decreti venit, vbi cauetur, nè deincèps quisquam doceat solam fidem absque charitate & bonis operibus iustificare, mirè conuiciatur, ac deindè in hæc prorumpit verba, quibus haud scio an vel Lucifer ipse possit quicquam dicere arrogantius & insolentius: *Dico ego Doctor Martinus Luterus, Domini nostri Iesu Christi indignus Euangelista, quòd hunc articulum (Fides sola absque omni opere iustificat coram Deo) firmum atque inconcussum permittere debet Romanus Imperator, Turcicus Imperator, Tartaricus Imperator, Persarum Imperator, Papa, omnes cardinales, Episcopi, Sacerdotes, Monachi, Moniales, Reges, Principes, Domini, totus mundus simùl cum suis dæmonibus, atque insuper habebunt ignem tartareum in capita sua, neque grates vllas. Hic esto meus Doctoris Luteri instinctus à Spiritu sancto, verumque ac sanctum Euangelium.* Sed idem iste Luterus in libro Visitationis scribit, absque pœnitentia nullam esse peccatorum remissionem, neque absque pœnitentia remissionem peccatorum posse intelligi. Vbi autem non est remissio peccatorum, ibi certè non potest esse iustificatio. Vtrum ergò est ex instinctu Spiritus sancti? isthúcne, an illud superius? O Deus bone, quis tandèm miserorum mortalium fascinauit pectora, vt tam importuno ac impotenti monstro, haud secùs atquè Christi Apostolo & Euangelistæ, suas animas credere nõ dubitârint? Quis, obsecro, vnquàm vel propheta vel Apostolus eiusmodi verborum portentis vsus est? Posteà adfert quoddam Ioannis Hussi damnati hæretici vaticinium, quod ad se ait pertinere. Sed Hussus & Luterus iam pariter suę temeritatis luunt pœnas, & licèt vterque Ecclesiam Ro. oppugnârit, tamen ea Ecclesia illis iampridè extinctis manet, mansura etiàm vsque ad supremum mundi diem. In altero libello, quem Prę monitionem inscripsit, multo etiàm est insolentior, impotentior & cõtumeliosiior. Sed non est pius lector eius blasphemijs onerandus. Responsum illi abundè fuit à Catholicis: verùm ille iam multo & Principum, & populi studio fruebatur, proindeque nullius pensi habuit scripta omnia, adeoq; & Ecclesiasticos & seculares principes ac magistratus omnes incredibili mentis elatione contempsit. Cæsar eius improbitatem neutiquàm tulisset, nisi eum grauissima, eaque ferè perpetua bella retardâssent. Edidit contra hunc Luteri libellum, scriptum quoddam lingua Germanica Ioãnes Cochlæus, vir doctus & pius, & de catholica fide optimè meritus, in quo inter cętera magna sanè constantia, vti & aliâs non semèl fecerat, obtulit se etiàm sub periculo capitis, ad experiẽdum coram iudice cũ quouis Luterano super doctrina & actis Luteri. Sed neque tunc, neque vnquàm aliâs quisquam eorum ausus fuit eius rei periculum facere, & cum illo in hanc iudicij disceptatiõem venire. Cùm enim tum Luterus ipse, tum eius symmystę ex ipsorum editis libris planè conuincantur & hęretici & seditiosi esse, palamq; venisse contra omnia tum diuina tum humana iura, verbis quidem miram ꝑ se ferũt iactantiã & confidentiã, sed legibus experiri nõ audent, & neq; ius, neq; iudicẽ ferre vel volũt vel possũt. Cùm sit aũt inuicta veritas, defendi facilè

Nota intolerabilem Luteri arrogantiam.

Luterani nõ sunt ausi experiri certamen cum Cochlæo.

potest,

potest, nec Christus deest pro veritate certantibus: indè fit, vt Catholici plerique etiàm sub vitæ periculo sæpè se obtulerint ad disceptãdum cum nostræ ætatis nouatoribus coram Magistratu: sed timida nequitia, malæ conscientiæ stimulis agitata, non audet in tam præsens se discrimen conijcere: scriptis interim & apud miseram plebeculam proijciunt ampullas & sesquipedalia verba.

Fuit verò hoc Luteri pestilentissimum atque impudentissimum mendacium, quòd in eadem Præmonitione sæpè iactitat Papistas probè scire ac vltrò confiteri, Luteri doctrinam verum ac merum esse Euangelium. Quod quidem ille faciebat, vt principes & populus tanquàm vera asserẽti propensioribus animis fidem commodarent. Contra hoc eius insolens scriptum scripsit quidam laicus Dresdæ grauiter & validè, cui Luterus suo more non Euangelico, sed scurrili & satanico respondit conuicioßissimè. Titulus libelli est, *Contra sicarium Dresdæ.* Ibi inter cętera sic habet: Nihil curo, quòd queritur (scilicet laicus, quem sicarium vocat) in libro meo nõ ferè nisi maledicta & diabolos nominari. Hoc debet esse mea gloriatio, meusque honor. Sic & habere volo, vt deincèps dicatur de me, quòd plenus sim maledicentiæ, criminationisque & execrationis in Papistas. Volo & decęterò me aduersùs nebulones istos exercitare execrationibus ac maledictis vsque ad sepulturam meam, nec vllum verbum bonum ex me ampliùs audient. Ego meis tonitruis ac fulminationibus sic eis ad sepulturam compulsabo. Sic ille miser, hauddubiò obsessus à dęmone. Ecquid verò in his verbis est non planè barbarum, immane, & plus quàm satanicum? Quis vnquàm vir bonus ità scripsit? Et certè ad sepulcrum vsque in Catholicos fuit maledicentissimus, cùm dicat Apostolus: Benedicite, & nolite maledicere. Quis aũt vir fuit Luterus, vt tantũ sibi sumeret? Dignus ille qdem, q iusto Dei iudicio ad tantã insaniã & impietatẽ deuolueretur.

Luteri impudens mendacium.

quid gloriaris in malitia? Vide hominem insania ebrium.

Rom. 12.

Hoc ferè tempore Maria germana soror Cęsaris, coniunx quondã Ludouici Hungariæ regis, qui quorundam infaustis deceptus cõsilijs, temerè cum paucis processit obuiàm Turcarum amplissimis copijs, miserèque perijt, in Belgium venit, successura Margaritæ Cęsaris amitę nuperè defunctę, in administratione ditionum omnium Germaniæ inferioris, ad Cæsarem pertinentium.

Maria regina venit in Belgium.

Protestantes iterùm conuentum habent Francofurti, vt erat constitutum. In eo ciuitatum legati renunciant, se nolle Ferdinandi regis electioni obstrepere: quòd si ille contra Euangelium vi quippiam moliturus sit, velle se ex fœderis Smalcaldici prescripto omnia sua ad defensionem cõferre. Principes verò Cęsari & Ferdinãdo scribunt, eam electionem se nõ posse approbare, quòd esset contra morem & libertatem Imperij. Itaque hac in re alia Principum, alia ciuitatum Protestantium sententia fuit.

Conuentus Francofurti.

Ciuitates eædem magnoperè id laborabant, vt Heluetij in fœdus adscriberentur: sed Saxo recusauit, propterea quòd de Cœna Domini nõ idem cum Luteranis sentirẽt: Non enim volebat cum ijs hominibus quicquã habere commercij, quos sciebat Lutero esse vel maximè inuisos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad penultimum mensis Augusti diem Moguntinus Archiepiscopus & Ludouicus Palatinus princeps diem constituerunt, quo agerent cum Protestãtibus de pace componenda. Ventum est Smalcaldiam, missis vtriusq; partis legatis, sed nihil confici potuit, excusantibus sese Protestantium legatis. Hæc animorum, præsertim in religione, dissensio nõ latebat Turcarum principem, qui totis viribus in Germaniam sese armabat.

Cesar agit cũ Saxone per legatos.

Egit quoquè Cæsar priuatim per Guilhelmum Nassouium & Nuenarium comites cum Saxoniæ Principe, si qua posset cõcordię ratio iniri: sed ille aiebat, in ea se doctrina ad supremum vsque spiritum permansurum, quam Augustæ sit professus. Ea fuit Luteri doctrina. Sed vtinàm ille princeps eam constantiam in Catholicæ Ecclesiæ doctrina retinenda declarâsset.

Hoc anno Tigurini & Bernates Zuingliani, quorum est apud Heluetios magna authoritas & potentia, Quinquepagicis, nempè Lucernatibus, Vranis, Suicijs, Vnterualdijs & Tugianis, qui Catholicam religionem fortissimè tuebantur, omnes conuehendę annonę aditus præcluserunt. Ea res vehementer Quinquepagicos afflixit, cõpulitque bellum Tigurinis & Bernatibus indicere, vt factum est. Causas eius belli graues & vehementes in literis suis exprimunt: vt meritò pudere debeat Sleidanũ, dum ait silentiò ab illis fuisse conductas copias, culpamque omnem eius belli in eos conferre nititur. Sed non est hoc valdè turpe apud Sleidanũ, mala fide in rebus narrandis versari. Indictum est hoc bellum Tigurinis & socijs eorum die 4. Octobris. Itaque vtrinquè sese ad arma parant. Tigurini longè præstant humanis copijs & viribus: Quinquepagici causæ suę æquitate freti, omnem spem suam in DEI auxilio collocant. Die XI. Octobris, Tigurini apud Capellam monasterium Suicios, Tugianos & Vnterualdios inuadunr: Catholici fugam simulant, vt in paratas insidias hostem pelliciant. Mox ex insidijs valido agmine prorumpentes, Tigurinos in fugam compellunt. Cæsi sunt ex Tigurinis 1500. & in ijs omnium malorum incentor & caput Zuinglius, qui inuẽtus à duobus Catholicis adhùc spirans, interrogatusque num confessione expiare se vellet, mortuum se simulans, nihil respondit. Et illi quidem hominem non nouerant. Alius verò superueniens, vt vidit miserum, lœtale vulnus inflixit, detulitque ad belli duces, qui eum iudicio publico condemnatum proditionis & hęreseos, flammis tradi iusserunt. Cæsi sunt cum illo etiàm alij quidam apostatę insignes. Ferunt, Tigurinos quosdam Zuinglij cineres domum absportâsse. Quid ni enim? Qui diuorum omnium cineres & reliquias nullo dignantur honore, digni erant qui damnati hęretici apud se cineres asseruarent. Eius verò mors vsqueadeò doluit Oecolampadio desertori monacho, vt paulò pòst à fœmina, quã incestis polluit nuptijs, in lecto extinctus repertus fuerit. Vsqueadeò enim frigidum est hoc genus apostatarum, vt periculum sit, nè præ frigore moriantur, nisi quam primum lepidam aliquam puellam sibi per summum scelus adiungant, cuius sulfureis amplexibus incalescant illo igne, quem non Dominus

Quinquepagici Heluetij indicũt bellum Zuinglianis.

Zuinglius occumbit in prælio.

Nota.

Oecolampadius moritur.

Iesus

Iesvs amator integritatis & virginitatis filius, sed tartareus satan misit in terras. Tigurini autem hac accepta clade, intra paucos dies rursùs maiores instruũt copias: accitisque Bernatibus, ad triginta hominum millia producunt in aciem. Occurrunt illis Catholici, quorum tota cohors octodecim millibus constitit. Iterùm concursum est infestis signis, Zuingliani cæduntur à Catholicis, fit fuga turpis Zuinglianorum, flumen quingentos absorbet, in conflictu septingenti prosternũtur. Id prælium commissum est Octobris die 17. Pessimè habuit ea res Tigurinos & Bernates, q; plurimi à paucis in fugam turpiter acti & superati essent. Eamobrèm in auxilium adsciscunt sibi Basileenses & Schaffhusianos & Sangallios, & Mullusianos, eo consilio, vt noctù Catholicos imparatos inuadant. Non latuit Quiquepagicos quid illi machinarentur, iubentque suos interulas lineas armis supinducere, vt eo symbolo noctù possint alij ab alijs internosci. Vbi ad pugnam ventum est, atrox fit prælium, iamque Catholici non paucis amissis debilitari cœperant: sed Deus, qui pijs nunquàm deesse solet, laborantibus opem tulit, adeò vt hostes fugam arripere cogerentur, aliquot millibus è suis desideratis. Fuit hoc, die Octobris 24. Sunt qui scribant, vltima Octobris iterùm cõmissum esse prælium, multis Tigurinis occidione deletis. Est apud Heluetios templum quoddã inprimis venerabile & miraculis celebre, Deiparæ Virgini sacrum: Eremũ appellant. Ad id templum Quinquepagici processionem decreuerant, à fœminibus, pueris, fœminis, virginibus, omnique imbelli turba peragendam. Tulerunt hoc ægerrimè Zuingliani, iamque constituerant illam ædem euertere, & imaginem beatissimæ Virginis in frusta concisam, igni absumere. Sed ille tam barbarus & à Christiana pietate alienus conatus, multo illis sanguine constitit, nec tamen voto sunt potiti suo. In his pręlijs cùm Zuingliani longè essent armis & milite superiores, satìs euidenter sese declarauit superni Numinis fauor, quo freti Catholici, pręclaras ex eis victorias retulerunt. Habebant enim Catholici in exercitu suo sacrificos suos, quibus sua errata confiterentur, & quorũ sacrificijs quotidiè interessent, in quibus sanè religiosè admodùm diuinum implorabant auxiliũ, vt ostenderent se non in armis, sed in potẽtia Dei spem suam reposuisse. Constituerant etiàm xviij. viduas, quę per vices nocte ac die senę semper in templo D. Virginis eremitico pro exercitu deprecarentur. Ad extremũ certis quibusdam conditionibus pax redintegrata est. Non dubium quin hac sua constantia sempiternam apud omnem posteritatem sibi laudem pepererint inuicti illi Catholicæ fidei assertores, cuius nomine seipsos & sua omnia in extremũ non dubitârint discrimen adducere, nihil prorsùs absterriti neq; multitudine neq; potentia hostiũ, quòd scirent se causam fouere bonam, cui libenter fauere soleat rerum omnium prępotens Deus.

Aliud prælium.

Tertium prælium.

Eremus apud Heluetios.

Pietas & deuotio Quinquepagicorum.

Zuinglio apud Tigurinos successit Henricus Bullingerus, qui longo tempore solus ferè, vt suam declararet animi pertinaciam, Zuinglianum dogma libris editis, oppugnare nõ dubitauit, alijs interìm & metu se intra silentiũ tenẽtibus, & sensim in Luteri placita discedentib⁹. Multos enim ea

Henricus Bullingerus successor Zuinglij.

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam diximus, Zuinglianorum in Heluetijs ſtrages, à Zuinglij ſententia abſterruit, & erant res Tigurinorum vehementer afflictæ. Zuinglianus quidam duos illos miſeros homunciones, Zuinglium & Oecolampadiũ, qui paruo, vt diximus, interuallo ex hac luce repentè ſubtracti fuêre, vocat duo prędara Eccleſiæ lumina, quos tamen non ſolùm Catholica Eccleſia, ſed etiàm Luterus ipſe non alio quàm hæreticorum loco habuit. Væ qui dicis malum, bonum. Quòd autem de malis hominibus tam præclarè ſentiunt ab illis miſerè euerſi, id in augmentum cedit damnationis illorum apud inferos: prędaretque, nullam vnquàm haberi eorum mentionem, quàm illos vel tenuiter laudari. Eſt autem certè prodigioſum valdè, illos homines dici Eccleſiæ lumina, qui vaſtiſſimas Chriſtiano orbi tenebras offuderunt. Oecolampadius Baſileę ſepultus eſt in ſummi templi circuitu, eique etiàm inſigne poſitum eſt epitaphium his verbis: *D. Iohannes Oecolampadius, profeſſione Theologus, trium linguarum peritiſſimus, author Euangelicæ Doctrinæ in hac vrbe primus, & templi huius verus Epiſcopus, vt doctrinæ, ſic vitæ ſanctimonia colendiſſimus, ſub breue ſaxum hoc reconditus iacet.* Epitaphiũ Oecolampadij. Ità apoſtata monachus, qui diù in inceſto vixit coniugio, & aliquot proles reliquit, orbemque horrendis blaſphemijs infecit, vocatur vitę & doctrinæ ſanctimonia colendiſſimus, & verus Epiſcopus Baſileenſis, quaſi tum primùm Baſilea conuerſa ſit ad fidem Chriſti, quod certè illi vrbi vel maximè probroſum eſt. O quanta ignominia & dedecore afficientur iſti in ſupremo mundi die, qui etiàm poſt tantam iniquitatẽ eiuſmodi ſunt encomijs celebrati. Scripſêre quidam de eoipſo Oecolampadio, quòd ferro primùm, deindè veneno ſibi mortem inferre conatus ſit, ſed à ſuis impeditus, ſubita morte periërit. Zuingliani hoc negant, atqui eorum ſuſpectum eſt teſtimoniũ, præſertim cùm iſti noui Euãgelici non admodùm à pudendis etiàm mẽdacijs abhorreant: verùm vtcunquè ſit, ſi ſic mortuus eſt, vt Zuingliani ſcribunt, nempè in ſuo errore obſtinatus, infeliciſſimè mortuus eſt. Rectè enim ait ſcriptura: Mors peccatorum peſſima. Pſalm. 33. Cùm Zuinglij & Oecolampadij mortem ex cuiuſdam catholici viri literis Thomas Morus Angliæ Cancellarius cognouiſſet, ità illi reſcripſit: Zuinglij & Oecolampadij mors nunciata, lætitiam mihi attulit. Quanquàm enim dolendi cauſas reliquêre nobis heu nimiùm graues, propter multa, quæ neque ſinè horrore eloqui poſſum, & nemini ſunt ignota, neque audire homines pij ſinè profundo gemitu debent: ſublatos tamen è medio eſſe tam immanes fidei Chriſtianę hoſtes, tam accinctos ad Eccleſię excidium, tam intentos vbiquè in omnem perimendę pietatis occaſionem, iurè gaudere poſſumus. Hæc ille vir tantus, cuius ſententia habet ſemperque habitura eſt pondus prędipuum apud bonos omnes.

Zuinglij ſtudioſus quidam ſcribit, hoc tempore in Gallijs Euangelij quædam iam ſparſa fuiſſe ſemina, ſed diuturnam ibì & horribilem, in Zuinglianos prędertim, perſecutionem eſſe motam. Hoc nomine rex Gallorum Franciſcus multa laude dignus eſt, quòd has orbis peſtes, eorumque dogmata in ſuis ditionibus ferre noluit. Porrò verò in hac Zuin-

Zuinglianorum calamitate Luterani quoquè quotidianis cõcionibus, libris, epiſtolis & carminibus, victis inſultabant, aiebantq; iurè illos dediſſe pœnas ob iniurias Sacramento illatas. Et hoc quidem verũ erat, ſed nõ decebat Luteranos iſthuc Sacramentarijs improperare, cum quibus iam Marpurgi pacti erãt, vt deincèps à ſcriptis odioſis vtrinquè abſtineretur, & ipſi Luterani non minùs, atquè Sacramentarij, hęreſeos damnati erant. Sed quid iſti ſeruarẽt pacta conuẽta cum hominibus, qui fidẽ Deo datam fallere nõ dubitârũt, cùm pleriq; poſt votũ ppetuę cõtinentię palàm Deo nuncupatũ, palàm ad nuptias tranſierint? quas quidẽ nuptias Auguſtinus libro de Bono viduitatis, adulterijs dicit eſſe peiores. Luterani inſultãt Zuinglianis.

Multi tum ad Luterum à Zuinglianiſmo paulatìm deficiebant, & vſqueadeò Zuinglij & Oecolampadij nomen, tanquàm peſtilentiſſimorũ hæreticorum, quales reuerà fuerant, execrationi habuêre etiàm ſectarij, vt ſcripta eorum prorsùs condemnârint. Quin & Bucerus verſutiſſimus apoſtata ſcripſit Tigurinis concionatoribus, Luteri ſententiam de ſacramento ſibi tolerabilem videri, quem illi cõtrà hortati ſunt, nè à tam manifeſta Sacramentarię doctrinæ veritate ad Luteri dogma deficeret. Multis enim modis Zuinglij ſententiam Bucerus hactenùs probârat: ſed ità tamen, vt videatur ſuſque deque tuliſſe, vtcunquè de Sacramento ſentiretur, modò ipſi liceret ſuauiter & molliter cum ſua Dalila viuere, & huius mundi voluptatibus frui. Quid enim aliud ſentiendum eſt de excucullato monacho, in inceſto concubitu tot annis putreſcente? Et, niſi fallor, huius viri calliditate effectum eſt, vt etiàm Argentinenſes, cùm ſuam cõfeſſionem Auguſtę exhibitam, copioſiùs expoſuiſſent, nõ diù pòſt in fœdus Smalcaldicum tandèm recepti ſint. Videtur enim Bucerus ità vafrè illam Confeſſionẽ eſſe interpretatus, vt à Luterana aut nihil aut parùm abhorrere demum viſa ſit. Et certè id ille ſæpiùs etiàm Heluetijs pſuadere conatus fuit mira verborũ pplexitate, ſed illi hoïem verſutũ audire noluerũt. Zuingliani fiunt Lutherani.

Menſis Decembris die 19. Proteſtantes Francofurti rursùs cõueneruntacturi de vlteriori ſui fœderis defenſione. Valdè illi ſoliciti fuêre rerum ſuarũ, vt propemodùm ſuſpectos ſeſe reddiderint de mala fide, quaſi Euangelium ſuum non niſi armis defendi poſſe putârint, cùm tamen à Lutero didiciſſent, ne Turcis quidem reſiſtendum. Sed quis tandèm huius inauſpicati fœderis exitus fuerit, quàm nihil cõtulerit fœderatis, quot clades illis attulerit, infrà Deo volente dicemus. Rectè dixit Sapiẽs: Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. Conuentus Francofurti. Prou. 21.

Hoc anno haud procùl ab Harlemio, inſigni Hollandiæ oppido, ejectus eſt piſcis ingens ex Oceano, lõgus 68. pedes, craſſus 30. oris tanta vaſtitate, vt pateret pedes duodecim. Cetus ejicitur.

ANno 1532. Cęſar Carolus comitia indixerat Spirę, ſed ob Turcarũ irruptiones tranſtulit ea Ratiſponam, vt eſſet propinquior Auſtriæ, cui imminebat Turcarũ tyrannus. Interim rursùm Cæſaris permiſſu quidam Catholici Principes egerunt de pace cum Proteſtantibus, qui tum Suinfurti ſuos conuentus habebant. Multa ſibi permitti volc-

Universidad de Deusto
Biblioteca

volebant Protestantes, & cùm non posset certa concordiæ via inueniri, Noribergæ alter indictus est conuentus. Iam Turca cum incredibili exercitu imminebat Germaniæ, nec poterat negocium vltrà protrahi. Itaq; Cæsare cõsentiente in tanta rerũ difficultate, pax publica totius Germaniæ sancita est, & vt ad Concilium vsque nulli fiat molestia vlla religionis ergô. Sperabat enim Cæsar intra paucos menses celebratum iri concilium. Multa coactus est pijssimus Princeps ob temporũ calamitatem dissimulare, hauddubiè non facturus, si tanta Turcarum vis in certissimum totius Europæ exitium, Germanię non incubuisset. Vbi verò Protestantes Cæsaris hoc decretum acceperunt, obsequentiam & officium illi deferunt, & auxilia contra Turcas pollicentur. Interìm Luterus & noui dogmatistæ animis erigebantur, quòd viderent magno se metu liberatos, Cæsare Turcico bello distento.

Christiernus Danus capitur à suis.

Hoc anno Christiernus Danorum rex, ob tyrannidem pulsus è suo regno, conscripto milite, decimo exilij sui anno conatus est amissas recuperare ditiones: sed vbi in Noruegiam & Daniam venit, captus est parùm integra fide, cùm literis & sigillis cautum ipsi fuisset, Missus indè in carcerem, ad supremum vsque diem vitæ suæ mansit captiuus. Tandèm cùm populus videretur propensis in illum esse animis, fertur præsentissimo veneno sublatus. Fuerat illius certè immanis & barbara planè crudelitas, cui etiàm hoc accessit, quòd in Luteri hæresin lapsus, in ea quoquè diem suum obijt. Potest ille regibus & Principibus esse exemplo, vt si rectè & ordine subditis suis imperare ac dominari velint, priùs suis affectib⁹ suoq; animo dominari discant. Sed de hoc rege iam antè quoquè diximus.

Solimânus imminet Germaniæ.

Cùm Cæsar & Principes essent Ratisponæ, certis affertur nuncijs, Solimannum innumeris instructum copijs, in Mœsiam penetrâsse. Dolebat barbaro & arrogantissimo Tyranno, q; nõ longè antè cum ignominia à Viennæ mœnibus depulsus & profligatus esset: famaq; erat, ea causa auctis copijs venire in Germaniam, vt Viennam maiorib⁹ viribus oppugnaret. Putabat enim vni sibi summo iure deberi Romanum Imperium, qui Constantini potentissimi Græcorum Imperatoris sedem occupâsset. Prætereà cùm de Carolo Cæsare mentio haberetur, vel literæ scriberentur, eum non Cæsarem, sed Hispaniæ regem barbaro quodam fastu appellare solebat. Porrò in certam spem victoriæ se vocari minimè dubitabat, quòd certò comperisset Germanorum inter se de religione dissensiones, quę illi animos vehementer augebant. Et reuerà actum fuisset de tota Europa, nisi communi omnium sententia & voluntate auxilia Imperatori decreta fuissent. Quod quidem illi Tyranno præter expectationem euénit, qui Imperij sui fines Ottomannorum principum more magìs magisque prolaturus, Germaniam spe iam deuorârat. Solent enim

Ottomânorũ erga milites institutum.

Ottomanni exercendo militi bella ex bellis serere, è veteri disciplina inerti ocio neutiquàm eos corrumpi finere, finitimos quosque tanquàm veros hostes armis in potestatem redigere. Eo instituto alternis annis ingentes copias educendo, multis gentibus bello superatis, supra viginti

Asiæ

Asiæ atque Europæ regna suo Imperio adiecêre.

Legati ad Solimânum missi.

Ferdinandus rex certior factus de Solimanni expeditione, tres legatos cum muneribus ad eum mittit, quos ille quidem humaniter susceptit, sed nihil impetrârunt aliud, nisi vt castra sequerentur. Cęsar interìm proponit in comitijs Ratisponensibus, quãto in discrimine res sint, nisi animis ad concordiam reuocatis, coniunctis viribus immani hosti eant obuiàm. Tum verò principes legatique omnes propensissimis animis pollicentur, se more Maiorum salutem publicam & communem omnium, maximeque Imperij existimationem defensuros. Itaque discceditur, & vno oẽs animo ad arma se parãt. Cæsar ex Italia instructissimas Italorum & Hispanorum copias accersit. Andreæ quoquè Auriæ maris præfecto dat negocium, vt comparatis triremibus & onerarijs nauibus, aduersùs Turcarum classem in Greciam traijciat. Clemens Pontifex ad id bellum immensam auri vim cõtulit, & eo officio suum in Remp. animũ verè paternum egregiè testatus est, quanquàm exactiones sacerdotijs & clero impositę, nimiùm graues plerisque viderentur. Galliæ & Angliæ reges, itemq; Heluetij, eius belli spectatores ociosos sese præbuerunt: sed si quid Germanię præter spem accidisset, nihilo meliori loco eorum quoquè res futuræ erant.

Clemens Pontifex confert pecuniam.

Legatum Pontifex misit Hippolytum Medicem Cardinalem, iuuenem naturæ & fortunę donis longè ornatissimũ, qui bello interesset. Fuit eius aduentus non modò Cæsari & Ferdinando, sed etiàm Germanis vel maximè gratus. Nam præter ingentem pecuniam, etiàm multos viros fortes ac militares equos adduxit, nullum interìm Cardinei cultûs fastum prę se ferens. Eius pecunię parte quadam cõducta sunt octo millia equitũ Hungarorum, quos se habiturum Ferdinandus promiserat. Erant apud Ferdinandum duo, præter alios, duces admirandæ virtutis, quibus singulis singula vexilla honoris causa de manu tradidit Cardinalis, in quib⁹ pictę erãt imagines crucifixi Seruatoris nostri, quę vel ferrea possent mouere pectora ad pietatem. Sub hoc tempus Vaiuoda Aloysio Gritto, quem Turca illi socium reliquerat, negocium dat expugnandę Strigonij arcis, quæ Ferdinandi præsidio tenebatur. Milites Germani eam oppugnationẽ aliquandiù fortissimè sustinuerunt, licèt rerum propè omnium inopia laborarent, parumque feliciter cum Turcis nauali prelio manus conseruissent, qui eis subsidio missi fuerãt. Interìm in Austriam ex Italia venit Hispanorum ac Italorum non contemnenda manus, ità vt Alphõsus Vastius Cęsaris dux egregius, plerosque Italos, superante militum multitudine, dimittere cogeretur, quod quidem inuitus fecit, sed sic Cæsar iusserat. Indè Cęsar cum copijs Belgicis, quæ erant mirificæ, per Danubium à Ratispona Linicum deuehitur. Nunquàm tot naues, totque milites à Romanis vsque temporibus Danubius tulit. Vndiquè audire erat consalutantium acclamationes, tympanorumque & cornuum ac tubarum concentus. Ripæ quoquè fluminis equestribus & pedestribus copijs complebantur. Solimannus intereà vbi Belgradum peruenit, Sauo amne multis simul pontibus constrato, innumerabilem equitum multitudinem in Pan-

8000. millia equitum Hungarorũ

Copiæ Cęsaris.

p noniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

noniam intulit, & in Valeriam prouinciam, quæ Stiria hodiè dicitur, rectà contendit.

500000. Turcarum Guintiũ nõ possunt expugnare Turcæ.

Ex legatis Ferdinandi & captiuis quibusdam posteà cognitum est, in exercitu eius fuisse ad quingenta hominum millia, & in ijs trecenta ferè equitum millia. In ipso itinere occurrit illi Guintium oppidum, quod Nicolaus Lurixius parua suorũ manu cõtra tantã hostium vim defendere non dubitauit. Circundata est vrbs immenso exercitu, aguntur cuniculi, certatur vtrinquè acerrimè: sed cùm tandèm eò iam res redijsset, vt immanissimi hostes propemodùm intra murum irrumperent, ingens clamor à fœminis & pueris sublatus, ferocissimũ militem prorsùs attonitum reddit, ità vt impetum Turcæ reprimerent. Vrgebant ꝑfecti Turcarum milites verbis & verberibus, vt fortiter pedem proferrent: sed ijs planè detrectantibus, pugna finem habuit. Referebant Turcæ, se equitem districto gladio ipsis vrbem inuadentibus minas intentantem in aëre cõspexisse, quem plerique piè crediderunt D. Martinum fuisse, qui Sabariensibus, à quibus Guintium parùm aberat, oñibus dubijs temporibus semper opitulari consueuerit, licèt id rideant hæretici, quorũ impietas nos ad imploranda Diuorum suffragia multò etiàm magis commouere debet. Scimus enim certa fide, illos iam Deo coniunctissimos quidlibet facilè ab eo impetrare posse. Dolendum est, ante tot secula in Vigilantio & alijs perditis hæresum architectis damnatos errores, hoc ꝙo rursùm ab inferis in orbem reuocari, nec pudere Christianos eorum probare dogmata, quorũ est apud Catholicam Ecclesiam memoria execrabilis.

In hac exigui eius oppiduli oppugnatione diebus 23. hæsit Solimannus, & cùm vi expugnare non posset, quod mirum profectò fuit, certis tamen conditionibus transegit cum Nicolao præfecto, atque ità non sinè dedecore indè abscedens, in Carinthiæ fines iter habuit.

Literæ Solimanni ad Cęsarem.

Cùm adhùc apud Guintium esset, Ferdinandi legatos serica talari veste & singulis argenteis pateris donatos cum literis ad Cæsarem & Ferdinandum remisit. Erant illæ in oblongo & perangusto dentatę chartę volumine aureis atque cæruleis literis Arabicè cõscriptæ, obsignatęque aureo sigillo, & sacculo purpureo inclusæ, tantis inuolucris barbari vanissimique regis superbiam præferentes.

Summa literarum erat, se Ioannis Vaiuodæ amici sui ac beneficiarij vlciscendi causa in Pannoniam venisse, ipsorumque ditiones infesto exercitu vastaturum, & de totius orbis imperio cum eis prelio decertaturũ. Hæc quidem ille & alia multa superbissimè, quæ tamen posteà, præsertim quòd ad pugnam conserendam attinet, non præstitit. habebat in exercitu suo tormenta ænea currulia circitèr trecenta. castra plena erant oñis opulentiæ, securitatis, silentij, disciplinæ. vniuersus exercitus veruecinis carnibus atque oriza affatim reficiebatur. Verùm enimuerò non fuit ausus rectà proficisci ad Cęsarem, cuius exercitus magna alacritate eius aduentum ad Viennam sustinebat. Nè tamen absque Germaniæ clade

Bombardę currules.

discederet, missus est Casonus dux strenuus & impiger cum quindecim millibus equitum, qui omnia lõgè lateque depopularentur, & summam Germanis calamitatem sua crudelitate adferrẽt. Non defuit Casonus Solimanni votis: fit magna passìm in agris & pagis cædes hominum: cuncta fumo, flammis & ignibus per multa milliaria collucent, rapiuntur in captiuitatem passìm miseri, senes inualidi, fœminæq; catenis & laqueis tracti, equorum cursum adæquare coguntur, infantes pueri simul cum ædificijs exuruntur. Ad Lincium vsque oppidum, vbì tum erat Ferdinandus rex, ea barbarorum rabies progressa est. At vbì multa onustus præda eodẽ ferè, quo venerat, itinere ad Solimannum redire cõtendit, in nostros pedites & equites incidit, qui diuersis in locis eius reditum opperiebantur. In ipso autẽ itinere captiuos ad quatuor millia, nè oneri essent, immanis barbarus crudeliter occidit. Progressus indè, in Palatinum incidit, à quo magna equorum & hominum strage edita, ipse quoquè Casonus fortissimè pugnans cæsus est. Qui superfuère, paulò pòst in Lõdronij & Ioachimi Brandeburgici copias delati, pecudum modo mactati sunt, captis tamen nonnullis, qui in seruos venderentur. Postremi, qui effugerãt Germanos, Hungaros sensère longè infestissimos, qui etiàm fugientes per sexaginta ampliùs stadia, terga cædentes, persecuti sunt. Ità in diuersis locis ad octo ferè millia periérunt: Quidam multo plures perijsse scribunt. Iam Solimannus ad Gratiam cõtenderat. Cæsar verò ad Viennã castra posuit, non detrectaturus prelium cum hoste superbissimo: sed frustrà illius aduentum præstolabatur. Ferunt eum à quibusdam Christianis proceribus admonitum, nè pugnæ aleã subiret, quòd Germania oñis in armis esset. Nec tum solùm, sed etiàm aliàs cõstat, Turcas, cùm iam in magno discrimine versarentur, à Christianis, vt sibi cauerent, admonitos. Sed tales nomine fortasis sint, re autem vera minimè sunt Christiani, qui plùs Christiani nominis atrocissimis hostibus, quàm rebus Christianis fauere videantur. Solimannus itaque, licèt equitatu nostros multis modis superaret, essetque alioquì bellicæ gloriæ auidissimus, non tamen est ausus vires perielitari suas, sed (quod maximè dolendum est) plus quàm triginta millibus Christianorum in fœdissimam seruitutem (vt ferebatur) abductis, ꝑter eos quos Casonus & quidam alij Turcæ diuersis in locis trucidârant, Constantinopolim ex turpi fuga sempiternam secum ignominiã reportans, ità discessit, vt idẽtidèm respectaret, an Cæsar à tergo sequeretur. Sic immanis ille Tyrannus intra paucissimos annos bis Germanorum è finibus cum dedecore profugit, pugnante hauddubiò pro pijssimis principibus Carolo Cęsare & Ferdinando rege, quos omninò extinctos voluit, Deo Opt. Max. quem illi semper religiosè coluêre, maximo ad omnem posteritatem veræ pietatis exemplo, quod Principes viri imitari summoperè debeant. Nam tametsi in hoc bello habuit Cęsar descriptorum peditum nonaginta, & equitum triginta millia, præter alios multos vltrò in id sacrum bellum profectos, pręter equitum quoquè & peditum ministros, quorum erant non cõtemnendæ vires, & bellandi peritia haud vulgaris,

Cędes, rapinæ, incẽdia.

Turcę à nostris trucidantur.

Turca detrectat pręliũ.

30000. Christianorum capta.

Turca fugit

Exercitus Cęsaris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos tamẽ totam hanc victoriam, quæ certè fuit memorabilis, nõ tam humanis viribus, quàm prępotentis Numinis fauori acceptam referre debemus. Sicut enim in Cęsare fuit singularis erga Deum pietas & animi deuotio, ità quoquè singulari semper ferè Dei Opt. Max. benignitate & fauore perfruitus est. Vbi verò Cęsar de Solimãni discessu cognouit, in Italiam cum aliquot Germanorum & Hispanorum millibus proficiscì instituit, plurimùm deprecante Ferdinãdo, vt tanto exercitu vterentur ad opprimendum Vaiuodã, quem Solimannus Hungarię regem constituisset.

Cęsar abijt in Italiam.

Verùm Cęsar multis de causis, tum q̃ hyems subesset, tum quòd pestis atrox in castris atque adeò in ipsa aula multos quotidiè raperet, in proposito discedendi permansit: sic tamen, vt Italicas copias oñes relinqueret, quæ Austriacis iunctæ, bellum Pannonicum gererent. At verò Itali excitata seditione, sublatisque vexillis, summo Ferdinadi regis dolore, in Italiam contenderunt.

Interìm dum Cæsar in Italiam parat iter, Andreas Auria cum ingenti classe aduersùm Turcos proficiscitur, quibus hauddubiò eius inopinatus aduentus certissimam videbatur cladem allaturus, nisì à Venetis quibusdam de Aurię aduentu certiores facti, matura omninò fuga sibi consuluissent. At nihilominùs oppida aliquot Gręcię, egregiè profligatis Turcis, Auria expugnauit, lõgè maiora damna daturus Solimanno, procùl à Cõstantinopoli in Germania bella tum gerenti, si Veneti, quorum erat instructa admodùm classis, suas vires cum Cęsaris copijs coniungere voluissent. At illi fœdere cum Solimanno icto, quõ minùs id facerent, se prohiberi asserebant. Non defuisset tum occasio rei apud Constantinopolim quoquè & alibì benè gerendæ, Gręcis præsertim Christianorum aduentum, suique è durissima seruitute liberationem auidissimè prestolantibus, Solimanno verò longissimè à Constãtinopoli posito, si Christiani Principes coniunctis viribus sæuissimum hostem opprimere voluissent. Nulla ergò re magìs auctæ sunt Ottomannorum vires & potentia, quàm Christianorum intestinis odijs, bellis & simultatibus, quæ plerunquè ex rebus friuolis trahunt originem, dum alij alios excellere volunt, nec contenti ditionibus suis, alienas inuadunt, aliaq; bella ex alijs serunt propter Meum & Tuum.

Andreas Auria aliquot orę cię vrbes expugnat.

Cùm Ratisponæ comitia adhuc haberentur, publicè prostabat scriptũ quoddam valdè impium, hac inscriptione, *De Trinitatis erroribus libri VII. Michaëlis Serueti Hispani.* Nefarios cumprimis & inauditos hoc opus complectebatur errores, dataque opera est à Cæsaris confessario, vt supprimeretur. Verùm eodem tempore homo Germanus è terra Iuliacensi, Ioannes Campanus, qui biennio Luteri discipulus fuerat Vuittenbergę, eosdem ferè de summa Trinitate errores asserere non dubitauit. Atqui Luterus, tametsi in eum calamum strinxit, tamen ad tantam impietatem fenestram illi aperuit, cùm nõ est veritus scribere libro aduersùs Iacobum Latomum, se odisse vocem Homousion, quam etiàm dicit non receptam à multis, ijsque preclarissimis: quin & Hieronymum ait queri, nescire

Michaëlis Serueti impiũ scriptũ.

Johannes Campanus.

nescire se, quid veneni lateat in syllabis & literis. Verùm ibì sceleratissimè de D. Hieronymo mentítur. Is enim in quadã ad Damasum Epistola de Hypostasi dubitat, non de Homousio: immò verò etiàm per Homousion Trinitatem orat Damasum, vt respondeat. Porrò Luterus hocipsum in Arrianis probat, quòd noluerũt Homousion, quam dicit prophanam vocem, recipere. Quòd autẽ D. Hieronymus de hypostasis vocabulo hæsitat, indè accidit, opinor, quòd Hypostasis Gręcis substantiam significat, sed à Theologis in rebus diuinis pro persona accipitur. Et vna quidem est diuinitatis substãtia, personæ verò tres. Habuit itaque ea dictio Hypostasis, quandam amphibologiam, vt à maleuolis & de substãtia diuinitatis, & de persona posset accipi. Quamobrèm etiàm reprehenduntur à D. Basilio Epistola 64. ad pcipuos in Neocæsarea, qui D. Gregorij Neocęsareen Episcopi verbis, quibus contra Ethnicum disputans, hypostasin pro substantia præter aliorum Patrum morem vsurpârat, ad stabiliendum impijssimum Sabellij dogma abutebantur. Porrò ausus est quidã Poëticus Theologus tres summè adorandas personas, tres Chimæras dicere, prouocatus audacia Luteri.

Luterus mentitur.

O scelus.

Hoc anno scripsit Germanicè librum Iohannes Bugenhagius Pomeranus, excucullatus monachus, cõtra Catholicos, quem voluit appellari, *Aduersùs calicis fures.* Illum apostatam Vuittenbergẽses suum pastorem & superintendentem vocãt. Is liber scatet maledictis, mendacijs & calũnijs, vt agnoscas spiritum Luteri quinti Euangelistæ. Impotenter incurrit in Episcopos, quòd populo calicem subtraxerint: damnat quoquè Missę sacrificium, perindè àc si Ecclesia ab impuris apostatis discere debeat, quo sint ritu & ordine Sacramenta administranda. Idem Apostata profectus quandoquè ad amplas quasdam ciuitates, pręsertim maritimas, nõ absque tumultu & seditione, qua nouum gaudet Euangeliũ, Luteri dogmata sparsit in vulgus rerum nouarũ auidum, Ecclesiasq; Lutericas spiritu illo quo plenus erat, constituit & confirmauit. Cùm autem ex Dania rediret, & sinu Baltici maris emensо, non quidem absque tempestatis periculo, littus Cimbricæ Chersonesi attigisset, non est veritus palàm his vti verbis: Tu meum habeas Dania Euangelion, ego nummos tuos. Vale. Et reuerà nõ parùm multis onustus opibus redijt Vuittenbergam, suauiter & molliter illic perfruẽs rebus tam pręclarè partis. Confecto bello Smalcaldico, de quo infrà dicetur, librum edidit, quo auaritiæ suæ dolos haud obscurè prodidit delirus senex. Contra eius libellum, aduersùs fures calicis inscriptũ, grauiter & eruditè catholicos defendit Michael Vehus Doctor Theologus, professione Dominicanus, qui fuit Cardinali & archiepiscopo Moguntino à consilijs. Principiò obijcit illi apostatæ maledicendi & cõuiciandi libidinem: deindè ostendit, quæ illum probare oporteat. Ait ergò: In quolibet negocio optimum fundamẽtum est veritas: qua ille prętermissa, librum ordítur à mendacijs. Itaque nos eius calumnias domùm remittemus, donèc sua probet mendacia. Quòd si verò nescius est, quid illi probandum incumbat, nos haud grauatìm id eum docebimus. Primò qui-

Scriptũ Bugenhagij.

Vox digna deplorato apostata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ probãda sint illis, qui calicem volũt porrigi oportere.

dem planum faciet, Calicem ex Christi mandato ab omnibus necessariò sumi oportere, id quod ille adhuc cum suis neque fecit, neque facere vnquàm valebit. Sed esto: Sint hæc ad omnes dicta à Christo, Bibite ex eo omnes: at tum quoq; docere debebit, ea verba necessarium habere præceptum. At si hîc suos consulat, inueniet suæ sectæ primarios id negare, dicereq́ue Christum neque alteram, neque vtranque speciem sumendã præcepisse. Deindè si hoc quoquè ponamus, ea verba habere necessariam præceptionem, iam illud nihilo minùs testatum faciet, quòd ad singulos speciatìm, non ad omnes generatìm, dicta sint, sicut illud, Crescite & multiplicamini. Atquì hoc etiã cõcesso, dicta ea esse speciatìm ad singulos, porrò illi probandum venit, etiàm omnia huius præcepti verba ad singulos pertinere. Sunt enim hîc multa, Consecrare, Offerre, Edere, Bibere, In memoriam eius facere. At id certè nunquàm ille planum efficiet, nisì cõsecrandi munus velit etiàm ad singulos rusticos pertinere. Quòd si verò hoc quoquè illi permittatur, tamen restat adhuc probandum, Christum accedente necessitate & periculo, non reliquisse præceptum hoc nobis liberum, neque Ecclesiam tali occurrente casu hac esse authoritate præditam, vt eiusmodi possit edere cõstitutionem, qua id periculi euitetur. Hęc quidem ille in principio huius prolixi operis contra Pomeranum apostatam acutè & pensiculatè, ad quę non facilè respondebit vnquàm tota colluuies horum nouatorum.

Luterus cõtra pactum scribit in Zuinglianos.

Eodem anno scripsit Luterus ad Albertum Marchionem Brandeburgensem, neq; id clàm, sed publicè, licèt secùs Marpurgi conuentum esset, hortaturq́; illum principem, vt sibi caueat à doctrina Zuinglij, & Zuinglianos è sua ditione profliget. Molestè hoc tulerunt Tigurinę Ecclesię ministri, scripseruntq́; etiàm ipsi eidem Principi, pro suis symmystis illũ deprecantes. Miserunt quoquè illi libellum Bertrami presbyteri de corpore & sanguine Christi, quem quidam Zuinglianus Germanicè conuerterat, vt sciret tota Germania, quàm antiquum ipsi dogma sequerentur. Bertramus ille monachus fuit anno salutis 830. aut paulò posteriùs. Et quanuis non admodùm sit vetustus, nec magni momenti author, tamen hũc idoneum iudicârunt Zuingliani, quem nobis tanquàm prodigiosę antiquitatis & irrefragabilis authoritatis obijcerent, cùm ipsi interim innumeros sanctissimos Patres habeant contemptui, licèt hinc indè ex illorum scriptis quędã in speciem proferant, vt indoctis hac fallacia imponãt, quę tamen vix vnq̃ syncerè & integrè, sed potiùs malè detorta proferũt: immò etiàm sępè contra suam conscientiam aiunt eos sensisse & scripsisse, q̃ tñ neque sensêre, neq; scripsêre vnquàm. Caueat sibi, cui salus sua cordi est.

Zuingliani se tuentur.

Iohãnes Saxoniæ dux moritur.

Per id tempus, quo in Turcas arma expediunt̃, in venationis loco haud procùl Vuittemberga, excessit è viuis Saxonię dux Iohannes, Luteri patronus. In eius funere duas ad populum conciones habuit Luterus, quas etiàm voluit exire in publicum. Eas quidam catholicus scriptor ità confutauit, vt ostenderit pudendam Luteri inconstantiam, quæ in illo homine prodigiosa fuit, meritò cordatos omnes absterrere debere, nè eius doctri-

doctrinam complecti velint. Piget referre ineptias, quibus Saxonem ipsi Christo videtur velle cõparare, tanquàm instàr Christi pro omnibus, putà Luteranis, biennio anteà Augustæ mortuus fuerit, cùm tamen ibì corpore mortuus non fuerit. Quòd si sentit, principem illum animę mortem illic oppetijsse, ea quidem horrenda mors est: nec obscurum est, Augustæ eum palàm subscripsisse confessioni Luteranę, quæ reuerà non potest nõ mortem adferre ipsam approbantibus. Successorẽ habuit Iohannem Fridericum filium, Lutero impensè fauentem. Ante annos aliquot, cùm Luterus primùm scribere cœpisset, inter alia edidit etiàm librum de decem præceptis. In eo vehemens est cõtra Vualdenses siue Pighardos, quòd illi Germanis affingerent idololatriã propter cultum & venerationem sanctorum. Et quia loca scripturæ, quibus vnus Deus adorari iubetur, insulsè pro se allegabant, vocat eos impios scripturę peruersores, & subdolos calumniatores pietatis nostræ: quæ nos verba & in illum, & in sectarios oẽs rectissimè retorquere possumus. Eodem libro hæc addit: Omnes sancti omnia possunt, & tantum tibi per eos à Deo datur, quantum credis te accepturum. Scripsit etiàm concionem de Prępparatione ad mortem, in qua hortatur ægrum, vt inuocet oẽs angelos, præcipuè proprium, item Christi matrem, apostolos & sanctos omnes, eos pſertim, erga quos specialem sentiat animi deuotionem. At non diù pòst de sanctis admodùm cõtemptìm scripsit, inter alia dicens, Sanctos, dum viuerent, fuisse ceu gemmas quasdam: mortuos verò, esse velutì ligna quædã, immò mera idola, & quicunque eos venerarentur. At nunc rursùs homo inconstantissimus in altera concione funebri, multa dicens in laudem defuncti Saxonis, docere nititur, quàm preciosa sit in conspectu Domini mors sanctorum eius, q̃ in maiori precio habeat sanctos defunctos, quàm in carne degentes, &c. Spectatum admissi, risum teneatis amici? Quis enim non rideat tale portentum?

Eum Lutherus cõparat Christo.

Eodem anno noua Oceani rabies Phrisones, Hollandos, Selandos, Flandros incredibili damno affecit. Pauloantè Franciæ & Angliæ reges Boloniæ & Caleti fœdus percutiunt, quod meritò suspectum esse potuit Carolo Cęsari multas ob causas, quas commemorare nihil opùs est. Vnũ certum est, vt alibì dicemus, nõ diù pòst nouum bellum inter Cęsarem & Gallum exarsisse, ridentibus Turcis & hęreticis, quibus ea summorũ principum discordia, ad agendas res suas in primìs opportuna fuit.

Inundatio aquarum.

Cæsar postquàm in Italiam venit, cum Clemente Pontifice Bononiæ sępè familiariter collocutus, de Concilio indicendo inter alia, vt erat Protestantibus pollicitus, egit. Verùm Protestantium concionatores etsi vera bis Concilium petere viderentur, re ipsa tamen nihil petebant minùs. Nam eiusmodi illi habere volebãt Concilium, quale nulla vnquàm ętas apud Catholicos vidisset. Atq; posteà res certa declarauit, quàm illi Concilia nihili penderent, spreta authoritate & sententia concilij Tridentini, quod tamen certè fuit eiusmodi, vt cum quouis vel ante mille annos celebrato conferri possit. Sed de hoc, suo loco.

Cęsar nonniæ cum Põtifice loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Henricus Anglus repudiat Catharinam reginam.

ANno 1533. Henricus eius nominis 8. Anglorum rex, à quibusdam improbis adulatoribus malè persuasus, repudiauit Catharinam Ferdinandi Hispaniarum regis filiam, & Caroli Cæsaris materteram, quam annos ampliùs viginti in matrimonio habuerat, præstanti sanè pudicitia & singulari humanitate modestiaque reginam, duxitq; Annam Bolanam siue Boleniam, in aula reginæ liberiùs educatam. Ferunt quendam eximium Angliæ procerem, Gallicis captum muneribus & auro, persuasisse Henrico regi, iure ac meritò repudiari posse, immò & debere Catharinam. Hoc enim eò pertinebat, vt ea iniuria Carolo Cæsari irrogata, ab eius amicitia Angliæ rex prorsùs abalienatus, cum Francisco Gallorum rege arctissimo fœdere copularetur. Aliquandiù causa diuortij huius, Romæ ventilata, eò tandèm adduxit Clementem Pontificem, vt contra regem Henricum ferret sententiam, minareturque ei Excommunicationis fulmen, nisi intra certum tempus, reiecta Anna, Catharinam reciperet. Verùm Henricus à suo proposito nulla se passus est ratione deduci. Quæ res tandèm Angliæ regnum florentissimum in multas coniecit calamitates & clades, ità vt vsque in præsens eius regni status sit admodùm infaustus ac turbulentus. Ex Catharina susceperat rex filiam vnicam Mariam, quę licèt compulsa fuerit renunciare regni titulo, postquàm Bolenia aliam regi filiam peperit: at posteà tamen mira DEI prouidentia in Reginam procerum studio electa, religiõem Catholicam iam propemodùm extinctam restituit, & animo plusquàm virili multa egregia eo in regno facinora designauit, vti infrà dicetur.

Pontifex cõtra Anglum profert sententiam.

Georgius Saxo persequitur Lutheranos.

Hoc anno Georgius Saxoniæ princeps optimè meritus, ægerrimè ferens Lipsiæ quosdam è plebe Dominicis diebus ad vicinum pagum, qui erat ditionis electoris Saxoniæ, confluere ad Cœnam, vt ipsi vocant, vtriusq; speciei, pestem illam à suis subditis, nè serperet eius mali contagio, prorsùs arcere deliberauit. Fuit hoc molestum ciuibus eo morbo correptis: & quia Lipsia à Vuittemberga nõ nisi septem Germanicorum milliariorum interuallo separatur, Luteri, ea in re quid agendum sit, consiliũ implorant. ille incunctãter respondet, vt nihil hac in re agant cõtra conscientiam, quam tamẽ ille satis nouerat esse erroneam, & ad Ecclesiæ Catholicæ sententiam, meritò corrigendam ac deponendam. In ijs literis importunus ille scurra pijssimum & verè Catholicum Principem Georgium vocat hostem Euangelij, satanę apostolum, homicidam & raptorẽ. Iam seditionem Lipsiensis Senatus metuebat ipsis sacratissimis Paschatis diebus, quib⁹ hęc Luteri Epistola venit Lipsiam, & à multis certatim describebat: at tamẽ Senatûs Catholici studio sedata res est. Georgius Princeps vbi isthuc comperit, conquestus est apud Saxoniæ Electorem, & is quidem visus est minari Lutero, nisi se purgaret. verùm hocipso magìs inflammauit Luterum ad iactanda in optimum principem atrociora cõuicia. Et id fecit homo audax admodùm impunè, cùm iam plerique etiàm Principes persuasum haberent, nihil à Lutero dici vel fieri, quod nõ esset planè Euangelicum. Sic ille prodigiosus Euangelista multos Catholicos vtri-

vtriusque ordinis principes audacissimè proscidit, securè latitans in nidulo Vuittenbergensi, ob bella perpetua, quę Cæsarem cogebat ab eius repressione aliò animum cogitationesque suas omnes transferre. Dici satis non potest, quàm sese impudenter iactitat, quòd ipse vnus omnium iam indè ab Apostolis ciuilium Magistratuum & ordinum cõscientias cum primis luculenter confirmârit, instruxerit, & consolatus sit per singularem Dei gratiam, ità vt neque Ambrosius, neque Augustinus hac in parte ipsi comparandi sint. Et certè multùm ille egit, vt persuaderet Principibus & Magistratibus politicis, res & facultates Cleri atque monasteriorũ iurè ab ipsis vsurpari posse, vt etiàm multis locis factum est: sed quantùm indè creuerint opes Principum, res ipsa testatur. Quòd si verò hoc est cõfirmare & consolari conscientias Magistratuum, quod quidem nemo sanus dixerit, non erit planè mendax Luterus, quippe qui hac in re vix parem habuerit vnquàm. Sic item alibi scribit, Euangelium suum luculentius & clarius esse, quàm fuerit temporibus Apostolorum, & Germanos ante ipsius doctrinam nunquàm verum habuisse Euangelium. Sed ea portenta verborum, hominis insaniam produnt. Immò verò nunquàm Germania densioribus fuit inuoluta tenebris, quàm vbi Luteri Euangelium accepit. Testantur hoc tam variæ & monstrosę sectę, quę in dies magìs ac magìs increscunt. Porrò Princeps Saxonię Georgius, diligenti adhibita inquisitione, comperit homines circiter 70. Lipsiæ nolle vna specie esse cõtentos. Illos igitur intra certum tempus iussit vel animum mutare, vel locum. Laboratum est ab Episcopo Mersburgensi & aliquot Prę-latis & Doctoribus hortatu Principis Georgij, vt possent in viam reduci, sed ęgrè duo admisere in pectus sana consilia: alij Lipsia excesserunt, quos Luterus suo more consolatus est, egregiè interìm & fortiter mentiens, vt talem decebat Euangelistam. Inter alia enim ausus est scribere, Lipsiæ Euangeliũ, sanctum Paulum, totamq; scripturam diuinam prohiberi & condemnari, hominesq; ad eam abnegandam & infestandam iuramento adigi. Multa ab illo improbissimo homine pertulit ille insignis princeps Georgius: & est certè dolenda res, licuisse homini importuno nõ solùm impunè, sed etiàm multis applaudentibus, tam impotenter & insolenter incurrere in virum tantæ & dignitatis & integritatis. Et tamen nõ desunt qui molestè ferãt, si catholici tam improbum hominem, eiusque similes sycophantas, interdùm duriùs tractent. Scilicet licere isti debet quicquid libet: catholicis verò nec id quidẽ licere debet, vt pro tuenda veritate paulo liberiùs istorum effrenem conuiciandi, mentiendi & maledicendi libidinem perstringãt. quòd si verò tam sunt quidam addicti Lutero & eius satellitibus, vt ferre nequeant si quid in eum asperiùs dicatur, certè non paulo æquiores eos nobis fore non dubitamus, si legissent quibus illi se inuicèm emblematis ornant.

Luteri insolens iactantia.

In sermone de destructione Ierusalem.

Calumnia Luteri.

Hac ferè tempestate fuit non minima dissensio inter Electorem Saxonem, & Georgiũ Principẽ, neq; id tamen solo religionis nomine, verùm etiàm quasdam alias ob causas politicas. At verò quandoquidẽ Electoris

Controuersia inter Saxoniæ principes.

auus

Universidad de Deusto
Biblioteca

auus Ernestus,& Georgij Principis parens Albertus,eum in modum cõmixtim ditiones suas partiti erant,vt alter alteri bellum facere non posset absque propriæ ditionis detrimento,lis ad arbitros delata est,quorum industria satis prudenter composita controuersia omnis, eum habuit euentum,vt tum Cochlæo,tum Lutero & alijs interdictum sit,nè suis altercationibus,quæ religionis ergô susciperẽtur, nomina & causas principum horum atque vrbium ad ipsos pertinentium admiscerent.

Anabaptistę nidificãt in Vuestphalia.

Hoc anno sensim in Vuestphaliam irrepsêre Donatistarũ reliquiæ, impij Anabaptistæ, quorũ secta in multas partes, vt olim Donatistarum, mirabiliter distracta est, quemadmodùm & Luteranorum & Zuinglianorum,tametsi & ij & hæretici omnes nostræ ætatis, sua dogmata pleraque ex Luteri fontibus hauserunt. Est in Vuestphalia oppidũ insigne, quod Monasterium vocant.Eò tanquàm ad tutissimum asylum (est enim vrbs egregiè munita) confluxit ea perditorum hominum fæx, eo consilio, vt ibi quasi Capitolium aut Sion sibi cõstituerent. Quem autem successum habuerint,dicemus paulò infrà.

Eodem anno deflagrauit Antuerpiæ, quod est celeberrimum Brabantiæ emporium, insigne templum Virginis Matris, incendij origine incomperta.

Legatus Põtificis ad Protestãtes.

Cùm Cæsar venisset in Italiam, egissetque cum Pontifice de Concilio cogendo, iamque ex Italia mense Martio nauigâsset in Hispaniam, Pontifex legatum suum misit vnà cum Cæsaris oratore ad Protestantes, qui illos certiores redderet de habenda Synodo Oecumenica. Vbi ad Saxonem venit legatus,ille cum reliquis Protestãtibus deliberandi spatium petijt,& facilè impetrauit. Verùm satis posteà ex responso Protestantium apparuit,quale illi concilium, quàm alienum ab omni superiorum ætatũ consuetudine peterent. Nolebant enim authoritatem Pontificis,leges Pontificias & scholarum opiniones,vt ipsi vocant,quicquam hîc valere, immò & contra ipsum Pontificem Romanum tanquàm reum agi volebant,quòd ille Luterum iniquè damnâsset, & multa alia,quibus id apertè declarabãt, se nullum omninò velle in Concilio admittere iudicem præter sacram scripturam, sed ità tamen, vt liceret ipsis eam pro suo arbitratu interpretari. Ità quidem Euangelici dogmatistæ mirum in modum crepabant sacram scripturam, cùm nihil minùs vellent, quàm gnisiam scripturæ sacræ mentem & intelligentiam, quam non ex priuatis & deprauatis prauorum hominum iudicijs,sed ex Catholico totius Christiani orbis consensu petere oportet. Et quidem verissimè dixit Apostolus,Litera occidit,spiritus viuificat. At isti inhærent literæ,ad suas prauas opiniones plerũquè violenter detortæ:mẽtem & sensum literæ floccipendunt: vndè igitur confutabunt hæreses ab ipsis dissentientes, quæ non minùs atquè ipsi scripturas crepant? Dicit Luterus se puram doctrinam,purum Euangelium adferre.Idem dicunt Zuingliani, Anabaptistæ, Zuencfeldiani, Seruetiani,qui omnes in quibusdam planè discrepant à Lutero. Quis hîc iudex erit legitimus,qui has dirimat controuersias? Certè non nudus scri-

Scripturæ sensus vndè petendus.

1. Corint.3.

ſcripturę textus,quem omnes isti ad se rapiunt,& sibi singuli potissimùm vendicant:sed scripturę genuinus sensus,quem ex Catholico orbis Christiani consensu longè securiùs & certiùs accipimus, quàm ex insanis hæreticorum cerebris.

Quòd si illi vsqueadeò abominantur Pontificis Romani sentẽtiam & authoritatem,quã vniuersus orbis Christianus semper agnouit,suspexit,& reueritus est: quanto nos iustiùs Luterum & eius generis pestes execramur, qui iam olim damnatas hæreses reuocant in orbem, easque in summi Dei singularem contumeliam non dubitant vocare purum DEI verbum,& puram Euangelij doctrinam? Fuit ea profectò mira Luteri & aliorum dogmatistarum versutia, quòd suis principibus & magistratibus persuadere potuerunt, se nihil magis petere quàm Concilium: & tamen cùm iam esset habendum concilium, ijsdem persuadere, eiusmodi non esse legitimum Concilium.His illi atque alijs quibusdam artibus mirè illuserunt Germaniæ,& horrendum in modũ permultos fascinârunt,prodigiosa quadam incogitãtia passim ruentibus miseris mortalibus in præcipitia mortis ęternę,ad quæ vocabãtur ab istis animarum parricidis,licèt interim viderentur sibi iam tandèm veram agnouisse vitam & lucem, & euasisse laqueos & imposturas Pontificias.

Luteranorũ versutia.

Cuius generis multa leguntur in Sleidani commentarijs, cuius hoc præcipuum studium est,vt Luteri & hæreticorum nostratium perniciosa dogmata,dum lectorem incautum,historię voluptate captum detinet,in totum orbem dispergat, &plurimos inficiat,interim subindè impudenter mentiens,neq; tam id spectãs,quàm bona fide narret res gestas,quàm vt suæ causæ patrocinetur. Qua quidem re apud cordatos & intelligentes homines id cõsecutus est,vt historiæ eius tantum apud ipsos habeant ponderis,quantum debẽt eius hominis,quem nec pudet,nec piget identidèm egregiè mentiri.Et hoc ille facit libertate Euangelica,quæ istis permittit quidlibet,modò possint credere,sola fide se iustificari apud Deum. Estque hoc certissimum, istos homines nullius pudere mendacij,modò sua dogmata apud imperitos rerum tueri, & catholicos vel maximè inuisos reddere queant.

Sleidani studium.

Vanitas.

Hæc paulò fusiùs eò dicta sint, vt nôrit Lector,Cõcilium quidem sæpè petijsse Protestantes ordines, sed fraude suorum concionatorum eò adductos esse, vt Conciliũ verum & legitimum prorsùs repudiârint, atq; eiusmodi duntaxât voluerint, quod ipsorum concionatores suæ causæ iudicâssent cumprimis opportunum & accommodatum. Nam cùm in omnibus œcumenicis synodis semper prima fuerit authoritas Romani Pontificis, isti concionatores Pontificem prorsùs cogunt in ordinem, eumque rei personam sustinere volunt, quod est impudentissimæ insolentiæ, cùm non sint nescij, secùs in omnibus Concilijs legitimis actitatum esse, licèt suis Principib⁹ & ciuitatũ Magistratibus diuersum persuaserint.Immò vsqueadeò Romanũ Pontificẽ in odium & cõtemptum adduxerũt,vt apud oñes,qui Luteri & discipulorũ eius dogmata cõplexi sunt,

Concilium quale Protestantes petierint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt,non alio quàm ipsissimi Antichristi loco habeatur. Sic enim expedit istis Euangelistis, vt nulla sit Romanæ Sedis authoritas, cuius ponderesciunt superiorum temporum hæreses omnes mirabiliter oppressas & elisas.

Elizabeth filia regis Angliæ.

Huius anni mense Septembri Elizabetha, Annæ Bolenię filia,nascitur Henrico Anglorum regi,Maria Catharinę Cæsaris materteræ filia,regni titulo se abdicare coacta, quæ tamen postea mirabili rerum permutatione in regnum euecta, hanc Elizabetham, quòd malè sentiret de religione,captiuam detinuit,nec capitis discrimẽ,vt ferebatur,Elizabetha euasisset,nisi Philippi Hispaniarum Catholici principis,qui tum Mariam in matrimonio habebat,precibus seruata fuisset. Atqui cùm paucis annis rerum potita esset Maria, & heroica quadam animi virtute Catholicam religionem apud Anglos egregiè instaurâsset, mortua est non sinè multa, vt quidam aiebãt,veneni suspicione:porrò Elizabetha illi substituta,rursùs religiõem mutat, aliquot Catholicos Episcopos in carceres conijcit, & execrabilem Iohannis Caluini hæretici Sacramentarij doctrinam toto regno propagat. Nec tamen ea sola ibi grassatur,sed multiplex portentosarum hæresum confusio illud opulentum regnum miserè deuastat.

Nuptiæ Hẽrici Galliæ regis.

Hoc anno Clemens Pontifex rogatu Francisci regis Massiliam profectus, nuptias Catharinæ ex iuniore Laurentio Medice neptis suę,quam iam antè Henrico Valesio Francisci regis filio desponderat, incredibili totius Galliæ studio & alacritate celebrat, familiariter admodùm, idque crebrò,cum rege Francisco colloquia miscens. Ea verò res Caroli Cęsaris animum non parùm offendit,quòd nouos motus & turbas præsagire videretur. At Pontifex, qui Cæsaris filiam notham domi suę tanquàm nurum habiturus erat,regiæ quoquè & nobilissimæ stirpi sanguinem suum inserere maximè decorum arbitrabatur, communemque vtriusq; & Cæsaris & Regis amicitiam sibi colendam existimabat, quemadmodùm deceret Christi in terris Vicarium,cuius est communem omnibus se parentem exhibere,cunctisque se ex rectæ rationis præscripto præbere æquabilem. Præter materna oppida in Aruernis,centum millia aureorum cum vnionibus multisque gemmis & preciosa tori supellectile dotis nomine Henrico accesserunt. Poterant plerisque,vti etiàm accidit,eæ nuptię impares videri:sed Franciscus rex non frustrà putandus est Pontificis amicitiam varijs hominum suspicionibus antepositisse. Habebat apud se pontifex vnicornis bicubitale cornu,aureæ cælatæ basi inclusum. id règi Frãciscoad depellenda epulis venena dono dedit. Ferunt enim sudare cornu,si venenum mensis inferatur. Rex insigne aulæum rependit, Belgica arte affabrè elaboratum. Dedit item Hippolyto Medici Cardinali mansuefactum leonem eximiæ proceritatis,quem è Mauritania Hariadenus Barbarussa cum legatis transmiserat. Vbi demùm Romam Pontifex redijt, alij atque alij eas nuptias aliter atque aliter interpretabãtur, vt solent in libera ciuitate liberiùs interìm iactari sermones in quoslibet. Cæsar interìm admonebatur ab amicis & socijs, vt à Frãciscorege sibi caueret, qui con-

Dos neptis Pontificis.

conquiescere minimè posse videretur. Erat enim rex ille præcelso animo, nec facilè concoquere potuit eam ignominiã,quam in Ticinensi pugna captus & in Hispanias abductus acceperat: & certè, vt infrà dicetur, non diuturna pace afflicto orbi Christiano frui licuit. Hoc obitèr annotare libet,quanto illi in errore versentur,qui opibus cumulandis perpetuò inhiant,cùm videant potentissimos reges in summa rerum omnium affluentia quietos esse nõ posse. Essent autem quieti,si suis affectibus & cupiditati potiùs,quàm vel toti orbi terrarum,dominari ex animo studerent.

Luterus cõtra Zuinglianos.

Hac tempestate Luterus,contra Marpurgensem pactionẽ, scribit Frãcofurtensibus,nè communicent cum Zuinglianis. Bucerus profectus Tigurum,purgat se à defectionis suspicione, atq; interìm nihilominùs versipellis homo Tigurinis ministris persuadere nititur,Luterum verbis potiùs quàm re ipsa à Zuinglio dissentire, quod tamen illi non crediderunt. Erat hoc in illo homine prodigiosæ cuiusdam audaciæ, quòd cùm sciret Luterum penitùs execrari Zuinglianos,tamẽ persuadere Zuinglianis voluit,non dissidere Luterum ab illis,nisi verbis. Quid autem illi ausi non erunt,qui in re tam perspicua pręstigijs quibusdam id volunt efficere, vt apertis oculis non putent homines se id videre,quod vel maximè videãt? Hi nimirùm sunt,qui incredibili temeritate palàm asserere nõ dubitârũt, hactenùs Germanos non habuisse verum Euãgelium, ipsos demùm hoc in lucem protulisse. Et certè cùm tam impudens mendacium, cum intolerabili stultitia & amentia cõiunctum, nullam prorsùs fidem mereretur, tamen innumeri illud haud secùs atquè ipsam Euangelij veritatẽ amplexi sunt. Sed hac de re posteritas iudicabit, nec satìs mirari poterit, tãtum potuisse versuta ingenia apud homines Christianos.

Chronica Sebastiani Franci.

Zuinglianus quidam hæreticus Sebastianus Francus grãde scripsit volumen Germanico idiomate,quod Chronica inscripsit. Tres eius operis partes sunt:Prima,ab Adam vsque ad Christum gesta commemorat: Secunda, à Christo vsque ad coronationem Caroli Cæsaris: Tertia cæteris prolixior & exitialior,omni ingenij contentione oppugnat Ecclesiã Catholicam. Sed tanta fuit eius scripti impietas,vanitas,impotentia, vt Magistratus Argentinensis authorem quidem iusserit ex vrbe emigrare: typographo verò eius vendẽdi facultate prorsùs interdixerit. At tamen per fraudem multa clàm sunt distracta exemplaria,quæ leguntur à miseris nõ minori pernicie quàm voluptate.

Luterani prophetizant.

Matth.24. Marc.13.

Hoc quoquè anno Luterani,vt propheticę gratiæ opinionem sibi cõciliarent, multa spargebant in vulgus,non solùm de iam iamque impendente iudicio extremo,sed etiàm de certa eius die,cùm tamẽ Christus ipse dicat,De die autem illa & hora nemo scit,neque angeli cælorum,nisi pater solus:vt neque plerique ciues ędificare,neque agricolæ rus colere vellent:nobiles verò aliquammulti, tanquàm certo eodemq; supremo mũdi die morituri,Eucharistiam acciperent. At ea pseudoprophetarum vana persuasio in risum & ludibrium abijt,resque ipsa docuit,quàm sint isti pręclari prophetæ. Accidit hoc Vuittenbergæ & in alijs nonnullis op-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pidis. Eiusmodi terriculamentis etiàm Anabaptistæ libenter imponere soliti sunt rerum imperitis. Cautior lõgè fuit Manes vetustus hęresiarcha, qui nè in suis vaticinijs coargueretur mendacij, si de futuris prędiceret, de pręteritis prodigiosa figmenta contexuit.

Anabaptistæ occupant Monasteriũ

ANNO 1534. mense Ianuario Anabaptistæ audax facinus aggressi, Monasterium Vuestphaliæ metropolim occupârunt. In eam vrbem, quòd multo sit Clero insignis, tardiùs irrepsit Luterana lues. At vbì ea semèl irrepsit, sensim Anabaptistarum quoquè perdita fæx sese, quadam vsa modestia, in id oppidum insinuauit. Cumque paulatim suum gregem increuisse cernerent, seditionem mouent, forum occupãt, cæteris non magnoperè resistentibus, siue quòd abhorrerent à fundendo ciuium sanguine, siue quòd Episcopũ, non lõgè ab vrbe peditatu & equitatu instructum, vererẽtur per eam occasionem in oppidum irruiturum.

Mouent loco Magistratum.

Porrò Anabaptistæ Magistratum loco mouẽt, & primò quidem eos, qui ipsis consentire nollent, patiuntur abire cum rebus suis, non tamen esculentis & poculentis, quas exportari nolebant. Deindè verò rebus omnibus spoliatos, ex vrbe exigunt, quotquot ab ipsorum secta abhorrerent, adeò vt etiàm infantibus corallia detraxerint, nec à conuicijs in abeuntes iactandis sibi temperandum putârint impios & ethnicos eos vocitantes. Hoc enim ea hominum pestis sibi persuasum habet, qui idem cum ipsis sentire nolint, eos ethnicorum loco haberi oportere. Itaque non modò Catholicis, sed etiàm Luteranis fugam arripere coactis, Anabaptistę vrbẽ sibi vendicãt, ædes pulcherrimas Canonicorum, Patriciorum & Senatorum aliorumque homines profligati & perditi sibi vsurpãt, funestum aliquid hauddubiò in totius orbis perniciẽ meditaturi, nisì Deus illorũ cruenta consilia anteuertisset. Mouit ea res non immeritò Episcopum Monasterienssem, vt de reprimenda sceleratorum hominum audacia maturè deliberaret.

Fuit in vrbe sartor quidam natione Batauus, quem illi miseri, miserè ab illo tãquàm diuinitùs admonito delusi, sibi regem creârunt. Nam ille mirabili vafricie persuasit insanis, Deum ipsi per spiritum mandâsse, vt rex fieret Israel & iustitiæ instàr Dauidis, & in totum orbem suæ dominationis iura proferret, perderetque omnes, qui ipsius fidem amplecti & iustitię

Anabaptistę multo hauriũt ex fontib⁹ Luteri.

subditi esse detrectarẽt. Non est dubium, quin ex Luteri scriptis multam hauserint pestilentissimi erroris occasionem Anabaptistæ, vtcũque eum discipuli eius excusare nituntur. Quid enim aliud ille docet, quàm turpissimam quãdam carnis libertatem, omnes ferè humanas leges respuentẽ?

Sartor fit rex. Eius vxores

Igitur ille sartor promotus in regem, nõ defuit sibi, quòd ad corporis voluptates affatìm explendas attinet. Duxit vxores multas, (nam plerunquè Euangelici omnes valdè sunt eam in rem intenti, nè, si solis cubãdum sit, frigore enecti miserè pereant: & hoc habent ex schola Euangelistę Luteri) aulam regiam & proceres instituit, quorum essent diuersæ functiones

Aula. Proceres. Vestes. Diadema.

& officia, eosque & se quoquè holosericis, aureis & argenteis vestibus, quas è templis abstulerat, splẽdidè exornat: in capite gerit diadema triplici corona

corona insigne, ex auro lectissimo, catenamque auream gemmis coruscãtibus conspicuam: pomum item aureum, cui exigua crux aurea esset insixa, cum hac inscriptiõe, *Rex iustitiæ super terram.* Deniquè ensem aureum cum capulo argẽteo. Reginam quoquè, inter vxores quas complures habuit, primariam, eiusq; puellas mirifico splendore afficit. Certos quoquè per hebdomadam dies constituit, quibus audiret ciuium actiones & querimonias. Cùm in publicum prodiret, stipatus erat aulę suæ proceribus & officiarijs: proximè eum sequebantur in equis bini adolescentuli: qui à dextris erat, Biblia & coronam gestabat: alter euaginatum ensem. Certè enim Anabaptistæ non minùs quàm Luterani Euangelium & scripturas crepant, nec alia ratione Melanchthon, cùm in eos scriberet, vincere eos potuit, quàm Traditione Ecclesiastica, cùm tamẽ alioquì nihil extra scripta diuina recipiendum blaterẽt Luterani. In foro sublimis ei collocatus erat thronus, aureo tapeto vestitus. Ibì qui causam dicturi essent, priùs bis curuato poplite, deindè semèl proni in terram prostrati, regem venerabãtur. Longum esset, prodigiosæ insaniæ deliramenta omnia enarrare, quæ in ea vrbe tum visebantur. Vt verò dogmata sua longè lateque propagarent, quosdã in vicinas vrbes emitti voluit: quod ità gestum est: Propheta quidam tubæ cantu conuocat omnes ad primariæ ædis atrium. Venerunt armati ad quatuor hominum millia, cœnãinueniunt & elixis & assis carnibus instructam: discumbunt omnes, Rex & Regina ministrant. Iam propemodùm peracta cœna, rex ipse panem singulis porrigit, his verbis: Accipite, comedite, nunciate mortem Domini. regina poculum porrigit, dicens: Bibite, & annũciate mortem Domini. Quid ni enim sacerdotum sibi munus vendicarent, cùm Luterus docuerit omnes homines esse sacerdotes? Sed eiusmodi Eucharistiæ integro, vt ipsi vocãt, sacramento digni sunt, qui in Ecclesiæ Catholicæ sententia nolunt acquiescere, sed calicem quoquè putãt necessariò sumendum esse ab omnibus. Cùm autem comedissent ij, quos iam diximus, etiàm illi cœnârunt, qui interìm in excubijs fuerãt circiter mille. Cœna absoluta, Propheta supradictus ex editiori loco percontatur, num omnes Dei verbo morem gerere velint. Illis asseuerantibus, ait eam Patris esse voluntatem, vt in quatuor orbis plagas dimittantur ex vrbe, qui doctrinam, quam ipsi essent amplexi, disseminarent. Deindè è scheda nominatìm recẽsentur ad vigintiocto, è quibus sex Osnaburgum, totidem Cosfeldiam, octo Susatum, & totidem Vuarẽdorpium iussi sunt petere. Deindè rex & regina cum reliqs ministris & Apostolis ad profectionem designatis, cœnatum abeunt. Ibì inter cœnãdum rex surgit è mensa, ait sibi quippiam à patre demandatum: militem proditionis accusat ipse, & suis manibus caput illi amputat: redit ad cœnam, & cruento commemorãdo facinore funestas epulas homo prophanus magìs etiàm polluit. Pòst dimittuntur illi portentosi Apostoli, quibus singulis singuli nummi aurei à rege erant attributi, pręter ea quæ essent victui parando necessaria, vt eos ijs locis, vbì illorum non esset recepta doctrina, in perditionis testimonium relinquerent. Mira hęc sunt omnia, &

Pomum aureum.
Ensis aureꝰ.
Regina.
Processus in publicum.
Thronus in foro.
Cœna regis
Nota insaniam.
Facinus prodigiosum.
Dimittit suos rex in orbem Apostolos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plena insaniæ,& quæ vix creditura sit posteritas. Sed quid nõ faciunt homines veritatis lumine destituti,& malorum dæmonum potionibus dementati? Euangeliũ suum legati promunt. Eunt illi insani homines,vt iussi erant,& suis quisque locis horrendos edunt clamores,homines vt pœnitentiam agant admonent,alioquì breuì perituros,prętorium quoquè adeunt,coram magistratu vestem humi expandunt,in eam aureum nummum quem diximus,conijciunt,à patre pacis annunciandæ causa missos se testãtur,quam si recipere velint, iubent facultates suas omnes in cõmune conferre:sin minùs,hoc se nummo contestari,quòd pacem oblatam repudiârint. Iam enim venisse tempus illud à prophetis omnibus prædictum,quo Deus toto orbe velit coli iustitiam:& cùm rex,suo functus officio,in orbem vniuersum iustitiã „pagârit,tum Christum traditurum regnum patri suo. Habent Anabaptistę in verbis & moribus pleraque,quæ miram prę se ferãt religionem: sed est reuerà genus hominum à malo dæmone miserè fascinatum & quasi arreptitium,ità vt eam religionem multis pudẽdis & turpissimis flagitijs permixtam,re ipsa demonstrent non ex pietate,sed insania & dæmonum illusionibus proficisci. Capiuntur apostoli monasteriẽses. Capti sunt autem Apostoli isti,& primùm blandè, pòst per tormenta rogati de sua fide,vrbis munitione,& plerisq; alijs. Inter cętera respondérunt,se solos habere verã doctrinam,quemadmodùm Luterani quoquè cum suo grege,& Sacramẽtarij cum sua factiõe,itemq; singulatim hæretici omnes. Porrò vbì Apostoli,quos diximus,à sua sententia deduci nõ potuerunt,capite damnati sunt,sed vnus euasit. Interìm Monasteriũ obsidetur. vrbs Monasterienſis grauissima obsidione premebatur, & tandèm eò redacti sunt,vt mures & glires in delicijs habuerint,corioque & pellibus cõtusis & coctis,panis loco vterentur,rege interìm nõ ad necessitatem modò,sed ad luxum etiàm rebus omnibus abundante. Plerisque verò inedia pereuntibus,quædam ex reginis illorum miserata calamitatem, dixit cæteris,non sibi videri eam miserorum cladem Deo gratam esse. Id vbì Rex Rex reginã decollat. resciuit,in forum illam cum cęteris suis vxoribus producit, caputque illi pręcidit. Ad tam pręclarum facinus aliæ cantillant,& gratias agunt cęlesti patri: Rex quoquè choreã ducit,populo vt idem faceret,persuaso,cui vix esset quod ederet. Luterus per hoc tempus scripsit in Anabaptistas Monasterienses,de quibus agimus,& ea in illis reprehendit mirabili versutia & simulatiõe,quæ ipse docuerat. Inter cętera scribit,nullum esse errorem tam absurdum & inconditum,quem non satanas persuadeat. Hoc quidẽ verissimum esse vel in ipso Lutero cernere licet,cuius sunt multa tam fœda & pudenda & absurda tum in moribus,tum in doctrina,vt nihil maiorem habeat admirationem,quàm vel vnum aliquem potuisse inueniri,q illius dictis fidem adhiberet,id quod aliquotiès nõ frustrà à me repetitur.

Vrbs proditur. Vbì tandèm summa inopia obsessos in vrbe pressit,duo ad castra Episcopi profugerunt,è quibus ille didicit,qua via vrbs posset capi. Tum verò Episcopus hortatur obsessos vt se dedant,volens parcere multitudini. Erant enim in vrbe non pauci, qui cuperent suæ saluti consultum: sed rex duodecim duces creârat, quorum opera fiebat, vt nihil posset populus

pulus sese commouere. At præsente rege oppidani per Bernardum Rotmannum,qui in ea vrbe primò Luteri,postea Anabaptistarum Euangelium docuit, respondent se à proposito minimè discessuros. Ità ergò duce perfuga milites circiter quingenti per fossam in vallum euadunt,occisis vigilijs portam minorem patentem inueniunt,vrbem intrant,& aliquandiù ancipiti Marte cum oppidanis congressi, portam reliquo exercitui patefaciunt. Tum verò copijs omnibus irruentibus, fit atrox cædes hominum: parcitur tamen quibusdam veniã implorãtibus. Rex & Cnipperdollingus eoipso tempore capiuntur. Rotmannus perditus nebulo, qui primus ferè author fuerat mutatę in ea vrbe veteris religionis,in confertos hostes desperabundus incurrit,ab ijsque confossus,impiam animã ad stygias paludes transmisit. Deindè rex & eius consiliarij Cnipperdollingus & Crechtingus aliquot mẽses ludibrio & in vinculis habiti, anno M.D.xxxvj, horrendo supplicio exanimati sunt. Nam palis alligati, diù ignitis forcipibus lacerati,& demùm adacto p pectus mucrone perempti sunt. Adextremùm caucis ferreis illigantur singuli, & ad summam vrbis turrim suspenduntur,rex quidem medius & ad hominis staturam cęteris excelsior. Is fuit exitus hominum sceleratorum, qui reuerà quiddam Gothicum,vel Cimbricum,aut Vandalicum iam meditabantur,nisi Dei „puidentia,quæ nunquàm deest rebus humanis,illorum furiosa consilia retardâsset,& impios conatus perfregisset. At nec sic tamen ea hæresis extincta est,immò hodieq; multis locis magno numero id genus hominũ versatur impunè quidem,sed non sinè magno eorum apud quos degunt, periculo.

Vrbs capitur. Supplicium regũ &c.

Huius anni mense Decembri habita est synodus pastorum Euangelicorum Constantiæ. Bucerus eius habendę author fuit,nescio qua authoritate. In ea Synodo, rectiùs conciliabulo, rursùm actum est de pace cum Lutero in Eucharistiæ negocio componenda. Dici vix potest,quàm in id totus mira vafricie & verborum inuolucris,quę Tigurini quoquè in ipso repræhenderẽt,Bucerus ille incubuerit,vt Luterani cum Zuinglianis cõciliari possent. Videbat id facilè astutus ille,quàm turpis esset & probrosa illa dissensio. Euocârat ad hoc conciliabulum etiàm Tigurinos pastores, sed illi non venerunt: Porrò scripto suam sententiam de Eucharistia declarârunt,& quatenùs cum Lutero cõcordia possit iniri. Hoc scriptum Basileenses,Schaffhusiani & Sangallenses,itemque aliquot Sueuici ecclesiastæ approbârunt,Bernenses autem quædã in eo repræhendebant. Summa summarum, Non est pax impijs, dicit Dominus: neque potuit inter dogmatistas sectarios concordia constitui. Euocatus est ex hoc conuentu Bucerus literis Lantgrauij & Melanchthonis, vt de concordia certiores rationes inirentur: sed laboratum est frustrà. Vtraque pars suam sententiã pertinaciter tuebatur,nec Tigurini Buceranas prestigias admittebant.

Synodus Euangelicorum Constantiæ. Isaiæ 57.

Hac ferè tempestate Luterus euulgauit scriptũ lõgè pestilẽtissimum de Angulari(vt ipse vocat)Missa,consecratione que sacerdotum. In præfatione minas intentat de profligando rancido, vt ait, Chrismate, rasisque coronis.

Luterus de Missa angulari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

coronis. Ibi quoquè per Dei verbum iactitat indulgentias abolitas, Purgatorium extinctum, peregrinationes suppressas, & multas alias Papistarum idololatrias, & Dei Mammonæ cultus prostratos: vt rectè in eum cõpetat illud scripturæ diuinæ, Qui lætãtur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis: Itemque illud, Impius cùm venerit in profundum peccatorum, contẽnit. Sed quia non Dei verbo, sed ipsius Satanæ opera & hortatu multa ex iam dictis apud quosdam Germaniæ populos profligauit, vt tandèm id totus orbis perspicuè posset intelligere & videre, ipsemet in hoc libro sese turpissimè prodit, aitque se cum diabolo in disputationem ingressum de Missa & quibusdam alijs, tandemque ab eo victum ac superatum rationibus illius, illas se pro inuictis acceptâsse: vt iam nemo tam stupidus & plumbeus sit, quin vel digitis tãgere possit eius infausti hominis doctrinam, non Christi, vt solet iactare, sed diaboli esse. Fatetur ibi diabolum aliquotiès sibi noctù apparuisse, atque ità afflixisse, vt sibi planè mortem oppetiturus videretur: addit etiàm se persuasum habere, Oecolampadium & alios quosdã eiusmodi ignitis satanæ telis & lanceis in subitariam mortem impulsos esse. Non est autem disputãdum cum malo dæmone, & neque tunc ille mendacij parens audiendus est cùm vera dicit. Et tamen Luterus contra Missæ sanctissimum sacrificium illum audiuit. Certè postq̃ hoc ille de seipso scribit, eant iam in suas tenebras cũ illo suo à diabolo edocto Euangelista, quotquot eius dogmata sequunt, iactentq̃; puram doctrinam Luteri, nos non à diabolo, sed à Christo & eius Ecclesia discere & doceri volumus. In eodem libro Papam vocat regem gliriũ, quæ contumelia etiàm in Cęsarem & omnes catholicos reges, principes, magistratusq̃; redundat: Episcopos dicit fures Dei, sacrilegos, sacerdotes angulares, damnatos, fatuos &c. Missam vocat abominationem: tremendum altaris sacrificium vocat stercus, lutum, sordes, illuuiẽ, quod ipse Lucifer dicere vix auderet: sacros ordines dicit rancidũ putidumq̃; Chrisma. Quæ sunt quidem eiusmodi, vt non argumentis, sed tormentis & supplicijs omnibus seuerissimè & atrocissimè vindicata oportuerit. Quis enim sanę mentis dubitare possit, hęc non nisi à sceleratissimo & longè impijssimo pectore proficisci potuisse? Vbi iam, obsecro, zelus ille est, quo Maiores nostros præditos fuisse nõ ambigimus, qui certè tam blasphemum & execrabilem hominem nè ad punctum quidem temporis, huius lucis vsura frui permisissent? At nostra ætas miro applausu eius hominis dicta factaque omnia excepit, quod sanè quid mali portendat, & nos indiès experimur, & posteri longè etiàm acerbiùs, vt verendum est, experientur. Verùm cùm hoc de Angulari Missa scripto Luterus plerisque suspectum se reddidisset, quòd cum Zuinglianis & Vualdensibus consentiret, Germanicè Epistolam edidit, qua longè etiàm horribiliùs in Missam debachatur. Inter cętera sic habet: Deus Christianis omnibus eam mẽtem adspiret, vt cùm Missę nomen audiunt, exterreantur, & tanq̃ contra satanæ abominationẽ cruce se muniãt. Quid verò hoc est aliud, quàm iuge Ecclesiæ sacrificium, quod oẽs retrò ętates reuerenter agnoscunt, velle abolitũ, quod

Prou. 2.
Prou. 18.
Diabolus vincit Lutherum, & in suam adigit sententiam.
Luteri blasphemiæ immanes.
Luterus imprecatur Missæ.

quod tandèm Antichristus efficiet? Immò potiùs Christiani omnes frontem atq; pectus crucis signo muniant, quotiès vel verbo vno Missam sacrosanctam violari audierint. Porrò ante nõ multos annos scripserat Luterus in visitatione Saxonica quædam in Missarum laudem, easque viuis præcipuè vtiles dixerat. In Confessione quoquè Augustana & Apologia fatentur Luterani, apud se Missam summa cum reuerentia celebrari. Sed horum oblitus Luterus, dum Missam proscindit, seipsum toti orbi luculenter prodit, & quàm nihil suæ doctrinæ fidendum sit ostendit, dum de vna eademque re intra paucos annos tam longè dispari ratione scribere non veretur. Atq; eiusmodi antilogię & pugnantes sententiæ tam multę sunt in Luteri & eius similium tenebrionum & sectariorum scriptis, vt nemo illis enumerandis sufficiat. Cùm autem fateatur Luterus à diabolo se didicisse ea, quæ in Missæ contumeliam & abrogationem faciunt, nos ex hoc ipso tanto magìs certi esse debemus, Missam Deo vel maximè gratam esse, quam alioquì non esset impugnaturus satan, si sciret Deo inuisam. Non enim ille damnatus & perditus spiritꝰ ea infestat, quæ scit nolle Deum, sed quæ in illius nouit honorem cedere, & eius voluntate fieri.

Per hoc ferè tempus Sigismundus Poloniæ Rex pius & Catholicus, seuero proposito edicto, omnes Polonorum liberos, qui Vuittenbergæ literis operam darent, indè reuocat, alijsque, nè eò proficiscantur, interdicit. Præuidebat sapientissimus ille Princeps, si iuuentus corrupta exitiale illud Luteri virus semèl hausisset, difficilè postea curari posse, immò illorum opera totum Poloniæ regnum, quod hoc tempore adhuc religionis Catholicæ erat tenacissimum, infectum iri. Atque vtinàm ea seueritate alij quoquè Principes vsi fuissent: non tam latè serpsissent dogmata Luteri.

Polonię rex contra Lutheranos.

Hoc anno Parisijs in ipsa aula regia atque alijs eius vrbis & regni locis scripta quædam affixa fuère Zuingliani dogmatis, quibus sacrosancta Eucharistia indignis contumelijs lacerabatur. Ea res Franciscum regem vehementissimè commouit, indictaque publica processione, in qua ipse aperto capite pedes incessit, ardentem gestans facem, sequente eum Regina Leonora, regijsque liberis & aulæ proceribus, omnique populo, sceIus hoc expiare conatus est: ac deindè à meridie grauissima oratione ad eiꝰ teterrimæ hæresis extirpationem oẽs hortatus est, aitque palàm, se ipsum quoquè brachium suum excisurum, si ea peste infectum sciret. Grauissima quoq; de quibusdam hæreticis supplicia sumpta sunt, vt & alij eorum exẽplo deterrerentur. Erat genus supplicij lentum & valdè terribile. Nam ad machinam alligati, in sublime tollebantur: indè in subiectum ignem submissi, iterumque sursùm sublati, tandèm carnifice pręcidente restim, in flammam pręcipites ruebant.

Zelus Christianissimo rege dignꝰ.

Fuit certè ille rex in suo regno, quod est amplissimum, tuendæ & asserẽdæ Catholicæ religionis perquàm studiosus: potuissentque facilè hæreses omnes è Luteri schola profectę, penitùs extingui, si nõ interceSSisset illi perpetua ferè cum Carolo Cęsare simultas, q̃ Christiano orbi maximã

Universidad de Deusto
Biblioteca

& incredibilẽ attulit calamitatem. Ea, quam diximus, proceſſio ſiue ſupplicatio incidit in menſem Ianuarium anni 1535. quam Sleidanus, vt pleraque alia, malignè commemorat, inter alia dicens Pariſienſes & Galliæ populos ad D. Genouefam virginem in ſummis rerum difficultatibus, tanquàm ad ſupremam ancoram & portum vnicum ſalutis, confugere. Eiuſmodi mendacijs & calumnijs tota Luteranorum & reliquorum ſectariorum turba Catholicos apud rudes & imperitos ſemper odioſiſſimè traducere conſueuit, quaſi Diuos pro Deo colamus, nec vt interceſſores, ſed vt deos imploremus. Quanquàm nec hoc illi ferre volunt, vt ſanctos inuocemus, vel ab eis auxilium petamus: ſic enim loquitur Melãchthon in ſua totiès recocta confeſſione. Et tamẽ hîc quoq; varij ſunt. Ait Oecolampadius: (Nam Luteri hac de re antilogias iam ſuprà partim adduximus) Sancti in cælis ſua charitate flagrantes, non deſinunt pro nobis intercedere. Cur ergò non pudet iſtos arcere nos ab inuocatione ſanctorũ, quos Oecolampadius ſemper pro nobis dicit intercedere? An verò turpe nobis eſt ab illis petere, quod illi non dubitant pro nobis facere? Sed hæc Sanctorum inuocatio tot habet illuſtria ab omni Eccleſiæ antiquitate exempla & teſtimonia, vt iſtorum impudentiam nemo ſatìs & mirari & deteſtari poſſit, quòd eam exagitare & criminari non verentur. Certè autem dum Sanctorum inuocatio multis locis hodiè abolita eſt, tam propitio fruimur Deo, & aureum experimur ſeculum, vt propemodùm nemo ſufficiat cladibus, calamitatibus, malisque innumeris, quibus continenter opprimuntur prouinciæ, dinumerandis. Olim verò cùm id genus calamitates exiſterent, ſolebant publicæ fieri litaniæ, & ad placandum citiùs Deum, adhiberi ſanctorum ſupplices imprecationes: atq; ità redibat tranquillitas. Noui Euangelij ſpiritus has curauit explodi, nè ſcilicet ſui conatus impediantur.

Calumnia Sleidani.

Eundem in modum paſsim miſeris perſuaſerũt, nos bonis operibus noſtris eam Vim tribuere, vt illis ſolis gratiam Dei iuſtificationisque beneficium & vitam æternam poſſimus promereri, quaſi nos Chriſtum & eius gratiam reijciamus: quæ licèt ſit valdè craſſa & abſurda calumnia, tamen ſuis & verbis & ſcriptis id aſſecuti ſunt, vt plerique omnes verũ eos dicere putent. Atq; indè factũ eſt, vt Monaſticæ vitæ profeſſores omnes planè contemptui habeant, tanquàm qui ſuis operibus, non Chriſti gratia, nitantur: vocantque eos ſanctulos operarios, vulgò Werckheiligen. Porrò ipſi nullam merendi vim tribuunt operibus bonis, quantumlibèt in gratia & charitate peractis, ſed ſola fide aiunt nos iuſtificari. Cùm autem ſcriptura euidentiſſimè dicat, Qui nõ diligit, manet in morte: certum eſt, eam fidem, quæ ſit ſinè charitate, iuſtificare prorsùs non poſſe. Nam vita fidei, charitas eſt. Vbi ergò fidei iuſtificatio attribuitur, neceſsè eſt eam intelligi fidem, quæ ſit cum ſpe & charitate coniuncta. Tolle charitatem, & fides mortua eſt. Quî verò iuſtificare, & vitam conferre poſſit fides mortua? Sed quid tandèm illi hac inanis fidei buccinatione effecerunt? Nimirum quòd iacet apud illos ſtudium omne bonorum operum, & viuitur planè

Calumnia hæreticorũ.

1. Ioh. 3. Fidei vita.

planè genialiter, immò & bacchanaliter, idque perpetuò, & plerunquè tum vel maximè, cùm ipſa temporis ratio hortatur ad continentiam, victûs parſimoniam, pœnitentiam, vitæ compoſitionẽ & pietatem omnem, nempe in ipſa ſancta hebdomade, qua Chriſti paſſionem toto orbe celebrare ſolet Eccleſia DEI. O quotiès illa hebdomade, atque adeò in ipſa ſacra paraſceue, quæ ſaxa poſſet prouocare ad luctũ & lachrymas propter paſſionem filij Dei, viſi ſunt apud iſtos prodigioſos Euãgelicos laruis induti diſcurrere, comeſſationibus, compotationibus, libidini, atque omni generi laſciuiæ, petulantiæ & obſcœnitatis vacare, & in ijs ipſis tanquàm præclarè & ex Euangelicæ libertatis præſcripto geſtis, impotenter & ſcurriliter gloriari? Sed hęc vberiùs fortaſsis, quàm pro inſtituto.

Nota Euangelicorum dimentiam.

Hoc quoquè anno 1534. Angliæ rex, grauiſſimè ferens à Pontifice cõtra ipſum latam ſententiam de diuortio Catharinæ Cæſaris materteræ, totum ſe ab authoritate & obedientia Romanæ ſedis ſubducit, atq; in conuentu Parlamenti Vueſtmonaſterij ſe ſupremum Eccleſiæ Britannicæ caput vocat, eoque nomine ſibi ſacrorum prouentuum annatas, vt vocant, decimasque deincèps perſolui iubet, & id genus alia facit, quibus eam laudem, quam ſuperioribus annis pro Catholica tuenda religione aduersùs Luterum & eius farinę homines ſuſceptis laboribus ſibi comparârat, prsùs obliterauit. Sunt qui eum regem ſcribant cuiuſdam magni viri adulationibus deprauatum, à priſtina virtute deflexiſſe. Ità eſt certè rerum humanarum conditio, vt iuxta Pauli ſententiam, qui ſtat, aut ſtare ſibi videtur, meritò videre debeat nè cadat. Eſt verò adulatorum genus lõgè peſtilentiſſimum, quod tum ſuis priuatis commodis ſtudet, aſſentãdo omnia aut interdùm etiàm praua ſuggerendo ſub quadam honeſti ſpecie, nõ rarò etiàm optimos Principes corrumpit.

Angliæ rex abalienatur à Pontifice.

1. Cor. 10.

Non diù pòſt Clemens pontifex diuturno ſtomachi vitio tabefactus, 6. Calendas Octobris diem clauſit extremum, anno Pontificatûs vndecimo, ætatis verò 57. Rex Galliæ bellum moturus erat Frãciſco Sforciæ principi Mediolanenſi, ſed obitus Pontificis moram & impedimentum intuliſſe putatur. Fertur Pontifex conſilio medici cuiuſdam vitæ ratione commutata, cùm alioquì firma eſſet valetudine & innato membrorum robore præualidus, celerem ſibi vitæ finem conciuiſſe, nõ ſponte ſua, ſed quòd medici conſilio parùm cautè ſeſe accommodâſſet.

Clemens VII. moritur.

Per id tempus inter Cardinales principem locum obtinuit Alexander Farneſius patria Romanus. In eum propenſo admodùm fuit animo Clemens, adeò vt ſi Pontificatus hæreditate poſſet obtingere, cum ſe teſtamento ſibi hæredem ſcripturum affirmaret: hortareturque Hippolytum Medicem Cardinalem, vt modis omnibus eum ſibi ſubſtituendum curaret. Quod etiàm factum eſt. Nam ſimulatquè Clemens inter viuos eſſe deſijt, non diù poſt 35. Cardinalibus conclaue ingreſſis, in Alexandrũ Farneſium, qui & ætate omnes anteiret, & iam quadraginta annis Cardinalis fuiſſet, vota ferè omnium rara quadam concordia, ſimplicitate, religione collata ſunt. Non enim ſyngraphis ſuffragiorum obſignatis, &

Alexandri Farneſ. cõcors electio

de more

Universidad de Deusto
Biblioteca

de more in vrnam coniectis, sed publico consensu & præclara voce Cardinalium omnium, Pontifex est salutatus, & secundo Nonar. Nouemb. ità vt moris est, coronatus, Alexandri nomine in Pauli tertij mutato.

Lãtgrauius restituit Vuirtenbergicum.

Eodem anno Lantgrauius Hassiæ, pactus priùs cum rege Gallorum, copias conscripsit, & bellum mouit regi Ferdinando, qui profligato Vlrico Vuirtenbergensi principe, eius ditionem occupârat. Ferdinandus volebat iure & legibus agi, sed ille interìm producit exercitum, & apud Laufenum oppidum in fugam actis copijs Ferdinandi, quibus præfuit Philippus Palatinus, Vlrichus princeps restituitur. Tandèm certis quibusdam conditionibus pax inter Ferdinandum & Lantgrauium atq; Vlrichum conciliata est. Restitutus Vlrichus, mox Catholicis pulsis, Luteranos & Zuinglianos concionatores recipit. Stutgardiæ Luteranus, Tubingæ Zuinglianus concionator rgnabat. Ea res contentionem peperit, quam Bucerus versipellis componere nitebatur, sed princeps voluit, nè ab Augustana cõfessione discederetur. Ità Luteri dogma Zuingliano fuit ijs in locis efficacius. Eodem quoquè tempore inter Ferdinandum & Saxoniæ Electorem pacem fecerũt Moguntinus Archiepiscopus & Saxoniæ Princeps Georgius. Aegrè em̃ hactenùs adduci potuit Saxo elector, vt Ferdinandum pro Romanorum rege agnosceret.

Saxo conciliatur Ferdinando.

Carolus studet pacì Italiæ.

Per hoc tempus Carolus Cæsar nõ obscurè veritus, nè quid in ipsum Franciscus rex moliretur, præsertim cùm non ignoraret, quas ille sibi copias & legiones peditum veteri Romanorum more in Gallijs pararet, quidque cum Germaniæ quibusdam Principibus haberet commercij, licèt adhuc res quietæ esse viderentur, in eam curam diligenter incubuit, vt pacem in Italia conseruaret. Iam enim elapsum erat tempus induciarũ, quas Bononiæ cum Pontifice & alijs quibusdam fecerat, quo tempore Hispani milites ex Italia ad Pontificis p̃eces deducti, in diuersa loca abiêre, magno Gallorũ commodo, si in Italia bellum facturi essent. Qua quidem in re, vt plerisque alijs, Carolus optimus Cæsar plùs Pontificis precibus tribuisse videri possit, quàm esset ex vsu & dignitate ipsi⁹ Cæsaris: sed multa faciebat pacis studio, licèt plerisque nunquàm posset satisfacere, qui eius potentiam & prosperos successus parùm æquis animis ferre viderentur. Itaque vt Franciscum Sforciam arctiùs sibi deuinciret, è Belgio accitam Christianam, Christierni captiui regis Danorum filiam, suam è sorore neptem, illi matrimonio iungit. nuptiæ Mediolani celebratę sunt regio sumptu, & qui populis vix esset tolerabilis, sed tamen æquioribus toleratus est animis, quòd diuturnæ pacis spes amplissima oblata videretur. Alios quoquè Italiæ proceres magnis affecit muneribus, & Andream Auriam Melphitano donauit Principatu, & eius ꝓpinquis ac trierarchis auxit stipendia. In eius enim viri consilio & virtute totius Liguriæ opes & classes copiæque nauales sitæ erant. Atque hunc in modum confirmatis Principum & procerum animis, Cęsar rebus suis prospexit.

Francisci Sforciæ nuptiæ.

Ijsdem fermè diebus, quibus Pontifex Clemens è viuis excesserat, Aloysius Grittus, Andreæ Gritti Venetorum Principis filius, cùm iam apud

Ludoui.

apud Solimannum Turcarum Tyrannum summa flagraret gratia, & amplissimi ei honores offerrentur, iussu Solimãni cum mandatis & authoritate missus in Hungariam, vt consilijs omnibus pacis & belli interesset, tanquàm Solimanni legatus, ab Hungaris trucidatus est: vt blandientis fortunę ludibria discant mortales cõtemnere, & animum ad amplissimos regni cęlestis honores appetendos transferre. Eo ferè tempore, quo Solimannus iter habebat in Armeniam, & Hariadenus Barbarussa cum ingenti classe Turcica in Italiam & Africam properabat, Grittus Constantinopoli profectus cum multis & equitibus & peditibus Turcis, aliquot etiàm Italis & Hũgaris, superato Danubio, venit in Valachiam, quę olìm quidem Mœsia superior fuit, at hodiè in Moldauiam & Transalpinam secatur. Indè cõciliata priùs amicitia Petri, qui tum apud Moldauos rerum potiebatur, in Transsyluaniam deflexit, cui tunc præfectus erat Americus episcopus Varadinensis, de quo mox plura dicemus. Porrò verò plurima vsus authoritate Grittus, ad se tanquàm ad Solimãni legatum palsìm iussit res controuersas om̃es deferri. Habuerat ille Byzantij villam suburbanam cum hortis amœnissimis, quę dono dederat Abraimo viro primario inter Bassas. Eius verò commendatione multam iam Solimanni gratiam erat adeptus, relictusque ab Abraimo in Pannonia, Budam contra Ferdinandi exercitum fortissimè defenderat: atque adeò ab ipso quoquè Ioanne Vaiuoda regni Hungarici quæstor erat effectus, & filius eius Antonius ab eodem donatus est sacerdotio Agriensi admodùm opulento. Verùm his fortunæ arridentis successibus factus confidentior, etiàm contra Transsyluanię præfectum ea molitus est, quę illi certissimum exitium attulerunt. Erat is, vt iam diximus, Americus Cibachus Episcopus Varadinensis, vir illustri nobilitate, magna potentia, & virtute eximia, dignitate à rege id temporis proximus, multaque authoritate prędit⁹. Idem autem ipse molestissimè ferebat, Turcas paulatìm in opulento illo regno nidificare & augeri viribus: atque eo nomine Grittum quoquè minimè passurus videbatur. Hunc ergò virum opera Hũgari cuiusdam Grittus opprimendum curauit, quanquàm incertum est, vtrùm trucidari eũ voluerit, an tantùm viuum capi & ad se adduci, quò vinctum catenis sub custodia Byzãtium mitteret. Vtcunquè sit, Americus nihil tale metuens, Hungari ducis perfidia capite truncatus est. Caput ad Grittũ allatũ est, quo ille conspecto, paulò pòst visus est pœnitere, p̃sertim quòd Hieronym⁹ Laschus qui tum aderat, id factũ improbaret, aitq; Americũ iurè quidẽ cæsum esse: sed se eũ capi potiùs, q̃ interfici cupiuisse. Vbì aũt ad hoĩm aures Americi cędes perlata est, incredibili dolore perciti, necẽ eius magna animorũ cõsensione & cõtentione quãprimùm vlcisci decernũt. Fit magnus hominum cõcursus, & paucis diebus supra quadraginta millia peditũ & equitũ cõfluunt, duce pręcipuè Mailato, qui Americi fuit studiosissimus. Grittus interìm palsìm ab omnibus, quibus plurimùm fidebat, destitutus, vt est plerũquè mortalium genus in rebus dubijs parùm constantis fidei, in magnas adductus angustias, insupèr morbo corripitur. Tãdèm ad Moldauos rece-

Americus Episcopus Varadinensis cæditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

receptum se habiturum sperans, in fugam se dedit, sed non inuentis Moldauis, in hostes incidit, atque ità adextremùm ingenti machæra caput ei detruncatum est. In eius autem sanguine, quæ fertur esse eius gentis consuetudo, proceres & propinqui Americi penulas militares intinxerunt, vt esset apud illos diuturna expetitæ vltionis memoria. Quæ quidem barbara videtur esse consuetudo. Porrò Hungarus ille, qui Americum occiderat, infestioribus animis & atrociori supplicio affectus discerptusq; est.

Grittus trucidatur.

Præda Gritto cæso ablata.

Gritti cadauere posteà nudato, in eius femorali loculus inuentus est, gemmas habens precij inæstimabilis, ità vt omnis illa præda quadringentis nummûm aureorum millibus æstimata sit. Sunt qui putent Grittum Byzantij natum, & apud Turcas educatum, studioq; Abraimi, qui apud Solimannum facilè principem gratiæ locum obtinebat, Solimanno egregiè commendatum, atque ad summos honores, si Christianam religionem abiurâsset, promouendum, non multùm ab hac execrabili defectione abhorruisse. Sed id non est admodùm verisimile, maximè quòd parentem haberet iam grandæuum, Venetiarum principem, quem nollet tam immani scelere in summos animi dolores mortemque ipsam præcipitare: tum etiàm quòd res facultatesque suas in Pannoniam absportâsset, vt illic procùl Byzantio inter Christianos vitam exigeret. Porrò verò discunt hoc eius repentino interitu, qui huius mundi prosperis successibus fruũtur, nè se illis dedant. ¶ Nam tunc vel maximè fallit vitæ prosperitas, cùm præcipuè arridet. Sed quis hęc miseris persuadeat mortalibus? Volunt esse beati in hac vita misera, & tamen tum plerunquè supremam adeunt calamitatem, cùm iam se fore putant omnium beatissimos. Exempla extant innumera, sed fascinata hominum pectora pergunt suo more. Suprà diximus, Hieronymum Laschum Polonum Byzantij id effecisse, vt Solimannus ingentibus copijs in Hungariam proficisceretur, & Iohannem Vaiuodã in regnũ restitueret. is igitur Laschus à Gritti cęde Budã, Iohãne rege iubente, vocatus, tormentis subiectus est, vt Gritti cõsilia & machinationes proderet. Atquì orante pro illo Sigismundo Poloniæ rege, tandèm euasit, & in Poloniam profugit. Non omninò præter meritum in eam calamitatem is incidisse videtur, quippe qui ausus fuerit Turcas immanissimos Christiani nominis hostes in Hungariam euocare, scilicet vt dum Iohanni Vaiuodę gratificari vult, totum orbem Christianũ in summum discrimen vocaret.

Turca bellũ mouet Persis & Afris.

Hoc ipso tempore, quo Grittus è Thracia in Pannoniam abijt, Solimannus Turcarum princeps duo ingentia terra mariq́ue bella mouit, impotenti quadam arrogantia totius orbis imperium sibi pollicens, si Persas & Afros sub iugum misisset. Ex Africa enim facilem se videbat aditum habiturum in Hispanias, Siciliam & Italiam. Erat tum illi Africę inuadendæ author & incentor Hariadenus Mitylenæus Barbarussa, Algerij rex in Numidia proxima Mauritaniæ, cuius crebræ victoriæ celebrem illum apud Solimannum reddiderãt, adeò vt Byzantium ad se euocatum, inter Bassas annumerârit, & mari præfecerit. Is Hariadenus fratrẽ habuit Horu-

Horuciũ: vterq; patre Mahometano in insula Lesbo natus est, arreptaq; biremi, piraticam exercere cœperunt sub Camale archipirata. Interìm aucti viribus, nauibus, copijs, multaq́ue præda, Mauritaniam prædabundi adiêrunt. Algerij tunc duo fratres de imperio contendebãt. alter in suam perniciem Horucij opem implorat. Eam non negat Barbarus, sed intereà gentis ingenium & vires explorans, animaduertensq́ue Maurorum mobilitatem & inter se discordiam, ea occasione opportunè arrepta, Algerij regnum multis profligatis occupauit. Multa deindè prosperis successibus fortiter gessit: sed nõ diù ea ꝓsperitate fretus, captus ab Hispanis & Mauris equitibus, neci datus est. Eius ferocissimi piratæ caput in Hispania circunlatum, multis lætitiam attulit: sed ea diuturna non fuit, succedente illi Hariadeno fratre eius, qui iam totius Africę imperium spe deuorârat, maximisq́ue sæpè cladibus Afros & Christianos deincèps affecit, multis ijsdemq́ue prosperrimis terra mariq́ue partis victorijs, nõ è Christianis modò, verùm etiàm Mauris & Numidis, quos vehementer attriuit. Eius igitur, vt dixi, fama permotus Solimannus, cùm è Pannonia turpiter fugiẽs Byzãtium reuertisset, eum ad se acciri iubet. Ille hoc accepto nuncio, incredibili afficitur lętitia, moxq́ue cum egregijs aliquot muneribus Solimanno præsentandis, se dat itineri. Fuit eius aduentus gratissimus Solimanno, coram quo multa acutè & grauiter dixit præter alia de rebus Christianorum, & quàm illi fœda inter se discordia distraherentur: de profligãdo item Mulea esse Tuneti rege, quem multis modis criminabatur. Nec tamen interìm deerant, qui inuidia quadam torquerentur, cùm eum cernerent existimatione crescere apud Solimannum, & iam cunctãtiùs admittebatur ad Solimanni conspectum, tandemq́ue ab ipso Solimanno iussus est adire Abraimum, qui tum in Syria erat cum exercitu. Quanuis autem sentiret id ad suam ignominiam pertinere, attamen Imperij cupidus, terrestri itinere adijt Abraimum: à quo honorificè receptus, & per literas Solimanno egregiè commẽdatus, Byzantium redijt, susceptusq́ue ab Abraimi commendationem magna animorum propensione, coram Solimanno rursùs multa de gerendo in Africa, contra Mulea assem pręsertim, bello perorauit. Habebat autem secum Roscettem Mulea ssis regis fratrem, ante annos aliquot domo pulsum, quem Bassis ostentans, belli in Africa gerendi occasionem captabat.

Horucius pirata neci datur.

Solimannus multo iudicio perpensis, quæ erant à Barbarussa dicta, illũ Bassam creat, totius maris imperium ei defert, vexillum, sceptrum, gladiũ de manu tradit, & vt dicta factis præstet, hortatur. Ità ille cum ingenti classe octoginta triremium & aliquot biremium, multa onustus pecunia ex ęrario deprompta, vela ventis permittit, maximaq́ue Italiæ littoribus damna dat, aliquot vrbibus captis & direptis, multis Christianis cæsis & interceptis. Indèadeò celeriter in Aphricam flectit iter, vt priùs eò peuenerit, quàm ab Italia deflexisse putaretur. Fuit tum etiàm Romę non parùm trepidatum, & nisì præporens Deus rebus Christianorum prospexisset, longè deteriora ab illa immani belua pati facilè potuissent. Ea autem in

Barbarussa fit Turcicus maris præfectus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aphricam traijciẽdi celeritate vſus, vt Muleaſſem Tuneti regem imparatum opprimeret.

Africę hiſtoria breuis.

Libet hîc pauca quędam de Africa, itemque Muleaſſe & Tuneti regno commemorare, quæ legiſſe iuuet. Africa multas olim Romanorum colonias habuit, eò deductas ob ſoli fertilitatem, poſtquàm Carthago Romani imperij æmula deleta fuit. Regebatur autem proconſulari adminiſtratione vſq; ad Vandalorum irruptionem, quos Beliſſarius protriuit. Poſteà verò redacta eſt in Græcorum imperatorum prouinciã, qui quotannis duces & præſides eò mittere cõſueuerunt. Poſtremò Saraceni Mahometicam ſuperſtitionem, pulſis Chriſtianis, in eam vi & armis expugnatam inuexerunt, adeò vt etiàm in Illiberi, quam nunc Granatam vocãt, Mauri ſedem ſuam ſtatuerint, & Cordubę gymnaſium cum inſigni bibliotheca ſit conſtitutum, vbi Arabicæ literæ ex profeſſo iuuentuti traderentur. Fuerunt ibi non pauci egregia eruditione & prędaris ingenijs viri. Atquì non ſolis literis dabatur opera, ſed etiàm militiæ: quo factum eſt, vt tota penè Hiſpania Punicis armis ſubacta ſit. Verùm poſt ſexcẽtos demùm annos noſtra ferè memoria Ferdinandus Hiſpanię rex inſigni virtute & ſingulari Numinis fauore è tota Hiſpania, præſertim verò Granatæ ſiuę Bæticæ regno, impuros Mauros exturbauit. Hiſce temporibus in Aphrica plurimùm omnium opibus & imperij amplitudine valent Tunetani & Feſtani reges: ſed Tunetani & imperij antiquitate & generis nobilitate præcipuam ſibi comparârunt authoritatem. Ab ijs enim ſacra & iura omnia peti ſolebant. Supra Tunetum itinere tridui vrbs eſt Caruenna: in eatem plum eſt peruetuſtum, & ſacerdotum pro eius gentis ritu ſanctiſſimorũ collegium: eaque cauſa vrbs libera eſt & immunis: ibique Mauri & Numidæ proceres etiàm è remotis apportati tumulantur, quòd putent illorum ſacerdotum præcipuam eſſe vim & efficaciam ad impetrandam ijs, q illic humati ſint, cęleſtem beatitudinem. Ditio Tuneti regis octingentis ferè millibus paſſuum in ora ab occaſu ad Orientem extendebatur. Feſtani verò in Tingitana Mauritania, quòd plurimùm armis & equitatu polleant, cum Luſitanis perpetuò belligerantur. Reliquæ regiones & oppida, præcipuè circa oram, regulis, quos Scecos vocant, párent. Porrò mediterranea loca Numidę, vno nomine dicti Arabes, vagabũdi incolũt, cum Afris bella gerunt, & pro more bella cient, alunt controuerſias, perpetuò militiæ ſtudent, pecoris & agri colendi operã in ſeruos, præſertim Aethiopes, reijciunt, quando quidẽ gentes omnes nobilitate ſe facilè anteire perſuaſum habent, originem ſuam ab vetuſta Pœnorum ſtirpe repetentes. Diuiſi in multa agmina à Nilo amne introrsùs ad Atlanticum Oceanum extenduntur, & cùm incertis vagentur ſedibus, certis tamen pagorum finibus imperia præſcribunt. Viuũt admodùm parco & tenui victu: ficu ſicca, dactylis, pulticula atq; acido lacte cõuiuia finiunt: Si qd verò ex venatiõe aut falconũ aucupijs, qbus præcipuè delectantur, prędę ceperint, tum quidẽ epulantur. Equum pernicitate inſignem immenſo precio alioquì ſeminudi & egẽtiſſimi homines ſibi parãt: is totius patrimonij eorũ cẽſus eſt.

Granatã obtinẽt Mauri.

Caruenna vrbs.

Ditio Tuneti regis.

Arabes.

Victus Arabum.

Nam

Nam ſi deſint bella, tota vita in latrocinijs & venatiõibus agitur. Vxores admodùm ſeruiliter viris officia etiàm vilia exhibẽt. Vtuntur verò equites æſtate iuxtà àc hyeme pellicea talari tunica, quippe quæ & vẽtos poſſit arcere à corporibus, & in magnis ſolis ardoribus ab æſtu corpora tueatur. Ità quidem illi perſuaſum habẽt, licèt apud nos ridiculũ videri queat, æſtiuo cælo corpora pellibus operire. Habent quoquè corporum frictiones, artuum plicationes & cõtentiones, quibus exercitationibus & morbos depellunt, & à pharmacorum moleſta vexatione ſeſe tuentur, atq; ad multam pertingunt ſenectutem, ità vt plerunquè ſinè vllo doloris ſenſu inter familiaria ſuorum colloquia mortis debitum perſoluere videantur. Ex hac gẽte traxit originem Lentigeſia Muleaſſis Tunetani regis mater, cuius & hortatu & induſtria Muleaſſes regnum vſurpauit, qui ſanè fratres ſuos ferè omnes, cùm eſſent duo & viginti, barbarica crudelitate partìm peremit, partìm candenti ferro oculorum vſu priuauit: quoſdã etiàm fratrum filios iugulauit, multaque alia ſanè crudeliter geſſit in ſuum ſanguinem & paternos amicos quoſdam atque etiàm nouercas, vt non immeritò omnibus inuiſum & odioſum ſe reddiderit, ob ſuam feritatem regno tandèm exutus, vtì dicemus. Habuit fratrem ipſo natù maiorẽ, Roſcettem nomine. Is multorum Numidarum ducum fretus ſtudio, bellum Muleaſſi fecit, ſed re parùm feliciter tentata, ad Barbaruſſam confugit, à quo nõ multò pòſt Byzantium ad Solimãnum perductus eſt, & licèt in libera cuſtodia, tamẽ in catenis ibi derelictus, ſparſa interìm fama, Roſcettem Solimanni beneficio & opera in Tunetanum regnum reſtitutum iri. Erat enim Muleaſſes iam pleriſq; admodùm inuiſus, porrò Roſcettis nomen longè gratioſius. Hac ſimulatiõe Hariadenus quędam loca Muleaſſis ditioni ſubiecta occupauit, perſuaſis populis Roſcettem eſſe in claſſe, qui mite ac liberale ingenium præ ſe ferens, in ipſa quoquè Tunetana vrbe miro ſtudio expectabatur, præſertim aduentante iam claſſe Turcica, quæ ex Tuneti arce conſpiciebatur. Interìm Muleaſſes peſſimè ſibi conſcius, à quibuſdam admonetur vt fuga ſibi cõſulat. Et ille quidem fugam inijt, at Hariadenus vrbe primùm multa omnium gratulatione ſuſceptus eſt: vbi verò Roſcettes nuſquàm cõparuit, Tunetani in tumultum verſi, Muleaſſem reuocare inſtituunt, mox arma corripiunt, in Turcas magno impetu irruunt, ad arcem aduolant, eamq; expugnare moliũtur, ſed fruſtrà. Nam Turcæ magna vi in homines bellicæ rei imperitos ex arce duabus portis erumpunt: fit tetra cędes ciuium. Muleaſſes ipſe vix ęgrè euaſit, liberaliter ex illa fuga habitus, & ſumma fide ſeruatus ac defenſus à Dorace regulo, cuius ſoror Muleaſſis mater fuit: manſitq; apud eum vſque ad Caroli Cęſaris aduentum, qui ſuſo fugatoq; Barbaruſſa, eum in regnum reſtituit, vtì pòſt referemus.

Veſtitus.

Corporis exercitationes.

Lentigeſia mater Muleaſſis.

Muleaſſes fugit. Turcæ occupant Tunetum.

Porrò Hariadenus magna annonæ penuria alijsq; rationibus permotus, cum Tunetanis inducias paciſcitur, blandaque oratione perſuadet, vt in Solimanni verba iurare non dubitârint. Rebus Tuneti cõpoſitis, Numidarũ principes, vt eſt eius gentis admodùm venale & mobile ingeniũ,

Tunetani iurant Solimanno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

facilè ſibi conciliauit, ac deindè miſſis Turcis, vrbes tum mediterraneas tum maritimas deditione recipit intra dies non multos. Ità tum Soliman no ceſſit Tunetanum imperium opera audaciſſimi piratæ Hariadeni Barbaruſſæ. Non dubium quin ea res ſummoperè incõmodatura fuerit Chriſtianorum vicinis prouincijs, nisì Caroli Cęſaris virtute ex illo nido paulò pòſt Turcica Barbaries excluſa fuiſſet, vt breuì dicturi ſumus.

Solimãnus in Perſas mouet.

Hoc etiàm anno, cùm Barbaruſſa Byzantio excederet, Solimãnus cum ingenti exercitu in Perſas mouit, bellum illaturus Tammaſo Perſarum regi. Iam enim Iſmaël Sophus eius parens, qui ob multa fortia facinora Magni cognomen adeptus fuit, deſiêrat eſſe in humanis, quatuor relictis filijs, è quibus natù maximus Tammaſus patri in imperio ſucceſſit: reliqui fratres ampliſſimis ſunt prefecturis ex patris voluntate honeſtati. Porrò Tammaſus Ottomannorum genus vehementer exoſum habẽs, bellum animo meditabatur in Solimannũ, vlturus iniuriam, quam à Selymo pater ipſius accepiſſet. Perſico imperio ſubiectæ gentes, hodiè vno nomine Agiamij vocantur, & diuerſam à reliquis Mahometanis pleriq; ſuperſtitionem ſectantur, de qua iam ſuprà diximus, cùm de Iſmaële Sopho ageremus. Fiebant interìm excurſiones tum Perſarum in Turcicas, tum Turcarum in Perſicas ditiones, quæ quaſi præludium graui inchoando bello facere viderentur. Vbì enim Solimannus didicit, quid Perſæ molirentur, vt erat excelſo & elato animo, vehemẽter in bellum Perſicum accendebatur, dolens nihilo minùs haud mediocriter, à Chriſtianorũ infeſtatione hac ſe occaſione diſtineri.

Agiamij dicuntur oẽs Perſis ſubiecti.

Abraimus princeps inter Baſſas.

Erat inter Turcicos Baſſas longè princeps Abraimus, qui in ſuũ exitium, vt pòſt dicemus, Solimannum, vt bellum Perſis faceret, plurimùm incitauit, quãdoquidem incredibili & ſumma apud Solimannum gratia & authoritate pollebat. De hoc Abraimo pauca referre operæprecium fuerit, vt eius exemplo diſcant ſapere, qui huius vitæ ſecundis ventis ad omnem voluntatem perpetìm fruuntur, ſintque memores conditionis humanæ, & quàm nihil certum, nihil ſtabile, neq; diuturnum habeat vita præſens. Abraimus ergò ignobili Epiri vico natus, Scandarbaſſæ magno apud Turcas principi à prima pueritia ſeruiuit. Ibì ergò Mahometica ſuperſtitione imbutus, (licèt ſint qui putent eum nũquàm ex animo Chriſtianiſmũ deſeruiſſe) pro mira ingenij dexteritate celerrimè didicit Arabicè legere & ſcribere, & pleraq; alia, quibus longè gratiſſimus eſſet tum Scandarbaſſæ ipſi, tũ ipſius gynæceo, adeò vt Solimanno etiamnùm puero, ceu feſtiui & elegantis in primis ingenij ac moris ſeruus, dono miſſus ſit, cum quo pariter educatus, ſenſim ad ampliſſimos ab illo honores, prefecturas, opes & dignitates euectus eſt, Veſiris etiàm inter Baſſas dignitatem adeptus, qua nulla maior dari poteſt. quin etiàm regij ſerinij ſigillũ Solimannus ei tradidit, & non modò ab intimis eum conſilijs, ſed etiàm voluptatum horarumque oñium comitem habere voluit, ità vt iam tanquàm Imperij conſortẽ etiàm potentiſſimi quiq; eum ſuſpicerent & colerent, hac ipſa immodica gratia hauddubiè certũ illi exitiũ breuì paritura.

Abraimi hiſtoria.

Veſiris apud Turcas dignitas.

Hac

Hac ergò fretus fiducia, Solimannũ in Perſas concitabat, Germanos oñi tempore inuictos, minimè bello laceſſendos dictitans: breuì fore, vt ipſi mutuis contentionibus & diſſidijs cõfecti, nullo negocio Turcis ſe abſq; vllo periculo diripiendos & occupandos præbeant. Eius crebris adhortationibus inflammatus Solimannus, maximo Chriſtianorum commodo ab Europa in Aſiam arma vertit. Fuit ſanè idem Abraimus erga mercatores Chriſtianos, haud obſcurè id moleſtè ferentibus Turcis, animo liberali & perquàm humano, perpetuo atque mirifico eos patrocinio & fauore proſequutus. In diuerſam autem ſentẽtiam trahebatur Solimannus tum à matre ſua, tum vxore Roxolana, quę ambæ Abraimum oderant, nec rarò pſeudoturcam & ex animo Chriſtianum per contumeliam vocabant. Verùm muliebria conſilia Solimannus facilè contempſit, Abraimum ſecutus. Itaque euocato vndiquè milite in Perſas, Vlamane (qui à Tammaſo profugus, ad Solimannum ſe contulerat) itineris duce vſus, in Armeniã contendit. Vbì ad Caim eiuſdem Armenię vrbem peruenit, ſumma cepit admiratio Turcas omnes, quòd nullus eis Perſarum exercitus longo itinere occurriſſet. Verùm Tammaſi cõſilium erat, relictis vrbibus montes petere, donèc Hiberi & Albani leuis equitaturæ, qui Perſas cataphractos antecedere conſuëſſent, ſuperuenirent. Ea re per exploratores cognita, Solimannus caſtra mouit, rectaque ad eum perrexit. In eo itinere Tauriſium ampliſſimam vrbem abſque vllo maleficio ingreſſus, moxq; egreſſus Sultaniam petijt haud procùl indè diſtantẽ, quę olim Perſarum regia fuit, ſed à Tamerlane Tartaro deuaſtata, adhuc vetuſta dignitatis ſuæ templorũ ornamenta retinet. Ad eam vrbem aliquandiù hærente Solimanno, ex vicinis altiſſimis montibus, quos niues perpetuæ obſidẽt, ſæuiſſima erupit tempeſtas paulò ante æquinoctium eſtiuum, vt ex ipſis mõtium iugis prealta nix in campos, vbì Solimannus Tammaſum ſuſtinebat, ventis ꝓpellentibus decideret, & ea immanis procella Turcarũ tabernacula diſijceret, iumenta & vel maximè camelos grandi numero perimeret, milites ꝓmultos extingueret, adeò vt nec Solimannus ipſe multùm à periculo abfuerit. Auxerunt eam cladem noctis tenebræ, & timor hoſtis propinqui, licèt is longè abeſſet. Non deerant, qui magorum incantationibus eam tempeſtatem excitatam autumarent. Poſtera luce ſolis radij multis attulêre remedium iam frigore & metu attonitis. Solimannus non nihil recreato exercitu, in Aſſyriam profici ſcitur, hortante Vlamane trãsfuga, ac nullo negocio potítur Babylonia. In ea vrbe Caliphæ ſacrorum principis ſedes eſt, quem Mahometani reges omnes obſeruant, isque ex veteri inſtituto & adoptat & confirmat Aſſyrię reges, ità vt etiàm Solimannus ab eo inſignia atque ornamenta eius regni accipere voluërit. Vrbs illa, ſi veteris ſtructuræ ambitus expendatur, longè omnium ampliſſima eſt, libuitque Solimanno in ea hyemare: ſed iam multa illic vaſtitas conſpicitur, horti innumeri ędificijs coniuncti, agri quòquè aratris proſciſſi, ferarumq; captiuarum & incluſarum nemora. Frequens indè nauigatio eſt ad Ormutium Perſici freti vrbem clariſſimã, in qua hodiè Luſitaniæ rex ſuũ habet

Tammaſius abit in montium receſſus.

Sęua tẽpeſtas vexat Turcas.

Turca potiũ Babylonia.

Babylonia vrbs qualis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præfectum, & fides Christi catholica mirificè propagatur agente eodem rege,& ea in re Maiorum suorum clarissimorum Lusitanię regum,pietatem egregiè sectante. Nec fide carēt quæ ab antiquis scriptoribus de hortis pensilibus,de regia structurę admirandæ, & murorum incredibili magnitudine prodita sunt,cùm hodieque earum rerum vestigia non desint. Exceptus est Solimannus ab Assyrijs & Mesopotamię populis mira propensione,ità vt per vrbes illarum regionum exercitus in hybernis collocaretur. Quæ deincèps tum Solimanno,tum Abraimo acciderint,anno sequenti referemus.

Turca redit in Perſidē.

ANno 1535. Solimannus,hortante Abraimo & Vlamane,in Tammasum arma instaurat,egregiam quandoquè,vti sperabat,ex Persis victoriam relaturus. Itaq; Taurisium reuertitur,Tammaso indè ad eius inopinatum aduētum in Coraxenos iterùm abeunte: vrbemq; amplissimā,licèt iussa facere paratis incolis,sæua barbarie militi diripiendam obijcit, & ipse quoquè multa ornamenta ex regis palatio parùm liberaliter secum absportat Byzantium,prēter artifices sericos,seruos quoquè & delectam vtriusque sexūs iuuentutem, quorum erat ingens multitudo.Ea pręda onustus,cùm iam aduentantis Tammasi fama increbresceret,redit in Mesopotamiam:nec eo in itinere abfuisset à periculo exercitus,nisi falconum & sclopetorū ictibus Persæ absterriti fuissent. Verùm enimuerò iam Tammasus Taurisium rediërat, eumque persequi statuit, sed cataphracti Persæ leuissimos Turcas equites insequi nō poterant. Interìm Delimenthes satrapa fortissimus petit à Tammaso certum expeditorum equitum numerum,cum ijsque per nota itinerū compendia Turcas insequitur, eosque iam nihil aduersi formidantes vndiquè inuadit, perturbat,opprimit,ità vt Bassę ipsi vix euaserint. Vix vsquàm Turcę maiorem cladem vel in pugna cruentissima feruntur accepisse, ablatis præsertim tormentis atque tabernaculis, cunctisque vasis castrensibus & impedimentis, atque insupèr plusquàm dimidia equorum parte desiderata. Fuit hoc ad tertium Octobris, quem diem posteà celebrem Persæ habuēre.Ea clades Solimanni animum vehementer afflixit,omninoq; Byzantium redeundum statuit,interìm profundèac dissimulanter inexpiabili odio in Abraimum concepto, qui ei huius infelicis expeditionis suasor fuisset.Vbi Byzantium redijt, atrox Abraimo multorum procerum conspiratione, quibus iam immodica eius potentia nimisquàm inuisa esset, inuidia conflata est,atque apud Solimannum gratia eius omnis conuulsa est,matre quidem & coniuge Solimanni,primis eius exitialis odij authoribus,quę ferre nō poterant, ad serui vnius arbitrium tantum principem huc illucque impelli. Nam certum est,nulli ferè vnquàm tantum apud principē tributū fuisse,quantū ipsi Abraimo:sed ea gratia in summū odiū repentè mutata est, vt rectissimè admonuerit propheta Regius: Nolite, inquiens, cōfidere in principibus, in filijs hoīm,in quibus non est salus. Plurimùm verò Abraimi existimatiōem prægrauabat, quòd haud obscuris indicijs compertū esset,eum Christianorum rebus fauere,propterea q;

Taurisium diripitur.

Ingens Turcarū clades.

Abraimus perdit gratiam.

Pſal.145.

Soli-

Solimannum à Carolo Cæsare & Ferdinando rege, itemque Venetis infestandis ad Persas reuocâsse. Erat enim Solimannus acerbo in Venetos animo,tum quoquè Carolum Cęsarem vehemēter oderat, quòd didicisset eum per legatos cum Persis egisse, suspicareturq; eum Tammaso tormenta per Lusitanos è finitima India suppeditaturum. Itaque Abraimus ingrati & perfidiosi erga Solimānum animi conuictus, cùm circiter Idus Martias in regiam fuisset admissus,acerbissimis verborum flagellis cæsus est,seuerissimeque à Solimanno obiurgatus,nec vllis lachrymis ad Solimanni pedes prostratus,sęuum eius animum flectere potuit. Nocte indè proxima,in puluino dormitans in cubiculo, cultro adunco, quem Solimannus carnifici de manu tradiderat,iugulatus est.Porrò sole orto supellex & pecunia eius omnis in fiscum relata est,nihilque ferè præter dotem miserrimæ cōiugi relictum. Is hominis longè fortunatissimi exitus fuit. Contemplentur hæc, qui tantoperè venantur hominum gratiam,& nihil non agunt,vt principum fauore conciliato,ad dignitates,honores,diuitias capessendas prouehantur.Extant aurea cuiusdam doctissimi viri carmina,quæ huc adscribere visum est:

Abraimus iugulatur.

Felix ille animi,Diuisque simillimus ipsis,
Quem non mendaci resplendens gloria fuco
Solicitat,non fastosi mala gaudia luxūs:
Sed tacitos sinit ire dies,& paupere cultu
Exigit innocuæ tranquilla silentia vitæ.

In Anglia mutatio religionis.

Hoc anno per Angliam facta est religionis infausta & funesta mutatio, rege ob odium Pontificis, qui eius nuptias probare noluit, conniuente, licèt anteà Luteri dogma acerrimè oppugnāsset. Hoc quoquè humanæ mutabilitatis exemplum fuit, nō facilè obliuioni tradendum, vt qui stat, videat nè cadat.Erant per id tempus in illo regno inter alios duo prēcellētes viri,pietate & eruditiōe clarissimi,Iohannes Fischerus Roffensis Episcopus,& Thomas Morus regni Cancellarius, qui est apud Britannos proximus à rege magistratus. Ij,vtpotè viri graues, neq; diuortium cum Catharina probare,neque regis,caput Britāniæ se profitentis,sententię subscribere volebāt. Id verò tulit animo periniquo,& Roffensi quidem maioris odij auctarium fuit,quòd captiuum Pontifex in cardinalium ordinē cooptauit. Extāt eius reuerendi antistitis aliquot præclara volumina,quibus tum Luteranam,tum Zuinglianam hæresim grauitate & maiestate Pontifice digna sic confutat,vt vix quisquam vnquàm illi respondere ausus fuerit:quanquàm vt illi non magnoperè responderent, vel eo nomine adduci poterāt aduersarij,quòd Latinè scripsisset,nec vulgus eius scripta posset intelligere.Id enim semper hęretici omnes nostrorum temporum vel maximè curârunt,vt popularis gratiæ auram captarēt, scilicet vt illis liceret suauiter & molliter ætatem agere,nihil intereà morati, quòd tot miseros,simplices & idiotas homines in grauissima salutis suæ pericula conijcerent. Hoc certè ex illorum scriptis palàm editis, tum ex quotidiana viuendi ratione tam potest planum testatumque effici,

Scripta Episcopi Roffensis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt qui secùs hominibus persuadere volũt, quod conati sunt homines quidam medij vel neutrales, ij suam impudentiam toti orbi plùs satìs prodãt. Quod quidem nos de sectarum authoribus & concionatoribus dictum præcipuè volumus, quos plerosque perspicuum est contra suam mentem & cõscientiam longè aliter & scribere & docere, quàm rem ipsam se habere non sint nescij. Nam sępissimè apertè mentiuntur: quod non facerent, nisì de industria in errore versari decreuissent. Sed ad rem reuertamur.

Roffensis capite damnatur.

Rex Angliæ cernens neque Roffensem neque Morum sibi obtemperare velle, vtrunque capite damnauit per suos administros. Roffensis quidem ad X. Calend. Iulij, Morus autem ipsius Iulij 7. die capite plexus est. Roffensis certè multis annis diligẽter inuigilando gregi suo, administrandis sacramentis, assiduitate docẽdi tum voce, tum scriptis, mira quoquè liberalitate in egenos, benignitate in studiosos, verum ac legitimum egerat Episcopum, ità vt eius aula nihil ferè à monasterio differre videretur. Nec dubitauit conatibus regis verbo ac scripto se opponere, nè suam cõscientiam negligeret, tametsi ea re exitium sibi pararet. Nolebat enim salutem Regis dissimulando negligere, sed vt verus Episcopus veritatem libera vocé professus est ad supremum vsque spiritum, adeò vt tum quoquè cùm in eum proditorum immane supplicium esset constitutum, atq; pronunciata eius horrendæ necis sententia, hilari & placido vultu intrepidus permaneret. Sed quia senio grauis, multisque vigilijs & studijs cõfectus erat, in mitiorem ea sententia mutata est, quòd vererentur antè exhalaturum spiritum, quàm rheda traháve, vt moris est, tractus ad supplicij locum perueniret. Itaque X. Calendas Iulij productus in planitiem, constanti & alacri vultu populum est allocutus, ac primò quidem regi & regno benè precatus est: deindè prece ad Deum fusa, illi se commendauit, atque ità securi caput pręcidẽdum obiecit. Apud Anglos enim non ense, sed securi plectuntur rei, capite in truncum inclinato. Is exitus fuit clarissimi atque doctissimi Pontificis, postquàm iam diuturni carceris molestias pertulerat.

Morus capite plectitur.

Breuì pòst etiàm Thomas Morus, qui Rege nouas res moliente, vltrò se Cancellariatu abdicârat, eundem vitę exitum habuit. Videbat enim vir prudentissimus quorsùm tenderent Regis consilia: itaque nè cogeretur de innocentibus sumere supplicium, illi amplissimo muneri sponte renunciauit. Cùm autem Regis nuptias probare nollet religione prohibitus, bonis omnibus exutus, & perpetuo carceri addictus est. Porrò hoc anno mense Iulio eductus ex arce Londonensi, sistitur iudicibus à Rege designatis. Ibat debilis scipione fultus longo itinere, sed vultu animum minimè perturbatum præ se ferente, donèc ad locum ventum est. Ibì primùm hortari eum cœperunt ad resipiscentiam: sed ille Deum rogat, vt in sententia ipsum confirmet. Deindè obiecta diluit, licèt multùm iam debilitato corpusculo ex carceris diuturnitate & morbo: quæ res permouit iudices, vt allata sella dum se purgat, sedendi habeat facultatẽ. Ijs peractis, vocati

vocati sunt ex gentis instituto Duodecimviri, vt inter se consultarent, num Morus in Decretum Parlamenti malitiosè peccâsset. Illi breui inter se habita deliberatione, reuersi ad Iudices, aiunt, Gyltȳ, hoc est, Reus est mortis. Mox à Cancellario in eum prolata sententia est. Tum ille mentem suam coram omnibus explicauit de Decreto Parlamenti, quòd Rex esset habendus caput Ecclesiæ Anglicanę, aitque totis septem annis se diligentissimè veterum scripta & concilia euoluisse, nec tamen vsquàm inuenire potuisse, hominem laicum vel secularem caput esse posse Ecclesię in rebus Ecclesiasticis. sed interstrepebant quidam, nec oratione eius permoueri potuerunt, licèt esset solidissima.

Mori oratio.

Indè reducitur in carcerem, vbì priusquàm ad turrim ventum esset, miserandum accidit spectaculum:

Erat Moro filia Margareta eleganti forma, optimis moribus, rara eruditione. Ea vbì cognouit in patrem mortis prolatam sententiam, pietate in parentem & acerrimo animi dolore permota, per medios satellites vi qua poterat perrupit, & in patris amplexus ruens, quod voce non poterat, nimio præpedita mœrore, lachrymis vbertìm testata est, nempè summam pectoris sui ægritudinem & angores. Verùm pater, satellitum permissu, constanti vultu iussit eam missos facere eiusmodi singultus, & animo infracto ferre pręsentem rerum statum. Sic enim, inquit, visum est DEO: & tu iampridèm conscia es arcanorum pectoris mei.

Ad Morum filia accurrit.

Iam verò Patre ab illa decem vel duodecim passibus progresso, illa nõ ferens immodicos doloris aculeos, ex tam præsenti parentis amantissimi periculo eius animum vehemẽter pungentes, rursùs accurrit ad Patrem, amplectitur abeũtem: sed ab illo neque lachrymas vllas fundente, neque faciem in rugas aut mœrorem contrahente, hoc solùm audit, Vale, & Deum ora pro salute animæ meæ.

Virilis pectoris constantia.

Fuit ea hauddubiò grauis tentatio tanto viro. sed qui iam pro veritate semèl vitam cum sanguine profundere prorsùs deliberârat, CHRISTI amori omnem quantumuis ptopinquorum amorem posthabuit, vt se verum & inuictum CHRISTO martyrem consecraret. Ità quidem nos de tali viro sentire congruum est, qui cùm posset in illo regno rebus omnibus esse florentissimus, tamen nè DEVM offenderet, ipsam quoquè vitam perdere maluit. Idem autem ipse, cùm esset regni Cancellarius, quandiù Rex Catholicam tuebatur religionem, seuerè in eos animaduertere solitus erat, qui Luteri aut alterius dogma hæreticum sequerentur. Deindè septimo Iulij, caput illi præcisum est.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

Calẽdis Iulij damnat⁹ est,7.Iulij capite trun. catus.

De eius itemque clarissimi Roffensis Episcopi morte, ità quidam scriptum reliquit: Sexto Nonas Iulij (alij,septimo Iulij,vt diximus)obtruncatus est in Britannia Thomas Morus, non minorem constantiam in iudicio & supplicio præ se ferens, quàm iniquissimo Atheniẽsium senatusconsulto condemnatus Socrates: Paucis diebus ante illum interfecto Episcopo Roffensi, in quem regis furor non alia causa vehementiùs exarsit, quàm quòd is in Cardinalium ordinem à Pontifice esset cooptatus. Sed audi,quod vincit omnem feritatem. Caput Roffensis inditum stipiti,multis diebus omnium oculis fuit expositũ:quod non modò non contabuisse,verùm etiàm multo venerabilius esse factum ferebatur. Vbì is rumor percrebuit,mox amotum est loco.Et nè quid in Mori capite existeret, quo populus religiõe turbaretur, audi iam facinus immanissimũ. Renouata est Thyestæa fabula, & caput eius non nisì longa coctura maceratum,quô celeriùs difflueret,hastili est impositum.Hęc ille.

Reginaldus theologus.

Eodem anno 15. Aprilis,Reginaldus Doctor Theologus,omni virtute, & trium linguarum atque omnium rerum diuinarum cognitione præclarè instructus,ex Abbatia Londinensi,quam Sion vocant,professione Brigittanus,itemque alij nonnulli religiosi & seculares Iudicibus sistuntur,tanquàm qui sententiam Parlamenti nollent admittere. Ibì Doctor ille Reginald⁹ inter alia palàm dixit,Si rex sciret quàm malè ipsi persuasum esset à quibusdam regni proceribus, grauissimè indignaturũ malis consultoribus.Tum verò mox illi indictum est silentium. Hoc enim malè fortassis sibi conscij ferre non poterãt. Et dolendum est certè,quòd non rarò optimi principes improbissimorum hominum prauis cõsilijs transuersìm agũtur, & faciunt plerunquè quod alioquì nunquàm attentâssent,si aliena fraude deprauati nõ essent. Deindè iussus est ad quædam respondere,quod cùm faceret magna libertate,rursùs silere iubetur. Vbì porrò audiuit mortis in se latam sententiam,Hoc est,inquit,iudicium huius mundi. Petijt autẽ bidui triduúve spatium sibi permitti,quo se ad mortem præpararet:sed responsum est illi,hoc iam non in iudicum,sed regis arbitratu & clementia situm esse. Tum ille, Credo,ait,videre bona Domini in terra viuentium.

Iohan.12.

Psal.26.

Carthusiani Lõdinenses.

Per idem tempus Carthusiani quoquè Londinenſi in regis iram incurrerũt,quòd nollent eum caput Anglicanæ Ecclesiæ agnoscere. Erant in ea Carthusia multi religiosi fratres & Patres, inprimis præfect⁹ cœnobij,quem Priorem vocant,Iohannes Houhthon.cuius fuit insignis pietas in Deum. Dum autem hæc procella in Regno grassaretur,& iam Carthusianis periculum impẽderet,casu Londinũ alij duo Carthusiani Priores venerunt,Robertus Laurens,& Augustinus Vuebster.Cum ijs Prior Iohannes Houhthon accessit Thomam Cromuel regni Cancellarium, sperans se ab illo impetraturum,nè ipse cum suis cogeretur in regis verba iurare. Vbì preces suas submisse admodùm proposuit Cancellario,hoc solùm consecutus est,quòd mox tanquàm regi rebellis,cum alijs duobus Prioribus in carcerem coniectus est. Ibì postquàm hebdomadam vnam exege-

Tres Prio-

exegerunt,Cancellarius cum plerisque alijs Regis consiliarijs venit,hortaturque vt abiurato pontifice,Regem caput Ecclesię tam in ecclesiasticis quàm politicis rebus profiteantur. Responsum est illi à patribus negatiuè.Non enim sic didicerant ab Ecclesia Catholica. Itaq; iussi sunt iterùm in custodiam recipi. Deindè ad certum diem producti sunt in Conciliũ, rursumque vt consentirent admoniti,constanter responderunt se nec in minimo velle ab Ecclesiæ sententia discedere.Mox adhibiti sunt Duodecimviri, iussiq; inter se tractare,num mortis rei essent Patres illi, qui nollent in Parlamenti sententia acquiescere. Illi deliberandi spatium proferunt in crastinum. Interìm cùm essent viri boni,statuunt illos innocentes pronunciare,& nequaquàm mortis reos. Subodoratus Cancellarius rem sicuti erat,misit ad eos qui percõtaretur, cur sententiam cunctantiùs proferrent. Respondent se nõ esse ausos in tam inculpatæ vitæ homines necis sententiam promulgare. Vbì hoc Cancellarius percepit,ira percitus, euestigiò iubet eis renunciari,si quidem illi non inueniant vndè eos reos pronuncient,ipsos reorum pœnam subituros.Cùm verò nec sic flecterentur,ipse eos adijt,& crudeles minas intentans,eò parùm firmos adegit,vt maiestatis eos condemnârint. Quod cùm postera luce fecissent,à Iudicibus lata in eos sentẽtia est,quæ solet in reos maiestatis. Indè iterùm in carcerem rapti, quinq; diebus illic manserunt,multas interìm perpessi molestias. Posteà ad mortem duci iubentur 4.die Maij. Itaque trahæ impositi, immò resupini toto corpore alligati, per totam vrbem ad locum vsq; supplicij,qui à carcere milliari Gallico aberat,equis trahentibus modò per aspera, modò per cœnosa & lutulẽta passìm obuia loca raptantur. Vbì eò ventum est,primus soluitur Prior Londinensis Carthusiæ.Carnifex flexo poplite, vt habet patrius Britanniæ mos, rogat veniam crudelis ipsi mortis inferendæ. Id ille magno facit affectu,complexus hominem, & tum pro illo,tum pro cæteris Deum orans.Tum verò scalam ascendere iussus,obtemperat incunctanter. Ibì vnus ex consiliarijs Regis,qui illic cum multis hominum millibus adstabãt,rogat num regi & Parlamento consentire velit,impunitatem pollicens,si id faciat. At ille palàm testatur,se solo D E I timore,non vlla in Regem suum rebellione adductum, id facere neq; posse, neq; velle:immò mâlle pati omnia, quàm vel latum vnguem à decretis Catholicę Ecclesię deflectere.Porrò,inquit,orate pro me,& misereat vos fratrum meorum,quorũ Prior immeritus fui. His dictis,breui spatio impetrato,legit sex primos versus Psalmi 30.Mox euersa scala,mansit pendulus, crasso fune de industria illigatus, nè prefocaretur. Atquì subitò alius quidam funem precidit priùs quàm moreretur,sicque lapsus in terram,paulùm palpitans ad se redijt. Nec mora,raptus in vicinum locum, & vestibus omnibus magna vi nudatus, trahæ rursùs nudus alligatur.Primò carnifex verenda precidit,deindè ventrẽ scindit,& viscera oĩa in ignẽ proijcit,corde transfixo. Quæ oñia vsqueadeò constanter & placidè tulit,vt & pſides & reliqui oñes nõ mediocriter demirarentur. Caput indè truncatũ est,& corp⁹ quadripartitũ. Idẽ supplicij gen⁹ reliqui duo

res in carcerem coniecti.

Damnantur à Iudicibus.

Prior Londinens. suspenditur.

Horrẽdum supplicium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duo Priores & Doctor Theologus Reginaldus, & quidam presbyter secularis Iohannes Hailus, magna constantia perpessi sunt. Nullus in his omnibus neque in vultu pallor, neque in sermone trepidatio, neque in vllo corporis gestu mortis formido apparuit: eodem habitu in teterrimo supplicio perseuerârunt, quo fuerant incolumes, nimirùm spiritu eos veritatis corroborante. Alia ratio est eorum, qui pro suis sceleribus vel prauis opinionibus pœnis subditi, hilaritatem & constantiam præ se ferunt. Ea enim non constantia, sed pertinacia est, prauo animi errore, non recta ratione, concepta, cùm vtiquè nõ pœna faciat martyrem, sed causa: ità vt valdè ridiculi, immò insani sint huius ætatis sectarij, qui magnã conscribunt martyrologia eorum, qui non fidei, sed hæreseos nomine apud Catholicos supplicijs affecti sunt: quasi verò apud posteritatem illorum memoria venerationi, & non execrationi potiùs, futura sit. Sed his omissis, ad nostros reuertamur: qui cùm tam immaniter excruciarentur, rogabãt principes & reliquos circunstantes omnes, vt constanter ad supremum vsque spiritum benè viuerent, Regi fideliter seruirent & obtemperarent in omnibus, quæ non essent à Dei & Catholicæ Ecclesiæ placitis aliena. Corporũ membra aliquandiù cocta, diuersis Londini locis suspẽsa sunt, & capita stipitibus infixa.

Nondùm tres elapsæ erant hebdomadæ ab horum patrum nece, & eccè quidam vilissimi homunciones à Cancellario copiam petunt, & facilè impetrãt, quosdam alios Carthusianos Londinenses diuexandi. Itaq; Carthusiam aduolãt, & Vicarium Hunfridum Middelmore, Vuilhelmum ex Mewe, & Sebastianum Nendegate sacerdotem impotenti insania adducunt cum ignominia ad putentissimum carcerem, atq; illic dies quatuordecim catenis ferreis colla & crura cõstringunt atrociter, ità vt perpetuò erecti starent, nulla permissa facultate corporis exonerãdi, quod necessè erat magnam illis ex fœtore & communi verecundia molestiam creare. Posteà seorsìm concilio sunt exhibiti, & cùm constanter responderent se nolle ab Ecclesia Catholica deficere, & validis rationibus & scripturæ sententijs ostenderent, Regem sibi non posse vendicare Ecclesiasticam authoritatem, idem supplicium, quod superiores, perpessi sunt die 16. Iunij. Erant quidem omnes tres ætate iuuenes, sed animo cani, & præclara prosapia, nec mediocriter eruditi. Et Sebastianus quidem in ipsa Regis aula fuerat enutritus. Verùm edocuerunt illi nos suo exemplo, pro Christi & veritatis amore contemnere omnia. Deindè anno 1537. decem alij Carthusiani Londinẽses in fœtidissimum carcerem protrusi, inibì vitam breuì cum morte commutârũt, vno dempto, qui annis quatuor vixit ibi incolumis, sed tandèm idem supplicij genus perpessus est. Multùm laboratum est annis aliquot, vt Carthusiani Londinenses Regi consentirent, & modò blanditijs, modò terroribus pulsati sunt. Pauci quidam versutissimis hominum fraudibus decepti, specie quidem visi sunt in verba Regis iurare, sed animo prorsùs detestabantur. Verùm horum imprudens simplicitas hoc præmij adepta est, quòd cùm seruandæ Carthusiæ Londinẽ-

Tres alij Carthusiani mittuntur in carcerem.

Afficiuntur supplicio.

2. alij Carthusiani moriuntur in carcere.

dineñ causa simulatè iurâssent, illa prima oñium deleta est, mónachis indè oĩbus expulsis. Alij quoquè duo Carthusiani Londinenses anno 1537. quinto Idus Maij suspensi catenis, tam diù in patibulo hæserunt, donec ossa omnia decciderent. Dicebãtur illi Iohãnes Rocheſter, & Iacobus Wannert. Præter hos ob eandem causam supplicio affecti sunt Iohannes Trauersius Doctor Theologus in Hybernia, & Iohãnes Stoneus Augustinianus Cantuariæ in Anglia. Stoneus quidem tenebatur aliquandiù in carcere, ibiq́ue ad solita Christianorum arma cõfugiens, precibus & ieiunio triduano sinè intermissione se dedit. Ibì tum ad eum vox facta est, licèt neminem videret, quæ eius appellato nomine, iussit eum infracto animo, pea, quam professus erat, sententia mortem oppetere. Multùm indè ille confirmatus, permansit constans, nec vllis vel minis vel terroribus potuit à sententia deduci, maluitq́ue fortiter mori pro iustitia, quàm regis parére voluntati. Porrò Trauersius scriptis quibusdam Romani Pontificis primariam authoritatem cùm defendisset, eo nomine accusatus est: & raptus ad tribunal, non negauit, sed extensis digitis, His, ait, ea cõscripsi, nec me eius facti vnquàm vel pœnituit, vel Deo benè propitio pœnitebit. Igitur dictata in eum mortis sentẽtia est, grauiaq́; de more supplicia sumpta. Accidit ibì res admiratione digna, quam narrârũt illi, qui prę̃sentes huic spectaculo interfuerunt. Cùm carnifex manum illã amputâsset, & spectante populo in ignem cõiecisset, reliqua parte exusta, pollicem cum proximis duobus digitis, quibus solemus literas pingere, nulla ratione ignis, licèt identidèm inflammatus, absumere potuit. Quo insigni miraculo Deus, martyrem suum causam bonam tuendã suscepisse, declarare voluit. Causa enim, vt rectè ait Augustinus, martyrem facit, non pœna. Prętereà malè habiti sunt & ad vnum omnes in carcerem coniecti patres Franciscani, q Obseruantes dicuntur, quòd etiàm illi, regi assensum præbere nollẽt, Ecclesiæ Anglicanæ caput sese dictitanti. Vtrùm autẽ ex eorum numero aliqui neci dati sint, incertum habeo. Hoc pacto accepti sunt, qui in bona causa defendenda eam declarârunt constantiam, quam & religio Christiana, & ipsius causæ ęquitas flagitabat. Verùm non diù impunè tulerunt, q illas cędes innoxiorum hominum patrârunt. Nam ipse Thomas Cromuel Cancellarius, post Carthusiam Londinensem direptam & vastatã, intra biennium capite punitus est, vti nè quis cõfidat in principibus. Certè valdè impium est, vt possis humanam aucupari gratiam, oẽm contemnere legem diuinam: & qui huiusmodi sunt, non immeritò principum alienissimos etiàm post summam gratiam animos experiuntur. Alij quoquè alias perpessi calamitates, nõ diuturno gaudio potiti sunt. Porrò insignis illa Carthusia mutata est in officinam scelerum, vbì scortationi, palęstrę & ludis vacaretur. Et hæc quidem & id genus alia tolerat Luteri Euangeliũ: Diuinas laudes, Ieiunia, Preces, Vigilias, carnis Castigationes, quibus anteà illic vacari solebat, tolerare non potest. Et ea causa est, quòd hæc noua noui Euangelij dogmata, tam cupidè à plerisque cæcis mortalibus suscipiuntur, quia iucunda sunt & plausibilia carni. O satanæ versutiam. Sed

2. alij in crucem acti.

Iohannes Stoneus.

Iohannes Trauersius.

miraculum.

Franciscani in carcerem mittuntur.

Cromuel capite plectitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iob 21. illi timere debent, quod in Iob dicitur: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et quod Christus ipse in suo Euangelio, Luc. 6. Væ qui ridetis, quia flebitis. Hoc sanè permultis locis fecit Luteri euangelium, vt monasteria vel prorsùs euersa, vel in prophanos vsus mutata sint, scilicet vt extincto cultu diuino, ad Mahometanam insaniam sensim deuoluamur, aut certè in Ethnicismum, vt iam aliquot sit locis, relabamur. Oportet reuerà non Christi, sed satanæ spiritum esse, qui ferre nõ potest laudes Dei, studium perpetuę continentiæ, contemptum mundi & voluptatum omnium, vigilias, ieiunia, preces, voluntariam paupertatem, propriæ voluntatis abnegationem: quę quidem & id genus alia pietatis exercitia certum est nusquàm magis, quàm in benè institutis monasterijs, viguisse & vigere. Sed ea, hortante Lutero, vastata & prophanata sunt, adeò vt ipse Luterus cœnobium Augustinianum occupauerit, vbi anteà multi fratres solebãt Deo seruire. Et ipsa quoquè Carthusia Londinẽsis, de qua Carthusia mutatur in castrum. nunc agimus, postmodùm data est cuidam militi, qui ex ea struxit sibi palatium, templum mutauit in triclinium, & totũ ferè cœnobium euertit. Paulò antè in eius Carthusiæ templo Regis tentoria & arma bellica tanquàm in armamentario reponebantur: imagines non modò diuorũ quorumlibet, sed etiàm ipsius crucifixi Seruatoris, quę nos tãtę charitatis admonere debent, cultris conciderunt, & pedibus calcârunt. In ipsis sacris aris saltârunt, & aleis luserunt, choreas duxerũt, multaque alia valdè detestanda perpetrârunt, cũiusmodi & Arrianos olìm fecisse legimus. Ea verò cœnobiorũ euersio etiamsi nihil prętereà mali haberet, tamẽ vel ob hoc pernicioſa nimiùm est, quòd in numeri homines inopes, mẽdici, calamitosi fraudantur eleemosynis, quæ illic largissimè prętari solebant. Nunc postquàm à nobilibus vel alijs prophanis hominibus sunt occupata, citiùs lapidem quàm panem, ad fores stipẽ poscẽs, retuleris. Est & aliud, quod Mercatores Luterani vellẽt salua cœnobia. mercatores pessimè habet, qui etiàm licèt infecti Luterano dogmate, tamen mâllẽt cœnobia pleraque minimè euersa, quãquàm ferre non possunt Mendicantium Ordinum monasteria. Causam huius quãdoquè audiui ex quodam mercatore egregiè Luterano, qui quotiès Luteri nomen promebat ore, nudabat caput honoris causa. Aiebat ille propterea se dolere extincta monasteria, quòd olìm nobiles cõsueuissent proles suas in ea intrudere, & facultates suas relinquere illis liberis, quos domi retinendos censuissent, & tum nobiles fuisse locupletes, nec opùs habuisse rapinis & cędibus. At nunc postquàm deleta sunt cœnobia, puellos & puellas inire coniugia, indè grande examen nobilium liberorum existere, qui cùm ex parentum facultatibus, inter ipsos pro rata cuiusque portione distributis, non possint tantum consequi, vndè sic viuant quemadmodùm habet nobilium consuetudo: iam nobis, inquit, mercatoribus iter agentibus insidiantur, merces nostras diripiunt, atque ex rebus nostris prædas agunt. Ità ille Luteranus non propter IESVM dolebat subruta monasteria, sed quòd ipsis iam non liceret tutò iter facere. Verùm si malum est esse monasteria, vt Luteri habet Euangelium, non

non debent tolerari priuati causa compendij vel lucri. Si autem malum non est ea esse, cur non etiàm ferant mendicantium fratrum domos, cùm tamẽ ex illis plerunquè plurimùm capiãt solatij & subsidij spiritalis, dum ab illis vel in confessione vel in sacris concionibus & multis alijs modis, rectè ac piè instituuntur? Sed hoc ipsum scilicet dolet malo dæmoni, & ideò dedit operam, vt Mendicãtium Ordines prorsùs profligati sint, vbicunquè Luteri Euangeliũ dominatur. Sed & alia omnium Ordinum cœnobia innumera aut destructa, aut miserè expilata & deformata sunt, iacetque prorsùs omnis cultus diuinus, nisi quòd Dominicis diebus apud sectarios in templo conueniunt Euangelici fratres & sorores, & ibì aliquẽ Germanicè vel alio idiomate vulgari psalmum cantillant, suamq; cœnam peragunt, nihil à prophano conuiuio discrepantem, cùm plerunquè nõ sint sacris initiati, qui illis cœnam suam conficiunt, vt ideò quoquè corpus & sanguinem Domini cõficere nõ possint. Si qui verò inter eos sunt apud Catholicos sacerdotio initiati, illi sic conficiunt Eucharistiam, tamẽ negant manere corpus & sanguinem Christi extra sumptionem. Indè fit, vt ędituus quod supereſt vini, plerunquè secum domum absportet, hilariter cum suis inter edendum illud potitans, non absque summa cõtumelia tãti sacramẽti. Nam licèt illi negẽt esse verũ sanguinẽ, nõ tñ ꝓptereà desinit esse verus sanguis, si sit semèl ritè cõsecratus. Sed ad institutũ redeam. Cœnobia euertit Luteri euangelium.

Hoc anno rebus tam prosperè ad Luteri voluntatem in Anglia præter eius expectationem fluentibus, magìs etiàm ferocire cœpit. Scripsit acerbè & suo more calumniosè in principes & ordines Catholicos Imperij, inter alia vocãs eos seditiosos & rebelles Cęsari, atque fures Dei, vt q neq; Deo, neque veræ Ecclesiæ Christi, (scilicet Luteranæ) neque Cæsari aut vlli potestati obedire dignantur. Sed hæc citra dubium in nullum veriùs quàm Luterum ipsum & eius similes quadrãt, qui sic Papæ iugum excusserunt, vt nullum omninò imperium ferre velint. Inuehitur deindè, & qdem vel maximè seditiosè, in Cardinalem Moguntinum, idque in hunc modum, quanuis Teutonicè: *Si ciues Hallenses & subditi prouinciales Archiepiscopatũs Magdeburg. Episcopum Moguntinum tyrannum suum Cardinalem expellerent aut interficerent, iustè facerent ei.* Vbì verò Christus vnquàm dixit Iudæis, Si pontifices, scribas & Pharisæos vestros interficiatis, rectè facietis? An non potiùs dixit, Super Cathedram Moisis sedẽrũt scribæ & Pharisæi: Omnia quæcunq; dicunt, facite? Quòd si Catholici scriberent subditis principum Luteranorum, Pręclarè egeritis, si tyrãnos principes vestros tuleritis è medio, quas turbas Luterus cum suis concitaret? Quid verò futurum est in orbe Christiano, si liceat subditis priuata authoritate vel expellere, vel trucidare suos principes? Dignus ergò Luterus erat, cùm ad huiusmodi nefarium scelus, Cardinalis Mogũtini subditos incitaret, qui seditiosorum pœnas lueret. Mirum est, nusquàm videre potuisse homines, q̃ nihil Luteri Euangeliũ cõsentiat cum Euangelio Christi: tum quoquè, q̃ ille nusquàm sibi cõstet, sed tam sit in doctrina varius & inconstãs, quàm se illi diuersa scribendi argumẽta obtulerunt. Hęc verò idcircò sæ- Luterus in Catholicos principes. Nota seditiosum scriptum. Matth. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

piùs repetuntur, vt vel posteritas discat nostro magno malo sapere. Vtaût in Moguntinum principem tam impotêter Luterus incurreret, ea res in causa fuit, quòd is princeps iusserat subditos suos Luteri fermento deprauatos, rebus suis distractis, aliò emigrare, nè reliquos inficerent: quæ quidem non tyrannica fuit, sed admodùm tolerabilis mulcta, nisi quòd Lutero licuit dicere quicquid libuit. An non verò Luterani magistratus in Anabaptistas gladio animaduertunt? Cur id non reprehendit Luterus?

Caspar Querhamer

Per id ferè tempus fuit quidam Hallæ Saxonicæ ciuis, eiusdem Cardinalis subditus, nomine Casparus Querhamer, homo laicus, sed nõ planè stupidus. Is mira Dei prouidentia in summam Luteri ignominiam miro studio magnaq; solertia ex diuersis Luteri scriptis collegit xxxvj. pugnantes & planè contrarias sententias de cõmunione Eucharistiæ sub vna vel vtraque specie, easque in magnam digessit tabulam, quæ possit ad parietẽ suspendi. An non verò longè turpissimum est, in re tanti ponderis tam esse varium, & nunquàm sui similem? Et ità quidem in hoc vno articulo ille lubricus & varius fuit. quis verò etiàm de alijs articulis eius antilogias vel numerare sufficiat? Verùm ille laicus posteà in bello Smalcaldico malè mulctatus est ab Euangelicis. Fertur enim ad virilia ligato fune demissus in puteum, illicque diù tortus cùm in catholica fide constantissimus permaneret, rursùs extractus fuisse. Eant sanè Luteri symmystæ, & quantùm velint sui Luteri Euangeliũ laudibus vehant: veniet, veniet ille dies, quãdò eos vehementer pœnitebit, sed serò, tam inconstantem doctrinã non toto pectore esse execratos: nec habebunt quod in suî excusationem adferant, quandò ea incõstantia vel sola abundantissimè docere potuit, Luteri Euangelium non alium quàm ipsum mendacij parentem, satanam habuisse authorem, vtì iam sæpiùs dictum est.

Hoc anno, ipsis ferijs diui Iohannis Baptistæ, Monasterium Vuestphaliæ metropolis expugnatur. Quæ ibi tum gesta sint, iam suprà diximus.

Anabaptistæ inuadunt Amsterodamum.

Eodem anno conati sunt Anabaptistæ Amsterodamum, insigne Hollandiæ emporium, fraude & dolo obtinere, sed frustrà. Fuit per id tempus Frisia quoquè ab ea hominum peste vindicata. Inuaserunt Anabaptistæ Amsterodamũ nocturnis horis, Senatum vi occupant, vigiles & pleroſq; ex Senatu perimunt: sed tandèm superati, pro meritis pœnas luunt, easq; valdè acerbas. Habuerunt episcopum quendam suum, cuius caput affixũ palo, in vrbis turri collocatum est. Iam paulò antè insigne quoddam Frisiæ cœnobium, aquarum ambitu egregiè munitum, occupârant: sed Frisiæ præfectus opportunè illorum conatibus occurrens, iugulauit omnes fortissimè repugnantes, in quibus etiàm virgines quædam erant, quas ob pertinaciam eadem pœna inuoluit. Faxit prępotẽs Deus, vt ea hominum lues, principum & magistratûs negligentia & dissimulatione, non maiora indiès accipiat incrementa, & rebus Christianis maximam adferat cladem & calamitatem. Iam enim non paucis Germaniæ locis licet eis impunè degere, atque sensìm apud Catholicos quoquè in magnas vrbes irrepunt, & sic paulatìm coalescunt & augescunt magno Reipublicæ detrimento.

Hoc

Hoc anno 8. Idus Ianuarij in Anglia diem vitæ extremum clausit optima & constãtissima Herois Catharina, quam rex Angliæ Henricus VIII. malè persuasus, à se separârat, cùm iam viginti annis eam in matrimonio habuisset. Ea quidem post diuortium illud infaustum, se cõtulerat in Comitatum Bedfordiensem ad villam regiam, quam appellant Kymbalton, cęlo parùm salubri sitam: vixitque illic admodùm religiosè & sanctè, magnoque animo illam separationem fortiter perferens, quanquàm nõ dubium est, acres illam interdùm animi dolores sensisse, quòd videret regẽ parùm memorem salutis suæ, ipsa contempta, Annam Boleniam sibi copulauisse. At hoc mense & anno grauiter laborãs aduersa valetudine, missо ad illam ab Henrico rege Cęsaris Oratore, saluere iussa est. Porrò sexto pòst die sentiens mortem adesse pro foribus, vocat ad se ancillam non indoctam, eiique ad regem dictat Epistolam in hæc verba: Domine mi Rex marite semper charissime, salue. Iam aduenit hora mortis meæ, in quo tẽporis puncto amor facit, vt te paucis admoneam de salute animæ tuæ, quã debes cunctis mortalibus rebus anteponere, neglecta prę ea omni corporis cura, propter quam & me in multas miserias, & teipsum in solicitudines plures cõiecisti: sed hoc tibi ignosco, ac Deus tibi ignoscat tam velim, quàm precibus pijs oro. Quod superest, commendo tibi filiam communem nostram, in quam (quæso) officium illud paternè totum conferas, quod ego à te aliâs desideraui. Præterea precor summè, vtì ancillas meas respicias, easque suo tempore benè locare nuptijs placeat: quod multum non est, cùm nõ sint nisi tres: & dare meis ministris stipendium debitum: atque in vnum etiàm annum ex tua gratia, benignitate, liberalitate futurum, nè deserti vel inopes esse videantur. Postremò vnũ illud testor: Oculi mei te solùm desiderãt. Vale. His literis scriptis, eodem die mortua est. Facilè autem hinc liquet, quàm castè matrimonij iura coluerit etiàm in ipso diuortio, cùm se scripsit, nullum nisi Henricum petere. Rex certè literis his lectis, lachrymas tenere non potuit. Corpus optimę principis ad Burgum Petri delatum, in cœnobio monachorum D. Benedicti, honorificè tumulatum est. Quidam vir impensè doctus annotauit huius optimæ & sapientissimæ reginę dictum memorabile, quod huc adscribere visum est: Aiebat illa, se quidem temperatam & mediam quandam fortunã mâlle, quàm vel asperrimam vel leniſſimam: alterutrum tamen optãdum si esset, electuram citiùs tristissimam, quàm blandissimam: Infelicibus nõ deesse consolationem, fortunatissimis deesse mentem. Fuit hoc dictum verè pudici pectoris & sapientis, vt ait idem.

Catharina regina decedit.

Epistola eius ad regem.

Apophthegma eius.

Eoipso anno Carolus Cæsar inuictus, sentiens alieno in se esse animo quosdam Europæ proceres, non se deserit, sed vt erat mirabili prudentia, hostes suos anteuertere studet, vt sibi potiùs timerent, quàm ipsi bellum inferrent. Itaque in Africam ad opprimendum Barbarussam expeditionem parat, honestissimis & Christianæ Reipublicæ vtilissimis ad id rationibus inductus. Galliæ rex nullam interìm fert opem, sed potiùs animo in Cæsarem alieno visus est esse, licèt eius sororẽ in matrimonio haberet.

Cęsar in Africam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Neque ea res latuit Italos. Itaq; & Genuenſes & Florentiæ Dux Alexander ſeſe egregiè communiêrunt, ſi quid fortaſsis vellẽt Galli moliri. Porrò Paulus Pontifex aliquot triremes in Africanam expeditionem Cęſari miſit ſubſidio, nolens deeſſe publicæ ſaluti & vtilitati. Interìm in Hiſpania magnus fit belli apparatus, adeò vt rumores de Gallo, Britanno q̃ rege & Heluetijs ſparſi, facilè extincti ſint. Veneti ob fœdus ante annos triginta cum Baiazete Turcico Imperatore percuſſum, nihil ad hoc bellum contulerũt, huius ſacræ expeditionis ſpectatores futuri potiùs quàm adiutores. Sed hoc quoquè quoddam fuit auctarium calamitatum afflictę Reipublicæ. Porrò vniuerſa Hiſpania in hoc bellum egregiè incubuit.

Apparatus belli.

Andreas Auria ob ſingularem fidem & rerum maritimarum peritiam, à Cęſare ſuorum cõſiliorum factus conſcius, ingentem comparat claſſem, in qua erat quadriremis vna, quæ Cæſarem ipſum veheret, cuius remiges omnes ſericis erant veſtiti tunicis, & ipſa nauis multo ornatu longè elegantiſſima. Paulus Pontifex Andreę Auriæ dono miſit enſem ſolenni ritu conſecratum, cuius erat gemmis ornatus capulus, multaq́ alia eiuſdem gladij inſignia ornamenta. Miſit etiàm pileum è villoſo ſerico margaritis Phrygio opere depictum. Eiuſmodi verò mun⁹ dari ſolet magnis regibus: nec tamen immeritò datum eſt Andreę Auriæ, maritimis contra Turcas, Mauros, & piratas bellis clariſſimo duci. Ea res ſtrenuum alioquì ſenem, magìs etiàm ad res pręclarè gerendas incitauit. Interìm Mediolani Cæſar reliquit Antonium Lęuam, virum in rebus bellicis propè incomparabilem, qui ſua diligentia res Italię tueretur. Porrò Paulus Pontifex ad Centum cellas ſubſiſtens, indè benè precatus eſt exercitui in Africam trajicienti. Venit autem ad Cęſarem etiàm Ludouicus Luſitanię regis germanus frater, cuius ſororem in matrimonio Cęſar habebat, cum claſſe vigintiquínque nauium, in quibus pręter nautas deſcripti milites erant ad duo millia. Inter nauigandum verò accidit caſus inopinatus. Quadriremis pręторia, qua Cæſar vehebatur, hæſit in vado ſabuloſo, eratq́ res plena periculi, nisì quòd Andreas Auria, mirabili induſtria celerrimè ex illo arenę tumulo nauim curauit extrahi. Mouit ea res non parùm Cęſaris animum, qui ſciret patrem ſuum Philippum in ſimile diſcrimen coniectum, minimè euaſurum fuiſſe, nisì grandi miraculo ingens fluctus nauim, qua vehebatur, vltra ſabuli tumulos extuliſſet. Tota aũt hęc Cæſaris claſſis ſeptingentis ferè nauibus cõſtitit. Barbaruſſa vbì certò cõperit, Cæſarem ipſum in claſſe aduehi, vehemẽter animo angi cœpit. Non em̃ putârat Barbarus Cęſarẽ tam difficile & periculoſum in ſterili & ſabuloſo ac oĩnis penè aquę indigo ſolo, ſolſtitialibus p̃ſertim diebus, bellũ ſuſcepturum, ſed illud potiùs p ſuos duces adminiſtraturũ. Hortabat̃ nihilo minùs ſuos, vt ſe viros p̃berent, nec de victoria q̃quam ambigerẽt: inprimìs aũt, vt Guletę defendendę fortiſſimã operam nauarẽt. Eſt aũt Guleta turris lateritia, circùm adiectas habẽs munitiões, eamq́; Barbaruſſa multis tormẽtis egregiè inſtruxerat. Vbì tota claſſis ad ancoras cõſtituta fuit, Cęſar iuſſit milites ſcaphis ſe in continentem trãsferre: quod adeò compoſitè factum eſt, vt

Claſſis Cæſaris.

Pontifex benè precatur claſſi.

Periculum Cęſaris.

700. naues.

Guleta.

eſt, vt mox barbari omnes, nullo commiſſo prælio, è littore profugerint, noſtrorum bombardas minimè ferentes. Deſcendit & Cęſar ipſe in terrã, bonæ ſpei & multæ alacritatis plenus, non ſuis, ſed prępotentis Dei viribus innixus, qui hauddubiò illius & fautor & protector erat. Miſſi ſunt autẽ, qui explorarent omnia. Ibì tum Numidæ, velox, inſidioſum & ſummi laboris militum genus, vbiquè noſtris ſeſe offerebant valdè infeſtos, ſagittis, iaculis, lapidibus incautos atrociter vulnerãtes. Verùm Cæſar eorum feritate nihil deterritus, licèt amici graues à tam præſenti periculo eũ reuocare niterentur, cum paucis exploratum iuit, vndiquè volitantibus Numidis, quos ille mira animi conſtantia contempſit. Pugnatum eſt interea aliquotiès, irrumpentibus Barbaris in noſtros, & modò illi, modò noſtri victores abiêrunt, donèc tãdèm paucos poſt dies Cęſar omnẽ vim expugnandæ Guletæ adhibere conſtituit. Iam enim militũ corpora morbis vexari cœperãt, quòd interdiù vehementiſſimo ſolis ardore torrerentur, noctibus verò nimio cæli rore perfuſa, propemodùm præ frigore rigere viderentur. Huc accedebat, quòd Barbaruſſa ingentes Numidarum copias mercede conductas in dies expectabat, quorum aduentum Cæſar anteuertendum putauit: & quanuis Cęſar inſigni pietate ęgris opem ferret rebus neceſſarijs abundè ſuppeditandis, tamen in arenoſo ſolo vix vlla dabatur copia dulcis aquæ, ità vt tum ſani, tum ęgri ex actioribus pomis ſiti vtcunquè mederi cogerentur, quæ res non erat commoda valetudini. Itaque Cęſar bonis auibus ad Idus Iulias iuſſit tormentorum omnem apparatum ad Guletam oppugnandam adhiberi. Andreas Auria à mari eius munitionis diuerberandæ negocium ſuſcepit. Tum verò ab aurora vſque ad meridiem tanta tormẽtorum vi is locus eſt oppugnatus, vt non modò concuti tellus, ſed tota paſsìm hiſcere videretur: porrò mare, paulò antè tranquillũ, mirabiliter concitari & exęſtuare atq; feruere cerneretur: cęlũ autem ipſum, denſiſſima fumi caligine omnium oculis eriperetur. Ea vi turris cum ſuo antemurali penitùs proſtrata, & munitiones omnes latè diſiectæ, non omninò difficilem noſtris inuadendi aditum prębuerunt. Vt verò animis magìs incaleſcerent, quidam monaſticæ vitę profeſſor ligneam crucifixi Seruatoris imaginẽ pręferebat. Ibì iubente Cęſare alacriter noſtri milites in Barbaros irruperunt, nihil morati tela oĩnis generis & miſſilem ignem tenaci flamma armis adhęrentem, q̃ ab illis in ſubeuntes conijciebantur. Quamobrem territi, fuga ſibi cõſulunt immanes Barbari, quorum nõ pauci in illo itinere cęſi & in ſtagnum detruſi periẽrunt. Porrò paucis è Cęſaris exercitu deſideratis, tormenta oĩnia & tota Barbaruſſæ claſſis, quæ intra Guletæ fauces ſubducta fuerat, in ius victoris Cęſaris cõceſſit, magno quidem Cęſaris commodo & voluptate, ſed ſumma Barbaruſſæ & ſęuiſſimorum piratarum detrimento, qui acerbiſſimè ferrent ſibi totius nauigationis & maris facultatem ereptam. Illi verò qui è Guleta, pfugerant, vbì Tunetum ad Barbaruſſam venẽre, ab illo contumeliosè primùm accepti, ſed mox repreſſa ira, ad audendum fortiter animati ſunt, quòd Afrorum & Numidarum auxilia iam appropinquarent.

Guleta oppugnatur.

Guleta expugnatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Muleasses rex.

Dum hæc geruntur, in castra Cæsaris venit Muleasses rex Tunetanus, quẽ Barbarussa è regno exturbârat. Fuit is procera statura, suffusco vultu planeque virili, sed admodùm strabus. Vbi Cæsaris dextram deosculatus est, more patrio humi collectis cruribus, sedit in tapete substrato, & per interpretem supplex petijt ab Imperatore restitui sibi paternum regnum, multam eo nomine pollicens Cæsari fidem & id genus alia. Cęsar illi omnia liberaliter daturum recepit, hortans vt non Punica, sed integra fide promissis staret. Erat in illo Barbaro & Mahometanæ stultitiæ professore rege magna tum bellicæ exercitationis, tum rerum cælestium ex Auerrois disciplina peritia. Iussit autem Cæsar tendi ei tabernaculum, & hospitali liberalitate tractari hominem. Idem autem ipse in Cæsaris exercitu præcipuè mirabatur numerum atque ordinem tormentorum, & incredibilem in foro rerum venalium omnis generis copiam, & militum res necessarias ementiũ modestiam ac tranquillitatem. Ab illo verò multa didicêre duces exercitus, quæ Cæsari magno vsui fuêre ad oppugnandum Barbarussam.

Numidarũ mores.

Guleta expugnata, Cæsar ad Tunetum iter intendit. Interim verò dum multa secum animo reputat, & omnia diligenter expendit, commissa sunt varia cum Numidis prælia. Solent Numidæ ferociter aduolare, & rursùs mira vafricie, si premantur, fugam arripere, vt insequentes longiùs proliciant: tum verò conuersis armis, paucos multi circunsistere, & nullo negocio trucidare. Cæsar vbi animaduertit Hispanos a Numidis in pugna quadam premi, acriter cum grauis armaturæ equitibus in Barbaros inuectus, eos in fugam præcipites egit: eoque die non solùm strenui ducis, ante alios armatus in acie consistens, sed etiàm fortissimi militis officium præstitit, ciuicamque coronam meruit, Andrea Pontio equite nobili ab hostibus circunuẽto, & sua ope liberato. Erant per id tempus quidam togati homines, qui Cæsarem hortarentur ad maturè discedendum ex Africa, quòd iam satis multa laude potitus esset, Guleta expugnata & piratis egregiè edomitis: verùm illos Cæsar graui oratione, vt erat vir longè prudentissimus, præclarè compescuit, Guletam autem rursùs communiri iussit, impositio plùs mille Hispanorum præsidio. Indè Tunetum versùs promotus est totius belli apparatus. Cæsar Vastium eo bello, eaq; præsertim die, qua cum hoste confligendum erat, Imperatorem pronunciârat. Habebant Itali, Hispani, Germani, singuli suos duces, qui eos hortarentur: verùm Cæsar ad omnes ordines adequitans, alacri vultu & ingenti fiducia hortabatur, vt fortiter contra Christi inermes inimicos decertarent, prædę loco ipsos habituros vrbem locupletissimam. Dici vix possit, quantùm ea Cæsaris alacritas inflammârit militum animos, ità vt intolerabiles labores, præsertim sitis molestias, fortiter pertulerint, licèt quidam ægrè in officio contineri potuerint, quos tamen Cæsaris præsentia & seueritas ad sanitatem citò reduxit. Vt enim erat natura clementissimus, sic etiàm vbi res poscere videbatur, non deerat illi Imperatore digna seueritudo.

Guleta instauratur.

Iam

Exercitus Barbarussæ.

Iam ad Tunetum propinquabat exercitus, & eccè Barbarussa immensas Barbarorum copias in aciem producit, quæ centum millia hominum excessisse ferũtur. Tum verò Vastius, quem (vt dixi) Cęsar Imperatorem eo bello esse voluit, antequàm cum hoste manus consererentur, sic ait ad Cæsarem: Iure meo vtens, iubeo vt hinc abscedas ad mediam aciem, vbi sunt vexilla, nè fortuito incidentis pilę casu vniuersa communis fortunæ salus, vnius hominis periculo, inexpiabile subeat discrimen. Cæsar subridens, metu vacuum eum esse iubet, quandò nemo Augustorum Cęsarum tormento sublatus esset: at nihilo minùs pro sua singulari modestia dictis illius obtemperans, confestim quò iussus erat, abscedit. Indè signo pugnæ dato, tanto impetu nostri in Barbaros irruperũt, vt trecentos sclopetis peremerint ante conflictum, reliquos omnes in fugam coniecerint, tormentaque ab illis relicta ceperint, prę dolore & ira dentibus frendente Barbarussa, & cum Turcis Tunetũ properante. Erant Tuneti multa millia captiuorum Christianorum. Hos omnes ille immanis Barbarus, circumposito puluere tormentario, in carcere cõcremare voluit. Verùm dehortante quodam insigni pirata, sententiam mutauit. Eius autem crudelis cõsilij fama iam in carcerem peruolârat misericordia duorum libertorum, Francisci Hispani & Vincentij Dalmatæ, qui licèt Barbarussæ essent alumni, tamen insigni pietate permoti, patefacto carcere, instrumenta, quibus catenas frangerent, miseris illis obtulêre. Mox ruptis catenis, nudi homines saxis alijsq; correptis rebus Turcas inuadunt. Fugiunt ex arce Turcæ. Christiani captiui totam arcem occupant, aliquot cæsis Turcis: regios thesauros omnes, omnem commeatum & arma intercipiunt, & è summa arce Christianis dudùm ablatum vexillum expandunt, vt Cæsari & eius exercitui captam arcem significent. Barbarussa ad arcem reuertitur, falsis dijs suis crebrò maledicens, & nimio furore percitus, apertaq; ianua supplex & propè lachrymans orat Christianos, vt ipsum intrò cum suis recipiant, cunctis libertatem pollicitus. At illi certatim in eum saxa conijciunt, ità vt totus præ ira insaniens, rebus deploratis, cũ septem Turcarum millibus, turpi arrepta fuga Hipponam, vbi olim D. Augustin⁹ incomparabilem egit Episcopum, properaret. Ea re cognita, Cæsar propiùs vrbem, castra mouet, cui Magistratus claues deditę vrbis obtulerũt, id enixissimè obsecrãtes, nè militem intra vrbem admitteret. Ad id Cęsare cunctantiùs respondente, milites frementes & omnis morę impatientes, vel iniussu Cæsaris certatim in oppidum irruũt, frustrà deprecante Muleasse. Et ipsi quidem Cæsari vehementer suspecta erat Punica fides, vt non sinè causa cunctantiùs preces Tunetanorum admisisse videatur. Nam stipendium per Muleassem promissum, astutè & vafrè protrahebant, visuri qui Barbarussæ successus forent. Primus cum parua manu ad arcis portam accessit Vastius, quem Christiani paulò antè captiui, gratulabundi exceperunt. Arce in potestatem redacta, milites agminatim irruunt in vrbem, Itali & Hispani in prędas inhiant, Germani Mahometano sanguine fundendo sitim suam explent, nulli omninò parcentes neq; ætati, neq; sexui:

Captiui occupant arcẽ

Barbarussa fugit.

Tunetum diripitur.

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ res permouit Cęsarem, vt proposito edicto, capitis pœnam minaretur omnibus, qui Tunetano ciui vim intulissent. Cæsar arcem ingressus, captiuis Christianis libertatem & nauigia atque commeatum, quibus in patriam redirent, promittit. Porrò Francisco & Vincentio Barbarussæ alumnis, qui rumpendorum vinculorum authores miseris fuerant, pecuniam ac vestem largitur. Tria præcipuè in arcis Tunetanę direptiõe Muleasses deplorauit, Arabicos inprimis codices antiquissimos, qui nõ modò disciplinas omnes, sed etiàm superiorum regum historiam, & Mahometanę superstitionis interpretationem continerẽt, quorum Mulcasses iacturam tulit grauissimè. Secundò vnguenta & aromata odoris incomparabilis, ambram, moscum & zibetum, quæ plumbeis loculis & arculis eburneis asseruabantur, & neutiquàm vulgaris erãt precij. Tertiò pigmẽta & colores varios & admodùm precioſos, quos milites dissipatos conculcârant: multùm illic lazurij, multùm cocci & laccæ Indicę perijsse dolebat Muleasses. Inuenta quoquè sunt in arce arma & ocreæ Gallorum equitum, qui ante annos trecentos cum Ludouico rege Tunetum obsederant.

Barbarussa abit Byzantium.

Dum hęc geruntur Tuneti, Barbarussa venit in columis Hipponam, & ibì triremes quatuordecim in stagno demersas celerrimè educit, seque egregiè munit. Interìm missi ex nostris, qui eius iter impedirent, cùm parum essent rei naualis periti, re infecta, ad Cæsaris exercitum rediêrunt, nec sinè magno Christianorum detrimento illi sęuissimo piratæ ad Algieram primò, mox ad Byzantium elabendi ingens spatium prębuêre. Ea res vehementer commouit Andream Auriam, ità vt nõ planè desperans se hostem posse consequi, Hipponam contenderit: porrò non inuento Barbarussa, vrbem cepit, muros destruxit, arci prędidium imposuit, quam tamen Cæsar paulò pòst iussit funditùs euerti. Deindè Muleassem Cæsar regem Tunetanum pronũciat, tributum imponit annuũ, falcones duos & totidem è Numidia velocitate cõspicuos equos, ea cõditione, vt Christianis amicus, Turcis hostis, Cęsari addictus sit, & Hispanis, quos Guletæ ampliùs mille præsidij loco imponebat Cæsar, stipendium persoluat.

Cæsar venit in Siciliam.

His gestis, Cæsar ab Africa soluens, cum tota classe Siciliam contendit. Ibì triumphali pompa exceptus, & passìm pecunia donatus, indè Neapolim peruenit. In ipso itinere nunciata ei est mors Francisci Sforciæ, qui non ità pridèm Christianam Christierni regis Danorum filiam duxerat. Eius mors nouos in orbe Christiano, Gallis Mediolanum pertinacissimè repetẽtibus, tumultus & clades excitauit, hæreticis interìm mirè exultantibus, quòd nõ deesset Carolo Cæsari Christianus rex, qui eum suis armis ab ipsorum coërcitione retardaret. Quanto satiùs fuerat, Mediolanum vel terræ hiatu absorptum, ab hominum conspectu penitùs tolli, quàm eius causa Christianum orbem tot mala perpeti? Putant plerique potentes, se insignem sibi comparare gloriam, si ius suum, quod tamen plerunquè vel incertum habent, vel etiàm nullum se habere nõ sunt nescij, egregiè tueantur, etiamsi interìm totus debeat perturbari & perire orbis.

bis. Sed huiusmodi studijs non valdè magnam sibi laudem parant apud cordatos & Christianę pietatis amantes. Verùm hęc Deus iustus iudex iudicabit, nos ad alia transeamus.

Legatꝰ pontificis agit cum Saxõe.

Sub huius anni finem Saxoniæ elector ex Austria, vbì Ferdinandum regem conuenerat, domũ proficiscens, Pragę appellatus est à legato Pontificio Petro Paulo Vergerio, qui illi Pontificis sententiam de Concilio indicendo, itemque de loco Concilij indicauit, simul etiàm de sententia Cæsaris & Ferdinandi regis certiorem eum reddidit, quòd eis non displiceret Mantua, quam Pontifex Cõcilio destinâsset. Saxo respondit, se cum socijs Smalcaldici fœderis deliberaturum. Decembris die 26. ex Conuentu Smalcaldico responderunt Protestantes inter cętera, sibi Mantuam non placere, neque perpessuros ipsos, vt in concilio Pontifex sua authoritate vtatur, quòd ille sit ipsorum aduersarius, qui dogmata ipsorum damnârit. Itaq; eum iudicem esse non posse, sed ex voluntate Cæsaris, regũ & principum deligendos idoneos viros, qui iuxta verbum DEI causam cognoscant atque definiant. Idoneos autem viros vocant hauddubiè Luterum, Melãchthonem, Bucerum, Pomeranum, & id genus alios apostatas monachos, quos certum erat hæreseos nomine damnatos esse, & vel maximè reorum personam sustinere, atque ideò nulla ratione posse sententiam pronunciare. Atque ità Protestantes Conciliũ quidem se vehementer optare & expetere dixerunt, sed à suis Concionatoribus malè persuasi, tale Concilium petiêrunt, quale nulla vnquàm ętas verum & legitimum esse putauit. Cùm verò verbum Dei aliter Luterus, aliter Zuinglius, aliter Anabaptistę, aliter Zuencfeldius, aliter Seruetꝰ exponant, quis vnquàm sanæ mentis ex sola verbi Dei litera, non adhibita Catholicę Ecclesię interpretatione, aliquid certi in Concilio statui posse credat? Ità his tergiuersationibus nouorum Euangelistarũ siue dogmatistarum id apud Protestantes Magistratus effectum est, vt Concilium nullum admittere velint, cui Pontifex ab oñi antiquitate recepto more præsideat, & ipsam quoquè Synodum Tridentinam, cui grauissimi & longè doctissimi viri interfuêre, non magnipendant. Sed absit, vt Ecclesia Dei alium habendorum Conciliorum modum à Sectarijs accipiat, quàm ipsi traditus est ab Apostolis & Apostolorũ succesforibus. Quòd si verò ex sectariorum sententia mutanda est Synodorum habendarum ratio, iam facilè quidlibet obtinere illi poterunt: Sed ità tamen, vt aliud statuat Synodus Luterana, aliud Zuingliana, aliud Anabaptistica, aliud alia nupèr natorum schismatum. Porrò in hoc Smalcaldico Protestantium Conuẽtu fuit etiàm Gallię regis legatus. Rex ille Germanorũ Principum captauit gratiam, vtpotè qui iam bellum in Italia gerere decreuisset: atq; interìm nihilo minùs in regno suo seueriſſima sumpsit supplicia de nouorum dogmatum assertoribus vel sectatoribus. Itaq; quòd Luteranorum Principum captauit beneuolentiã, suî aduersùs Cęsarẽ cõmuniẽdi causa id fecit, nõ q; illorũ religionẽ ꝓbaret: & rursùs Luterani in eiꝰ se amicitiã eadẽ oñinò ex causa insinuabãt, alioquì ꝓpter diuersam religionẽ nõ magnoperè addicti Gallis.

Concilium nõ recipiũt Euangelici.

Gallus captat amicitiam Germanorum

Time-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Timebant enim vtrique Cæsaris potentiam, atque ideò modis omnibus communire se studebant.

Hoc tempore Zuingliani Tigurini, offensi scriptis quibusdam Luteri & complicum eius, præsertim quòd scripsisset Luterus Oecolampadium subitò à diabolo prefocatum expirâsse, synodum Tiguri conuocât sexta Augusti ministrorum Euãgelij sui ex vrbe & agro Tigurino, vbi definitum est, Apologiam Latinè & Germanicè edendam contra Luteri & gregis eius calumnias. Sed hoc tam egregij conuentûs decretum vnus Vuolffgangus Capito Argentoratensis ecclesiastes Zuinglianus, impediuit ad tempus non longum. Interim Luterus 5. Octobris scribit ministris Argentinensibus, se non alieno esse animo à concordia: itaque hortatur vt synodum indicant, in qua de illa tractetur. Mira res. Nolunt isti Romano Pontifici licere conuocare Synodum, & interim ipsi tam multas cogunt synodos authoritate prorsùs nulla. Istas impostoras indoctũ vulgus non aduertit, Principes alijs occupati, non satis cõsiderant, & ità impunè faciunt noui dogmatistę quicquid libet. Conuenerunt igitur Aroui æ, quod est oppidum ditionis Bernensium, quinque Euangelij Zuingliani prædicatores, qui tutissimam aliquam formam conscriberent concordię cum Lutero ineundę. O miseram Europam, quę non videt, quid sub prętextu Euangelij moliantur horum temporum pseudeuangelistæ: Si à Deo missi sunt, vt iactitant, cur non idem docent? cur tam atrociter inter se digladiantur? An non meritò pereunt, qui tales duces sequuntur?

Synodus Zuinglianorum Tiguri.

Synod. alia Arouiæ.

Hoc quoquè anno & apud Cęsarem & Ferdinandum regem impensè laborârunt Protestantes, vt fas non esset Camerę iudicibus tueri causam Catholicorum, quibus ipsorum facultates essent sub religionis prętextu ereptę. Id quidem certè durum fuit, & nõ multùm à barbara feritate alienum, monasteriorum & Cleri bona diripere, nec tamen patére miseris pfugium ad Imperij iudices, quorum authoritate possent ius suum obtinere. Quid verò faceret vel Cęsar, vel Ferdinandus, cùm & Gallus minimè quiescendum sibi putaret, & Protestantes iam vsqueadeò viribus creuissent, vt si quid minùs impetrâssent, facilè vi extorquere posse viderentur? Interim valdè quiritabantur Euangelici, si quid à Camerę Iudicibus contra ipsos hoc nomine decretum fuisset, & tamen ferre nolebant, vt de suis iniurijs quererentur Ecclesiastici, vel res suas repeterent. Atque hęc quidem & id genus alia vocantur purum Euangelium, pura doctrina, purum verbum Dei. Sic olim Iulianus apostata fertur dixisse cuidam locupleti Christiano: Christus vester in Euangelio præcipit, vt relinquatis omnia: Da ergò mihi facultates tuas conuenienter Christi Euangelio. Sed non præcepit Euangelium, ait Christianus, vt diuitibus, sed vt pauperibus res nostras largiamur. Porrò Luteri Euangelium non hortatur, vt tua relinquas, sed permittit etiàm, immò & præcipit, vt aliena tibi vsurpes. O prodigiosam rerum omnium in deterius mutationem. Olim Germani Principes, Augusti Cęsares, celeberrima passim in Germania collegia, episcopatus, Cœnobia fundârunt, & amplissimis reditibus donârunt: hodiè ea mul-

Protestãtes volunt silere Camerã.

Matt. 19.

multis locis vastata, diruta, dissipata cernuntur: nec tamen licet extrema calamitate affectis, ius suum prosequi.

Hoc anno Bruxellis nubit Dorothea Christierni Danorum regis filia Friderico Principi Palatino, qui hoc nomine quandoquè ius sibi vendicauit in Daniæ regno: quod tamen, Cęsare multis bellis implicito, nõ est fatis prosecutus. Et Cęsar quidem, si nõ defuisset opportunitas, videbatur Friderico in eius regni iure repetendo opem laturus.

Eodem anno in Ducatu Vuirtenbergensi caupo quidam hospitibus carnes porci, rabidi canis morsu infestati, edẽdas proposuit parùm hospitaliter. Vbi homines eius rei ignari carnes comederunt, mox versi in rabiem, mutuis se morsibus lacerârunt.

Facinus atrox.

Hoc ipso anno è rebus humanis ablato Francisco Sforcia, Gallorũ rex à Cęsare petijt sibi concedi Mediolanense Imperium. Verùm Cęsar non ignarus, quantum ex ea ditione ipse commodi haberet, tum etiàm nõ immeritò veritus, nè opulentissima Italiæ parte potentissimo Galliæ regi pmissa, ille non contentus eo imperio, etiàm aliena, sua pręsertim regna, mox inuaderet, quod superiores Galliæ reges fecisse meminerat, nullis precibus adduci potuit, vt Mediolanẽsem principatum Gallo cõcederet. Ea res nouas rerum perturbationes peperit, vt iam suprà attigimus. Porrò nè Franciscus rex in Cæsarem primus arma vertisse videretur, Sabaudiæ principem auunculum suum sibi inuadendum statuit, vt eius ditionibus in potestatem redactis, expeditum in Italiam iter haberet. Porrò eius principis coniunx, vxoris Cęsaris germana soror erat. Eius belli causam hanc prętexebat Gallus, quòd Sabaudus nollet ipsi Niceam Prouincię vrbem, persoluta pecunia, quà olim à Gallis oppignorata fuerat, restituere.

Gallus petit mediolanen sem principatum.

ANNO igitur 1536. ineunte vêre aut circiter, magnis copijs Sabaudi Principis ditionem Galli inuadunt, multaque loca Duci destituto ab omnibus eripiunt, & nisi Antonius Læua Cæsaris Dux egregius valida manu eis occurrisset, Vercellas, quas obsidione premebant, & multa alia misero principi facilè eripuissent. Et ne quid illi ad summam calamitatem deesset, etiàm Bernates Heluetij ad Lemanum vsque lacum, quæ illius erant, vi abstulerunt. Causa hæc erat: Geneuenses Zuinglianum dogma complexi erant. Est autem Geneua ferè in medio regionis Sabaudicæ. Princeps igitur, tum Zuingliani dogmatis profligãdi causa, tum alijs rationibus permotus, Geneuam obsidet. Geneuenses sociorum Bernatum fidem & opem implorant. Illi nolentes socios negligere, bellum Sabaudo faciunt, multaque illi auferunt. Ità & à Gallis & ab Heluetijs oppugnatus, ad Cęsarem confugit, qui tum ex Africana victoria reuersus, vbiquè in Italia summo omnium studio & maxima pompa excipiebatur. Neapoli quidem amœnissima in vrbe hyemabat, vbi tum filiam notham Alexandro Medici celebratis nuptijs in matrimonio collocauit, eximia cum laude veræ ac integerrimæ probitatis, quòd fidem Clementi Pontifici datam, licèt is iampridèm excelsisset è viuis, inuiolatam seruaret,

Galli inuadunt Allobroges.

Itemq; Bernates.

Nuptię principis Florẽtini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret, nihil permotus quorundam Florentinorum patriciorum precibus, qui ei quotannis grandem auri summam offerrent, si repudiato Alexandro, pristinam ciuitati libertatem restitueret.

Hippolytus Medices adspirat ad principatũ.

Sub id tempus Hippolytus Medices, qui Alexãdri erat frater patruelis, quorundam adulationibus deprauatus, licèt amplissimo esset Cardinalatûs titulo, opulentisque sacerdotijs, multisque opibus insignis, adspirare cœpit ad Hetruriæ principatum, eiusque obtinendi causa necem Alexãdro molitus est: ea in re vsus fertur opera cuiusdam magni viri. Sed Alexãder insidias deprehendit, scripsitque Paulo Pontifici, qui ex Hippolyti familia quendam eius facinoris conscium comprehendi iussit. ea re territus Hippolytus, ex vrbe excessit: deindè ad animum rediẽs, tam immanis sceleris ductus pœnitentia, cum Alexãdro in pacem redire studuit. Itaq; Cęsarem, qui tum in Africa erat, adire omninò voluit, sed à Prorege Siciliæ negata ipsi naue, in quodam oppido agri Fundani consilij inops substitit,

Idem miserè perit.

ibique febre pestilenti correptus sexto die obijt, iuuenis longè omnium elegantissimus, rebusque omnibus florentissimus: scilicet vt insani mortales discant nullis neque corporis & ætatis viribus, neque quantunlibèt amplissimis opibus fidere, neque vitæ huius voluptatibus, sed vni viuo & vero Deo totos sese dẽdere, cùm in hac vita tam sint incerta & caduca oĩa, vt ne puncto quidem temporis certa nobis sit huius lucis vsura. Porrò Cęsar cùm esset Neapoli, certo nũcio didicit Barbarussam classe apud Algieram reparata, Byzãtium abeuntem, & in itinere apud Mangonis portum Christiana vexilla pręferentem, Mangonianos omnes in miseram seruitutem in Africam captiuos abduxisse. Dolebat illi immani piratę, & tanta clade affectus fuerat expugnato Tuneto, noluitque Christianis id omninò impunè cedere.

Fœdus Cæsaris cum Venetis.

Intereà Cęsar multa vsus prudentia, cum Venetis fœdus percussit. Vt eam in rem Veneti propensioribus animis consentirent, non parùm in causa fuit, quòd sperarent Cęsarem principatum Mediolanensem alicui traditurum. Nam neque Cęsarem, neque Gallum ęquo ferebant animo tam opulenta Italiæ ditione potiri, sed infirmiorem volebant, cuius vires & potentia ipsis neutiquàm formidolosa foret. Deindè Cęsar per Ferdinandum fratrem & amicos principes in Germania militem conscripsit. Interìm verò Nonis Aprilibus Romã venit, ingenti triumpho exceptus tum à clero, tum à populo.

Cęsaris præclarum facinus.

In cœna Domini lauit pedes duodecim pauperum singulari pietatis affectu, & non mediocri admiratione eorum, qui huic spectaculo intererant. Lotos verò, egregijs donatos muneribus, nempe omi argenti abaco mẽse illato, à se dimisit. Fuit in illo principe, vt antè diximus, modestia & humilitas incredibilis, amica & grata prępotenti Deo, qui superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Quatriduo autem Romę moratus, pridiè q̃

Iacob. 4. 1. Petr. 5.

Oratio Cęsaris.

indè abscederet, grauissima & ardenti oratione regem Franciscum, circunstante Pontifice & Cardinalibus, multorumque principum Legatis, perstrinxit, quòd fœdus abrupisset, & totum ferè terrarum orbem cõtra se

concitâsset. Demùm is exitus orationis fuit, vt se paratum diceret cum Francisco singulari certamine de ditionum iure contendere, vt reliquo Christiano sanguini parceretur. Erat tum cõmotus Cęsar calamitate Caroli Sabaudiæ principis, nec Iohannem Lotharingiæ Cardinalem, qui à Francisco pacis cõciliandæ causa ad eum missus apud Senas posteà ipsum conuenit, admittere voluit, totus iam ad bellum regi inferendũ intentus. Pontifex verò Cęsarem complexus, orauit vtì nè vel non iniquo dolori plus tribueret, quàm clemẽtiæ & pietati. Cęsar deindè, reiectis Galli legatis, Senas proficiscitur, honorificentissimè à Senensibus exceptus, oblatis vrbis clauibus, cum hymnis ad ędem summam deducitur. Pòst Florentiam abit, & Alexandri generi summo studio colitur: quem hortatus est, vt ab insidijs sibi caueret, non ignarus quòd ea in vrbe principem ageret, quæ omnis iugi impatiẽs, immodica cupiditate ad libertatem semper adspirâsset. Atque vtinàm Alexãder ijs monitis diligenter obtemperâsset, q̃ à grauissimo & experientissimo Imperatore non temerè illi promebãtur: non tam horrendũ vitę suę exitum habuisset. Sed de hoc, suo loco.

Cæsar venit Senas.

Florẽtiam.

Cęsar deindè apud Lucenses quoquè triduo moratus, maximum eius vrbis studium, propensionem, liberalitatem est expertus. Posteà ad Antonium Læuam peruenit, qui parùm tempestiuo consilio, diuersum hortãtibus Daualo Vastio & Ferdinando Gonzaga, Cęsarẽ impulit, vt in Prouincia Gallo bellum inferret. Egerat iam Antonius cum quibusdam, vt Massiliam Cęsaris exercitui proderent, sed ea res successum non habuit. Deniquè eò tandèm res redijt, vt ex insperato superuenientibus Heluetiorum viginti millibus ad Franciscum regem, & iam morbo castra Cęsaris vehementer affligente, Cęsar re infecta Genuam rediẽrit, interìm in Gallijs mortem oppetẽte Antonio Læua. Atque eodem tempore exercitus, quem Maria Cęsaris soror, virilis animi fœmina, in Belgis conscriptum, duce Henrico Nassauio ad Peronam Gallorum vrbem duxerat, in Belgas reuersus est. Magnus quidem Parisienses timor inuaserat, tantis copijs in Gallias penetrantibus, adeò vt iam vrbi muniendę incumberent. Intereà verò nouo in Italia conscripto milite, Gallus Genuam occupare mirabili astutia nititur: sed is conatus frustrà fuit. Porrò Paulus Põtifex missis tum ad Cęsarem, tum ad Franciscum regem Legatis è cœtu Cardinalium, ad pacem hortatus est, & licèt id non impetrârit, specimen tamẽ eximię pietatis de se prębuit, functus optimi Pontificis officio.

Lucam.

Cæsar frustrà tentat Massiliam.

Dum ità in Gallijs bella feruent, Franciscus Delphinus Galliæ regis primogenitus, incredibili totì regni dolore ex hac luce morbo subitario subtractus est. Erat is quoquè iuuenis annos natus octodecim, eximijs põditus ornamentis, in ipso ætatis & fortunæ arridẽtis flore positus: tam inopinato casu admonens mortales omnes conditionis suę, vt eius semper memores, quemadmodùm sapientissimè hortatur D. Augustinus, omnẽ diem, supremum putent vitæ suæ diem, & sic Deo placitos mores ad extremum vsque perducant diem. Sed hęc qs persuadeat hominibus? Erant qui dicerent, veneno interijsse pręstantissimum iuuenem, & eo nomine

Delphinus excedit è viuis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidam Sebastianus Montecuculus in quæstionem raptus, cùm se id crimen doloris impatiens admisisse fateretur, ab equis in diuersa nitentibus discerptus perijt. Verùm is præcipiti suspicione appetitus, victus doloribus, vt alij volunt, crimen à quo erat alienus, ità fassus est, vt Antoniũ Læuam & Ferdinãdum Gonzagam eius sceleris authores diceret. At illi viri egregij detestabile facinus à se depulerũt, nullis præsertim veneni indicijs in extincti corpore existentibus, & affirmantibus plerisque ex pilæ ludo immodico æstuantẽ, ac sudore diffluẽtem Delphinum, nimis auidè aquã potâsse, eaque re sibi mortem conciuisse, obruto natiuo calore.

Conuentus Vuittenbergensis.

Hoc anno cùm pessimè audirent Luterani & Zuingliani cõcionatores ob dogmatum discordiam, rursùs quandam inter se concordiam sarcire conati sunt, idque in Synodo Vuittenbergensi in ædibus Patriarchæ & Euangelistę Luteri. Sed cùm verissimè dicat Sapiens, Inter superbos semper sunt iurgia: concordia illa simulata fuit, nõ syncera. Nec potuit suum habere effectum, quòd propter aliorum absentiam & absque magistratuum suorum consensu nihil statuere ausi fuêre: sed nec ipsa quidem illius egregij cõuentûs acta in lucem edere sunt ausi, tametsi scripta erant. Fuit

Prou. 13.

Cretẽsium mos.

ille syncretismus quidam, qualis olim inter Cretenses, qui cùm perpetuò intestinis ac mutuis se bellis infestarẽt, vbi ab hostibus imminebat bellũ, quandam inter se pacem conciliabãt, vt iunctis viribus faciliùs hostes ꝓpulsarent. Ità etiàm Zuingliani cum Luteranis quandam simulabant pacem, vt signis infestioribus in Christi Catholicam Ecclesiam pariter inue herentur. Atque in eo quidem inter ipsos cõuenit, panem & vinum minimè transsubstantiari, vtq; eo nomine Catholicos, qui diuersum docẽt, atrocissimè idololatriæ insimularent. Sed Ecclesia Dei hęreticorum calumnias irridẽs, in Eucharistia Christum viuum & verũ Deum adorat cum

Matth. 26.

omni antiquitate: & Christo ipso dicente, Hoc est corpus meum, Hic est

Luc. 22.

sanguis meus, ijs verbis certissimam fidem adhibet, sciens nõ esse impossibile apud Deũ omne verbum. In hoc enim tremendo Sacramẽto oportet omnia humani ingenij argumenta procùl abscedere, & vel maximè fidem exerceri, quæ tanto est maioris meriti apud Deum, quanto minùs rationibus fulcitur.

Crebra synodi Zuinglianorum.

Hoc anno multas Synodos habuêre Zuingliani, quatuor Basileæ, vnã Tiguri, & generalem quandam, si dijs placet, apud Bernates, cui interfuerunt ex pagis & vrbibus coacti 300. parochi, minùs quatuor, fortassis plerique desertores monachi. Non dubium quin istorum conuenticulorum decretis plus tributum sit ab hominibus miserè seductis, quàm vel Tridẽtinæ, quę tot habuit pręstãtissimos viros, vel cuiuis alteri à Catholicis habitæ Synodo. Fuit etiàm alia quædam Synodus Heluetiorum Zuinglianorum Arouiæ, in qua decretum est, neminem ex ministris Helueticarũ Ecclesiarũ mittendũ ad synodum generalẽ Euangelicorum, q̃ ad 14. Maij diem indicta erat Isenaci, quod est Duringię oppidum, sed posteà Vuittenbergę, vt iam diximus, celebrata est. Hãc synodũ videtur indixisse Luterus, & eo noĩe recusãsse Heluetios ministros eò accedere. Mirum est nõ fulmi-

fulminâsse in eos Luterum, pro sua scilicet authoritate, & repentè omnibus diris deuouisse refractarios. verùm Zuingliani necdùm Luterum pro Papa suo agnoscebant, nec tamen eius fulmina euadere potuerunt. Mirabiliter laborauit versipellis Bucerus, vt qualiscunque posset in speciem conflari concordia: sed quibus non aderat spiritus Christi, qui vnius Catholicę Ecclesię & Doctor & moderator est, à qua se separant sectarij oẽs, non mirum est, certam inter illos concordiam iniri non potuisse. Atque vtinàm soli concionatores inter se mutuis arsissent dissidijs, & nõ etiàm miserrimam plebem in tam varias, easq; pugnãtissimas, opiniones & sectas distraxissent. Nullis Buceri quantũuis versutis declarationibus & machinationibus Heluetij Zuingliani eò pmoueri potuerunt, vt Luteri sententiæ aut Buceranis figmentis subscriberent. Nitebatur enim Bucerus illis persuadere, nullam in rebus ipsis, sed tantùm in verbis inesse discordiam: quasi non è diametro pugnent inter se, Christus est substantialiter præsens in Eucharistia, & Christus non est illic prẽsens substantialiter. Ità inanes fuêre Bucerani conatus: qui vir, vt antè dixi, non magnoperè curâsse videtur, vtrùm huic an illi sententiæ accederetur, licèt miram præ se ferret in verbis & scriptis religionem: qua re permultis impositum est, qui hominis vafriciem non aduerterunt.

Buceri versutia.

Eodem tempore Ioachimus Vadianus Sangallensis Consul, insignis Sacramẽtarius, scripsit sex libros Aphorismorum de consideratione Eucharistiæ, quibus apertè docet, quàm non cõueniat Zuinglianis cum Lutero. Faceſſant ergò qui dicunt, pacem inter istos vnquàm synceram conciliatam. Dissentiunt acerbissimè in hũc vsq; diem, & in dies è suis scholis nouorum dogmatum monstrosos & abominandos producunt architectos, qui simplex & incautum vulgus miserabiliter perdunt.

Erasmi mors.

Eodem anno mortuus est Basileæ Erasmus Roterodamus, vir certè excellenti doctrina, sed qui in plerisque scriptis suis non minimam prębuerit Lutero & alijs perditis ac seditiosis hominibus tumultus in religione concitandi occasionem. Extant libri eius, quibus id potest euidentissimè doceri. Et ipse certè in Epistola ad Albertum Pium Carporum principem ingenuè fatetur, quædã à se facta scriptaq;, quæ nec facturus erat, nec scripturus, si hoc seculum exoriturum diuinare potuisset. Sed interìm in Colloquijs, vbi multa sunt ab eo nõ solùm incautè, sed etiàm perniciosè scripta, nihil ferè correxisse videtur. Quid autem necesse est imperitę iuuentuti tam crebrò inculcare ea, vndè nihil discat aliud, quàm Ecclesię cõstitutiones, cæremonias, instituta vel contemnere, vel in dubiũ vocare? Nõ dicam, quàm multis locis odiosè suggillet monachos & Theologos, alioquì plùs satìs huic nouo euangelio inuisos: hoc vnũ in confesso est, multa eum scripsisse, quę pręstaret nunq; in hominum venisse manus. Quàm

Censurę Erasmi quales.

sæpè pueriliter hallucinatus sit in Censuris suis, Augustini & Hieronymi præsertim operibus præfixis, facilè demonstrari possit, si res postularet. Est quædam in Hieronymi Tomis Epistola, eam negat esse Hieronymi, sed vel Tertulliani eam esse ait, vel alicuius vetustioris: & tamen in

Universidad de Deusto
Biblioteca

eadem Epistola fit mentio D. Ambrosij Mediolanẽsis episcopi, & ab ipso repertorum corporũ Geruasij & Protasij martyrum. In Augustino opus 50. Homiliarum libenter tribuit ipsi Augustino: alibì quandam ex ijs separatìm in ijsdem Augustini Tomis excusam Homiliam, negat esse Augustini. Nec mirum, errare eum plerunquè, dum nimiùm suo iudicio tribuit, & omnia ex stylo vult metiri, qui sanè apud Augustinum admodùm varius est, dum plerunquè ad vulgi captũ sese accommodat, cui tanquàm Episcopus debuit pastoralem curam impendere. Non fuit illis sanctissimis Patribus tanta cura expoliendæ dictionis, quin pro captu illorum, quibus vel scriberent vel loquerentur, suam quoquè orationem libenter interdùm deijcerent: id quod D. Hieronymus de seipso quodã loco apertè fatetur. Quantùm eius scripta nocuerint monasticis Ordinibus, immò veriùs monasticæ vitę contemptoribus, quales ex eius libris multi euasêre, vt verendum est, nihil attinet dicere, nè videar odio potiùs, quàm veritate, ad hæc scribẽda impelli. Consulit certè, nè quis ante annum 28. monasticæ vitę genus aliquod amplectatur, multaque adfert, quæ possint iuuentutem non mediocriter à vita monastica absterrere. Vbì in monasterijs omnis disciplina monastica iacet, & planè dissolutè viuitur, meritò nõ debent ea peti. Vbì autem religiosè viuitur, quid (oro) necesse est absterrere homines, nè eò se conferant ante annum ætatis 28? Scilicèt vbì iam planè vitijs assueuerint, vel etiàm matrimonium contraxerint, quod plerunquè ante eam ætatem fieri videmus, tum cœnobium petent. Nos verò cum tota Dei Ecclesia constanter asseueramus, cœnobia esse saluberrimè instituta, & eos suæ saluti vel maximè consulere, qui in tenera ætate, cùm iam sunt rationis benè compotes, ad ea se conferunt, Deo illic perpetuò nõ inuiti, sed sua sponte libenter & alacriter seruituri, quandò præsertim tot sunt hodiè inter homines praua exempla, quibus tenera ætas ad horrenda plerunquè scelera & flagitia prouocatur. Nec enim cogitur quisquam inuitus monasticam vitam profiteri, sed datur satìs iustum deliberandi spatium, quô abundè possit quisque vires experiri suas, & tum demùm id statuere, quod videat suę saluti cõducere. Quòd si Erasmus posito monachi habitu mâluit in hominum frequentia degere, non absque multorum graui offendiculo: nos cum beatissimis Patribus, Basilio, Gregorio Nazianzeno, Hieronymo, Gregorio Romano & innumeris alijs, hominũ turbas tanquàm periculosas fugere mâlumus, aut certè, si institutum monasticum id poscat, vt inter homines versandum sit, alieno potiùs quàm nostro arbitratu viuere, cùm nulla sit peior libertas, quàm cùm sic licet viuere, vt libet. Quæ quidê omnia idcircò dixerim, vtì nè qs nimium tribuat Erasmi scriptis plerisq;, sed meminerit hominẽ eum fuisse, & q nõ semèl lapsus sit, sicut paulatim res ipsa euidẽtiùs & docet, & docebit. Hęretici vbì ꝓ ipsis facere videt, libẽter eũ amplectũtur, aliâs cõtemnunt. Atq; vtinàm res theologicas aut nũquàm attigisset, aut religiosiùs & modestiùs tractâsset. Ipse quidẽ fatetur in memorata ad Piũ Epistola, se primũ omniũ subodoratũ fuisse, ambitione corruptũ Luteri animũ: sed vtinàm tam

Cœnobia petenda.

tam se præbuisset strenuum in oppugnando Lutero, quàm res ipsa flagitabat. Quid illum mouerit, cur non omnibus ingenij viribus causam religionis cõtra nouos dogmatistas tueretur, ego certò affirmare nõ possum. certum est autẽ, si vti sua doctrina & eloquentia voluisset, plurimùm eum Ecclesiæ conferre potuisse, maximè quòd apud multos ingens eius esset authoritas. Thomas Morus hortat Eras. ad Palinodiam. Audiui ego ex quodam docto & graui viro, extare quandam Thomæ Mori, non tamen typis excusam, ad Erasmum Epistolam, qua illum hortatur, vt scripta sua retractet & corrigat: alioquì fore dicẽs, vt ab Ecclesia reijciantur. Non omninò vanus fuit vates ille eximius vir: nam videmus hodiè Ecclesiæ de Erasmi scriptis iudicium. Quanuis autem, vt dixi, multa de monastica vita incautè scripsit, non tamen eum ab ea vita prorsùs abhorruisse, non vno eius ipsius testimonio doceri potest. Fuit apud nos eius manu scripta epistola ad quendam Carthusianum, in qua inter cætera ità dicit: Vereor nè imponant tibi quorundam præstigiæ, qui iactant hodiè splendidis verbis libertatem Euangelicam. Crede mihi, si rem propiùs nosses, minùs te tæderet istius vitæ. Videó genus hominum exoriri, à quo meus animus vehementer abhorret. Erasmus de Luteranis. Neminem video fieri meliorem, deteriores omnes, quotquot ego sanè nouerim: vt vehementer doleam, me quondàm in libris meis prædicâsse libertatem spiritûs. & post pauca: Ciuitates aliquot Germaniæ implentur desertoribus monasteriorum, sacerdotibus coniugatis, plerisque famelicis ac nudis: nec aliud quàm saltatur, editur, bibitur, subatur: nec docent, nec discunt: nulla vitæ sobrietas, nulla synceritas. Vbicunquè sunt, ibì iacent omnes bonæ disciplinæ cum pietate. Plura tibi super his scriberem, si tutum esset literis committere. & rursùs: Quænam est hæc libertas, vbì non licet dicere preces, non licet sacrificare, non licet ieiunare, non licet abstinere à carnibus? Libertas Lutherici euangelij. Cogita quid talibus possit esse miserius etiàm in hoc seculo. Itemque post pauca: Emoriar, si vel tantillum roboris haberet hoc corpusculum, vt saltem viuere posset, nì mâlim isthic tecum agere, quàm in palatio Cęsaris esse primus episcopus. Proindè mi charissime in Domino, & per veterem, immò perpetuam amicitiam nostram, & per Christũ oro, obsecro, obtestor, vt istud tędium penitùs excutias ex animo, nec aurem prębeas exitialibus hominum fabulis, qui nihil opitulaturi sunt tibi, sed irrisuri potiùs, vbi te in foueã pellexerint. Hęc Erasmus ante annos plurimos ad Carthusianum quendam, quem etiàm tum, licèt iam senem, videntur quidam improbi instigâsse ad excutiẽdum cucullum, à quo scelere eum Erasmus vehementer deterret. Sleidanus libenter adferre solet in suis commẽtarijs, si quid habeat Erasmus, quod possit facere cõtra Catholicos, cętera vel silet, vel floccipendit. Et nos igitur nõ grauabimur vel vnã Erasmi de Luteri & satellitum eius euãgelio sententiã adscribere. Ait ergò in libro illo, quẽ tertiũ scripsit de libero arbitrio: Certè multi Luteri discipuli ad publicã tranquillitatẽ adeò sunt inutiles, vt Turca quoquè feraĉ Luteranorũ nomẽ execrari seditiõis odio, cùm Christianos toleret ab ipsius dogmatibus alienos. Turca execratur Luteranor. Quid hîc cõmemorem, quãta inter euãgelistas

Universidad de Deusto
Biblioteca

(sic em̃ ipsi se vocãt) dissensio, quàm atrox odium, quàm amarulenta contentio, immò quanta inconstantia, cùm ipse Luterus totiès mutârit sua placita, & subindè noua paradoxa suppullulẽt? Sed de his satìs: quanquàm non erit alienum, si de hac dissensione quid sentiendum sit, ex ipso Lutero audiamus, vt hæreticꝰ proprio ense iuguletur: Christus (inquit in Psalmum 5.) non alia ratione confligit cum hæreticis, quàm vt inter illos existat factiosus quidam dissensionis spiritus. Ex illorum enim discordia, interitus quoquè eorum & perditio consequitur. Sed ad historiam reuertamur.

Anna Bolenia supplicio afficitur.

Eodẽ anno Hẽricus Anglorũ rex Annã Boleniam, quã, repudiata Catharina regina, sibi copulârat, palàm capite plecti iussit, atq; altero pòst die Ianã Semeriam virginẽ sibi coniugem accipit. Persuaserat quidã ex Anglię procerib⁹, vt antè diximus, Henrico regi iure eũ repudiare Catharinã, quæ fuisset Arturi fratris eius vxor. Verùm Arturus quatuordecim annorũ puer, Catharinã vt acceperat virginẽ, ità quoq; ea ętate mortuꝰ virginẽ reliquit: quod Henricus ipse tũ Cæsari, tum alijs confessus fuit. Et isthuc quidem inter alia grauiter in scripto quodam suo obiecit Henrico Reginaldus Polus Cardinalis, ex regio Anglorum stemmate ortus, vir doctissimus atque integerrimus, quem virum incredibili impudẽtia (vt hoc obitèr Lectorem admoneam) non vno loco nugator ille Sleidanus sceleratè traducit, tãquàm is Luteri insano dogmati fauerit, cùm illo viro nihil fuerit grauius, & in Catholica religione constantius, cuius etiàm causa posteà in regno Angliæ multa præclarè gessit. Cur autem Hẽricus Rex Boleniam trucidârit, hæc causa fuit: Sentiens Bolenia nullam se ex rege masculam posse prolem concipere, quòd dictu quoquè nefas est, germanum fratrem suum Georgium ad incestum concubitum prouocauit, scilicet nè quis omninò suspicari de adulterino conceptu posset. Atquì nec sic voto potita suo, frustraq; fratris experta complexus, procax mulier Norresium, Vestenium, & Breertonum equites ex aula illustres, vt secum cõcumbant, inuitat, deniquè etiàm Marco artis musicæ magistro se prostituit. Accidit deindè, vt ancillam cum amico ludẽtem seueriùs castigaret. Id illa indignè ferens, omnia defert ad regem. Is quæstione de supradictis habita, iubet eos interfici, prolata etiàm mortis sententia in Boleniam à iudicibus, inter quos suum quoquè tulit suffragium Thomas Bolenius Annę parens.

Sleidani calumnia.

Victoriæ Lusitani regis.

Hoc anno potentissimus idemq́ Christianissimus Lusitaniæ rex Iohannes, insigni potitus est victoria apud Indos, in potestatem redacta Cambaia vrbe inprimìs insigni potentia atq; opulentia, & omnis generis frumenti copia. Construxit illic idem rex arcẽ munitissimam, & paulatìm mirum in modum in illis Barbaris regionibus propagata est fides Christi, dum interìm in Europa aliæ super alias hęreses existunt, quas miseri homines pro verbo Dei cupidè amplectuntur.

Indicitur Concilium.

Paulus 3. Romanus Pontifex, solicitante etiàm pijssimo Carolo Cæsare, volens perturbatæ Ecclesiæ mederi, hoc anno Concilium Oecumenicum

nicum apud Mantuam celebrem Italię vrbem indixit. Verùm is locus nõ placuit Germanis Protestantibus. Allegabant multa pericula, quę tamen longè iustiùs alleganti Pontifici cedere nolebant, incitati à versutis concionatoribus, qui Pontificem in summum odium & cõtemptum adducere non cessabant.

Aetnæ incẽdium.

ANno 1537. mense Aprili Aetna mons Siciliæ, materia plenus sulphurea, quam humida gignunt nutrimẽta, ingentem ignis massam euomuit, quæ nõ repentinò, sed passìm decidens, colles, nemora, saxa, rupes, pagosque duos (nam multos ille mons pagos complectitur) flammis vastauit, arbores, homines & pecora magnis affecit cladibus. Eius montis ignis sulphureus interdiù obscurum & subnigrum, noctibus verò prorsùs horrendum se spectantibus ostendit. Ratio naturalis terribilis ignis huiꝰ, à Philosophis eiusmodi adfertur, quòd Sicilia intrinsecùs in ipsis visceribus sit planè cauernosa & referta sulphure, alumine, igne, aqua, & id genus rebus alijs ignem fouentibus. Porrò ignis non potest esse sinè respiraculo, sed vbiquè sese exerit. Indè fit, vt in Sicilia non paucæ reperiantur admodùm calidæ thermæ. Cęterùm ignis in cauernas sese propipiens, flammam excitat, quę foràs erumpere cupiens, fumum & igneos vomit globos, multisque locis suos quærit caminos, per quos respiret. Non nunquàm verò in ipsis terrę viscęribus tanta est ignis violentia, vt vnà cum globis igneis vel flammis etiàm lapides exustos & arenam eijciat. Trogus libr. 4. sic scribit de hoc monte: Sicilia terra est cauernosa & fistulosa: quo fit, vt ventorum flatibus pateat, vndè ignis cõcipitur. Intrinsecùs sulphur habet & bitumen: vbi ventus per spiramenta cauernarum incubuit, diù luctatus concipit ignem. Sic Aetnæ durat incendium. Motus ergò ventorum, causa incendij est. Strabo scribit se in eius montis cacumine fuisse, & omnia diligentissimè lustrâsse. Feruntur in summo vertice mirabiles esse mutationes, interdùm erumpente igneo flumine, aliquandò vel flamma, vel obscuro fumo. Id verò summam habet admirationem, quòd illius ignis calor neque vllo frigore temperari, neque frigus depellere potest. Nostro æuo nihil ferè prętęr obscurum vaporem ex eo monte erumpere visum est, vsq; ad hunc 1537. annum, quo ignem supradictum euomuit. Verisimile est, quicquid dicant Philosophi, ijs in locis quędã esse Tartari ostia, aut loca puniendis animabus destinata: quem admodùm etiàm in Islandia insula, quæ in Oceano sita, æstiuo solstitio noctem nullam, brumali nullum diem habet, mons est Occidentem versùs, Hecla dictus, à quo non longè absunt fodinæ sulphuris, quod indè copiosissimè plenis nauibꝰ euehitur. Mons ille cùm furit, haud secùs atq; horrenda tonitrua insonat, proijcit ingentia saxa, sulphur euomit, cineribus egestis terram circũcircà tam longè operit, vt ad vicesimum lapidem vel milliare coli non possit. Sunt ibì multæ voragines, ità cineribus opertæ, vt vix cuitari possint ab illis, qui vt eius incendij naturam explorent, propiùs montem accedũt, è quibus pleriq; viui à voraginibus absorbentur. Emergit illic ignis quidam, q aquam absumit, stuppam non absumit.

De Aetna Trogi sententia.

Nota miri quiddam.

Hecla mons in Islandia.

Mirum.

Visun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Visuntur illic mortuorum spiritus, qui in nota specie offerunt se familiaribus colloquijs hominum, idque adeò, vt adhuc viuere putentur ab illis qui eos nesciunt vel submersione, seu alia violenta morte perijsse. (Nam tales præcipuè appárẽt.) Cùm autem orant eos amici vel noti, vt domum redeant, dicunt cum ingenti gemitu se petere montem Heclam, ilicoq; dispárent. Voluit autem omnipotens Deus eiusmodi in terris extare loca terribilia, vt certiùs nôrint mortales, quæ pœnæ maneant impios post hanc vitam, & sic discant timere DEVM, vt possint æternos ignes euadere.

Caroluis Cæsar cùm aliquandiù valetudinis confirmandæ causa Genuæ hæsisset, priusquàm in Hispanias proficisceretur, res Italiæ non negligendas putauit. Itaque cùm Montisferrati dominium à tribus magni nominis competitoribus, singulis sua iura allegantibus, magna contentione peteretur, Cæsar erecto tribunali illud Frederico Gonzagæ adiudicauit. In eius enim matrimonio cernebatur soror Bonifacij, non dubia hæres fratris sui, qui repentino labentis equi casu interiêrat. Porrò arci Mediolanensi, toto orbe celeberrimæ, Hispanũ quendam præfecit: ijsq; rebus confectis, secundissima vsus tempestate, in Hispanias nauigauit, vrgente præsertim Andrea Auria, vt ante brumales dies eam profectionem maturaret.

Huius anni mense Ianuario accidit crudelissimũ facinus, quod potest multos non mediocriter ad agendã salutis suæ tum tẽporarię, tum ęternę curã extimulare, viros pręsertim principes, qui nũquàm satis possunt esse circunspecti ob multorum insidias: quas tamen faciliùs euadent, si DEVM vita innocenter transigenda sibi propitium reddant. Fuit Florentiæ dux & princeps Alexander Medices, Cæsaris potentissimi gener, iuuenis robusto ac vegeto corpore, vigintisex aut circiter annorum, qui etiàm iure dicendo ciuibus æquum & moderatum se præberet. Verùm in tanta rerum affluentia, iuuentutis accedẽte feruore, admodùm in Venerem procliuis fuit, ità vt coniugis toro contentus non esset, parùm interìm habita tum dignitatis, tum valetudinis, tum salutis suæ cura. In eius intimam familiaritatem se mira vafricie insinuauit Laurentius Medices, ex Mediceis omnibus illi sanguine maximè propinquus, cui incautus princeps tantum tribuit, quantum vix vlli alij. Is verò cùm Alexander esset Neapoli, vbì tum quoquè erant exules Florentini, incredibili perfidia & Alexandrum ferè quotidiè apud exules se iactitabat è medio ablaturũ, ore maledicentissimo crebrò in illum inuectus, & rursùs exulum consilia ad Alexandrum ilicò deferebat. Quod cùm exules persensissent, eum vehementer detestati sunt, & Alexandri stultitiam perstrinxerũt, quòd tam perfido homine vsqueadeò delectaretur. Detulit id quidam ad Alexandrum, & is accito ad se Laurentio, quid audiêrit, indicat. At homo versutus vera ipsum audisse cõfirmat, sed hac demùm ratione, si se simulet apud exules principi quàm infensissimum, illorum machinationes facilimè posse perdiscere. Credidit princeps in suam certam perniciem impudenti men-

Cædes horrenda principis Florẽtini.

Nota versutiam.

mendacio. Accidit interìm, cùm iam sesquiannum & amplius exitium Alexandro molitus esset, vt matronam quandam pernobilem & cõstantissimæ pudicitię Laurentius tandèm expugnatam se polliceretur media nocte ad Alexandrum perducturum. Credidit miser scelerato homini, & passus est se ab illo duci in ipsius Laurentij cubiculum, cuius domus principis ædibus erat coniuncta. Eò vbì ventum est, dimittere à se cubicularios dũos iubetur, & in ipsius proditoris lecto repositus, vt somno se trãdat paulisper monetur, donèc matrona possit in ipsius amplexus adduci. Porrò etiàm monetur deponere gladium, quo erat accinctus, vt suauiùs cubet. Id vbì factum est, ità capulum gladij inuoluit Laurentius, vt si fortasis eum suî defendendi causa princeps velit educere, non facilè possit. Ità iam cędi maximè opportunus, tradit se quieti, ignarus miser proximè impendentis extremi periculi. O cæca mortalium pectora, quæ breuis cuiusdam eiusq; nefariæ voluptatis explendæ causa, sæpè seipsos in ipsam & corporis & animæ sempiternam mortem præcipitant. Laurentius deindè exit e cubiculo: corripit ensem: iuuenem homicidam, cui princeps vitam donârat, orante pro illo Laurentio, ad fortem sibi nauandam operam pellicit, adiuncto etiàm alio quodam nefario homine: quanquàm sunt, qui scribant vnius tantùm opera in hoc patrando parricidio vsum eum esse. Cum ijs clàm in cubiculum ingreditur: infelicissimum principem iam somno correptum, adacto per costas gladio, cõfodit, & aliquandiù reluctantem sociorum opera interficit. Audiebatur quidem à familia strepitus & clamor ingens, sed nemo se mouit: quòd Laurentius iam antè consuêsset crebrò ciusmodi in eo cubiculo excitare tumultus, tanquàm iocosa exercitatione cum sodalibus animum oblectans, vt scilicet eam in diem dolum parâret. Quòd si princeps ille animo benè constituto eam horrendam necem ab illo perditissimo nebulone pertulisset, tametsi immane hauddubiò id esset parricidium, tamen moderatiùs dolendum foret, q; mors illa nihil animę noceret. Atqui verò eo in statu, quo tum erat ille princeps, tam inopinatam & nihil penitùs prouisam mortem adferre cognatum cognato, multis auctum beneficijs liberalissimo principi, id omnem excedit modum sæuitię & immanitatis. Sed iusto tamen Dei iudicio effrenatam principis libidinem tam terribiliter castigatam esse nemo ambigit. Debebat ille princeps fidem seruare coniugi, debebat vereri tremenda Dei iudicia, qui non respicit personam principum, sed indiscriminatìm plerunq; seuerissimè in hominum flagitia animaduertit. Quod quia nõ fecit, in id genus horrẽdę mortis incidit, vt suo summo malo doceat sapere mortales, nè ipsis similia eueniant. Nam vt sint fortasis pmulti, qui diù impunè vitam viuunt impuram & sceleratam, tamen etiàm innumeri inopinatis omninò casibus in ipsis sceleribus opprimuntur, & ruunt præcipites in sulphureas gehẽnæ æstuantis carnificinas, nunq; indè emersuri: quo quid possit esse horribilius? Ea cæde patrata, animo cõsternatus homicida execrabilis, nihil iam pter fugã meditari potuit, licèt antè decreuisset, Florẽtinis ad libertatẽ vocatis, gloriã sibi ex ea perfidia parare.

Alexander credit temerè.

princeps confoditur.

Itaq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laurentius fugam capessit.

Itaque in ipsa nocte ex vrbe excedens, quod nulli alteri facilè permissum fuisset, re necdùm comperta, incitatis equis primùm Bononiam, indè Venetias cum suis sicarijs peruolauit. Fuit deindè altera luce principis mors prudẽtissimè dissimulata, donèc accitis in vrbem & arcem militibus, tandèm triduo pòst mira præpotentis Dei prouidẽtia in defuncti locum subrogatus est Cosmus Medices, adolescens summę spei, annorum decem & octo, qui vsq; in præsens magno ciuium studio & amore patriæ suę principatu, nisi fortè breui è vita migrauit, moderatissimè potitur, studiosissimus semper Caroli Cęsaris longè optimi, cuius in se propensissimam voluntatem, in confirmando præsertim principatu, expertus erat. Porrò ille detestabilis parricida Laurentius ex Gallijs profugit ad Solimānum Turcarum principem. Verùm Solimannus vbi scelus ab eo patratum didicit, execratus hominis perfidiam, capiendum dedendumque decreuit ipsum Cosmi principis iussu persequẽtibus: sed ille properè redijt Venetias, vbi tamẽ paucis pòst annis, à duobus Volaterranis militibus, Alexandri principis studiosis, trucidatus est.

Cosmus Medices Alexandro substituitur.

Laurentius cæditur.

Hoc anno Galli in Atrebates irruerunt, oppidum & arcem Hesdinũ egregiè munitam intra mensem deditione accipiunt, impositò firmiori præsidio. Abeũtibus Gallis, Cæsareani par pari relaturi, oppidum D. Pauli vi capiunt, ac diripiunt magna strage edita, denique incendunt. Idem faciũt Monstrolio, cùm deditione id in potestatem illorum venisset, priùs tamen passi sunt ciues incolumes abire. In oppido S. Pauli vel Simpolio, vt quidam vocant, quod rex Frãcisçus præsens egregiè communierat, vnico horæ spatio quinque lectissimorum iuuenum Gallicorum millia cæsa sunt, multique præfecti & ipse prætor Parisiensium capti sunt. Monstrolium latissimum & copiosissimum Picardiæ oppidum est: eo compilato, & miserandum in modum incendio deformato, itum est ad Teruanam Morinorum. Iam fame laborare cœperant qui intra vrbem erãt Galli, cùm eccè opportunè illis suppetias tulerunt Annibaldus & Pienesius, duo fortissimi Gallici proceres: verùm ij dum se ad suos recipiunt, prælio commisso capti sunt. Indè iussu regis Frãcisci percussæ sunt decem mensium, vel vt alij habent, trimestres inducię cum Maria Cęsaris sorore, quę spe futuræ pacis incitata, exercitum dimisit. Vtinàm verò hæc arma in Christiani nominis hostes versa fuissent, quorum vires mutuis Christianorum principum dissidijs in dies augescebant. Interìm nihilo minùs in Taurinis bellum perseuerabat.

Galli capiunt Hesdinum.

Monstroliũ incensum.

Huius anni mense Februario Protestantes conuentum egêre Smalcaldiæ. Aderant illic etiàm illorum concionatores, qui cùm deliberaretur de Concilio à Paulo 3. Mantuę indicto, de mandato principum atque vrbium euangelici nominis professi sunt, se iuxta capita confessionis Augustanę & Apologiæ sentire & docere in suis Ecclesijs. Hoc quidem illi persuaserant principibus: sed quàm verè, ipsi viderint. certè ipsa confessio sæpè in alias formas mutata est. Nitebantur quidam in hoc conuentu efficere, vt de cœna Domini & ecclesiasticis ritibus certum aliquid, quod omnes

Conuentus Smalcaldiæ.

omnes sequerẽtur, statueretur. Principes verò, misso ad eos Saxonis Cancellario cum altero quodam nobili, de solo concilio illos agere iusserunt. Videbant enim hisce de rebus inter istos præclaros euangelij buccinatores nulla ratione posse pacem confici. Luterus morbo correptus, missus est Gotham à principe Saxonię, atque eiusdem principis voluntate adiẽrunt eum Bucerus & Bonifacius Lycosthenes, qui eum ad respondẽdum Heluetijs hortarentur. At Luterus vi morbi se ait à scribendo impediri, licèt interìm Basileensi consuli Iacobo Meyero scriberet, Heluetiorũ scripta sibi esse reddita. Sed nunquàm adduci Luterus potuit, vt Heluetijs cederet.

Luterus ægrotat.

Hac tẽpestate orta fuit inter concionatores Zuinglianos de cœna Domini rixa. Itaque habita est Synodus Bernę vltima Maij, in qua decretum planè sacramentarium editum est, & sic ea lis vel sublata est, vel vtcunquè in speciem sopita. Nihil enim ab istis concionatoribus syncerè & bona fide agitur. Huius anni mense Iulio Parisijs turris Belliaca ad Sequanam, in qua magna vis nitri, sulphuris & pulueris tormentarij cõdita seruabatur, fulminis ictu funditùs euersa est.

Turris incẽditur.

Hoc ferè tempore Paulus pontifex maximus Reginaldum Polum, ex Margarita Eduardi 4. Anglię regis nepte prognatum, quem paulò antè in Cardinalium ordinem adsciuerat, in Britanniam legatum misit, vt Henricum regem ad saniora complectenda consilia reuocaret. Verùm Henricus rex iam scripserat Francisco regi, vt legatum ad se captiuum in Britanniam mitteret. Eius rei commonitus Polus Cardinalis, ex Gallijs in Flandriam profectus, aliquandiù hæsit Cameraci. Indè Leodiũ abiens, aliquot mensęs liberaliter habitus est à Cardinale Erardo: pòst Romam repetijt. Sleidanus suo more pessimè eam legationem interpretatur, tãquàm propterea missus fuerit ad Franciscum regem, vt eum in Anglum inflammaret. Ità semper improbi homines ex animi sui prauitate etiàm alios metiuntur. Et valdè hoc familiare est Sleidano & sectarijs dogmatistis omnibus, vt Romanos pontifices & catholicos quosque magnoperè studeant apud omnes in summum odium & inuidiam adducere, licèt interìm illi piam doctrinam, & purum ac syncerum Euangelium, & incredibilem vitę innocentiam sibi impudenti vanitate tribuere non vereantur.

Polus mittitur ad regẽ Angliæ.

Mense Octobri Iana Semeria, quã ab Anna Bolenia Rex Anglię Henricus suo iũxerat matrimonio, filium Eduardum peperit, sed ipsa duodecimo pòst die vitam cum morte commutauit.

Eduardus nascitur.

Per id tempus quo paulò antè diximus in Belgio viguisse bellum, multa Gallis apud Allobroges eripuit Daualus Vastius Cæsareanorum dux inclytus, & cùm iam binis castris obsideret Taurinum & Pinarolum, Gallosque ad summam alimentorum penuriam adduxisset, in ipso tempore Henricus Delphinus cum exercitu superueniens, rebus necessarijs grauissimè pressos subleuauit. Indè verò de pace tractari cœptum est, ictis primùm trimestribus inducijs, & ijs rursùs in alias trimestres, denique in longiores prorogatis: Ea in re conficienda præclaram sanè Reip. Christianæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nauauit operam Paulus 3. Romanus Pontifex, cui dolebat illud bellum inteſtinum.

Legatio ad Cęſarem.

Cùm Cęſar in Italia eſſet, miſerunt ad eum legatos ſuos Proteſtantium ordines. Illos Cęſar quidem audiuit, ſed occupatus rebus bellicis, reſpõdit ſe per legatum illis reſponſa daturum. Hoc cùm Proteſtantibus renunciatum eſſet, illi conuẽtum indicunt Smalcaldiæ ad ſeptimum Februarij anni huius diem, vbì omnes adeſſent. Adduxerunt eò primi nominis concionatores ſuos, Luterum, Melanchthonem, Bucerum, Oſiandrum, alioſque multos: qui tamen ità inter ſe erant animis concordes, quicquid interìm extrinſecùs ſimularent, vt quondàm Cadmęi fratres. Et vt parùm aliquid lector nouerit, concionabantur illic iſti ſectarij theologi: Luterus iuſtificationis ſuæ fundamentum eſſe voluit Relationem, quæ eſt minimum entitatis, hoc eſt, nihilum, vt ipſius habet diſputatio typis excuſa. Oſiander verò prorsùs è diametro cum illo pugnans, fundamẽti loco poſuit ipſam diuinam eſſentiam, quæ eſt ſimul omnia. Vult enim, eadem iuſtitia qua Deus eſſentialiter iuſtus eſt, nos quoquè iuſtos eſſe oportere. Luterus autem, non reuerà, ſed tãtùm imputatiuè coram Deo iuſtos nos haberi dicit, perindè vt olìm Alexãder Magnus apud Lacedæmones his verbis in deos relatus eſt: Alexander vult eſſe deus: Deus eſto. Et licèt hæc inter ſe maximè ſint diuerſa, tamen Principibus & reliquis Ordinibus illis verſuti homines viſi ſunt purum putum euangelium & ipſiſſimum Dei verbum prædicare: nec animaduertebãt, quibus dolis & fraudibus ab iſtis Euangeliſtis circunſcriberentur. Interìm mirè execrabantur ſummũ Pontificem, & doctores Catholicos tauquàm Antichriſti (ſic enim vocãt Põtificem) adminiſtros & ſatellites, & non videbant eos, qui iſthuc ipſis perſuaſerant, re vera ipſiſſimi Antichriſti præcurſores & prænuncios eſſe. Sed quid hoc magnoperè mirãdum in principibus, cùm etiàm pleriſque doctiſſimis viris ſatis interdùm negocij faceſſant importuni & verſipelles homines, dum omnia vbiquè rimantur & excutiũt, & ſi quid vſpiàm occurrat, quod vel in ſpeciem pro ipſis facere videatur, id mirè exaggerẽt, illud mirificè iactitent, adeò vt ſæpenumerò non pudeat ipſos impudentiſſima vanitate ad ſuũ ſenſum detorquere, quæ tamen ſciunt nihil pro ipſis facere: ſcilicet vt indoctis & imperitis aliquid dixiſſe videantur. Has fraudes ſi perſentiſcere potuiſſent Principes, puto equidem ſuis dentibus infidos homines diſcerpſiſſent potiùs, quàm vlla in re ſibi ſequẽdos ſtatuiſſent.

Conuentus Smalcaldiæ.

Luteri & Oſiãdri fundamenta diuerſiſſima.

Summa legationis Proteſtantium.

Sed vt ad legationem Proteſtantium reuertamur, tria potiſſimùm illi à Cęſare petebant: primùm, nè commodaret fidem ſparſo de ipſis rumori, quaſi cum Gallo & Anglo fœdus feciſſent: deindè, vt Camerę iudiciũ cohiberet: poſtremò, vt qui poſt pacificationem Norbergicam in fœdus Smalcaldicum recepti eſſent, eius quoquè pacis beneficio fruerẽtur. Cęſar ad illos miſit Matthiam Heldum procancellarium, virum eloquentiſſimum, qui in publico omniũ conſeſſu die 15. Februarij accuratè reſpõdit: Hortabatur inter alia Cęſaris nomine, nè Camerę præſcriberent, nec ius ipſum

Legatꝰ Cæſaris ad Proteſtantes.

ipſum impedirent, paſsìm enim ad Cęſarem & Cameræ iudices deferebãtur miſerorum querimoniæ, qui ſe rebus & fortunis omnibus exutos, in integrum reſtitui rogarent, illorũ verò preces Cęſar, vt erat pijſſimus, negligere non potuit, licèt interìm Proteſtantes, à ſuis Eccleſiaſtis inſtigati, rem ſe Deo gratam præſtare arbitrarentur, ſi eccleſiaſticos, præſertim monachos, profligarent. Hoc verò Chriſti euangelium non docet, res alienas priuata authoritate, immò legibus omnibus & ſummo Magiſtratu acerrimè vetante, ſibi vſurpare, aut pro ſuo arbitratu alijs conferre. Et quia Cameræ iudices plerunquè ſententiam ferebãt, qua iuberentur ablata reſtituere, Proteſtantes eos ferre nolebant. Ità oportebat miſeros rerum ſuarũ ferre direptiones, nec tamen vllũ à iure ſubſidium petere. Quis verò hoc docuit? Luteri ſcilicet Euangelium. Sed hoc Euangeliũ iura omnia, & totus orbis Chriſtianus damnat. Priùs videndum erat, qua æquitate, quo iure, quibus rationibus hoc euangeliũ niteretur. Certè illi, penès quos ſumma eſt apud Chriſtianos authoritas, quibus diuinæ & humanæ leges nos obtemperare volunt, hoc Euangelium iampridèm execrati ſunt. An non verò plus tribuendũ eſt totius orbis iudicio, quàm vnius deteſtabilis apoſtatæ, cui nec id quidem tribuendum eſt, vt aliquo numero habeatur? Verùm Proteſtantes, vt à Lutero, & id genus alijs edocti erant, omninò pati noluerunt, vt aliquid contra ipſos Eccleſiaſtica bona ſibi vendicãtes, Cameræ, id eſt, Cęſareæ Maieſtatis iudicium valeret: putabant enim ſceleratos homines & idololatras, hoc eſt, monachos (vt de alijs taceam) omninò profligandos, & interìm apoſtatas monachos haud ſecùs atquè Chriſti Apoſtolos cõplectebantur, quorum omnium parens Luterus in ſummo apud eos honore fuit, qui ſi nihil aliud feciſſet, quàm quòd, omni abiecto pudore, auſus eſt virginem Deo ſacratam ſuis nuptijs copulare, hoc ſolo nomine dignus erat, qui flammis cremaretur. Nouimus Iouinianum imperatorem religioſiſſimum iam olìm ante mille annos legem ſanciuiſſe, vt capitaliter in eum animaduerteretur, qui ſacram virginem, nõ dico rapere, ſed attentare tantummodò iungendi matrimonij cauſa, aut oculos impudicos ei adijcere auderet. Impius ille apoſtata Iulianus Imperator ad eiuſmodi inceſtas nuptias connixiſſe legitur, ſed certè Chriſtiani principes conniuere minimè deberent. Multa prætereà alia in eo conuentu dixit Heldus: poſtera verò die cum Saxone priuatìm locutus, multam ei Cęſaris erga ipſum beneuolentiam indicauit, ſed quam hactenùs ob diſparẽ religionem in eum declarare ſatis nequiuerit. Itaque hortabatur eum ad concordiam, ad adeundum Concilium vel legatos eò mittendos, ad ferẽda auxilia contra Turcam, ad contribuendam pecuniam in Camerę iudicium. Saxo ſe cum ſuis communicaturum reſpondit. Deindè 24. Februarij ad omnia fœderati omnes reſpõderunt prolixè, quæ quidem commemorare nihil attinet. Nolebant Cameram contra ſe procedere, nolebant à ſuo fœdere excludere quenquam, licèt Noribergæ conuentum eſſet, nè quis ante Concilij definitionem religionem mutaret: porrò in id fœdus non admittebantur ferè, niſi Luterani & id genus homines. Orabant

Proteſtantes recuſant Cameram.

l. ſi quis e. de epiſcop. & cler.

Heldus cum Saxõe agit.

Proteſtãtiũ reſponſum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cęsarem, vt Cameræ iudicibus, nè ipsis molestiam vllam crearent, interdiceret, & quędam alia: sed ità orabant, vt precibus armatis vti viderentur. Nam si secùs attentaretur, & si qua vis fœderatis inferretur, se socijs minimè defuturos indicabãt. Quòd si Cęsar permittat omnibus aditum ad veram doctrinam, (sic enim vocant Luteri dogmata) tum se propẽsiùs pręstituros, quæ de Turca & Camera Cęsar postulârit. Multa deindè de concilio dixêre, quod liberum esse voluerunt, vbì Luterus cum suo gregé aut parem, aut superiorem etiàm prę Romano pontifice locum & authoritatem obtineret contra morem omnium seculorum. Multa ibì acerbè in Pontificem dicta, quòd is doctrinam non solùm verbo Dei, sed etiàm vetustis concilijs atque doctoribus cõtrariam inuexerit atq; defendat, cùm tamen reuerà non Pontifex, sed Luterus cum suis cõcilia & doctores oẽs non sinè cõtumelia reiecerit, & sua pestilenti doctrina, quę in multis ipsius quoquè Alcorani impia commenta longè superat impietate, florentissimum Germaniæ regnum, adeoque totam ferè Europam in summas calamitates, bella & odia intestina, incredibiles animorum dissensiones, & nullum non malorum genus pręcipitârit. Sed hæc & id genus alia multa licèt Principum & fœderatorum nomine proponerentur, non tamen à Principibus, sed eorum concionatoribus petulanter conficta fuêre. Non desunt vitia in Ecclesia catholica, sed quòd doctrina eius pugnet cum verbo Dei & concilijs & Doctoribus antiquis, id isti sycophantæ nunquàm docere poterunt. An verò non scatet omni flagitiorum genere istorũ nouorum dogmatistarum vita? An nõ Luterus ipse fatetur, suæ sectæ homines vel decuplo Sodomitis peiores euasisse? Sed hoc illi importuno solius fidei buccinatori imputandum est. O si in Christianorum pectoribus nõ penitùs lux omnis rectæ rationis extincta fuisset: vidissent quæ dogmatũ horrenda monstra, quàm prodigiosas & immanes tenebras pro Euangelij luce, quas deniquè tigrides, quósve lupos pro veris pastoribus complexi essent.

Pontifex perstringitur.

Luteri de Luteranis testimoniũ.

Vbì dicendi finem Protestantes fecerunt, Heldus euestigiò eis respondit, inter cætera periniquum esse dicens, quòd cùm ea negocia, quæ ipsi dicant religiõis esse, alij prophana esse cõtendant, nolle ipsos alterius partis rationes & argumenta cognosci, cùm tamen & legibus, & æquitati & diuinis literis consentaneum sit, vt in omni controuersia pars vtraque ex æquo audiatur, neque secundùm alterutrius narrationem, etiamsi ea nihil à vero abhorreat, quicquã pronuncietur. Tum quoquè nullo iure fas esse, quenquam vel religionis, vel alia quauis de causa, rebus suis spoliari. De Concilio ait grauissimum fore Imperatori, si ipsi iam exceptiones contrà facere velint, cùm non sint nescij, quantoperè eam in curam Cęsar incubuerit, vt Concilium quãdoquè cogeretur. Quòd ad Pontificem attinet, sperare Cęsarem, illum tanquàm pręcipuum ordinis Ecclesiastici caput, pro sui muneris ratione, Christianè sese gerere, nec de illo quicquã omninò sinistrum suspicari. Licere tamen ipsis, si quid secùs de illo nôrint, in Concilio modestè proponere, itemque de forma & modo Concilij:

Heldus respondet.

nanque

nanque vt in ea re ipsi alijs nationibus præscribere velint, id sanè minùs æquum esse: neque ipsos persuasum habere debere, ipsorum theologos solos sapere, reliquos omnes bardos & bliteos esse: alijs quoquè locis passim viros & eruditione & pietate pręstãtes inueniri. Hæc & id genus alia dixit ibì Heldus, vt erat excellenti doctrina & mira ingenij dexteritate.

Eodem autem die venit eò legatus Pontificis Episcopus Aquensis, sed à Protestantibus non magna eius fuit habita ratio, cùm tamen etiàm Turcarum tyrannus legatos Christianorum comiter excipiat. Die quodã voluit is legatus cum Lantgrauio colloqui. Ille respondit sibi non esse integrum, & eodem ferè momento adijt Luterum ex calculo grauiter decumbentem. Poterat id è sua domo facilè videre legatus, sed debuit æquo ferre animo apostatam monachum Pontifici maximo, cuius ipse legàtus erat, longè anteferri.

Legatus Põtificis ad Protestãtes.

Ad Heldi dicta vltima Februarij iterùm Protestãtes prolixè admodùm responderunt: sed referre piget, quia eiusmodi sunt, vt præclaræ Germanicæ nationi apud exteras nationes omnes ignominiã potiùs quàm laudem sint paritura: verùm hæc quoquè non Principes, sed concionatores ità composuerant, vt identidèm splendidè mentirentur. Deniquè in hac responsione Concilium à Pontifice indictum reiecerunt. Aiunt enim iu dicandi potestatem non ad solum Pontificem & Episcopos, verùm ad Ecclesiam pertinere: quo quidem in numero sint etiàm reges & cæteri ordines: dicerent apertiùs, etiàm cerdones, lictores, carnifices, garrulę anus, ambubaiarum collegia, pharmacopolæ. Quis verò ista non irrideat? Scilicèt pronũciare de Ecclesiæ dogmatis pertinet ad laicos, immò & ad cocos & subulcos. O vastissimam dogmatistarum Euangelicorum cæcitatem. Et isti sunt puræ doctrinæ & germani Euangelij synceri atque integerrimi prędones. Oportebat sanè Germanos ad eiusmodi credenda non temerè adduci, oportebat priscæ Germanorum constãtiæ meminisse, & in rebus grauissimis summa, vtì par erat, vti grauitate & maturitate. Verùm hæc & id genus alia versuti homines parùm cautis facilè persuaserunt. Priùs autẽ quàm is conuentus dissolueretur, quod fuit 6. Martij, ad Galliæ regẽ datis literis, eius beneuolentiam & amicitiam captârunt. Rex eis liberaliter respondit, licèt ex animo Luteri dogmata detestaretur: sed mutuis se auxilijs vt communirent, res ipsa poscere videbatur.

Protestantium respõsum.

Reijciunt Concilium.

Per id ferè tempus etiàm rex Angliæ scriptum edidit, quo se ostendit non multùm tribuere authoritati summi pontificis, neque venturũ, neq; legatos missurum ad concilium Pontificium: & alia pleraque satìs acerbè in Pontificem, quem Catholici tanto propẽsiùs obseruare & suspicere debent, q; ab illis tam hostiliter oppugnatur, qui Luteri quàm Christi Euangelium sequi mâlunt. Multùm hæretici plerique omnes quiritãtur de tyrannide Romanorum Pontificum: scilicet extinctam vellent illam summam authoritatem, qua hactenùs hęreses omnes oppressæ sunt.

Scriptũ regis Angliæ.

Hoc anno Solimannus Turcarum Imperator molestissimè ferens Lusitanorum potẽtiam in Indiam vsq; prolatam, maxima ipsius regionibus

Turca infensus Lusitanis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

detrimẽta adferre, intercluſis Arabici ſinûs nauigationibus, quib⁹ Memphim (hodiè Cairum vocant) atque Alexandriam omnis generis aromata & mercimonia, & indè in Europam aduehi ſolerent, quæ iam per vaſtiſſimum Oceanum in Luſitaniam aucherẽtur, atque indè porrò in Angliç, Belgij, Germaniæ aliarumque regionum emporia diſpenſarentur, hortatu Aegyptij prefecti ingentem triremium & aliorum nauigiorum claſſem magnis impendijs inſtitutam, contra Luſitanos miſit, vt eos ex tota India, vbi iam illi munitiſſimas aliquot arces conſtruxerant, exturbaret. Iam paulò antè in bello Perſico contra Tammaſum infeliciter ſuſcepto, didicerat Luſitanos quoſdam ſclopetarios & tormẽtorum magiſtros, qui maiora tormenta & fundere & peritè dirigere Perſas docerẽt, regi Perſarum militâſſe. Id verò eius animum vehementer in Luſitanos exacuit.

Mons Sina. Obitèr hîc commemorare libet, in intimo Arabici ſinûs termino mõtem Sina ſitum, qui natura ſaxeus & abruptus in cælum exurgit, difficilimumq; prębet in ſuperiora nitentibus aſſcẽſum. In eius ſummo cacumine, vndè eſt latiſſimus in maria proſpectus, poſitum eſt delubrum, Diuæ Delubrum D. Catharinæ. Catharinæ præclariſſimę martyri dicatum, quò cõfluunt peregrini Chriſtiani religionis ergô, licèt non abſque periculo pateat acceſſus. Nec dubium, quin illo in loco ſingulari quodam gaudio afficiantur piè viſitantium animi, nõ ſolùm ob tantæ martyris ſacras reliquias, ſed etiàm quòd indè proſpiciendo mari rubro liceat grata mente reminiſci, ibi olìm ſubmerſum perijſſe Pharaonem cum infinitis equitum turmis, cùm is perſequeretur filios Iſrael, præſenti Dei beneficio ex eius manibus grandi miraculo elapſos: tum etiàm, q; eo in monte olìm lex vetus data ſit Hebræis: quanquàm hodiè plerique irrident eiuſmodi peregrinationes religionis ergô ſuſceptas, cùm ipſi potiùs ſint irridendi, qui ea carpant, quæ Chriſtiani omnes ſemper religioſè admodùm ſibi obſeruanda ſtatuerint. Legant ſcioli iſti (vt innumera alia omittamus) vitam D. Paulæ matronæ Romanæ, à D. Hieronymo conſcriptam, & indè diſcant, quàm non ſit nouum in Eccleſia, loca ſacra inuiſere.

Triremes plicatiles. Porrò verò Solimannus, vt ad inſtitutũ reuertamur, egregia claſſe inſtructa triremium plicatilium, quæ longo terreſtris itineris ſpatio ad Suetiam vſque maris rubri portum camelorum opera traherentur, itemque aliarum nauium, ità vt omnes ſimul octoginta circiter numerum implerent, in quibus erant ad vigintiquatuor hominum millia, Aegypti præfectum miſit expugnatum Luſitanos.

Solimãnus Venetis infenſus. Eo tempore Solimannus leuibus de cauſis alieno, immò & infenſo in Venetos erat animo, iuſſeratque contra fidem abrupta pace Venetas triremes apud Alexandriam intercipi, & aliquot patricios mercatoresque Venetos, nautasque complures in carcerem conijci. Ex ijs autem eos qui idonei viderentur, in claſſem contra Luſitanos inſtructam diſtribuit prefectus Aegyptius. Sunt qui ſcribant, Solimannum id temporis à Chriſtianis quibuſdam, qui nimia Cæſaris Caroli felicitate offenderentur, non mediocriter in noſtros incitatum fuiſſe: quod quidem miſerrimum eſt, vſque-

vſqueadeò torqueri felicitate aliena, vt propterea non dubites orbẽ Chriſtianum prodere Chriſtiani nominis atrociſſimis inimicis. Verùm hoc nos in medio relinquimus. Itaque Aegypti præfectus Solimannus Eunuchus (ſic enim vocabatur) adiuncto ſibi Moro Alexãdrino, ſinûs Arabici anguſtias egreſſus, præteruectusque Perſici maris ſinum, ad Indum vſque fluuium peruenit.

Duæ in Indiam nauigationes. Vt verò Lector rem meliùs pſpectã habeat, nouerit duas ex Europa in Indiã fieri nauigatiões: Vnã ab Hiſpania vel Luſitania per littora Aphricę & Aethiopiæ in Arabiã vſq; ad vrbẽ Aden, indè porrò ad Ormutiũ nobiliſſimũ emporiũ: ab Ormutio verò ad Cambaiã ciuitatẽ, atq; indè Calecutiũ, à Calecutio verò longè vlteriùs vſq; ad auream Cherſoneſum, quam Malacham accolæ vocitant, quę vrbs eſt miræ magnitudinis, regem habens Maurum: (Nam eouſquè, proh dolor, impia Mahometis ſecta peruaſerat) Eam autem Luſitani vi expugnatam occupârunt ac diripuerunt, deniquè flammis permiſerunt. Aurea Cherſoneſus direpta. Multa ibi præda ceſſit Luſitanis, & præter homines captiuos ſeptemque elephantos, æncorum omnis generis tormentorum ad duo millia. Porrò Luſitanię rex munitiſſimam ibi conſtruxit arcem, apud quam diuerſarum nationum mercatores multis opibus atque diuerſis aromatibus & odoribus eam vrbem complentes, ſibi ædes cum bona venia prefecti Luſitani comparârunt, ità vt iam longè inſignius quàm anteà ibi ſit inſtauratum emporium. Turcæ igitur vbi ad Indum amnem peruenerunt, Dium vrbem munitiſſimam, apud quam Luſitani inſignem habebant arcem, ſibi totis viribus oppugnandam ſumpſerunt. Dium oppugnant Turcæ. Verùm Luſitanorum ea fuit induſtria, ea indomitę virtutis conſtantia, vt turpiter profligati Turcæ, incepto deſiſtere, & relictis maioribus tormentis, ad Aden retrocedere compulſi ſint, quod eſt felicis Arabiæ celeberrimum emporium. Vbi claſſis præfectus Solimannus Eunuchus acerbè ferens tam improſperos audaciſſimorum conatuum ſucceſſus, fide data, ad claſſem euocat Adeniũ regem, qui tributarius erat regis Luſitani. Credidit ille miſer fraudulento homini, & cum quatuor regni proceribus venit in nauim, gratificaturus potẽtiſſimo Turcarum imperatori Solimanno Ottomanno. Porrò Eunuchus perfidus iubet eum & reliquos proceres in antenna prætoriæ nauis laqueo ſuſpendi. Indè vrbem capit, militibus prædę datam. Interfecit etiàm Zibitinũ regem, (licèt is pręclaris muneribus impotentis hoſtis gratiam ambiret) vnà etiàm omnibus aulę eius præſidijs trucidatis contra fidem datam. Indè abijt Mecham terreſtri itinere, vbi impijſſimi Mahometis ſepulcrum inuiſitur magno ſtudio perditorum hominum, quos ille inſanus ſua ſuperſtitione dementauit. Mecha vrbs Vrbs Mecha totius Arabiæ clariſſima eſt ob Mahometis cineres ibi conditos: quanquàm ex recentioribus nõ deſint, qui ſcribant corpus eius apud Medinam vrbem aſſeruari. Piget referre, quantum operę & olei perdant miſeri mortales in Medinæ vrbis ampliſſimo delubro, dum illum ſceleratum nebulonem longè ſupra Chriſtum colunt, quem aiunt ad pedes Mahometis ſedere. Hoc autem obſeruandum venit, Turcas Mahometanos, Turcę expiant templa. cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm in templo Christianorum sacrificare volunt suo more, priùs templũ expiare, dirutis aris omnibus, cunctisque imaginibus exturbatis: quem & morẽ sequuntur hodiè Zuingliani & Caluiniani & pleriq; alij hæretici, vt noueris eos non è Christi, sed Mahometis disciplina eum hausisse, sicut & pleraq; alia. Porrò aras & imagines sacras è templis abolere, quid est (obsecro) aliud, quàm ex rudis & simplicis plebeculæ animis omnẽ Christi Domini ac ingentium beneficiorum maximeque acerbissimæ passionis eius memoriam, omne quoq; verę virtutis & pietatis studium euellere? an non hoc planè Turcicum & Tartaricum est? O quàm miserè deluditur plebs Christiana ab istis Mahometanis euangelicis, idque sub ingentis pietatis prętextu. Sed ad rem. Eo igitur successu pugnatũ est à Turcis contra Lusitanos, quod quidem Christi Opt. Max. bonitati acceptum ferendum est, qui noluit impuros Mahometanos Lusitaniæ regis sanctissimos conatus retardare, quibus ad ipsius cognitiõem iam tum vocabantur & traducebantur innumerę ijs in locis gentes, quę ad id tempus stultissimis & absurdissimis erroribus implicitæ, longè aberant ab omni vera salute. Nanque Calecutani & quidam alij ipsum cacodæmonem incredibili vecordia adorabant & colebant, multosque illi mortales immolabant.

Dæmon adoratur.

Turcarum vires vndè auctæ.

Porrò huius anni autumno infeliciter à Ferdinandi exercitu ad Exechium pugnatum est. Multùm aucta est Turcarum potentia, dum Germania nullis vnquàm Romanorum Cæsarum armis domita, & cunctis semper nationibus formidolosa, ab auita Maiorum pietate & religione discessit, & in portentosas, easque valdè inter se diuersas & pugnantes, hæreses se abduci passa est. Nam anteà verissimè dici de ea potuit:

Legibus antiquis stat res Germana virisq.

Et nisi pijssimos principes atque monarchas, Carolum & Ferdinandum Imperatores habuissemus, quorum pietate potiùs quàm viribus, licèt eæ quoquè minimè contemnendę fuerint, sæpè fracti sunt immanes Turcarum impetus & conatus, profectò iampridèm actum esset de Germania: tametsi id nolunt agnoscere homines ingrati, qui grauissima percuntis patrię suę pericula aut nõ vident, aut effusè etiàm irridẽt, scilicet nondùm experti graue iugum Turcicæ captiuitatis, sub quo iam tot ampliss imæ Christianorum ditiones miserabiliter suspirant, nec minùs tamen, velint nolint, illud perferre cogũtur magno suo malo, quod vtinàm vel serò nos sapere doceret. Sed hoc quoquè est diuinæ animaduersionis genus quoddam vel maximè formidãdum, cùm sic excæcantur hominum pectora, vt in præsentissimo positi discrimine, illud tamen vel non videant, vel paruipendendum putent. Verùm ad Exechianum bellũ veniamus.

Exechium occupârat Turcicus exercitus duce Mahomete Iahiagogle, idque egregiè communitum, totius belli contra Ferdinãdum regem arcem fecerat, vndè multa & ingentia Christianis damna dabat, plerunq; ex insidijs magno terrore nostris arma inferens: licèt interìm certa manet

ret inducarum conditio, quæ minuta prælia ijs in locis & extraordinarias incursiones, quæ vix vnquàm satis prospici queant, admittere videretur. Non enim pax intercepta censebatur, nisi iusto exercitu adhibitis tormentis muralibus vis inferretur: Verùm eiusmodi inducarũ, quę planè simulatorię essent, pertęsus Ferdinãdus rex, statuit bellum facere Turcis. Itaq; equitum octo millia, peditũ sexdecim millia coëgit, magna tormentorum omnis generis vi illis adiuncta. Erat is exercitus vsu belli & animis haud vulgaris, si cuncta rectè administrata fuissent. Mahometes Turca, vbi sensit in se arma parari, nõ defuit sibi, sed ipse quoquè magnas conscripsit copias, nostris neque numero neque virtute contemnendas. Habent enim Turcæ paratas semper, equitum pręsertim, ingẽtes copias, nec desunt Turcarum imperatori expediti sumptus ex immensis tributis ac vectigalibus, quibus eos perpetìm liberaliter alat in exitium Christianorum. Nostri indè Exechiũ obsident, & facta non semèl Turcis qui intùs erant, prælij ineundi copia, Turcæ Mahometis imperio nihil se commouere sinuntur. Iam enim fames cœpit totum debilitare Christianorum exercitum, quod Mahometem minimè latebat. Erant quoquè ducum non eadem rei gerendę consilia, alijs aliud suadentibus. Interìm tẽpus terebatur, nulla re præclarè gesta, motis subindè castris, nec paruis acceptis incommodis, dum Turcæ in omnem nocendi occasionem diligenter sunt intenti. Porrò vbi Mahometes nostros ad iter capessendum instructos vidit, expeditos Ianizaros & Martellosios eos iussit anteuertere, nec tamen vsquàm pugnandi copiam prębere, sed falconum globulis atque sagittis continenter nostros appetere: quæ res plurimùm nostris nocuit, præsertim mira velocitate Turcis nostros egregiè fallentibus, ità vt à nostris facta impressione repentè dilaberentur: sed mox è fuga se recipientes, nostros paucos longiùs progressos, multi circunsisterẽt & trucidarent. Eo modo perijt Petrus Raschinius Boëmorum Maresch alchus cum Boëmis non paucis. Perijt etiàm paulò pòst Paulus Bachitius insignis dux Hungarus, cum plerisque alijs fortibus viris Hungaris: dumque nostri inter se consultant, quid potissimùm attentandum sit, nec tamen idem omnes sentiunt, Mahometes omnia illorum incommoda per exploratores facilè cognouit, nec iam de victoria dubitans, itinera omnia velut lunato flexu circundedit, vt nusquàm ferè nostris effugiendi aditus pateret. Fugerunt autem Vsarones Hungari, & clari aliquot duces, itemq; Stiriani omnes. Post hos fugit etiàm ipse supremus belli dux, & quidem inermis, deserto prætorio, quod erat argentea supellectile cęterisque ornamentis opulentum. Remansit Ludouicus Londronius dux peditum, vehementer quidẽ dolens, se à magna equitũ parte turpiter destitutũ, sed nihilo minùs pedites ad fortiter conandũ pręclarè adhortans. Ad eũ verò cõfluxêre equites Carinthij, Saxones, Misnẽses, Duringi, Frãcones, Austriaci & Boëmi, q ignominiosę fugę comites esse noluerãt, obsecrãtes vt imperij mun⁹ susciperet, ipsos q iuberet, incũctanter facere paratos, & ꝓ religiõe atq; ꝓ optimo rege, donèc vires suppeterẽt, cõstãtissimè cũ impuris hosti-

Exercitus Ferdinandi.

Exechium obsidetur.

Christiani fugerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hostibus dimicaturos. Londronius quidem se imperatoris nomine indignum professus, tamen quoàd licuit, strenui Imperatoris munus impleuit. Porrò cùm iam iter arriperent, aduolant sæuissimi Turcæ truci vlulatu edito, nostrosq; vndiquè circundant, ità vt multa simul prælia ab equitatu fierent. Multi ibi egregij viri ex nostris ceciderunt, hostium multitudine superati. Deniquè, quod miserandum est, ad vnum ferè omnes tum equites tum pedites, qui ante prælium illud non aufugerant, ab immanissimis barbaris trucidati sunt. Londronius cum tribus cohortibus hortatu Turcarum, qui iam in paludem quandam vi equitum irruētium adactus, cædendo fessi erāt, sese tandèm post fortissimè nauatam operam dédidit: verùm in itinere ex vulnere saucius, quòd minimè videretur Byzantium viuus adduci posse, à custodibus est interfectus, & caput eius Solimanno transmissum. Barbari cæsis nostris, auidissimè prædæ inhiabant, eosq; qui se effugere ex prælio posse sperauerant, multa velocitate insectantes, non paucos ex ijs interceperunt, in duram redigendos seruitutem. Mahometes verò direptis castris nostris, se iocunditati dedit, in pratulo quodam priùs à cadaueribus repurgato epulatus hilariter. Eò autem ad se adduci iussis captiuis nobilibus, splēdidis spolijs, maximè verò vexillis, suos præfectos, qui eo in prælio se strenuè gessissent, verbis egregiè commēdauit, & militibus donatiui nomine aureos & argenteos nūmos sua manu elargitus est: porrò captiuorū insignium nomina & dignitates annotari iussit. Solimanno posteà in argentea pelui oblata sunt tria præcipuorum ducum capita cum vexillis, inauratis thoracibus, galeis, &c. Hæc verò fuit Christianis longè turpissima strages, quam plerique conferunt in ducis culpam & temeritatem. Certè Christianos admonere potuit, vt tandèm positis animorum dissensionibus, religionis dissidijs compositis, vitijs quoquè & flagitijs, quibus supernum Numē offenditur, & barbarorum vires crescūt, egregiè castigatis, Deum sibi & orbi Christiano propicium efficere maturarent. Certum est enim, nulla re magìs aduersùm nos augeri vires & potentiam immanium Turcarum, quàm vita flagitiosa, bellis intestinis, & deprauata religione. Certè insignis hæc victoria illis impuris & execrandis Mahometanis nullo ferè sanguine constitit, cùm ex nostris flos equitum & peditum ferè ad internecionem deletus sit. Qui autem viui in hostium potestatem venerunt, ijs plerisque in summam ignominiam nares à barbaris trūcatæ sunt, & dura seruitus imposita. Fuit ea clades Ferdinādo regi hauddubiè longè acerbissima: sed pius princeps, quod aliena temeritate contractum erat, infectum reddere non potuit. Ipsum tamen ducem primarium eius belli, aliquandiù honesta sub custodia detinuit. Porrò ille veritus, nè capite damnaretur, (nam multi eum proditi exercitûs nomine deferebant) è custodia elapsus, ad Turcas profugit. Porrò vt cum aliquo insigni munere ad Mahometem Turcarum præfectum veniret, alium quendam regulum, vt secum aufugeret, solicitauit. Ille se facturum promittens, aut se promittere simulans, eum hospitio receptum post epulas obtruncauit, caputq; illius regi Ferdinando misit,

Cęduntur Christiani.

Victoria Turcarum incruenta.

Transfuga vilis necat.

sit, qui illi castellum omnemque substantiam cæsi ducis dono dedit. Ea fuit perfidię pœna. Iam multa illi liberaliter promiserat Mahometes, eius opera vsurus contra Ferdinandum regem: sed Deus perfidię consilia tam inexpectata cęde anteuertit.

Classis Turcica.

Hoc ipso anno Solimannus Turcarum imperator Italiam inuadere constituerat. Habebat classem ornatissimam, & multo milite instructam. Ea in re tanta fuit vsus celeritate, vt ducenta armatorum millia priùs ad Macedonię oram adduxerit, quàm è Byzantio profectus crederetur. Nec deerant illi transfugę Christiani, qui ei Christianorum consilia explicarent. Ante annos quinquaginta auus eius Mahometes, occupata Hydrūte, summum Italię terrorem attulerat, iamque de Italia actum fuisset, nisì illum sanguinarium tyrannū subita mors, Deo Christianis maturè opem ferente, è medio abstulisset. Cùm iam Solimannus in Italiæ conspectum venisset, misit è suis, qui Salentinorum animos explorarent. Illi Castrum oppidum deditione acceperunt, quod tamen contra fidem datam, ducibus quidem inuitis, à barbaro milite direptum est, & captiui florenti ætate in classem abducti sunt. Interìm noctù aliquot Turcę equites hippagogis subuecti, ab Aulone in Salentinum agrum traiecerunt, & magnum omnis generis hominum & armentorum numerum interceperunt. Maior verò Christianis clades imminebat, nisì eam cuiusdam Veneti Triearchi temeritas, Deo Christianis parcente, auertisset. Is enim paulò antè passus damnum à Turcis, in triremes quasdam Turcicas incidit, suoque indulgens dolori, aliquot ex eis demersit. Ea res Solimānum in Venetos non mediocriter concitauit, licèt insciente senatu accidisset. Eodē quoq; tempore Andreas Auria Cæsareanæ classis præfectus, casu in classiculam quandam incidit, omnis generis commeatum & linum Alexandrinum Solimanno aduehētem, quam mox totam cepit, viris ad transtra triremiū damnatis, & præda omni in suas triremes illata: porrò nauibus incensis, quòd sibi fortassè minimè vsui futuras iudicaret. Incēdit etiàm duas Turcicas triremes, quibus Solimāni legatus Iunusbeius ad Venetę classis præfectum, qui tum in Corcyra insula morabat, aduectus fuerat. Sed is quoq; malè acceptus à Venetis, & in grande discrimen coniectus, ità vt à latronibus Acrocerauneis, qui eum in littus euadentem ceperant, præsenti pecunia se redimere cogeretur, vbi ad Solimannū redijt, acerbissimè de Venetis conquestus, Solimannum in bellum Venetum inflammauit, licèt Venetus præfectus id factū multa ratione excusaret. Huc accedebat, quòd Auria noctū ac diù sulcando maria, atque omnes portus explorando, alias duodecim Turcarum triremes cruentissimo prælio captas deleuerat ijsdē ferè diebus, non paucis è suis propugnatoribus atque remigibus & magistris triremium desideratis. Nam duodecim Turcicę triremes cum triginta quinque instructissimis Aurianis triremibus audacissimè congredi nō dubitârunt, & cùm iam milites Turcæ grauissimis saucij essent vulneribus, defessiq;, pugnando tamē occūbere, q̄ se dédere, maluerūt. Porrò ensis incuruos, quos magno parāt precio, in mare iactârūt, nè christiani illis potiren-

Castrum diceptum.

Capti Christiani.

Classicula Turcica capta.

Duodecim triremes captæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

potirentur. Ij erât Ianizari milites prętoriani, & delecti equites, quos Spaches appellant: quorum vtrorunque eſt ſumma & incredibilis in hoſtes audacia & pugnandi pertinacia: quod pleriq; Chriſtiani ignorantes, putant Turcas imbelle eſſe hominum genus: ſed falluntur, cùm ſint reuerà apud illos inuictę virtutis & ſummę conſtantiæ pedites & equites. Nec mediocriter ad perferenda & ſubeunda quęuis vitæ diſcrimina illos accēdit, quòd ſciunt certam ſibi imminere perniciem, ſi per ignauiam minùs fortiter & ſtrenuè egiſſe deprehendantur. Miſit tum contra Auriam Solimannus Barbaruſſam cū octoginta triremibus: ſed Auria abductis Turcarum aliquot integris nauibus, fuga ſibi conſuluit: Porrò Solimannum ea ab Auria accepta clades, & à Venetis geminata contumelia, acerrimis iracundiæ ſtimulis pupugit, quos mirificè acuebant aliquot Turcici proceres, quorum hortatu cōmutato belli cōſilio, quòd Italia non tam facilis expugnatu videretur, Venetis bellum fecit.

Facinus audaciſſimū.

Per id tempus Acroceraunij latrocinijs aſſueti, feri & agreſtes homines, nullos certos deos colentes, incredibili temeritate conſilium ceperunt Solimanni noctù interficiendi: ſed ea res à vigilibus prætorianis facilè deprehenſa, magnam illis cladem attulit, Solimanni iuſſu immiſſis in illos militibus, qui eos ad ſatietatem vſq; trucidârunt. Indè ad Corcyram itum eſt. Eam oppugnare conſtituit, tanquàm Venetæ ditionis. Itaque immiſſi Turcæ in inſulam, Corcyram vrbē fruſtrà obſederunt, tandemq; poſt multas clades paſsim Corcyræ inſulæ illatas, innumeros homines Chriſtiana religione initiatos, in teterrimam ſeruitutem abduxerūt, quorum numerus, quod eſt cumprimìs triſte & acerbum, ſexdecim millium exceſſit omnis ſexûs & ætatis. Pręerant tum Corcyrę Veneti patricij, qui (quòd ſic ſalus publica poſcere videretur) ſuburbia oppidi pulcherimis & egregijs ædificijs ornata demoliti ſunt, nè à Turcis occuparentur in vrbis exitium. Hoc erat quidem triſte ſpectaculum: ſed tolerabile tamen, quòd tecta diruta facilè inſtaurari poſſent: illud verò longè triſtiſſimum, quòd cùm vererentur nō ſuffecturam vrbi annonam, ſi à Turcis obſidione premeretur, imbellem omnem populi multitudinem ex oppido eiecerunt, quæ cùm in foſſis pernoctare cogeretur, vi turbulentiſſimæ tempeſtatis & metu barbarorum multi ex ijs, præſertim pueri matrum ceruicibus inhærentes, miſerandum in modum extincti ſunt. Verùm Solimannus & Italici & Corcyræi belli parùm felici euentu potitus, non abſque pudore Byzantium, nulla re præclarè geſta, redijt: ſed interìm tamen diuerſis in locis iuſſit ſuos duces bellum inferre Venetis. Porrò priùs quàm obſidionem ſolueret, vbi didicit Caſtri oppidi incolas contra fidem datam abductos eſſe in captiuitatem, vſqueadeò eam rem moleſtè tulit, quippe qui nollet crudelitatis & ſæuitiæ argui, vt eius maleficij authores iuſſerit ſupplicio affici, & Caſtrenſes captiuos omnes magno ſtudio conquiſitos, in locum ſuum reſtitui. Tandèm ſub ęquinoctium autumnale Corcyra ab hac Turcarum infeſtatione liberata eſt.

Corcyra vexatur.

Geldrenſes

Sub huius anni finem pleraque omnia Geldriæ oppida à ſuo principe

cipe Carolo Egmondano deficiunt ad Guilhelmum Cliuiæ & Iuliæ ducem. Defectionis occaſio fuit, quòd Carolus dux videbatur eam munitiſſimam ditionem in ius regis Gallorum, cuius fuit ſtudioſus admodùm, transferre conſtituiſſe, quod Geldrenſes minimè ſibi ferendum putârūt, nè Germani Gallis ſeruire compellerentur. Nouiomagenſes in ea defectiōe primi fuēre, qui etiàm principis arcem intra vrbem ipſorum ſitam, munitiōibus eius nouis ſolo æquatis, occupare nō dubitârūt. Porrò principi Iuliacēſi eius ditionis fuit inauſpicata vſurpatio, vtì poſteà dicemus.

deficiunt à ſuo fide.

Eodem anno tumultuatum eſt in Anglia, multis hominum millibus arma in regem ſuum corripiētibus. Ij erant Lincolnienſes & Eboracēſes, qui moleſtè ferebant innouatum regni & religionis ſtatum, tum quoquè frequentes exactiones regias. Fuerunt ad quinquaginta millia, ſacram expeditionem militiam ſuam appellātes. Verùm callida ducum regis ſimulatione perſuaſi, cùm pacem à rege oblatam atq; cōcordiam expectarent, arma deponunt. Sed non diù pòſt pœnas luerunt, aliquot eius turbæ capitibus vltimo ſupplicio affectis.

Tumultus Anglicus.

Diuerſis vicibus Paulus Pontifex aliquot inſignes viros in Cardinaliū collegium cooptauit. In ijs fuit Caſpar Contarenus patritius & ſenator Venetus, Reginaldus Polus, Iohannes Bellaius, Fredericus Fręgoſus, quibus etiàm opportunè adiunxit Sadoletum, Aleandrum, Bembū &c. Hoc factum cùm Sleidanus improbare non poſſit, animum & cōſilium Pontificis pro ſua modeſtia ſibi carpendum ſumit, cùm tamē bonorum virorum ſit, etiàm dubia in meliorem partem interpretari. Scilicèt Sleidanus videre potuit arcana Pontificis conſilia, quæ is ſuo in pectore verſaret. O quàm longè abeſt ab omni animi candore eiuſmodi ſæuum hominū genus, tametſi valdè velint Euangelici videri. Ait Pontificem idoneos ſibi propugnatores parare voluiſſe: videlicet Romana ſedes peritura eſt, nisì paucorum hominum ſcriptis & eloquētia à Lutero & eius infauſta ſobole vindicetur. Immò verò illa ſedes, quæ trecentis & ampliùs annis à tot ethnicis, ijſdemq; longè potentiſſimis, Romanorū Imperatoribus, Chriſtiani nominis atrociſſimis perſecutoribus, qui ad Magnum vſque Conſtantinum totius ferè orbis imperio potiti, immaniſſimis in Chriſtianos conſtitutis ſupplicijs, Chriſti fidē penitùs extirpare & abolere voluerunt, à tot præterea tyrannis & hæreticis euerti hactenùs non potuit, Chriſto Domino ſuam Eccleſiam aduersùs omnes inferorum portas fortiſſimè propugnante, etiàm deincèps ad ſupremum vſque mundi diem incolumis perdurabit, quantunlibèt in eam dēbacchētur horum temporum infauſti dogmatiſtæ, à malo dæmone in multorum perniciē incitati, vt ampliſſimas futuro Antichriſto vias muniant, & interìm innumeras animas ſecum trahāt in tartara, nulli oīnò deteriùs nocituri, quàm ſibijpſis & miſeris illis, quos ſub Euāgelij & verbi Dei ptextu in varios inducūt errores.

Romana ſedes inconcuſſa.

Matth. 16.

ANno 1538. Carolus Cęſar & Franciſcus rex in mutuos venêre complexus. Multùm pro ſuo munere egerat Paulus Pontifex, vt apud Niceam conuenirent, ſed efficere non potuit, vt ipſo pręſente

Universidad de Deusto
Biblioteca

in colloquium venirent. Id tamẽ impetrauit, vt in nouem vel decem annos inducias inter se paciscerentur. Per id tempus Cęsar Pontificis nepoti Octauio despondit filiam suam notham Margaritã, quam priùs habuit in matrimonio Florentiæ princeps Alexander. Quanuis autem Cęsar & Franciscus rex, licèt plurimùm annitente Pontifice, id temporis familiariter congressi non fuerint, Cæsar tamen per internuncios indicauit Frãcisco, se priùs quàm in Hispaniam nauigaret, in eius complexum venturum, & tum Cęsar ipse, tum Franciscus rex ambo more Christiano Pontificem venerati sunt, ità vt vnà cum rege multi quoquè eius proceres dextrum Pontificis pedem oscularentur, idem tamen facere recusantibus Christophoro duce Vuirtenbergico, Guilhelmo Furstenburgio, Marescallo Marchiano, & Daniæ regis legato Georgio Gluchio, qui erãt cum rege, quos vtiquè, nè id facerent, Luteri & eius similium scripta vehementer deterruerant. Verùm si ipse præpotentis Dei filius ad pauperum piscatorum pedes se amantissimè demisit, eosque beneuolentissima sedulitate & lauit & extersit: quid, obsecro, piaculi est, si homines Põtificis non quidem nudos, sed tectos pedes supremis labris Christianæ cuiusdam declarandæ modestiæ causa deosculentur? O quantum interest inter spiritum Christi, & spiritum huius mundi. An non Christus ipse dicit omnibus, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde? O quàm facilè perspiciunt cordati omnes, quo spiritu imbutus fuerit Luterus, qui tantoperè à Christi humilitate abhorret, suosque abhorrere facit. Et hęc certissimè vnica causa est, quòd inter sectatores eius tot existunt dissensiones & dissidia, qꝑ prorsùs alieni sunt ab humilitate & mansuetudine Christi: vndè fit vt alij alijs cedere nolint, sed sua pro se quisque dogmata, quantunuis absurda, mordicùs tueantur, nihil interìm morati, quòd tot millia imperitę plebis horrendum in modum pereunt ac ruunt in tartara.

Inducię inter Cęsarem & Gallos.

Iohan. 13.

Matth. 11.

Causa dissidiorũ inter sectarios.

Porrò dum de paciscendis inducijs apud Niceam tractaretur, Cęsarque ad Villafrancham subsisteret, accidit vt in quadam villa villicus quidam in area fabarum aceruum cribraret & ventilaret, idq; non vno, sed multis per interualla locis. Indè verò densæ nubes instàr fumi in altum eleuabantur. Quæ res vehementer perterruit Cęsareanos omnes, quòd putarent Barbarussæ classem superuenire ad perdendum Pontificem & Cęsarem. Verùm cunctis mirè trepidantibus, Cęsar stetit imperterritus, tametsi & Andreas Auria & Daualus Vastius ad arma se pararent, & omnes non mediocriter animis perterriti viderentur. At paulò pòst vbì cognitum est, eam trepidationem temerè susceptã fuisse, in risum & cachinnos versa est, nõ obscuro pudore perfusis principib⁹, qui tam inaniter timuissent, maximè cùm viderẽt Cęsarem prorsùs impauidum. Indè solutus est ille apud Niceam conuentus, & Franciscus rex in suum regnum abijt. Pontifex primùm Genuam, deindè Romam peruenit, vbiquè ob studium inter illos summos principes pacis cõciliandę summo cum honore põpa triũphali acceptus. Cęsar verò, vt erat pollicitus, ad Aquas Mortuas profectus est. Eò quoquè accessit rex Frãciscus, & in duas scaphas se demittẽs cum Henrico Delphino

Cęsar & Franciscus

Delphino & Carolo Aureliano Duce, multisque proceribus, à Cęsare ad latus quadriremis suæ obuiàm accurrente, cum omnibus suis & liberis & proceribus summo animi candore in arctissimos amplexus susceptus est. Andreas quoquè Auria, qui ante decem annos à rege Frãcisco defecerat, impetrante Cęsare, in gratiam à rege receptus est. Posteà Cęsar cum rege diù secreta miscuit colloquia, ità vt omnes in certam spem componendę inter ipsos pacis venirent. Deindè regem à se humanissimè dimissum, ad scalas quadriremis suæ deduxit. Altera luce per oñes triremes denunciat, nè quis ipsius in iussu in terram exeat: ipse verò cum aliquot aurei velleris illustribus viris ingressus est vrbem Gallicam, cum rege pransurus. Appáret indè candidũ pectus optimi Imperatoris, qui ne de hoste quidem malè suspicaretur. Vbì verò in continentem perlatus est, rex & regina cum duobus liberis illum humanissimè complectuntur, & in palatium regis abducũt. Iam appetente crepusculo Cęsar Andream Auriam, qui ad classem remanserat, certiorem reddit, se ãpud regem pernoctaturum. Id enim rex & regina ipsius soror ab illo impetrârant, licèt non sinè magno discrimine id fieri videretur. Sed præpotẽs Deus, cui Cęsar egregiè confidebat, non est passus quicquam illi siniſtrum accidere. Voluit autem Cæsar eius rei Auriam certiorem facere, nè quid ille aduersi suspicaretur. Altera luce Cæsar redit ad mare, comitante illum rege & multa procerum frequentia. Indè postquàm in puppi Cæsareanę quadriremis rursùs hilariter compotatum fuit, amicissimè discessum est. Franciscus rex per id tempus certam cum Cęsare contraxit amicitiam, ità vt sub Cæsaris vexillo, & in tentorio Cæsaris Caroli cùm maximis terra marique coactis copijs se Turcis bellũ illaturum polliceretur. Cuius quidẽ amicitiæ fidutia Carolus Cęsar multa in itinere, quo Hispanias repetebat, cum Andrea Auria de bello Asiatico, Græco & Africano suscipiendo locutus est, & de pace cum rege conciliata, reges & principes Christianos oñes certiores reddidit. Sed rex Franciscus Mediolanensem ditionem sibi omninò adiudicandam sperauerat: ea spe frustratus, posteà in nouas belli cogitationes pertractus est, magno totius Reipublicæ Christianæ detrimento: quanquàm etiàm aliæ rationes ad bella instauranda illum fortasse mouerunt.

Cęsar cum rege prãdet

Apud regẽ pernoctat.

Circa hæc ferè tempora mortuus est Erardus Cardinalis & Episcopus Leodiensis, q multos Luteranæ sectæ addictos malè acceperat, quod Sleidanum malè habet: ideoque scribit, illum sibi sepulcrum & exequias anniuersarias longè ante obitũ fieri curauisse, non tam pietatis quàm ostentationis causa, quòd esset gloriæ cupidissimus. Ità Sleidanus magna fiducia profert sententiam etiàm in arcana pectorum consilia, quę solus Deus nouit. Sed hoc licet Euangelium Luteri complectentibus, verùm Christi sectatoribus non licet. Quid enim sibi non permittunt Luterani dogmatistæ? qualis qualis certè fuerit vita illius Cardinalis, scire tamen nõ potuit Sleidanus, qua mente ille voluerit etiàm ante obitum exequias anniuersarias sibi fieri. Ait ibidèm, Pontificios sacrificorum operibus attribuere merita, quibus æternę vitæ præmium debeatur. Ità quidem Sleidanus, vt

Erardus epi scopus moritur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbiquè Catholicos ſuo more traducat. Certè Miſſæ ſacrificium & viuis & vita functis prodeſſe, tam eſt certum ex ſanctiſſimorum Patrum irrefutabilibus teſtimonijs, vt meritò pudere debeat omnes, qui id negare audẽt.

Bona opera vndè meritoria. Philip. 2.

Bona verò opera, quæ faciunt Chriſtiani, nõ eſt dubium fieri gratia Chriſti, non tamen abſque liberi arbitrij quadam cooperatione. Deus enim operatur in nobis & velle & perficere, vt ait Apoſtolus. Indè ergò eſt meritum bonorum operum, quòd fiant ex gratia Dei. Tolle gratiam ab operibus humanis, & parùm aut nihil grata erunt Deo, ſicut videmus in Turcis, Iudæis & Ethnicis, qui nullis ſuis operibus poſſunt placere Deo, cùm

Hebr. 11. ſinè fide impoſſibile ſit placere illi. Porrò verò ſi Deus per nos, non tamẽ ſinè nobis, efficit bona opera noſtra, num ille indignus cẽſendus eſt, cuius operibus debeatur vita ęterna, maximè cùm ipſe innumeris ſcripturæ

Luteranorũ calumnia. locis pollicitus ſit vitam ęternam rectè agentibus? Sed aiunt Luterani nos ità fidere operibus noſtris, tanquàm illis ſolis abſque Chriſti gratia debeatur vita ęterna. Verùm hoc illi contra ſuam conſcientiã mentiuntur. Nos enim etiàm cùm bonorum operum ſumus ſtudioſiſſimi, nõ tamen illis, quæ nos facimus, certò vitam ęternã deberi affirmare audemus, cùm ſcri-

Eccés 9. ptura dicat: Neſcit homo vtrùm amore an odio dignus ſit. Itaq; cùm multa videamus etiàm ab improbis hominibus fieri, quę ſpeciem probitatis, pietatis & charitatis præ ſe ferant, pij omnes ſuis operibus non ſunt auſi prędidere, maximè quòd non ſint planè certi, an ex gratia & charitate, ſinè qua nihil poteſt gratum eſſe Deo, profecta ſint, vel potiùs ex quodam naturæ inſtinctu, aut alijs id genus incitamentis, quę certum eſt vitam ſem-

1. Cor. 13. piternam mereri non poſſe. Hinc eſt illa Apoſtoli inſignis & ſuſpicienda prędicatio: Si linguis hominum loquar & angelorum, ſi omnem fidem habeam, ità vt montes transferam, & pleraque alia, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodeſt. Ergò nec fides prodeſt abſque charitate. Et

Temeritas hæreticorũ. tamen Euangelici iſti incredibili quadam confidentia & temeritate aiũt, ſi quis firmiter apud ſe ſtatuat per Chriſtum ſibi remitti peccata, illum, ſi ſic moriatur, è veſtigio euolare in cęlum. Verùm hęc eſt omninò compẽdiaria via in mortem ſempiternam. Scripturę diuinę omnes eiuſmodi temeritatem & inſanam confidentiã lõgè à nobis abeſſe volunt, propterea q; longè alia ſunt iudicia Dei, q̃ hoĩm: nec tamen hac ratione impellimur ad deſperationẽ, ſed inuitamur ad cautelã & circunſpectionẽ, nè inter tot vitæ huius pericula vſquàm nimiùm ſecuri ſimus. Tanto autẽ certè ſecuriores erimus, quãto bonorũ operũ ſyncera animi intentiõe ſtudioſiores fuerimus: non q; noſtris operibus p̃fidere debeamus, ſed q; vita piè & religiosè tranſacta, magnã prędet homini fiducia, vt multis ſcripturæ locis doceri poteſt, ſed nõ eſt huius loci. Ità nanq; & Apoſtolorũ princeps hor-

2. Petr. 3. tatur nos, vt per bona opera certã faciamus vocationẽ noſtrã. Sed hęc tam ſunt manifeſta, vt mirũ ſit vſqueadeò perfricuiſſe frontem iſtos Euangelicos, quicquam vt contradicere auſint. Atque eorum impudentia facit, vt propter minùs peritos interdùm his & id genus alia explicãdis diutiùs immorandũ ſit, q̃ alioquì huius ſcripti inſtitutum admittat: præſertim verò,

quandò

quandò Sleidanus in illis ſuis peſtilentiſſimis Commentarijs ſparsim ſua diffundit venena, totusque ferè verſatur in Luteri & ſectatorum eius placitis fucandis, & lectori incauto exitiabiliter inſtillandis. Atque hoc ferè loco ille bonus vir prolixè recitat formam reformatiõis cuiuſdam, quam aliquot Cardinales Põtifici clàm obtulerint. Deindè addit, Nicolaum archiepiſcopum Capuanum, omnis emendationis impatientem, à Ponti- Sleidani in Pontificem calumnia.
fice ſubmiſſum, (vt certò creditur, inquit) magna cõtentione reclamâſſe, nè quid omninò reformaretur: itaq; paſſos eſſe patres atque pontificem ſibi perſuaderi, nè quid mutaretur. Rursùs addit eundem ipſum Nicolaũ emiſſo clanculùm in Germaniam libello, voluiſſe pontificem atque reformatores illos prębere deridendos: ità enim ait pleroſque id accipere: alios putare dicit, non neſcio pontifice exijſſe libellũ, vt ſic aliquod ipſius ſtudium appareret emẽdationis. Quis hîc non videat hominis iſtius malignum in Pontifice traducendo animum? Ait certò credi, ait pleroſq; ità accipere, ait alios putare. Qui tandèm illi ſunt, nisì Sleidanus & eius ſimiles, Pontificis & Eccleſiæ Catholicæ obtrectatores? qui ſi Pontificem vlla in re lædere poſſint, videntur ſibi facinus deſignâſſe euãgelicum. Fuit autem reformatio quędã oblata Pontifici, ſed illam ipſam tum Luterus Germanicè, tum Ioannes Sturmius ſua illa pręclara conuiciandi licentia atrociter oppugnârunt. Et tamen non pudet Sleidanum impudenter affingere Pontifici, quòd ipſo inſtigante Archiepiſcopus Capuanus reclamârit, nè quid omninò reformaretur. Nam etſi fortaſsis commodè non poterant ſtatìm reformari omnia, quæ emendatione digna viderentur, tamen nihil omninò voluiſſe reformari Pontificem, impudentiſſimã habet vanitatem. Itaq; his & id genus alijs calumnijs hoc conſecutus eſt ille Sleidanus, vt nulla in re tutò illi fides adhiberi poſſit, nisì aliundè conſtet vera eum ſcribere. Et Luterus certè hanc reformationem vertit Germanicè, & à margine ſua adſcripſit ſcholia, non alio magìs quàm tali viro digna: ipſos autem reformationis authores, quorum, etiàm Sturmio fatẽte, erat multa eruditio & vitæ integritas, nõ eſt veritus appellare perditos ac deploratos nebulones. Sed quid ille talis vir aliud faceret, cuius os maledictione plenum erat, & amaritudine, & dolo? Nec Sturmius à conuicijs & contumelijs abſtinuit, id quod in eo reprehendit doctiſſimus Cardinalis Iacobus Sadoletus.

Per hoc ferè tempus Luterus cum ſuo grege varijs machinationibus & Luterani oppugnant Concilium.
ſcriptis, Concilij à Paulo Pontifice indicti authoritatem cõuellere nitebantur, vt rudem plebeculam arctiùs ſuis fraudibus implicatam tenerent. Scribebantur tum ab illis noui Paſquilli, nouæ Beelzebul epiſtolę, fabulosæ Legendæ de Iohanne Chryſoſtomo, quas Concilio impudenti vanitate affingebant: prętereà quatuor Epiſtolæ Iohannis Huſſi, & libellus de Donatione Conſtãtini Magni. Ità illi apud ſuos facilè efficiebant, vt qua vna re grauiſſimis religiõis diſſidijs vel prętiſſima ſemper remedia adferri cõſueuiſſent, ea in contemptũ & riſum adduceretur, & miſerè euerſis, & in diuerſas easq; fœdè diſſectas factiões diſtractis nihil prorsùs opitularetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tularetur. Traxerunt etiàm in ſuas partes Saxonię Ducem Henricum, fratrem optimi & conſtantiſſimi in Catholica religione Principis Georgij, quem Luter⁹ tam multis iniurijs & calumnijs mirabili quadam audacia ſibi diuexandum ſumpſerat. Edebant igitur nouas cęremoniarum ordinatiões, nouos paſsim Catechiſmos etiàm illi, qui nullis initiati ſacris, parœcias adminiſtrandas ſuſcipere non dubitârunt. Horrendũ Dei iudicium. Qua in re obſeruandum eſt arcanum Dei iudicium, quòd illi, qui contra Eccleſiæ ſanctionẽ calicem ſibi vſurpare voluërunt, Catholicosque ſacrificos criminabãtur, quòd ipſis alteram ſpeciem malignè ſuffurati eſſent, tales accepêre paſtores, qui cùm nullam haberent conficiendæ Euchariſtię poteſtatem, ac nihilo minùs ſacramẽta illis porrigerent, non aliud ſanè quàm merum panem & vinum præberẽt, vtraque illis ſpecie penitùs ſubtracta. Et ſic quidem par fuit puniri obſtreperos & refractarios, qui deſertoribus ac ſeditioſis monachis potiùs, quàm totius Eccleſiæ iudicio obtemperare voluërunt. Mutatio religionis. Porrò Henricus Princeps per nouos Viſitatores nouos conſtituit articulos, quos & à Clericis & à Laicis ſuæ ditionis voluit obſeruari. Verùm illi articuli non ſolùm à ſacris literis, ſed etiàm ab ipſorum Auguſtana Confeſſione & eius Confeſſiõis Apologia diſcrepabãt. Certè Luterus ipſe in libello de ſeculari poteſtate damnat eos Principes tanq̃ inſanos & peruerſos, q eis in rebus, q̃ ad fidẽ & Eccleſiã pertineãt, ſubditis ſuis leges ꝓſcribant. Verùm hęc Luteri ſententia nullius tum ponderis fuit: quanq̃ eiuſmodi articuli nõ tam à Principe, q̃ prophanis illis Viſitatoribus editi fuêre. Ità res paſsim in deterius mutabãtur, & mirabilis atq; incredibilis in religiõe cõfuſio magis ac magis increſcebat, cùm illi ſacra obirent munia, q nullis prorsùs ſacris initiati, nulla legitima authoritate vel promoti vel miſſi eſſent. Et hęc tamen omnia ſummè erant Euãgelica, & purum putũ verbum Dei, effusè hauddubiò miſerorum mortaliũ cęcitatem & delirationem ridentibus malis dęmonibus, qui ijs rebus mirificè delectarẽtur.

Hoc tempore Argentoratenſes, qui Zuinglij dogma ſequebantur, illis, qui ex Gallijs & Belgio ſectarum nomine profugere compellebãtur, in ipſa vrbe ſua templum occupandum tradiderunt, vt Eccleſiam conſtituerent. Huic aliquandiù præfectus fuit Iohannes Caluin⁹ ex Gallia profugus, qui poſteà Geneuẽſem in Allobrogibus Eccleſiã occupauit. Caluinus nouum fingit dogma. Hunc Caluinum à patria ſua ob vitæ improbitatem exulâſſe quidam ſcribit, eũdemque alius dicit inter diſſolutos ſuę vrbis viros diſſolutiſſimum, inter incõſtantes & fœdifragos inconſtantiſſimũ. Is nouam quandam de Euchariſtia opinionẽ è ſuo parùm ſano cerebro commẽtus, negat cũ Zuinglianis veritatem corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, ſed horum tantùm energiam illic vult haberi. Non putauit Caluinus ſua maieſtate dignum, vt ipſe minus aliquid, quàm cæteri, poſſe videretur. Itaq; hanc nouam mundo iam planè vecordi doctrinam inuexit. Nec hoc contentus, etiàm multa alia ꝑclara & tali viro digna ſcripſit, quæ quidẽ eiuſmodi ſunt, vt citra horrorẽ legi vix poſſint: quãquàm ea quoq; infeliciſſimis mortalibus nõ alio quàm ipſius verbi Dei titulo obtrudũtur. Sunt autem

cum

cum intolerabili in Deum blaſphemia coniuncta, vt, Quòd ſcelera & flagitia omnia Deus in homine operetur, quòd lex & voluntas Dei ſæpè inter ſe contrariæ ſint, quòd diabolus iubente & volente Deo mentiatur in cordibus hominum, & multa alia, non verbis, ſed flammis Tartareis vindicanda, quę tamẽ auſus eſt quidam eius ſectator Theodorus Beza defendenda ſuſcipere. Caluini immanes blaſphemiæ. Proh nefarios homines, ſi tamen homines dicendi ſunt, qui certè in humana effigie Tartarei cacodæmones eſſe videntur. Vt autẽ ſuam egregiam doctrinã Caluinus ille, cùm iam Geneuæ multa prędituſ authoritate degeret, miraculo quodam confirmaret, rem facit ſempiterna memoria dignam, vt cognoſcat poſteritas, quibus dolis, fraudibus & impoſturis vti nõ dubitârint, qui Catholicam Eccleſiã noſtro æuo ſub Euãgelij inſtaurandi prætextu ſibi oppugnandam ſumpſerunt. Miraculum Caluini horrendum. Perſuaſit quãdoquè miſero cuidam, vt ſe pateretur tãquàm mortuum in templum deportari. Fecit ille, conſentiente etiàm eius coniuge. Porrò Caluini conſilium erat, vt hominem coram populo iuberet redire ad ſuperos ſeu reuiſcere, homineq; mox ſeſe erigente, tam inaudito miraculo certã omninò & ſacroſanctã in orbem terrarum doctrinam inuexiſſe videretur. Sed ô Dei clementiam, quæ perfidioſi hominis aſtum incredibilem noluit latére mortales, vt ſic maturè ab eius cõſortio ſe remouerent. Miſer ille qui viuus in templum illatus fuit, mortuus indè elatus eſt. Cùm enim Caluinus propiùs acceſſiſſet, &, ſi ſua doctrina vera eſſet, eum iuberet reſumpto ſpiritu ſurgere, vt homo callidus laqueo, quem alijs tetenderat, ipſus ſtrangularetur, & omnes intelligerẽt falſiſſima eſſe quę miſeris pro verbo Dei venditaret, nihil prorsùs ſeſe commouit homo, quippe omni huius lucis vſura repentè priuatus. Porrò coniunx illius, ea re comperta, eiulatu & clamore animi ſui teſtatur necopinatum dolorẽ, ſed Caluinus eam egregijs pollicitationibus deliniuit, nè rem latiùs propalaret. In hoc verò facinore depræhenſus, fertur mox redijſſe in ſuggeſtũ, dixiſſeq; populo, Eccè hinc appáret imbecillitas fidei veſtræ, q̃ homo iſte non potuit excitari à mortuis. Aſtutię Caluini. Et fortaſsis perſuaſit hoc miſerrimæ illi cõcioni. Hęc quidem de illo Caluino, multaq; alia ſparſit fama, quæ iam feruntur Gallicè conſcripta, & Latinè conuerſa, olim in lucem proditura. Aiũt etiàm Pariſijs repertas aliquot Caluini, Theodori Bezæ, & aliorum eius farinæ hominum Epiſtolas, quæ illorum nequitiam egregiè declarent, quas ſperamus quãdoq; in publicum edendas. Sunt enim eiuſmodi, vt vbi in hominum notitiam venerint, facilè omnes intellecturi ſint, quàm ſint illorum nihil minùs q̃ Euangelica conſilia, & admodùm pernicioſi conatus. Hęc ità ſcripſi, quẽadmodùm à fide dignis accepi. Infrà quoquè, Deo volente, Luteri quoddam miraculum referemus. Et nondùm intelligent plùs quàm lethargo correpti mortales, quàm infidis paſtoribus animarum ſuarum ſalutem & eurã cõmittant? Caluini in ſcribẽdo mira vafricies. Scilicèt iſtis hominib⁹ hoc ſtudio eſt, vt animas Chriſto, & nõ potiùs Orco, lucrifaciãt. Porrò animaduertendũ eſt, Caluinũ, dum ſibi ꝑclarum apud oẽs tum Zuinglianos, tum Luteranos nomẽ parare cupit, mirabili vafricie ità in re ſacramẽtaria tractãda verſari, vt qũ illi res eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Zuinglianis, planè ab illis ſtare ſe ſimulet: quandò cum Luteranis, quibus ceu ſimplicioribus fucum ſe facere poſſe cõfidit, ad nauſeam vſq; realitatem & ſubſtantiam corporis & ſanguinis Domini, atque id genus alia Luteranis plauſibilia, inculcet & repetat. Interìm nihilominùs nouũ ille dogma fingit & tuetur, & cùm vtriſq; ſe fauere incredibili calliditate præ ſe ferat, vtroſque ſuſpenſos & ambiguos detinet: nec tamen homo verſutus perfidiam ſuam adeò celare potuit, quin Bernę quandoquè illam proderet. Nam ibì in publico colloquio cõtra Zachariam Flandrum quẽdam cùm vehemẽs eſſet in defendẽda Zuinglij ſententia, idem Zacharias Caluini ad D. Faleſium epiſtolam protulit, percontatus ex homine, num ſuam agnoſceret manum: quam cùm ille ſuam eſſe nõ negaret, Zacharia poſtulante, publicè lecta eſt, multò maioribus ſcatens in Zuingliũ conuicijs, quàm eo in colloquio eius eſſent ab illo celebrata encomia. Et auſus certè eſt Caluinus palàm edito libello, quem dici voluit, Summam cõfeſſionis de Sacramentis, id omnibus perſuadere conari, eos qui Auguſtanæ ſunt confeſſionis, in eadem eſſe cum Tigurinis, qui vel maximè Zuinglium ſectantur, ſententia. Sed hoc ſcriptum à Luteranis eſt confutatum. Porrò Caluino illis reſpondente, exortum eſt odioſiſſimum certamẽ inter Caluinũ & Luteranos, ſcriptisque contrarijs egregiè ſeſe inuicèm ornant, vt inſignes ſcurras inter ſe commiſſos iurè dixeris. Longum eſſet, egregia illa emblemata omnia hîc referre: pauca ex Caluini annotabimus vltima admonitione ad Ioachimum Vueſtphalum Luteranum, in qua ſimul aliquot Saxonicas ciuitates, quæ eius dogma damnauerant, fœdiſſimis lœdorijs & maledictis pro Euangelij ſui modeſtia inſectatur. Sic dicit eſſe ſuo errore faſcinatos, vt quod pueris in Catechiſmo traditur, veterani Theologi nõ teneant: quid valeat Cœna, quorsùm ſpectet, nunquàm guſtâſſe brutos iſtos homines: ne guttam quidem ingenui pudoris in eis eſſe: nimìs largam illis copiam cauillationum profluere, dum Luteri ſui hyperbolas proijciunt, modò plebeculam ſuosque fraterculos faſcinent, popularis theatri plauſu contentos, nec DEI, nec angelorum iudicium magnoperè curare. Tribuit illis furioſum impetum, nugatoriam leuitatẽ, cæcam temulentiam, caninam improbitatem, diabolicam ſuperbiam, quòd eis ſuperbia ſit loco pietatis, quòd eos ferocitas omni humanitate ſpoliauerit, quòd obſtinatio nil moderaminis reliquũ fecerit. Vocat eos vertiginoſos homines, Cyclopes, ſuperbam factionem gigantum, latratores phreneticos, beſtias, proteruos, faſtuoſos, pertinaces, &c. Tum verò etiàm queritur de illis, quòd ſe ſuosq; indignos eſſe clamitent, quos terra ſuſtineat, ità quòd niſi repentè exterminentur è mundo, nõ poſſe cum eis meliùs agi, quàm vt ad Scythas vel Indos ablegẽtur: accuſare eos principum ſegnitiem, quòd non exerto gladio protinùs deleant Sacramentariorum memoriam. Hęc ibì Caluinus, in quem pulchrè quadrat illud Eccleſiaſtici: Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animã ſuam. Quæ enim hæretici alij in alios iactant maledicta, ea in illos ipſos recidũt, cùm plerũquè aut peiores, aut paulò admodùm meliores ſint illis, quibus ma-

Caluinus ſe prodit.

Caluini de Luteranis ſententia.

Nota ſtudia hæreticorũ, ab hæretico expreſſa.

Eccl. 21.

maledicunt. Et reuerà quales hîc Luteranos depingit Caluinus, tales ſunt plerique omnes hęretici, qui dati in reprobum ſenſum, per prępitia falſitatis ruunt in omne genus flagitiorum. In Caluino ſanè vel maximè cernere licuit ea omnia, quæ Luteranis ille tribuit, & tamen à ſuis tantùm non pro Deo colitur. Et quia mendacium nunquàm diù conſtare ſibi poteſt, mira quadam verſutia ità ſuum de Euchariſtia dogma vaniſſimum tractat, vt neque Luteranis penitùs accedat, neq; Zuinglianis, ſed vtriſq; quibuſdam præſtigijs illudat, dum ait carnem CHRISTI naturalem & eſſe & non eſſe in Euchariſtia, quorum illud Luterani, iſtud verò Zuingliani docent: ad extremum tamen in Zuinglij partes propenſior eſt, dum affirmat, in cœna Domini per fidem excipi efficaciam quandam & vim, de carne CHRISTI in cælo ſita defluentem: ſed nihilo minùs de re tanta (quod neceſsè eſt à vero aberranti accidere) ferè ſemper pugnantia loquitur: quam ob cauſam Luterani eum pręſtigiatorem & Sophiſtam vocant: quibus ſic reſpondet, vt impoſtorem eum & eſſe & agere, verba illius facilè declarent. Habet ille miſer multos hodiè ſectatores, & ingens eſt turba Caluiniſtarum, qui noui à quibuſdam vocitantur Sacramentarij, propterea, vt habet Cõfeſſio Mansfeldenſis, quòd noua quadam ſtropha Sacramenti virtutem eludere conantur. Sed has impoſturas heu nimìs cæcum mortalium genus nõ aduertit, immò verò inſanus Caluini diſcipulus Beza affirmare non veretur, vni Caluino poſt Chriſtum & Apoſtolos deberi veram & germanam de Cœna Domini intelligentiam. Quod etſi eſt inſolentiſſimè & ſtolidiſſimè dictum, tamẽ creditur à multis. Et quid mirum, cùm ſtultorum ſemper infinitus ſit numerus? Caluini antilogias pugnantesque ſententias viri doctiſſimi annotârũt, & poſſent vel ex hoc ſolo, quòd in doctrina varius eſt, homines ſatìs ſuperq; intelligere miſerũ illũ longè alienum eſſe ab incõmutabili Dei veritate, ſed videre nõ volũt.

Caluinus pręſtigiator & ſophiſta.

In vita Caluini. Beza

Eccle. 1.

Accidit hoc anno quiddam memorabile apud Vuittenbergẽſes. Extiterunt quidam è Luteri ſchola, qui legem operum reijcerent, dicerentq; homines Euangelicos non obligari ad bona opera diuinę legis. Et ſic quidem Luterus ipſe ab initio docuerat. Verùm homo contentionibus & rixis natus ac deſtinatus, vbì hæc vidit ab alijs doceri, acriter in eos inuectus eſt, cùm tamen hæc doctrina ex ipſius ſchola prodijſſet: nec vidit homo inconſideratus, quicquid in huius dogmatis aſſertores ſcriberet, id ipſius iugulum vel maximè petere. Ferũt Iohannem Iſlebium huius dogmatis pręcipuum fuiſſe defenſorem, ſed à Lutero admonitum, ab eo reſilijſſe. Ità licuit Lutero vnam atq; eandem rem modò aſſerere, modò cõfutare: nec quicquam tam abſurdum ab illo fieri potuit, quod nõ putarẽt homines perperàm ab eo inſtituti, purum putũ eſſe euangelion.

Antinomi.

Menſe Aprili Synodus Zuinglianorũ doctorum Tiguri fuit, cui etiàm Bucerus & Capito rogatu Baſileenſium interfuêre. Ibì Bucerus miriſicè ſe purgat, quòd hactenùs tantoperè paci conficiendę ſtuduerit, id ſe nõ ſua voluntate, ſed impulſu Lantgrauij & quorundã aliorũ feciſſe dictitans. Diſceptatum eſt ibì triduo cum illo de reſponſo ad Luterum dando.

Synodus Tigurina Zuinglianorum.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bucerus ambiguus.

Nam hîc quoquè astutus ille, vt quidam Zuinglianus scribit, ambigua loquendi forma solidam concordiam sarcire nitebatur, quam ambiguam loquendi rationem Tigurini non probabant, nec instàr Buceri obscurè & captiosè, vt idem Zuinglianus ait, loqui volebant, sed liberè & apertè, nè concordia fucata & insidiosa, qualem Bucerus efficere voluisse nõ immeritò illis visus est, posteà maiores turbas pareret. Alij tamen à Bucero persuasi, Luterũ à Zuinglio in Eucharistiæ doctrina nõ tam re ipsa, quàm verbis discrepare, quod fuit falsissimum, sicut Luterus ipse testatur non vno loco, cum Lutero visi sunt in quandam redire concordiam, sed quæ re vera nulla esset, sicut ipse euentus paulò pòst docuit. Immò & Bucerus ipse, qui hanc simulatam cõcordiam tantoperè vrsit, cùm à Tigurinis impetrare non posset responsionem ad Lutẹrum, qualem ipse vellet, ab illis nõ parùm abalienatus est, licèt anteà nõ mediocriter illos coluisset. Sunt etiàm alij quidam ab illis facti alieni, licèt videri nollent, & non pauci Luteranis accesserunt. Vtebantur autem isti, à Bucero, vt appáret, edocti, hac in re verbis & sententijs ambiguis & perplexis, nè fraus cuiquam apparéret, qua tamen vel maximè creuit hoc prodigiosum Euangelion: adeoq; Bucerus ipse in Euangelium Matthæi & Ioannis scribens, doctrinam de Eucharistia, quam antè propugnârat, vt Lutero gratificaretur, retractauit. Et tamen hunc Proteum quidam neutrales, id est, qui nec Catholicę Ecclesiæ, neque Sectarijs addictos se videri volunt, licèt interìm non obscurè nouas ipsi fabricent sectas, non dubitant pacis & pietatis inprimìs studiosos vocare: scilicèt pacis & pietatis studiosus est, qui vt sese offert occasio, modò hoc, modò illud de vna eademque re dogma propugnat, facilè etiàm Mahometis Alcoranum approbaturus, si non desit opportunitas. Zuingliani quidam Buceranę conciliationi, qua ille tam crebrò nisus est Zuinglianos cum Lutero in concordiam qualemcunque redigere, hoc tribuerunt, quod illis tribuendum est, qui præ nimio vini desiderio etiàm fæces hauriant. Nemo neque potest neque debet ambigere, hanc inexpiabilem dissensionem propterea à ter istos nouos Euangelicos extitisse, vt sibi Catholici meliùs prospicerent, & à tam superbis, turbulentis & inconstantibus ingenijs rectiùs cauerent.

Bucerus fit alienus à Tigurinis.

Zuinglianorum de Bucero sententia.

Cineres D. Thomę cremantur.

Apud Anglos hoc anno facinus insolens rex Henricus designauit in cineres & ossa beatissimi martyris Thomæ, Cantuariensis quondàm Archiepiscopi. Eius corpus in theca gemmis & auro mirificè exornata asseruabatur iam aliquot seculis, eratque eius martyris celeberrima memoria ob edita diuinitùs ad eius sacros cineres innumera miracula. Visebantur illic gemmæ incomparabiles: quædam vincebant oui anserini magnitudinem, pietatis causa eô missæ à monarchis & regib⁹, ad martyris memoriam ornandam. Verùm Henricus rex nescio quorum instigatus consilio, non contentus gemmis & auro nudâsse eius monumentum, etiàm ipsas venerandas reliquias exussit. Nihil quidem sanctissimo martyri nocitum est, qui vitam cum DEO viuit beatam & sempiternam: sed mirum profectò est, regem illum, qui paulò antè tanta constantia fidem Catholicam

cam scriptis euulgatis defenderat, potuisse ad id infaustum consilium deuolui, vt in martyris ossa ante annos ferè quadringentos pro pietate cæsi, tam atrociter desæuiret. Sed id genus multa audent Luterani & reliqui sectarij, apud quos pleraque templa hodiè non multùm discrepant à ferarũ cubilibus, & locis planè desertis, & in horrendam vastitatem redactis: quę quidem, nisì Deus rebus nostris prospiciat, nihil videntur significare aliud, quàm propedièm in his Europæ locis cultum DEI omnem penitùs extinctum iri.

Cùm indictum esset à Paulo Pontifice Cõcilium ob certas emergentes rationes non iam Mantuæ, qui locus visus erat opportunior, sed Vicentiæ celebrandum, Luterus certos euulgauit articulos, quos vellet suo nomine Concilio proponi. Verùm illi tam absurdi & impij erant, vt non defuerint, qui Germanos dehortarentur, nè proponerent eiusmodi articulos Concilio, nisì vellent Germanos reliquis nationibus irridendos & ignominia notandos propinare. Erant enim in ijs, qui ab ipsa quoq; Augustana Confessione dissiderent. Verùm etsi turpissimum est, in religionis negocijs diuersa sentire, & quod hodiè affirmâris, crâs negare, hodiè asserere, quod herì negaueris, tamẽ hoc apud Luterũ & eius prẹclaram sobolem nõ valdè turpe putatur, immò verò frequens & solẽne est, vt eorũ scripta testantur, licèt id imperita concio nõ facilè animaduertat.

Luteri articuli, Concilio ostendi.

Hac tempestate in Anglia direpta atque euersa passìm sunt monasteria: & vitę monasticę cultores vestem mutare coguntur. Cæsi etiàm fuêre aliquot illustri dignitate proceres, quòd nollẽt regis improbandę sententiæ subscribere. Multùm in eo regno sanguinis fusum est: & sectarij quidem egregium conscripsêre martyrologion, in quod retulêre etiàm nomina illorum, qui sub regina Maria, de qua pòst dicetur, hęresis nomine plexi sunt. Verùm illos nemo Christi, qui veritas est, martyres dixerit, qui non pietatis, sed perniciosę doctrinę causa tolluntur è medio, nè multos sua peste corrumpant. Videmus hodiè summo omnium dolore, quò progressa sit quorundam, initiò non seuerè vindicata, audacia. Quę non hodiè hęresum monstra existunt? In Lituania sunt multi Arriani & Nestoriani, nec parùm multas occupârũt ecclesias homines valdè athei & execrabiles, qui summam & summè venerandam Trinitatem, proh nefas, vocãt cerberum tricipitem, & symbolum nõ Athanasianũ, sed Sathanasianum, & multa alia nimìs horrenda. Si principiò seuera fuisset adhibita animaduersio, poterant omnia hęc mala facilè auerti. At nunc vsque eò increuerunt, vt nullum appareat remedium.

Monasteria euertuntur in Anglia.

O scelus.

Hoc anno Barbarussa insigne fecit naufragium amissis viginti millibus hominum, cùm iam classe educta, in nostros cogitaret. Illisit eas triremes tempestàs oborta Acrocerauneis cautibus, quarum fragmenta toto ferè Dalmatico littore iecta visebantur. Paulò antè insignem contra illũ classem eduxerant Paulus Pontifex, Carolus Cęsar, & Veneti duce Andrea Auria, & Vincentio Capellio Veneto. Erant simul naues supra CC. & quinquaginta, adeò vt nunquàm ferè maior nostrorum in Iõnio mari classis con-

Naufragiũ Barbarussæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bucerus ambiguus.

Nam hîc quoquè astutus ille, vt quidam Zuinglianus scribit, ambigua loquendi forma solidam concordiam sarcire nitebatur, quam ambiguam loquendi rationem Tigurini non probabant, nec instàr Buceri obscurè & captiosè, vt idem Zuinglianus ait, loqui volebant, sed liberè & apertè, nè concordia fucata & insidiosa, qualem Bucerus efficere voluisse nõ immeritò illis visus est, posteà maiores turbas pareret. Alij tamen à Bucero persuasi, Luterũ à Zuinglio in Eucharistiæ doctrina nõ tam re ipsa, quàm verbis discrepare, quod fuit falsissimum, sicut Luterus ipse testatur non vno loco, cum Lutero visi sunt in quandam redire concordiam, sed quæ re vera nulla esset, sicut ipse euentus paulò pòst docuit. Immò & Bucerus ipse, qui hanc simulatam cõcordiam tantoperè vrsit, cùm à Tigurinis impetrare non posset responsionem ad Lutẽrum, qualem ipse vellet, ab illis nõ parùm abalienatus est, licèt anteà nõ mediocriter illos coluisset. Sunt etiàm alij quidam ab illis facti alieni, licèt videri nollent, & non pauci Luteranis accesserunt. Vtebantur autem isti, à Bucero, vt appáret, edocti, hac in re verbis & sententijs ambiguis & perplexis, nè fraus cuiquam apparéret, qua tamen vel maximè creuit hoc prodigiosum Euangelion: adeoq; Bucerus ipse in Euangelium Matthæi & Ioannis scribens, doctrinam de Eucharistia, quam antè propugnârat, vt Lutero gratificaretur, retractauit. Et tamen hunc Proteum quidam neutrales, id est, qui nec Catholicę Ecclesiæ, neque Sectarijs addictos se videri volunt, licèt interìm non obscurè nouas ipsi fabricent sectas, non dubitant pacis & pietatis inprimìs studiosos vocare: scilicèt pacis & pietatis studiosus est, qui vt sese offert occasio, modò hoc, modò illud de vna eademque re dogma propugnat, facilè etiàm Mahometis Alcoranum approbaturus, si non desit opportunitas. Zuingliani quidam Buceranę conciliationi, qua ille tam crebrò nisus est Zuinglianos cum Lutero in concordiam qualemcunque redigere, hoc tribuerunt, quod illis tribuendum est, qui præ nimio vini desiderio etiàm fæces hauriant. Nemo neque potest neque debet ambigere, hanc inexpiabilem dissensionem propterea à interistos nouos Euangelicos extitisse, vt sibi Catholici meliùs prospicerent, & à tam superbis, turbulentis & inconstantibus ingenijs rectiùs cauerent.

Bucerus fit alienus à Tigurinis.

Zuinglianorum de Bucero sententia.

Cineres D. Thomę crematur.

Apud Anglos hoc anno facinus insolens rex Henricus designauit in cineres & ossa beatissimi martyris Thomæ, Cantuariensis quondàm Archiepiscopi. Eius corp⁹ in theca gemmis & auro mirificè exornata asseruabatur iam aliquot seculis, eratque eius martyris celeberrima memoria ob edita diuinitùs ad eius sacros cineres innumera miracula. Visebantur illic gemmæ incomparabiles: quædam vincebant oui anserini magnitudinem, pietatis causa eô missæ à monarchis & regib⁹, ad martyris memoriam ornandam. Verùm Henricus rex nescio quorum instigatus consilio, non contentus gemmis & auro nudâsse eius monumentum, etiàm ipsas venerandas reliquias exussit. Nihil quidem sanctissimo martyri nocitum est, qui vitam cum DEO viuit beatam & sempiternam: sed mirum profectò est, regem illum, qui paulò antè tanta constantia fidem Catholicam

cam scriptis euulgatis defenderat, potuisse ad id infaustum consilium deuolui, vt in martyris ossa ante annos ferè quadringentos pro pietate cæsi, tam atrociter desæuiret. Sed id genus multa audent Luterani & reliqui sectarij, apud quos pleraque templa hodiè non multùm discrepant à ferarũ cubilibus, & locis planè desertis, & in horrendam vastitatem redactis: quę quidem, nisì Deus rebus nostris prospiciat, nihil videntur significare aliud, quàm propedièm in his Europæ locis cultum DEI omnem penitùs extinctum iri.

Cùm indictum esset à Paulo Pontifice Cõcilium ob certas emergentes rationes non iam Mantuæ, qui locus visus erat opportunior, sed Vicentiæ celebrandum, Luterus certos euulgauit articulos, quos vellet suo nomine Concilio proponi. Verùm illi tam absurdi & impij erant, vt non defuerint, qui Germanos dehortarentur, nè proponerent eiusmodi articulos Concilio, nisì vellent Germanos reliquis nationibus irridendos & ignominia notandos propinare. Erant enim in ijs, qui ab ipsa quoq; Augustana Confessione dissiderent. Verùm etsi turpissimum est, in religionis negocijs diuersa sentire, & quod hodiè affirmâris, crâs negare, hodiè asserere, quod herì negaueris, tamẽ hoc apud Luterũ & eius pręclaram sobolem nõ valdè turpe putatur, immò verò frequens & solẽne est, vt eorũ scripta testantur, licèt id imperita concio nõ facilè animaduertat.

Luteri articuli, Concilio offerendi.

Hac tempestate in Anglia direpta atque euersa passìm sunt monasteria: & vitę monasticę cultores vestem mutare coguntur. Cæsi etiàm fuêre aliquot illustri dignitate proceres, quòd nollẽt regis improbandę sententiæ subscribere. Multùm in eo regno sanguinis fusum est: & sectarij quidem egregium conscripsêre martyrologion, in quod retulêre etiàm nomina illorum, qui sub regina Maria, de qua pòst dicetur, hęresis nomine plexi sunt. Verùm illos nemo Christi, qui veritas est, martyres dixerit, qui non pietatis, sed perniciosę doctrinę causa tolluntur è medio, nè multos sua peste corrumpant. Videmus hodiè summo omnium dolore, quò progressa sit quorundam, initiò non seuerè vindicata, audacia. Quę non hodiè hęresum monstra existunt? In Lituania sunt multi Arriani & Nestoriani, nec parùm multas occupârũt ecclesias homines valdè athei & execrabiles, qui summam & summè venerandam Trinitatem, proh nefas, vocât cerberum tricipitem, & symbolum nõ Athanasianũ, sed Sathanasianum, & multa alia nimìs horrenda. Si principiò seuera fuisset adhibita animaduersio, poterant omnia hęc mala facilè auerti. At nunc vsque eò increuerunt, vt nullum appareat remedium.

Monasteria euertuntur in Anglia.

Oscelus.

Hoc anno Barbarussa insigne fecit naufragium amissis viginti millibus hominum, cùm iam classe educta, in nostros cogitaret. Illisit eas triremes tempestàs oborta Acroceraunеis cautibus, quarum fragmenta toto ferè Dalmatico littore iecta visebantur. Paulò antè insignem contra illũ classem eduxerant Paulus Pontifex, Carolus Cęsar, & Veneti duce Andrea Auria, & Vincentio Capellio Veneto. Erant simul naues supra CC. & quinquaginta, adeò vt nunquàm ferè maior nostrorum in Iõnio mari classis con-

Naufragiũ Barbarussæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſpecta ſit, plurimumque ſibi metueret Barbaruſſa, homo alioquì audax & imperterritus. Verùm cùm Veneti nollent præſidium Hiſpanorũ militum in ſuas triremes accipere, vt quidam aſſerebant Ligures, nec Auria Venetis triremibus planè confideret, licèt Veneti culpam aliò conferant, vt ſolent libenter homines, ſi quid perperàm geſtum ſit, à ſe omnem culpæ ſuſpicionem in alios amoliri: orta interìm tempeſtas eſt, & noſtri omnes, inſequente & inſultante ac irridente Barbaruſſa, in fœdiſſimam fugam verſi ſunt, cùm potuiſſent facilè, vt quidam autumant, illo die totam Barbaruſſæ claſſem delere & perdere. Et iam quidem reſumptis animis volebant Barbaruſſam inuadere quaterna acie: ſed cùm cunctantiùs ſua conſilia expedirent, Barbaruſſa retroceſſit in ſinum Ambracium. Magnam eo die Chriſtiani tulêre ignominiam, quòd tantæ occaſioni non ſolùm deeſſe, ſed etiàm in turpem fugam ſe conijcere non dubitâſſent. At tamen paulò pòſt, vt diximus, incomparabilem Barbari cladem accepêre, multis amiſſis triremibus, Deo Opt. Max. hauddubiè Chriſtianorũ rebus opem ferente. Verùm id damnum breuì poſteà Solimannus ſarciuit, vt eſt immenſis opibus prædiues, noua inſtructa claſſe. Magnam verò indè cepit voluptatem, quòd Barbaruſſa omnibus propè rebus inferior, noſtros toto mari effugere compuliſſet.

Fuga turpis Chriſtianorum.

Viſa horrenda.

/ Hoc anno multis Germaniæ locis armati homines in aëre viſi ſunt, & versùs Orientem ſtella inuſitatæ magnitudinis, quæ cruentos ſpargeret radios: & iuxta illam crux ſanguinolenta, cum vexillo per aëra volitante.

Sub initium Octobris rex Franciæ Cameraci conuenit Mariam Belgij præfectam, Caroli Cæſaris ſororem. Indè pariter cum magna pompa egreſſi, venerunt ad S. Quintini oppidum. Vbiquè regina incredibili ſtudio & apparatu excepta eſt. Exactis diebus ſexdecim, alio itinere redijt in Hannoniam. Nihil non egit rex Franciſcus, vt poſſet Mediolanum Cæſaris beneficio impetrare: ſed Cæſar prealto conſilio & exacta prudentia, potentiſſimis Gallorum regibus ampliſſimum illum Italiæ principatum vt adiungeret, nullis rationibus permoueri potuit, veritus hauddubiò, nè illo minimè contenti, maiora tentarent. Sunt qui Cæſaris auaritia & toti Italiæ dominandi libidine factum ſcribant, vt tam pertinaciter Gallis Mediolanum negaret: ſed illi certè temerarij ſunt & iniqui cenſores, cùm ante paucos annos eundem principatum, quem maximis impendijs & difficultatibus bellicis obtinuerat, rogatu Pontificis Clementis, Franciſco Sforciæ liberaliſſimè reſtituerit. Florentiam quoquè ipſius armis domitam, Alexandro Medici tradiderit, qui certè eſt inſignis principatus.

Calũnia in Cæſarem.

/ Eo tempore, quo apud Niceam Pontifex, Cæſar & Franciſcus rex fuêre, Ioachimus Elector Brandeburgicus Saxoni Electori per legatum indicauit, ſe certis nuncijs didiciſſe de Turcæ in Germaniam aduentu. Iam enim Vaiuodæ ipſe Turcarum Imperator hoc ſignificârat. Orabat igitur Brandeburgicus, vt Saxo certam ipſi, quam cuperet, pacis ineundæ rationem perſcriberet: ſe cum Ferdinando rege porrò acturum, vt apud Cæſa-

Cæſarem intercedat. Hic princeps Luteri quidem dogma ſic complexus erat, vt tamen pleraſque cæremonias Eccleſiaſticas retineret, & cùm eſſet Cæſaris atque Ferdinandi ſtudioſus, noluit in fœdus illud Smalcaldicum tranſire. Habebat autem in matrimonio optimi & Chriſtianiſſimi Poloniæ regis Sigiſmundi filiam, quę in hunc vſque diem, raro & eximio inſignis pietatis exemplo, fertur in catholica religione conſtantiſſimè permanere. Saxoniæ elector rem omnem deindè cum Lantgrauio communicat, & illi ſimul reſpondent Brãdeburgico, ſe quidem videre neceſſariò totis viribus obuiàm eundum eſſe Turcæ hoſti crudeliſſimo, ſed tamen id fieri non poſſe, nisì ipſis certa & non dubia pax concedatur. Ea erat eiuſmodi, vt iudices Cameræ nihil cõtra ipſos poſſint in cauſa religionis, qua etiàm comprẽhendi volebant direptionem bonorum Eccleſiaſticorum: atq; vt ea pace frui liceat etiàm illis, qui poſt Noribergicam trãſactionem acceſſerint & accedere voluërint ad ipſos, atque ipſi etiàm Danię regi, qui non erat ſubditus Imperio: quæ quidem omnia vehementer erant Catholicis oneroſa, & tamen nisì permitterentur, illi contra Turcas parùm aut nihil ſe moturi videbantur. Indè ſocij omnes Smalcaldici fœderis ad 24. Iulij monentur Iſenacum ſe conferre. Eò non principes ipſi, ſed legati venerunt. Eadem petunt, quæ anteà principes petiêrant, & alios ibi quoquè in ſuum fœdus receperunt. Habebant tum litem cum Henrico Brunſuicẽſi principe Goſlarienſes fœderati. Itaq; orabãt legati fœderatorum, vt Ferdinandus ab Imperatore peteret mandatũ, quo princeps Henricus actioni ſe ſiſtere cogatur: & tamen illi nolebãt Catholicis licere ſuum ius perſequi in ſupremo imperij iudicio. Addebant autem minas, nisì id contra Henricum principem impetretur, ipſos Goſlarienſes ſocios minimè neglecturos. Ea tum erat Imptrij per Germaniã habitudo, vt lachrymis potiùs, quàm ſcripto, proſequendum ſit. Imminebat Germaniæ cruentiſſimus Turcarum tyrannus, & tamen ſic erant plerique animati, vt nisì Cæſar ipſorum voluntati obſecundaret, non magnoperè recuſaturi viderentur iugum Turcicæ captiuitatis, cùm certum eſſet, eos ſuis viribus tanto hoſti minimè poſſe reſiſtere.

Princeps Brandeburgicus.

Conuentus Iſenaci.

/ Penultima die Decembris Lantgrauius Haſſiæ haud procùl ab oppido Caſſello venationi intentus, incidit in ſcribam Henrici principis Brunſuicẽſis, qui nihil habebat commercij cum fœdere Smalcaldico, quia Catholicus erat princeps. Vbi autem Lantgrauius didicit ſcribam illum eſſe huius Henrici principis, iuſſit comprẽhenſum Caſſellum abduci. Habebat ille apud ſe literas principis ſui ad Archiepiſcopum Moguntinum, & Heldum Cęſaris legatum. Eas vtraſque & quædam alia ſecreta Lantgrauius reſignauit & legit, ipſumq; ſcribam captiuum detinuit. Hoc vtrùm decuerit illum principem, alij viderint. Certè ea res primò quidem ipſi principi Henrico magnam calamitatem, ſed non paulò maiorem Lantgrauio poſteà attuliſſe videtur, cùm ijs ex initijs, licèt aliæ quoquè cauſæ ſuppeterent, grauiſſima inter principes odia exoreuerint: & Henricus quidè princeps primò à Lantgrauio captus ſit, at ipſe poſteà Lantgrauius non ſolùm

ſcriba ducis Henrici cõprẽditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hēricum dimittere, sed in eius quoquè captiui locum succedere coactus sit. Verùm ad has diras animorum acerbitates, quę sub hoc Luteri infausto Euangelio inter Germaniæ principes extitêre, magna fomenta & incitamenta suggesserunt importuni concionatores Luterani, qui principibus suis sub verbi Dei specioso titulo multa persuasêre, quæ à verbo Dei prorsùs abhorrerent.

Isabella Imperatrix moritu. Item Dux Geldrię.

Mortua est hoc anno Isabella Caroli Cæsaris coniunx, idque in puerperio, edita quidem prole, sed quæ nō diù superuixerit. Mortuus est etiàm Carolus Geldriæ Dux Catholicus, eique successit Guilhelmus princeps Cliuensis, sed parùm feliciter, vt ipse rei euentus declarauit. Galli eum in suas partes pertrahere nitebantur, vt haberet Cæsar in Belgio vicinū hostem: sed deo benè propicio, princeps Cliuensis saniora consilia secutus, breui in gratiam cum Cæsare, quem tum occupata Geldriæ ditione, tum Gallorum amicitia offenderat, redijt, vt infrà dicemus.

Conuentus Frācofurti.

Anno 1539. fuit conuentus Protestantium Francofurti, vbi datæ sunt illis à Cęsare induciæ mensiū 15. & decretum fuit, vt vtriusq; partis viri docti & moderati deligerentur, q inter se de rebus controuersis colloquerentur. Eius generis colloquia multa identidèm fuêre instituta, sed nullo felici exitu, quòd neque sectarij vellent à sententia decedere, neque Catholicis fas esset quicquam illis contra Catholicę Ecclesiæ sententiam concedere. Multa autem in Protestātibus & nunc & aliàs quoquè Cęsar pijssimus dissimulauit, quòd non facilè pateret via & ratio secùs cum illis agendi. Protestantes enim non solùm magnis iam erāt ex Smalcaldico fœdere aucti viribus, sed etiàm Luteri & aliorum concionatorum suorū seditiosissimis tum scriptis, tum concionibus eò propemodùm impulsi videbantur, vt nisi Cęsar ipsis petita permitteret, nescio qd non moliturі putarentur. Erant quidem non contemnēdæ Cęsaris vires, sed eas tum Turcica, tum Gallica arma sic perpetuò ferè exercebāt, vt cum Protestantibus nihil posset duriùs agere, licèt plurimùm illi doleret, paucorum impotentium Apostatarum monachorum scriptis & concionib⁹ seditiosis Germaniæ pacem penitùs perturbari. In hoc ipso conuentu Saxoniæ elector id inter alia testificabatur, se Ferdinandum non agnoscere pro rege Romanorum. Adeò iam erant in Germania perturbata omnia, eas turbas cientibus infaustis concionatoribus, qui Protestantes ordines egregiè illudebant. Erant quoquè inter principes acerbæ suspiciones & simultates, ex religionis dispari habitu emergētes: vndè fiebat, vt Germaniæ vires, quæ hactenùs omnibus semper nationibus fuissent formidabiles, iam ità miserè distractæ & dissipatæ, hauddubiè supremam cladē iampridèm subiturę fuisse viderentur, nisi præpotēs Deus singulari quadam beneuolentia rebus nostris prospexisset. Erant enim adhuc permulti, hodieque sunt in Germania, qui à sectis prorsùs abhorreant, nec anili leuitate eam sibi religionem deserendam putent, quam tot seculis vniuersa Germania summa omnium consensione coluerit.

Intestina dissidia.

Obitus Georgij principis.

Hoc anno diē vitę clausit extremū clarissimus & integerrim⁹ Princeps Saxoniæ

Saxoniæ Georgius, quem Luterus egregiè cōuicijs & cōtumelijs, & quidem impunè, sępè prosciderat. Fuit is princeps generosa & planè Germana animi fortitudine, in auita Maiorum suorū religione constantissimus, & Carolo Cęsari lōgè optimo semper deditissimus, dignus profectò multis nominibus, quem omnis posteritas laudibus vehat. Eius obitu maxima accepit incommoda religio Christiana. Nullos enim reliquit liberos. Itaque testamēto scripsit hæredem fratrem suum Henricum & eius filios Mauritium & Augustum, ea conditione, nè quicquam in religione mutarent. Missi fuerunt ad Henricum, qui hoc ei proponerent, sed interim mortuus est pius princeps, & continuò Henricus ditionem omnem occupauit, atque in omnia Misniæ, Duringiæ & Saxoniæ loca, quæ Georgio Principi paruerunt, Luteri dogmata inuexit. Iam enim Luterani, vt antè dixi, eum in suam nassam pertraxerant. Is posteà successorem habuit Mauritium, Mauritius Augustum, vt suo loco dicemus. In Misniæ oppido absque vlla intermissione nocturnis atque diurnis horis perpetuę deo Optimo Maximo laudes promebantur, raro quodā eximię in Deum pietatis exemplo, diuersis cantandi & psallendi vicibus institutis in ipsa Ecclesia cathedrali: sed is cultus diuin⁹ maxima ex parte tum abolitus est, antiqua religionis facie prorsùs mutata. Hæc faciebant Principes persuasi à Lutero, alioquì præ insita Germaniæ principibus spectata generositate, nunquàm talia facilè attentaturi: quanquàm in eiusmodi grauissimis rebus nihil priuata authoritate, sed totius Christiani orbis consensu omnia cum summa deliberatione & exacta maturitate transigi oportebat. Non enim satis erāt Luterum dicere, hæc & pleraq; alia rectè & ex verbi Dei pscripto fieri, cùm hæreticorum oīnium ea perpetua fuerit consuetudo, vt quanuis absurda & impia in orbem commenta inueherent, ea tamē verbo Dei cōsentanea & ex verbo Dei profecta affererēt: sed oportebat Christiani orbis sustinere sententiam. id quidem generosos principes & reliquos Germanię magistratus magis decuisset. Porrò vbi Hēricus princeps ditionem fratris in suam fidem adegit, Luterum è Vuittenberga Lipsiam accersiuit: eò quoquè aduolauit ex eodem Luteri asylo ingens concionatorum examen, quot currus capere posset. Ij Luteri inauspicatum Euangelium strenuè in illum populum propagârunt, quem tot annis catholicus princeps in catholica religione continuerat. Est Lipsia paruum quidem, sed elegans oppidum, insigni mercatu & vili rerū degendæ vitæ necessariarum precio, atque etiàm vniuersitate vel Academia tum celebre, tum perquàm commodum studiosis, nisi quòd Luteri Euangelium illic regnat, non tamen prorsùs Lutericè, quòd in nonnullis à Lutero nonnihil deflexerint, vocenturq; à quibusdam catholicis Molles cōfessionistę, quemadmodùm alij Rigidi cōfessionistæ, qui Luteri dicta factaq; omnia, quantunuis putida & insulsa, sibi mordicùs tuenda statuerunt: qui etiàm Lipsenses & alios quosdam acerbissimè proscindunt, quòd à Lutero defecerint.

Præcones Luterani Lipsiam adolant.

Lipsia.

Sleidanus hoc tempore scribit à Lutero librum editum de Concilijs &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesia,in quo inter cætera ille quòquè demõstret,Canones Apostolorum esse adulterinos.Scilicèt premere nos vult Sleidanus authoritate Luteri,qui nõ modò hos Canones,sed multos etiàm scripturę diuinę libros reiecit.Quòd si verò tanti fit apud Sleidanum Luteri authoritas,discat qd ille sentiat de Zuinglianis,nec ęgrè ferat se in illis quoquè perstringi. Verùm hęc ille bonus vir libenter dissimulat.Porrò verò ridiculum hîc nobis commemorat idem ipse,scribere Luterum in libro memorato de contrarijs doctorum sententijs de baptismo,Cypriani pręsertim & Augustini. Quis verò negauit vnquàm, Cyprianũ de baptismo hęreticorum aliter sensisse,quàm sentiat Ecclesia Catholica?Sed interim Cyprianus sanctissimus martyr neminem à sua communione repellebat, qui diuersum ab illo sentiret,quod euidens signum est,non illum pertinaciter suam voluisse sententiã tueri.Sed quid sibi vult Sleidanus,quòd Luterum ait hanc de Baptismo Cypriani diuersam ab Ecclesia sententiam proferre? Fortassis efficere vult, vt vni Lutero plus tribuamus quàm omnibus patribus, propterea quòd Cyprianus non idẽ cum alijs sentit.Sed si ideò minùs tribuendum est patribus,quàm prorsùs nihil tribuendum est Lutero,immò verò quàm ille planè exibilandus & conspuendus est,qui in rebus grauissimis etiàm à seipso tam crebrò turpissimè dissidet? Bellissimus certè vir Sleidanus est,qui id genus portẽtis farcit nugacissimam historiam suam. Addit deindè,Luterum ibidẽm recitare quatuor illa Concilia,quorum pcipua est authoritas.Sed hæc ipsa Cõcilia quòd nihili fecerit tum Luterus ipse,tum eius satellites & noui dogmatistę,ex illorũ scriptis satìs superque doceri potest.In summa,nullum tam sanctum est Conciliũ,quòd isti non prorsùs reijciant,si cum illorum prauis opinionibus non cõcordet.Tum quoquè visum est optimo Sleidano commemorare ex Luteri hoc pręclaro commento, quàm densæ fuerint sub Pontificatu Romano tenebræ, quàm impura fœdaq; religio,atque huc fuisse deuentum, vt etiàm vestis monachorum ad æternam salutem non parùm conferre putaretur. Sed quàm densas tenebras Luterus cum suis in orbem inuexerit, iam miseri mortales re ipsa experiuntur, dum ille miser totiès sua mutauit paradoxa, dictisq; & scriptis suis id effecit, vt quod quisque nocte somniat, id non dubitet pro Dei verbo stultis hominibus obtrudere, adhibitis perperàm scripturæ diuinę, quam Luterus solam vult valere,sententijs:atq; eò iam res redijt,vt penè tot sint sectæ, quot capita, & miserãdum in modum rudis & indocta plebs in absurdissimas easq; pugnantissimas hęreses in dies inducatur.Neque nos mouet,quòd recitat Sleidanus quosdam in habitu D.Frãciscì sepeliri voluisse. Fecit id Rodolphus Agricola, fecit Albertus Pius Carporũ princeps,fecit Christophorus Longolius, viri summa eruditione:in quibus si reprehẽdendum est,quẽadmodùm impius facit Sleidanus, q pio quodam animi affectu in eo habitu mori voluerunt,non q eum solùm ad salutẽ sufficere putarent,sed vt suæ satisfacerent deuotioni: quãtoperè nõ modò reprehendendus, sed etiàm execrãdus & diris omnibus deuouẽdus est Luterus & eius similes apostatę, qui habitũ monasticũ petu-

Ineptię Luteri & Sleidani.

Densę tenebrę ex Luteri Euangelio.

peulantissimè abiecerunt,& cum illo simul omnem pudorem & religionem exuerunt,habẽtes certissimam damnationem, quòd primam fidem irritam fecerunt?Et certè non illibenter credet posteritas, plerosque sub mortem voluisse S.Francisci habitum indui,& in eo sepeliri,licèt Sleidanus putet id eam fortè non credituram: sed ægrè admodùm fortassis credet potuisse sceleratissimos apostatas tantam mereri fidem & authoritatẽ apud homines, vt illorum impijssima & iam olim dãnata dogmata haud aliter,atquè ipsum Christi Euangelium,amplecterentur. Hoc enim eiusmodi est,vt nemo id vnquàm neq; admirari satìs, neq; pro dignitate deplorare queat. Sed de his alibì latior fortassis dabitur agẽdi opportunitas.

1.Tim.5.

¶ Hoc anno Angliæ rex scriptum quoddam edidit,quo Pontificem,qui Concilium tum Vicentiæ indixerat,acerbè perstringit.Ea res cumprimis iucunda fuit Luteranis & reliquis nouis dogmatistis. Quicquid enim Põtifici accideret,quod in eius cõtumeliam & ignominiam vergeret,id singularem huic hominum generi adferebat voluptatem. vt nõrint posteri omnes,quo spiritu afflati fuerint,qui implacabili odio pastorem ecclesię prosequi non dubitârint. Verùm nè nimio Luterani gaudio insolentiùs exultarent,non diù pòst idem Angliæ rex non ferẽs in suo regno turbas, offendicula,seditiones(quarum rerum valdè ferax est Luteri Euangeliũ, ità vt vix vspiàm absque seditiõe & tumultu receptum sit) ex Luteri irrepente dogmate grassari,comitia totius regni indixit,siue conuentũ Ordinum regni,(ipsi Parlamentum vocant)vbi pro stabiliẽda religionis cõcordia propositæ sunt sex quæstiones,de quibus in Actis publicis ità relatum habetur:Tandèm post longã super his articulis deliberationem,post consultationes plurimas, post deniquè argumenta infinita, vltrò citroq; connexa,omnium tam regiæ Maiestatis,quàm vtriusque Senatorij ordinis, ac plebis in hunc Senatum coactę summo consensu fuit & est resolutum,decisum ac statutum eo modo ac forma,qua sequitur:Inprimis,In beatissimo altaris Sacramento,per virtutem & efficaciam potẽtissimi verbi Christi, simul atquè illud sacerdos ore locutus fuerit, sub forma panis & vini,naturale corpus & sanguinem Dominicum,conceptum ex Maria virgine,realiter adesse:& post consecrationem,nullam panis aut vini,aut aliam quàm Christi Dei & hominis remanere substãtiam. Secũdò,Communicare sub vtraq; specie,non est omnibus hominibus iure diuino necessè ad salutem:credendumque est & non dubitandum,quoniam in carne sub specie panis sit verus sanguis, & cum sanguine sub specie vini sit vera caro,tam diuisim quàm coniunctim. Tertiò,Sacerdotes postquàm sacris initiati sunt,iure diuino non possunt vxores ducere. Quartò,vota castitatis siue viduitatis à viro fœminâve non temerè facta Deo,iure Diuino sunt obseruanda,Christianiq; populi libertate quadam eos priuãt, qua,nisì vouissent,potuissent vti frui. Quintò,Missas priuatas in hac regis Anglicana Ecclesia ac cõgregatione admitti ac celebrari, simul & bonum & necessarium est, per quas probi Christiani, quorum vita respondet,pariter & bona & diuina solatia & beneficia indè recipiunt, Missasq;

Comitia Angliæ eõtra Luterũ.

VI. Articuli

1.

2.

3.

4.

5.

Universidad de Deusto. Biblioteca

celebrari iuri diuino quadrat. Sextò, expedit neceſſeque eſt auricularē cō-
6. feſſionem retineri in Eccleſia Dei. Quocircà regię Maieſtatis authoritate,
ac ſummo vtriuſque ordinis ſenatorij, plebisque in hunc ſenatum coacę
Senatuſcon ſultum Anglię. conſenſu in hunc modum, qui ſequitur, latum eſt ſenatuſcōſultum: Qui
vel in hoc regno Anglię, vel in alio quouis regię maieſtatis dominio poſt
12. diem Iunij, qui proximè ſequetur, verbo, ſcripto, prælo, ficticijs char-
cteribus, aut alio quouis modo publicè concionantur, docent, dicunt, af-
firmant, declarant, diſputant, aut ratiocinantur ſecùs, quàm iam dictū eſt,
in illos tanquàm hæreticos grauiſſima conſtituit rex ſupplicia, atq; etiàm
in eos, qui conſilio aut re tales iuuerint &c. Hoc quidem prętер omnem
expectationem accidit Saxonico Papæ Lutero & eius ſymmyſtis, nouo-
rum dogmatum buccinatoribus, præpotente Deo non nimiùm eis laxā-
Iob 1. te habenas, quemadmodùm etiàm ſatanæ diuum Iob flagellanti certo:
quoſdam ſemper præfixit cancellos, quos ille prętergredi neque poſſet,
neque deberet. Certum eſt enim, Luterum & totum nouorum dogmati-
ſtarum & eccleſiaſtarum gregem, ad tempus accepiſſe diuinę iuſtitiæ per-
miſſu poteſtatem vexandi Catholicam Eccleſiā: ſed nec hactenùs potue-
runt, nec deincèps poterunt tantum ſæuire, quātum vellent. Vtinàm Ca-
tholici corrigerent vitam: breuì peſſùm iret omnis illis diuinitùs permiſ-
ſa ſęuiendi facultas.

Tumultus Gandauēſis. Hoc anno Gandaui, quod eſt ampliſſimū Flandrię oppidū, Caroli Cæ-
ſaris ortu clariſſimū, non nihil tumultuatum eſt. Ea res vbì ad Cęſaris tum
in Hiſpania degentis notitiā peruenit, eò maturiùs eundum ſibi cēſuit, nè
res in peius dilatiōe ꝓcederet. Itaq; cum perpaucis principibus ingreſſus
Cęſar it per Gallias. eſt Gallias per Baionam. Id enim vt maiori fidutia faceret, multis Frāciſci
regis legationibus & literis inuitatus fuerat, licèt oēs eius Conſiliarij, nè id
faceret, prorsùs eum deterrerent. Verùm optimus princeps accepta à rege
Franciſco fide publica, illud certè piculoſum iter arripuit. Nam tametſi rex
Franciſcus putādus eſt nō malo tum in Cæſarē animo fuiſſe, tamen qa in
tanta illum detinendi opportunitate potuiſſet facilè humanū aliqd pati,
non abſq; ingēti periculo Cęſar illud iter ingreſſus eſt. Vtebatur aūt tum
veſte pulla, & equis cōmodatitijs, ijsq; Gallicis. Sed certè eo ipſo tempo-
re deprehenſus eſt à legatis ſororis eius Marię, quæ Belgio pręerat, idq; nō
ſemel, per noctem duabus aut tribus horis vtroq; flexo poplite in cubicu-
Cęſaris pre ces quotidianæ. lo, nigris vndiquaquè pānis tecto, orare. Et hauddubiè Deus cui confide-
bat, nō abſq; multorū ſumma admiratione, toto illo itinere ſeruauit eum.
Porrò ea precādi ratione in oīni vita, & loco, & ætate eum quotidiè vſum
fuiſſe conſtat. Orabat manè duabus plùs minùs horis, totidem nocte vel
veſperì. Indè poſtquàm ſe induiſſet, accedebat etiàm manè ad auſcultan-
dum Sacrum. Sed de his alibì plura dicētur. Cùm eſſet in hoc Gallico iti-
nere, & ad regē properaret, contigit regis filium Carolum, lectiſſimū iuue
nem Aureliorum ducē, inopinanter inſilire in tergū illius equo inſidentis. Cumque eum Cæſar humaniſſimè ſalutâſſet, ille clamauit, Cęſar redde te captiuum, Cęſar redde te captiuum. At verò Cęſar nihil illi reſpōdit,

ſed

ſed tantùm ridentis in morem gratiſſimis & iucundiſſimis oculis illum
intuebatur: ſicque vno vecti equo, in chorum Gallicarum fœminarum
& heroidum venerunt: Vbì Cęſar obitèr ſalutata Leonora ſorore ſua, Re-
gis Franciſci coniuge, longum miſcuit ſermonem cum Eſtampia heroi-
de, quæ tum in magna erat gratia apud regem, nec deſunt qui putent eam
conſuluiſſe regi, vt Cęſarem in Gallijs detineret. Accidit quandoquè, vt
inter loquendum Cæſari inopinanti (vt quidem rebantur homines) an-
nulus excideret gemmam habens nobiliſſimam. Eum cùm leuâſſet illa è
ſolo, vt Cæſari redderet, noluit eum recipere, ſed illi dono dedit. Toto au-
tem hoc ſpatio, quo Cæſar fuit in Gallijs, ſummi illi honores & oīne hu-
manitatis ac beneuolentiæ genus oblatum eſt à rege Franciſco & omni-
bus regni procerib⁹, adeò vt etiàm regia planè authoritate ad aliquot dies
vteretur. Non tamen longè abfuit tum Ambaſiæ, tum Pariſijs à grauibus
periculis. Ambaſię Greci ignis fumo in gradibus turris cuiuſdam immo-
dicè excitato, propemodùm ſuffocatus fuit: Pariſijs tabulatum in caput
eius eliſum, ſanguinem ſparſit. Rex Franciſcus vbì comperit earum rerū
authores, mox in crucem eos tolli iuſſit, ſed pijſſimus Cæſar multis preci-
bus vitam illis impetrauit. Nolebat enim aduentum ſuum in Gallias cui-
quam funeſtum eſſe, maximè cùm nihil horum de induſtria factum didi-
ciſſet. Simul autem ſororem ſuam Mariam tum de eximijs ipſi delatis ho-
noribus, tum de ijs improuiſis euētibus mox certiorem reddidit, nè quid
illa famæ, quæ tum varia ſpargebatur, temerè crederet. Ipſe Franciſcus rex
id temporis ex vſu habere cœperat meliuſculè habere, & apud Lochias Cæſari
aduētanti ſumma hilaritate occurrit, paratus etiàm duos liberos ſuos Hē-
ricum & Carolum ipſi obſides dare, ſi parùm regi fideret. At Cæſar obſi-
des recuſauit, & ità (vt dixi) toto regno mirificè honoratus & ſplendidiſ-
ſimè habitus eſt, regijs liberis ex regno abeuntem Valencenas vſque de-
ducentibus, vbì tum à Maria Cæſaris ſorore nihil prætermiſſum eſt erga
Cęſarem ipſum, & Franciſci regis regios filios, quod ad eximiam propen-
ſiſſimi animi teſtandam beneuolentiam pertinere videretur. Poterat faci- Mediolanū pacis remo-ra.
lè inter duos illos longè potentiſſimos reges pax firma & conſtituī, & co-
aleſcere, ſi rex Franciſcus à Mediolani ampliſſima ditione repetenda ani-
mum reuocare voluiſſet. Porrò dum inter ſe certant reges de Mediolani
imperio, interìm Turcis animus creuit, & hæreſes in dies ità auctæ ſunt,
vt vix numerari queant. Sed nemo temerè culpam in reges conferat. No-
ſtris peccatis prouocata Diuina iuſtitia permittit interìm eiuſmodi per-
niciōſas diſſenſiones oriri inter principes & pleraque alia mala, vt ijs ca-
ſtigati, reſipiſcamus, & ad meliorem frugem nos recipiamus, niſi acerbio-
ra quoquè experiri velimus. Extant exempla non pauca etiàm in ſcri-
ptis diuinis.

Hoc anno tanta fuit vini vbertas, vt non ſuppetentibus vaſis, pleriq; grandes foueas egregiè tabulis vndiq; munitas, vino cōpleuiſſe ferantur.

Eiuſdem anni menſe Auguſto aut circitèr, Turcę duce Barbaruſſa Ca-
ſtronouum Dalmatiæ vrbem maritimam, in qua erat fortiſſimum Hiſpa- Caſtrono-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uum expugnatur.

norum præsidium, non sinè maxima suorum cæde expugnârunt. Paulò antè Cęsareani id Turcis victis occupârant: sed ea res Solimanno impensè doluit, nec quieuit, donèc id Christianis sentiret ereptũ. Sunt qui scribant, quosdam Dalmatas ex vrbe profugos, Turcis secreta vrbis prodidisse. Habent Turcæ enses incuruos, quibus & galeas & loricas ferreas nostrorum scindunt: sed id in primis nostris incõmodè cecidit, quòd in ipso acerrimo cum Turcis conflictu pluuia erumpente non potuêre sclopetis vti. Porrò Turcæ in nostros atrociſſimè sagittas iaculabantur. Multa tum Christianorum millia trucidata sunt. Dolendum certè, tãtum posse in populum Dei impuros illos Mahometanos, sed nostris vitijs illorum vires aluntur. Obitèr tamen aduertendum, ex Hispanis à Turca hoc loco cæsis plerosque interfuisse Romanæ vrbis sub Clemente 7. fœdissimę direptioni, vt non immeritò hęc illis clades accidisse videatur.

Per hoc tempus, cùm iam non pauci putarent Sacramentarios cum Lutero redijsse in concordiam, quod tam multis colloquijs & conuenticulis totiès frustrà tentatum fuit, & Tigurini propterea à scriptis acerbis & contumelioſis in Luteranos abstinerent: Eccè tibi Lutерus libellum de Patribus & Cõcilijs edit, quem nè videretur in solos Catholicos scripsisse, in eoipso Zuinglium per summam contumeliam Nestorianum fuisse dicit. Hoc malè habuit Tigurinos ministros, magistrũ suum tam honorificè prædicari à Lutero, nec sibi hoc silentio transeundum putârunt, sed datis ad Luterum literis, admonent hominem, nè contra vltimam pactionem tam malè de Zuinglio sentiret & scriberet. Luterus nihil illis respondit. Ità nunquàm inter istos Sectarios nisi ficta & simulata pax fuit, quippe qui non id spectarent, vt veritas vinceret, sed vt ipsi pro se quisq; præclaram orbi doctrinam & nouam lucem inuexisse viderentur, atque hoc nomine apud vulgus insigne sibi nomen compararent. Indè adeò est, quòd cùm Saxonici quidam Ecclesiastæ Luterum suum mirè prædicarent, & ipsi D. Paulo conferre non vererentur, atque omnes alios Euãgelij istius noui socios nihil esse dicerent ad illum suum Apostolũ & Eliam, adderentq; tandèm, ad hanc laudandi Luteri necessitatem ipsos adegisse illum Thrasonicum callum, quem hauddubiè Caluinum accipi volunt: Caluinus non ferens Luterum sibi anteferri, egregiè illos Saxones Luteranos perstringit, inter alia sic dicens: Vitia pro virtutibus exoscularis, stultitiæ & præposteræ affectationis est. Minùs etiàm excusabilis incõsiderati zeli feruor, quòd scripturam turpiter & putẽdum in modum corrumpunt, vt D. Iohannis Baptistæ spolijs Luterum exornent. Quanuis enim non negent etiàm in Ioanne Baptista factum esse, quod de venturo Elia prædixerat Malachias, volunt tamen de Lutero intelligi hoc vaticinium, quia sit Elias ille, per quem restituenda fuerint omnia: & quod in Iohanne Baptista semèl factum est non obscurè tam Prophetæ quàm Christi testimonio, in Lutero fuisse iterandum. Qua falsitate non minùs fœdârunt Luteri nomen, quàm Aegyptij Ieremiæ, corpus sepulcrumq; eius adorando. Atque vt Eliæ nomen Lutero concedatur, sacrilegæ tamẽ est

Luterus Zuinglium Nestorianũ vocat.

Caluinus nõ vult Lutero videri inferior.

est temeritatis, asserere vltimum Eliam, àc si præcisa esset manus Deo, nè quem præstantiorem parémve posteà emittat. Ità Caluinus, haud obscurè indicans, quàm velit ipse Lutero pręstantior haberi. Sed ista non videt mundus, nescio quo lethargo oppressus. Verùm Sleidanus, qui ex Luteri libro de cõcilijs & Ecclesia, quem eundem esse appáret, quem alij vocant de Patribus & Concilijs, non pauca citauit, quę possent flagellare Catholicam Ecclesiam, hanc Luteri de Zuinglio sententiam, qua eum dicit Nestorianum, pro suo insigni candore tacitus præterit: scilicèt optimę fidei historicus fraudulenter celans, quę contra se suosque faciant.

Legati Protestant. ad Cęsarem.

Anno 1540. rex Ferdinandus ab Austria venit Gandauum ad Carolum Cęsarem: venerũt eò quoquè legati Protestantium Ordinum, qui pręter alia multa, quib⁹ & sese mirificè purgare, & in Catholicos turbarum omnium culpam conferre nitebantur, coram illo Catholicæ religioni addictissimo Principe dicere non sunt veriti, hoc tempore Deum Euangelij sui cognitionem excitâsse, quasi antehàc Germania Euangelium nescierit, & ab apostatis demùm & votifragis monachis illud discere debuerit. Eodem tempore Protestantes Ordines ad Galliæ regem non parùm blandas scripsêre literas, vt si quid à Cęsare durius expectandum esset, haberent potentissimum regem sibi coniunctum. Cæsar cùm legatos Protestantium audiuisset, se deliberaturũ respondit. Multùm hîc iterùm vrgebant legati illi, vt Cameræ iudicibus non liceret pro illis ferre sententiam, qui se quererentur rebus & facultatibus suis sub Euangelij prętextu priuari, quales querimonię à Clero Catholico & Monasticæ vitę cultoribus tum non raræ ad Cameræ iudicium deferebantur. Dicebant Catholici, se iniuria rebus suis spoliari: asserebant contrà Euangelici, iurè id fieri, quòd falsam colerẽt doctrinam &c. In hac autem controuersia non licebat Catholicis ad supremum Imperij iudicium prouocare, sed oportebat eam ferre sententiam, quam apostatæ & incestis nuptijs polluti monachi, suis magistratibus persuasissent veram esse & prorsùs Euangelicam. Hoc miserum erat & calamitosum, & tamen sic habebat pura doctrina noui Euangelij. Cæsar cogebatur ob temporum iniquitatem pleraque dissimulare, cùm tam multis ijsdemque potentissimis premeretur hostibus. Indixit nihilo minùs Conuentum Principum Spirę, qui tamen ob pestis sęuitiẽ translatus est Hagenoam, cui Ferdinandus rex Cęsaris nomine prępfuit, Cęsare alijs occupato. In hoc conuẽtu Luterani noluerunt pondus aliquod habere eam quorundam articulorum conciliationem, quam Augustę septem ab vtraque parte collocutores effecerant. Petiêrunt etiàm colloquium Vuormatię habendum, & impetrârunt. Sed in eo colloquio parùm confectum est. Hoc ferè loco Sleidanus recitat prolixissimum scriptum protestantiũ ad Granuellanum, quẽ admodùm & aliâs passim multa superuacanea, immò & vana & pnicioſa, ad nauseam vsque commemorat, vt docti quidam non immeritò affirmârint, plura apud illum esse περιεργα, quàm ἐργα. Hoc verò scriptum satis appáret ex concionatorum & dogmatistarum officina profectum.

Postulata Legatorũ.

Conuentus Imperij Hagenoæ.

Mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multùm illic belliſſimi iſti eccleſiaſtæ & apoſtatæ monachi ſuam cauſam fucis quibuſdam oblinere conantur, ſeditâ tamen, vt non ipſi, ſed Principes & magiſtratus loqui videantur. Nos verò ex vnguibus leonem facilè dignoſcentes, iſtis apoſtatis & dogmatiſtis reſpõdemus. Aiunt Catholicos magna crudelitate graſſari in homines innocentes. Ijs verbis Imperatorem, Regem Franciæ, multosque alios Catholicos principes obliquè crudelitatis inſimulant, propterea quòd de hæreticis ſupplicium ſumerent, quos ipſi vocant homines innocentes. Et tamen etiàm Proteſtantes ſeuerè animaduertebãt, hauddubiè inſtigati ab iſtis, in Sacramentarios & Anabaptiſtas, qui ſe non minùs atquè Luterani, innocentes iactitabant. Quæ verò illa innocentia eſt, homines à Chriſti corpore, quod eſt Catholica Eccleſia, abſtrahere, & in peſtilentiſſimos errores inducere, quos neceſsè eſt non aliud quàm ipſam mortem ſempiternam conſequi? Latrones atroci plectuntur ſupplicio, quòd corpora iugulent, & iſti animarum parricidæ tanquàm innoxij tantæ immanitatis nullas pœnas dabunt? Aiunt ſe in ſuſpicionem vocari, quaſi non emendationem Eccleſiæ, ſed commoda ſolùm ſua ſpectent, & has calumnias longè lateque diſſeminari, quô vera religio & ipſi in odium adducantur. Quis hîc non rideat iſtorum impudentiam? Si Eccleſiæ emendationem ſpectabant, cur non manſerunt in ſuis cœnobijs? cur tot iam olim damnatos errores ab inferis excitârunt? cur Germaniam fœdiſſimis religionis diſſidijs horrẽdum in modum diſtraxerunt? Et has tantas errorum tenebras audent vocare puram doctrinam, audent dicere ſe filij DEI nomen & euangelium profiteri. Sed nè impietatis arguantur, quòd ſua cœnobia deſeruerint, & poſt nuncupatum Deo perpetuæ continentiæ votum inceſtis ſe nuptijs polluerint, vitam monaſticam vocant phariſaicam & impiam. Ità nimirùm dicere eos oportebat, ſi cauſæ ſuæ conſultum vellent. Sed erit apud omnem poſteritatem ſummæ execrationi hæc ipſa veſtra impudentia, quòd non modò non voluiſtis tantum ſcelus agnoſcere, ſed etiàm in illo gloriari. Sic olim Iulianus apoſtata cùm à Chriſtiana religione defeciſſet, ſacras literas his verbis irriſit, ſcribens ad primarios ſui temporis Epiſcopos: Legi, Cognoui, Damnaui. Cui ità à noſtris reſponſum eſt: Legiſti, ſed non cognouiſti: ſi enim cognouiſſes, non damnâſſes. Vt ille impius irriſit ſcripta diuina, ſic iſti innocentes homines & belli euangelici, lacerant vitam monaſticam, quam ab ipſis Apoſtolis vſque in præſens conſtat in Eccleſia DEI magnæ venerationi ſemper fuiſſe. Sed cùm illi per ſummum ſcelus ab ea vita diſceſſerint, ſi ſuæ velint exiſtimationi conſultum, non debent nisi peſſimè de illa & dicere & ſcribere. Et habent certè qui illos audiant, & eos rectè feciſſe credant: ſed quis interim explicare ſatis queat, quibus illi noctes atque dies cõſcientię ſęuiſſimis aculeis pungantur, licèt id apud homines diſſimulent? Sciunt enim omnes illos veteres ſanctiſſimos patres, adhibitis ſcripturæ diuinæ teſtimonijs, id conſtanter affirmare, vota continentiæ & aliarum rerum bonarum DEO ſemèl præſtita, prorsùs reddi oportere, illosque impios & perfidos cenſendos,

Hæreticorũ qualis innocentia.

Niceph. Eccle. Hiſt. li. 10. cap. 25

dos, qui poſtquàm Deo vouerunt continentiam, audent inire coniugia. Hæc, inquam, illi non ignorant, ſed obſtinata animi deſperatione contemnunt: cumque ſe videant ab omni ſpe ſalutis, nisi reſipiſcant, excidiſſe, ſummoperè in eam curam & cogitationem incumbunt, vt quàm plurimos ſecum in damnationem adducant. Itaque haud ſecùs àc peſtes quędam fugiendi ſunt, nè ſua contagione alios inficiant. Verùm id illis perſuaderi non poteſt, quorum oculos ſuis mendacijs ità perſtrinxerunt, vt illorum ſcelus & turpitudinem videre non poſſint. Iam verò quantam habet vanitatem & impudentiam, quòd aiunt in his literis, ſe nihil contra veteris Eccleſię formulam docere, cùm certiſſimum ſit, & à noſtris abundè oſtenſum, eos pro Euãgelio & Dei verbo hominibus nihil ferè obtrudere aliud, quàm craſſiſſimos & iam olim damnatos errores? Et nè parùm ſit, tam ſceleratè eſſe mentitos, adijciunt mox aliud tam inſolens & prodigioſum mendacium, vt non ſtylo, ſed magiſtratûs ſceptro & ſeuera animaduerſione vindicandum ſit. De pœnitentia, inquiunt, in Eccleſia docebatur frigidè & perplexè: de gratia per Chriſtum accepta, de condonatione peccatorum ne verbum quidem. In re tam aperta, quam ipſa lux meridiana palàm coarguit, quid poſſumus aliud, quàm & iſtorum deploratam malitiam, & illis fidem commodantium miſerandam dolere cæcitatem? Quis verò poſſit mederi hominibus, qui ſibi tam luculẽter imponi ſinunt? Legantur vel ſoli Doctorum Scholaſticorum libri, & penè ad faſtidium vſque comperientur de Chriſti gratia & peccatorum remiſſione ſcripſiſſe. Non ergò iſti quadam animi imbecillitate aut ignoratione, ſed deſtinata & deplorata malitia hæc & id genᵒ alia multa in miſerorum certiſſimam perniciem confingunt. Sed porrò adijciunt, Miſſam priuatam eſſe rem nouam & inuectam partìm ignoratione, partìm auaritia. Et hoc rurſùs mendaciũ eſt intolerabile: & certè ipſi in ſua Auguſtana Confeſſiõe profitẽtur, Miſſam apud ſe retineri & ſumma reuerentia celebrari. Quid verò, ſi rem ipſam ſpectes, intereſt inter publicas & priuatas Miſſas? Sed quicquid de Miſſa illi blaterẽt, certũ eſt, eos ſummos eſſe Miſſęmaſtiges: qua de re ſatis ſuperq; Catholici illis reſponderũt. Pergũt viri optimi: Propter ablatũ, inquiunt, ſacerdotibus coniugiũ, redundabant oĩa turpiſſimis exẽplis. Sed oñis Oriens & Occidens iam antiquitùs non permiſit ſacerdotibus coniugiũ. Vnius tãtùm D. Hieronymi teſtimoniũ proferemus, ne prolixi ſimus: Apoſtoli, inqt, vel virgines fuerũt, vel poſt nuptias cõtinentes: Epiſcopi, presbyteri ac diaconi aut virgines eligunt, aut vidui, aut in ęternum certè pudici. Huic omnes Patres adſtipulantur. At hodiè ſub iſto nouo Euangelio videmus omnia redundare inceſtis nuptijs ſceleratiſſimorum & votiſragorum monachorũ & monialium. Aiunt boni viri, vt paulò antè audiuimus, ſe nihil cõtra veteris Eccleſię formulam docere. Sed quæ vnq̃ vetus Chriſti Eccleſia pmiſit monachis & monialibus cõiugium? Audiant perditi iſti Canonẽ 15. celeberrimę illius & toto orbe receptę Synodi Chalcedonenſis: Si qua virgo ſe dedicauerit Deo, ſimiliter monachᵒ, nõ licet eis nuptijs iungi: ſi verò inuẽti fuerint hoc facientes, manę-

Impudens mendacium apoſtatarũ.

Aliud inſigne mendacium.

In apologia ad Pammachium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

maneant excommunicati. Sed hunc tantæ Synodi Canonem isti omni lachrymarum fonte plangendi tenebriones prorsùs contemnunt. Nam

Scriptum contra Syn. odi Tridentinæ continuationem à Pio 4. indictam.

est scriptum quoddam posteà editum, vbi palàm asserunt noui euangelistæ, Chalcedonense Conciliũ tetro errore monachis & monialibus coniugium interdixisse: quo in loco etiàm Nicenam illam primam & antiquissimam Synodum reprehendunt, quòd contra Ioannis Baptistæ sententiam de militibus decretum fecerit, multaque alia etiàm veteris Ecclesiæ Concilia ceu censores quidam incredibili temeritate condemnant, inter cætera etiàm de Carthaginen̄ 3. cui Augustinus episcopus interfuit, ista ore impuro euomentes: Tertia (sic enim legendũ appáret, non quinta, in qua nihil hinc agitur) Synodus Carthaginensis inuexit impia sacrificia, oblationes & intercessiones pro defunctis. Impia vocant sacrificia, ipsi omnium impijssimi, simulque turpissimè mentiuntur, quòd tum primùm cœptum sit sacrificari pro defunctis, sicut copiosissimè ostendi posset, si locus pateretur. Addunt quoquè de Concilio Mileuitano, cui similiter Augustinus interfuit, statuisse illud, vt diuortio post adulterium alterius ex coniugibus facto, non liceat innocenti personę denuò contrahere coniugium, idque aiunt nimìs durum & iniustum esse. Durus ergò & nimìs iniustus est etiàm Christus ipse & Apostolus, qui idem sanxerunt. Et certè Canonis verba hæc sunt: Placuit, vt secundùm Euangelicam & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito, alteri coniungantur, sed ità maneant, aut sibimet reconcilientur: quę ab Apostolo Synodus mutuata est. En quò isti proruunt? Sed vt insigniter animi sui fraudem prodant, adijciunt Fabiolæ nobilis Romanæ matronæ exemplum, quòd illa, teste Hieronymo, post diuortium alteri nupserit. Hac tandèm in re vnius fœminæ exemplum apud eos plus habet ponderis, quàm Christi ipsius, quàm Apostoli, quàm totius Ecclesiæ sententia. An non apertissimè dicit Apostolus: Mulier, viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro? Atquì verò hoc ipsum Fabiolæ exemplum vsque adeò nihil pro eis facit, vt eos etiàm planè pudefaciat. Nam vt in eius Epitaphio refert idem Hieronymus, ea post mortem secundi viri in semet reuersa, saccum induit, errorẽ publicè fassa est, tota vrbe spectante Romana, ante diem Paschæ in Basilica quondàm Laterani stetit in ordine pœnitentium, episcopo, presbyteris & omni populo collachrymãtibus, sparsum crinem, ora lurida, squalidas manus, sordida colla submisit. Hæc cùm ipsius Hieronymi sint verba, qua vel mente, vel fronte audent isti Fabiolam pro se citare? Sed his nefarijs dolis & fraudibus tam multos decipiunt, vt nemo satìs deplorare queat. Si ergò aliquid apud eos valet exemplum Fabiolæ, imitentur eius pœnitentiam, induant saccum, errores suos, immò ter execranda mendacia sua palàm fateãtur, & clament ad Deum totis viribus, si fortè possint ab illo impetrare veniam tot immaniũ parricidiorum, quibus tot animas Christi sanguine redemptas, horrendum in modum iugulârunt. Sed sat scio, hanc Fabiolę pœnitentiam more suo pharisaicam & impiam clamabunt. Et est certè admiratione dignum,

Matt. 5. Mar. 10. Luc. 16. 1. Cor. 7.

Rom. 7.

gnum, hoc exemplum etiàm à Melanchthone citari, idque cum reprehensione sanctorum patrum, tanquàm fœdè prolapsorum. Sed ex his & id genus alijs istorum hominum fraudulẽtis citationibus, & impijs calumnijs tãquàm ex vnguibus leonem, eorum malignos animos perspicuè cognoscimus, atque vtinàm cognoscerent etiàm illi, qui candidè & religiosè in religionis tractandis negocijs eos versari nimis malè sibi persuasum habent. Et reuerà istorũ improbitas cogit nos interdùm his in rebus diutiùs, quàm aut velimus, aut institutum poscat, immorari, & speramus lectorem nostræ necessitati veniam facilè daturum, quippè qui his commemorãdis id spectamus, vt simplex lector intelligere possit, quibus dolis & fraudibus tum Sleidanus, tum dogmatistæ euangelici imponant orbi Christiano. Nam alioquì mallemus simpliciter historiam texere, & ab alijs interìm abstinere: sed cùm isti suas historias & scripta alia tot mendacijs & fraudulentis machinationibus oppleant, cogimur nonnunquàm illa prodere & vel paucis reprehẽdere, vt sibi ab illis cauere nõrint, qui per se talia non facilè animaduertunt. Nec tamen studio nobis est omnia Sleidani vitia, quibus scatent eius Commentarij, aperire: nam id proprium omninò & quidem prolixum opus flagitat: sed sat habemus obitèr quædam indicâsse, vt ex ijs discat Lector, quis vir ille fuerit, & quid de eius cõmentarijs, tum etiàm de symmystarum eius & cęterorum noui euangelij præconum scriptis, quæ tot fraudibus & mendacijs scatent, sentiendum sit. Atque hæc quidem vt hoc loco paulò fusiùs scriberemus, occasionem nobis obtulit Sleidanus tam prolixè recitandis literis Protestantium ad Granuellanum, in quibus etiàm hoc additur, Protestantes nõ defuturos colloquio & actioni cõciliationis, sed ità, vt scriptura duce verum exquiratur, & Christus solus pro iudice agnoscatur. Quam cantilenam illi bellissimi theologi perpetuò cantillant, quasi non eadem voce & multi alij superiorum temporum hæretici vsi sint. Sed aduertat dolum lector. Volũt scripturam solam valere, sed ità, vt penès ipsos sit facultas eam interpretãdi. Quæ verò tam impia possit extare hæresis, quæ non libenter hac ratione scripturam solam iudicem patiatur? O nimiùm simplices Christianorum animos, qui hanc versutorum hominum vafriciem non aduerterũt. Non est nobis controuersia cum illis de scripturis, sed de sensu scripturarum. Hunc illi volũt petere ex suis parùm sanis cerebris, nos illum petendum esse dicimus ex perpetuo Catholicæ Ecclesiæ consensu. Verùm hoc illi prorsùs refugiunt, quia sciunt dogmata & priuatas falsasq; opiniones suas ab hoc publico totius orbis Christiani consensu prorsùs discrepare. Interìm scripturas crepãt apud imperitos, sed docti facilè intelligunt tam nihil pro illis facere germanum scripturę sensum, quàm nihil suffragatur mendacio veritas. Et quî tãdèm fieri possit, vt bona fide ad scripturas prouocent, cùm ipsam suam confessionem Augustanam & pleraq; dogmata sua non semèl mutârint? Potéstne verum esse quod varium est, aut potest cum tanta inconstantia vllum habere commercium incommutabilis scripturæ diuinæ veritas? Sed tempus est, vt receptui canamus, nè nimiũ istis

In libr. de Ecclesia.

Cantilena hęreticorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reſpondendo, lectori tædio ſimus. Habebunt hæc alibi fortaſsis locum opportuniorem.

Conuentus Proteſtantium.

Sub hoc tempus Legati Proteſtantium ex Anglia rediêrunt, & in conuentu Smalcaldienſi, quem Proteſtantes tum agebant, cui intererant Luteranorum Doctores anteſignani, Ionas, Pomeranus, Melãchthon, Cruciger, Bucerus, narrauerunt ſtatum religionis in Anglia, & quemadmodùm rex ipſe Henricus in familiari colloquio dixiſſet, Proteſtantium theologos de præcipuis quibuſdam cõtrouerſis rebus nõ rectè ſentire. Nam etſi rex ille propter diuortium, cuius antè non ſemèl meminimus, à Pontifice, qui illud probare noluit, abalienatus erat, tamẽ Luteri dogmata pleraque prorsùs è ſuo regno profligauit. Hoc verò non placuit Euangelicis dogmatiſtis, qui ſuos principes vel maximè eò incitabant, vt potentiſſimorum regum coniunctis viribus & amicitia, ſeſe contra Pontificem & Cæſarem munirent, quos timebant ipſis bellum molituros propter mutatam religionem. Poſt dies paucos Theologi Proteſtantium ſcriptũ exhibuerunt, cuius hæc erat ſumma, non eſſe diſcedendũ ab Auguſtana cõfeſſione & eius Apologia. Hoc quidem illi Theologi præ ſe ferebant, ſed mentita eſt iniquitas ſibi, cùm ab illa confeſſione etiàm author & architectus eius Melanchthon diſceſſerit, eamque non ſemèl mutârit: adeoque Luterani pleriq; hodiè ſumma acerbitate id Melanchthoni & pleriſque alijs Auguſtanæ confeſſionis profeſſoribus obijciant, quòd ab ea confeſſione turpiter defecerint. Nec eſt contentionum inter iſtos vllus finis, vt mirum ſit non aduertere Principes, non poſſe illos homines Dei ſpiritu regi, qui in doctrina Euangelij, vt ipſi vocant, tam impudenter vani ſunt & inſtabiles ac varij, tamq; fœdis inter ſe diſſidijs diſtrahuntur. Approbat confeſſio liberum arbitrium, quod tamen Luterus & Caluinus, multique alij Sectarij pertinaciſſimè negant, Deum ipſum, quod ſinè horrore dici non poteſt, ſcelerum omnium authorem facientes. Non reijcit Miſſam Confeſſio, licèt ea Miſſa Lutèrana ſit potiùs quàm Catholica. Sacramentarij verò, qui & ipſi ſub hac cõfeſſione deliteſcunt, aut ſe deliteſcere fingunt, ipſam quoquè Luteranorum Miſſam ſi non ſuperſtitionis, certè ludi cuiuſdam loco habẽt. Non negat Confeſſio veritatem corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, Sacramentarij irrident. Luterani alij bonorum operum merita aſſerunt, alij refellunt. Melãchthon ipſe huius Confeſſionis author, in Confeſſione affirmat, in cœna Domini (ſic enim vocant Euchariſtiã) corpus & ſanguinem Chriſti verè adeſſe: ſed idem ipſe in Caluini errorem, aut certè nouum Sacramentariorũ dogma poſteà deflexit. Quanti igitur, obſecro, ea facienda eſt Confeſſio, quam nec ipſi ſequuntur, qui eam conſcripſêre, eam iactitant, eam perpetuò nobis obtrudunt, & ab ea ſe diſcedere nolle turpiter mentiuntur? Nihil certè iſti faciũt aliud, quàm quòd grauiſſimum ęternę ſalutis negocium in ludũ vertunt, & quod de medicis alia ſignificatione dici ſolet, animas negociantur.

Verſutia Theologorum Proteſtantium.

Ab Auguſtana Confeſſione vt Euangelici defecerint.

Circa hoc ferè tempus miſſa eſt à Cæſare & rege Galliarum Franciſco ſplendidiſſima legatio ad Venetam Rempublicam, ità vt Veneti ipſi fate-

Legatio ad Venetos.

faterentur nihil ipſis vnquàm ſpecie legationis ad dignitatem honorificentius accidiſſe. Cæſaris nomine miſſus fuit Alphonſus Daualus Vaſtius, procera corporis ſtatura & multa oris dignitate conſpicuus, rerumque geſtarum fama clariſſimus, & Cęſaris in Italia dux ſummus: Porrò regis Franciſci nomine Hanibaldus Gallicarum copiarum ad Taurinum præfectus. Erat tum temporis Veneta Reſpublica vehementer afflicta à Turcarum tyrãno, qui non ſolùm Corcyram, Cretam & inſulas Cyclades mirum in modum diuexârat, ſed etiàm mercatores Venetos Byzantij atque tota Syria & Aegypto in catenas conijci, eorumque res & merces magni precij in fiſcũ referri iuſſerat, adeò vt tum nequaquàm tuta eſſet Venetis more ſolito nauigatio, atque prętereà ſumma rei frumẽtariæ, quæ ex Macedonia & Græcia facilè peti poſſet, inopia premerentur. Atque hoc quidem tempore, cùm regum legati adeſſent, inducijs cum Solimãno pactis fruebantur, quorum tempus iam propè effluxerat. Itaq; hoc rerum ſtatu licèt Vaſtius pręſertim Cæſaris legatus diligẽter in id incumberet, vt cum Cæſare & Gallo coniunctis armis Turcam pariter oppugnarent, tamen Venetus Senatus nihil adhuc certi & comperti habens de Cęſaris & Frãciſci regis ſolida amicitia, ingenti quidem ſtudio & omni honoris officio eos legatos proſecutus eſt, at nihilo minùs paulò pòſt Aloiſium Badoëriũ ad Solimannum pacis conficiendæ cauſa miſit, certis illi, quibus apud Solimannum ageret, conditionibus pręſcriptis. Eas conditiones Solimannus quorundam proditione, quæ multas perdit Reſpublicas, iam perceperat, & legatum Aloiſium, ità vt iuſſus erat, quædam diſſimulantem, ſeuerè corripuit, dicens ſe iam ſcire quid à Decemuiris definitum eſſet. Ea obiurgatione territus legatus, ſuprà etiàm, quàm Senatus permiſerat, Solimanno conceſſit, vt pax cõciliaretur. Ità tum Solimannus cum Venetis pacem fecit, traditis illi Nauplio & Epidauro Pelopõneſi vrbibus, & Nadino atque Labrana Dalmatiæ caſtellis, nõ ſinè magno Venetę Reip. detrimento. Poſteà verò diligenti habita inquiſitione deprẹhenſi proditores, graui ſupplicio affecti ſunt.

Veneti à Turca afflicti.

Veneti pacã à Turca pętunt.

Eam impetrant.

Cùm Cęſar Carolus eſſet Gandaui, venit ad eum Dux Iuliacenſis, qui iam Geldrẽſem quoquè principatum vltrò ipſi oblatum poſſidebat. Voluit ille Princeps cum Cęſare de pace tranſigere, ſed nihil tum effectũ eſt. Interìm Galliæ quoquè rex, vbi ſe videt ſpe obtinendi Mediolanẽſis imperij fruſtratum, à Cæſare fit alienior, iungitque amicitiam cum Iuliacẽſi principe, deſponſa illi, vt quidam ſcribunt, Iohanna è ſorore Margarita Nauarræ regina nepte, puella longè omnium totius Galliæ opulentiſſima. Ea amicitia non benè ceſſit Iuliacenſi principi, vtì poſteà referemus, neque eæ nuptiæ ſuum habuêre proceſſum.

Cromuel capite plectitur.

Hoc anno Thomas Cromuel, ex humili loco ad ſupremam à rege Angliæ Henrico VIII. dignitatem euectus, ab eodẽ capite damnatus eſt. Fuerat is, qui in Epiſcopum Roffenſem Ioannem Fiſcherium, Thomã Morum, & pleroſque alios religioſos viros ſeueriſſimè iuſſit animaduerti, q nollent regis cum Catharina diuortium & quędam alia approbare. Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

desunt, qui se valdè beatos putent, si magnorum principum gratia fruantur, eiusque tum obtinendæ, tum conseruādæ causa multa plerunquè faciunt præter ius fasque: at præpotentis Dei iusto iudicio tales nō rarò suæ stultitię meritas dant pœnas, gratia Principum in odium versa: quemadmodùm legimus olim Perillum Atheniensem insignē fabrum, cùm Phalaridi crudelissimo tyranno, vt illi placeret, ęneum fabricâsset taurum, in quem coniecti homines, & igne suppositō dirè excruciati, nō humanam vocem, sed bouis mugitum edere viderentur, ab ipso Phalaride, cuius gratiam venabatur, primùm in illam sæuissimā carnificinam cōiectum esse, malumque consilium ipsi consultori pessimè cessisse.

Perilli supplicium.

Cęsaris edictum cōtra libros hęreticorum.

Hoc anno Carolus Cæsar graui edicto proposito, per omnes ditiones suas hæreditarias Germanię inferioris omnibus interdixit lectione librorum Luteri & quorumcunque aliorum hæreticorum, in immorigeros capitis pœna decreta est. Hoc verò etsi plerique permolestè ferunt, putantq; omnibus eiusmodi librorum lectionem permitti debere, tamen consultissimè fit, nec est in Ecclesia nouum, sed etiàm longè ante mille annos tēpore Nicenæ illius sanctissimæ Synodi non modò ipsa Synodus Arrij & sectatorum eius libros comburi iussit, verùm etiàm Constantinus Imperator Christianissimus capitis sententiam tulit in eos omnes, qui eos occultâssent libros, & non statim combussissent. An nō Apostolus ipse hęreticum hominem post vnam & alteram correptionem vitandum dicit, & sermones hęreticorum instàr cancri serpere? Pauci sunt eo iudicio pręditi, vt possint verum à falso secernere, & de dogmatibus iudicare: & multi quidem hoc iudicium sibi tribuunt, & legunt indiscriminatim scripta quorumcunq;, sed capti & illaqueati insidiosissima versutissimorum hominum blandiloquentia, dant pœnas confidentiæ & temeritatis suæ. Recte igitur etiàm ante mille annos Gelasius Pontifex eruditissimus libros hæreticos damnauit & cauendos iudicauit, itemq; nostro seculo Pontifices seuerissimè prohibent hæreticorum librorum lectionem, nè scilicet incautus lector exitiale virus imis visceribus hauriat: dumq; se non potest ex callidissimorum hominum argumentationibus extricare, falsum pro vero amplectatur, atque sibijpsi mortem consciscat sempiternam. Certè de Apostolis & eorum discipulis Irenæus sanctissimus & Apostolorū ętati proximus scriptor, libro 3. contra hęreses testatur, eos ne verba quidem commutâsse cum quopiam eorum, qui veritatem adulterant atque deprauant: nec dubium quin illi magistratus non rectè consulant subditis suis, qui in suis ditionibus & vrbibus permittūt palàm prostare damnatos codices & scripta hæretica. Nam nulla ferè alia re tam multi capiūtur & pereunt apud Catholicos, quàm quòd eiusmodi pernicioſos libros facilè sibi comparare possunt, dissimulāte interìm Magistratu, in quem illorū perditio, vt verendum est, redundabit. Multi hæc modò paruipendunt, sed vbi ventum erit ad tribunal Christi æquissimi iudicis, iam paruipendere non licebit. Multis locis horum temporum Sectarij quidam non modò Catholicorum, sed etiàm aliorum sectariorū ab ipsis discrepātium libros, seue-

Niceph. Eccles. histor. li. 2. cap. 18.

Tit. 3. 2. Tim. 2.

Dist. 15. Sancta Romana

Apostoli ꝙ vitārint hæreticos.

seuerissimè omnibus suis interdicunt, Catholici verò plerique id negligunt admodùm perniciosè. Hoc obitèr admonere visum fuit, vt pius lector nouerit, non solùm non reprehendendos, sed etiàm pcipuo studio & amore cōplectendos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes & Magistratus omnes, qui è totis suis ditionibus damnatos libros proscribunt, eorumque lectione subditis omnibus interdicunt: perindè vt suis liberis parentes illi, qui modis omnibus cauent, nè quid ab illis toxici aut exitialis cibi potúsve sumatur.

Rectè prohibetur lectio librorū hæreticorū.

Hac tempestate Angliæ rex Henricus, clarissimi Principis Guilielmi Cliuiæ Ducis sororem Annam, quæ illi quarta fuit coniunx, repudiat, & Catharinam Hauardam Ducis Nordfolciæ ex fratre neptim, quinto matrimonio sibi coniungit. Porrò Londini tres nouo Euangelio addictos, atq; in ijs Robertum Barnum, cremari iussit. His alios tres pari pœna plectendos adiunxit, qui Romani Pontificis primatum, & Catharinæ Hispanæ coniugium approbabant.

Quintę nuptiæ regis Angliæ.

Huius anni mense Augusto obijt Parisijs Guilielmus Budęus, vir citra controuersiam summa eruditione, & apud Gallorum regem magna authoritate. Multùm illi viro debent studiosi omnes, quibus plerisque doctissimis lucubrationibus suis non parùm contulit. Illo authore & instigatore Franciscus rex Galliarum doctissimos viros liberalibus stipendijs Lutetię auxit, vt bonas literas & linguas profiterentur: quę res magnos attulit rei literarię progressus. Voluit absq; vllo fastu corpus suum sepulturę tradi, modestiæ causa, vt opinor, vnico tātùm lumine præeunte. Reliquit vndecim liberos, & non paucos libros ab ipso elucubratos.

Obitus Budæi.

Moritur etiàm hoc anno Iohannes Hungariæ rex, relicto infante sub tutela Georgij monachi, qui Hūgariam oīnem quæ illi paruerat, in pueri etiam nùm in cunis vagientis verba iurare compulit. Ea res noua bella peperit, quæ Hungariam Turcis occupandam obiecêre.

Mors regis Hungariæ.

Fuit huius anni æstas memorabili siccitate grauis, & vini quidem precioſissimi ferax, & siliginis prouētu mediocris: sed fœni, olerum, & id genus aliarum rerum, quę ad victum hominibus prętertim tenuioribus necessaria sunt, magna penuria.

Hoc anno à Pontifice Maximo Paulo III. approbatum est institutum Societatis Iesu, cuius ,pfessores licèt hodiè maximos toto orbe in vera ,p- paganda pietate apud Christianos & ethnicos, Mahometanos & Iudæos fructus proferāt, nihilo minùs non desunt pio huic instituto multi neutiquàm probandi calumniatores & obtrectatores, ex ijs præsertim, qui se Euangelicos dici quàm verè Euangelicos præstare mâlunt: eapropter nō nihil hoc loco de eoipso instituto dicendum est, nè quis rei ignorātia deceptus erret, aut maledicorū linguis vel scriptis fidem cōmodet. Instituti huius primus author & inchoator fuit Ignatius Loyola Cantaber, nobili Baronum familia ortus. Is ob singularem prudentiam & animi fortitudinem cùm Galli arcem Pompeiopolitanā acerrimè oppugnarent, prętecti munus adeptus, strenuè se suosq; defendit: sed tandèm in vtroque crure

Approbatur Societas Iesu.

Societatis Iesu institutor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

grauissimè læsus, & à Gallis captus est. Ea crurum vulnera posteà ei vitæ in melius commutandæ nõ minima causa fuêre. Nam dimissus à Gallis, cùm ex ijs vulneribus incredibiles noctù diuque ferret dolores, ad se se reedijt, mundi vanitatem, cui iam plùs satìs addictus fuisset, & vitæ breuitatem altiùs perpendit, diuinisque & æternis, quas hactenùs nõ magnoperè curâsset, rebus animum adijcere cœpit. Cõtigit interìm, vt annum integrum & eo ampliùs ex morbo decumbenti in manus venirẽt Vitę Sanctorum, quas cupidè legentem mira incessit religio, dolor quoquè ob admissa superioribꝰ vitę spatijs peccata, deniquè cupído vitę deincèps asperè & seueriter transigendę, agendęque pœnitentiæ. Curatis igitur vulneribus ità se comparat, tanquàm ad ducem Nagera profecturus, re autem vera spretis omnibus mũdi huius voluptatibus & vanitatibus, relictis rebus & facultatibus suis, Christo deincèps militaturus, in ipso ætatis flore (agebat quippe tum annum ætatis XXVI. ad celeberrimum Montis serrati templum se contulit, vbì vestibus lautioribus & Sericis exutus, quas pauperi cuidam dedit, eius laceras rursùs induit: tamque rigidam & omnis virtutis studiosam aliquandiù vitam egit, vt permultos ad Dei amorẽ suo exemplo inflammârit. Degebat ad tempus solitarius in specu quodam ad littus fluuij per campum Manresanum decurrentis, faciens dignos fructus pœnitentiæ, quemadmodùm Domini Baptista Iohannes in Euangelio hortatur. Id temporis literarum rudis fuit, sed Spiritus sanctus & mirabili eum collustrauit lumine, & singulari erga proximos amore succendit. Indè in pauperis peregrini habitu se contulit Hierosolymam, loca sacra supplex veneraturus, in quibꝰ Christi Dei etiamnùm expressa extant vestigia. Ijs verò locis vsqueadeò delectatus est, vt nihil optârit magìs, quàm ætatem omnem illic degere: verùm diuinitùs est admonitus, vt in Occidentem reuerteretur. Itaque in Hispaniam redit, & primò Complutum, pòst Salamanticam se confert, ibique literis dat operam: cumque in vili habitu, sacco coopertus, palàm homines ad pœnitentiam hortaretur, nulla accepta ab Episcopis concionandi potestate, nec eruditione sufficienti prędituꝰ, bis in carcerem coniectus, & ab Inquisitoribus tanquàm de doctrina suspectus, examinatus est, sed tandèm extra omnem noxam integer vitæ scelerisque purus repertus, è custodia dimissus, Lutetiam Parisiorum se contulit: atque vt alijs docendis & ad Christum conuertendis magìs esset idoneus, decem annos literarum illic studijs, corpore debilis, & rerum propè omnium inops, nisì quantùm aliorum liberalitate & propria mendicitate sustentabatur, impendit: tantumque labore & diligẽtia assecutus est, vt breuì artiũ magister creatus sit. Nec interìm cessabat verbo & exemplo homines prouocare ad pœnitentiam, idque adeò, vt mirabili vitæ ac morum eius integritate & flagranti in DEVM amore permoti aliquot insigniter docti viri, illi se socios & imitatores adiungere non dubitârint.

Ignatius meditatur vitæ emendationem.

Matth. 3.

Abit Hierosolymam.

Conijcitur in carcerẽ.

Lutetiæ studet decennio.

Posteà in Hispaniam redit anno salutis 1536. atq; indè Romam proficiscitur, quò etiàm socij eius viri cumprimìs venerabiles se contulerũt, vt

vnà Hierosolymam religionis ergô proficiscerentur. Anteà verò quàm Romam venissent, Venetijs illi egregij viri in domibus hospitalibus pauperum summa cum humilitate versati, incredibile studium ęgrotorũ morbis curandis, vulneribus obligandis, putidæ saniei detergendæ impenderant, atque ea raræ cuiusdam virtutis de se documenta præbuerant, vt iam omnibus admirationi essent. Roma deindè iterùm Venetias reuersi, audiunt ob pacem inter Turcas & Venetos per id tempus ruptam, non patére aditum ad loca sacra Hierosolymorum. Mutata igitur necessariò sententia, septem ex illis, Sacris initiantur, atque ad sacerdotium promouentur: sed ità, vt cõtemptis facultatibus omnibus, ad pedes Veralli Archiepiscopi Rosonensis, legati Apostolici, voluntariam paupertatem vltrò professi sint, vt liberioribus animis totos se lucris animarum impendere possent. Et ipse quidem Paulus III. Pontifex, eius legis Ecclesiasticæ, qua cauetur, nè quis sacris initietur, qui non habeat vndè possit honestè viuere, eis gratiam fecit. Data tunc illis septem facultas est, vt confessiones peccatorum vbiquè recipere possent. Cœperunt tũc per vrbes Venetæ ditionis in Italia cum ingenti feruore & fructu incredibili prędicare verbum Dei. Posteà simul omnes iterùm Romam petunt, vbì post multa raræ pietatis, modestiæ, innocẽtiæ, eruditionis edita exempla, malo dæmone illorum pios conatus retardare conãte, multis sunt & varijs molestijs exagitati, quæ tamen illorum institutum & nomen mirificè illustrârunt & amplificârunt. Intereà temporis, cùm non pauci ad illorum sodalitatem accessissent, per Contarenum longè doctissimum Cardinalem petunt à Paulo III. Pontifice instituti sui confirmationem. Ea in re nihil se Pontifex difficilẽ præbet, non obscuris indicijs iam prędentiens, quàm illorum viuendi ratio Christianæ Reip. iuuandę esset accommoda & opportuna: nè quid tamẽ in re noua inconsideratiùs egisse videretur, principiò cauit, nè vltra sexaginta in eam societatem reciperentur. Fuit hoc anno 1540. Cernens autẽ idem Pontifex, quantos illi in dies fructus facerent, rursùs anno 1543. eorum institutum, quod Spiritum sanctum habere authorem & Procuratorem minimè ambigeret, confirmat. nec iam certum sociorum prędcribit numerum, quippe quos vel maximè auctos & multiplicatos optaret. Hęc sunt huius instituti initia. Quis verò eius progressus fuerit, quantùm breui tempore creuerit, & in omnem terrarum orbem, ad extremos vsq; Indos & Aethiopes atque Antipodes, se diffuderit cum incredibili animarum fructu, & barbararum quoquè nationum ad Christianismum traductione, hæreticorum ad Catholicam fidem reductione, innumerabilium iam planè deploratorum & desperatorum ad bonam frugem reuocatiõe, si dicere velimus, opus crescet in immensum. Quanuis autem in hac Societate Iesu multi sint viri excellenti doctrina & rara virtute, non tamen faciunt, quemadmodùm hodiè fratres Euãgelici, qui à nemine missi, currunt, falcemq; suam impudenter mittunt in messem alienã: sed Romano Pontifici atque totius Instituti primario Præposito se totos permittunt, atq; ab illorum voluntate penitùs pendent: quicquid illi iusserint, id citra

Exempla veræ pietatis.

cõfirmatur institutum societatis Iesu.

Obedientia Societatis Iesu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vllam tergiuersationem imperterriti exequuntur, etiamsi prę sentissimũ, quod sępè fit, vitę diserimẽ adeundum sit. Indè adeò accidit, vt cùm non sua voluntate, sed iussu superiorum multa sæpè difficilia & ardua munia obeant, ea tamen singulari quadam dexteritate, præsenti Numinis fauore freti, exequantur: sicut euidentissimè videre licet in illis, qui apud feras & barbaras nationes Christi Euangelium hodieque prædicant, & hactenùs prædicârunt, qui licèt plerunquè supra vires humanas noctù diuque grauissimis baptizandi, concionandi, confessiones recipiendi, Sacramenta administrandi, & id genus alijs pietatis laboribus occupentur, non tamẽ delassantur animo: quin & corporis ea fruuntur valetudine & robore, vt ægrè pleriq; crediturí sint. Nec pauca ab ijs in Christi gloriam illis in locis sunt edita miracula, Domino illis cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Vt verò ad Germaniæ amplissimam & Romanæ Sedis quondàm obseruantissimam nationem copiosissimus ab hac Societate fructus manaret, præstantissimus vir Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Ioannes Moronus, qui in Synodo Tridentina Põtificis legatus fuit, cum Ignatio huius Instituti Præposito egit de construendo Romæ Collegio, in quo maxima Germanorum adolescentium multitudo optimis disciplinis & vera pietate liberaliter & gratìs institueretur, nec tamen eo nomine, vt in IESV Societatem adolescentes illi pellicerentur, quod quidam falsò calumniantur, sed vt ab eius Societatis cumprimìs eruditis & religiosis Patribus præclarè instituti in Germaniam remitterentur, vbì sacris concionibus & alijs pietatis exercitijs Germanos suos, versutia insolentium dogmatistarum in varios pugnantesque errores seductos, ad Catholicę fidei synceritatem & vnitatem reducerent. Quantis verò sumptibus & laboribus ea res constiterit, nemo facilè dixerit: & possent indè, modò vellent, haud obscurè colligere Germani nostri, quo animo pontifex & Cardinales sint in Germaniam, qui immensis impendijs collegiũ illud ædificandum, & studiosos Germaniæ adolescentes gratìs illic rebus omnibus necessarijs afficiendos, optimisque artibus egregiè instruendos curârunt. Et ipse quidem immortali propterea nomine dignus Cardinalis Moronus ad idem Collegium sustentandum & amplificandum, non minùs opis & adiumenti, quàm ad instituẽdum adfert. Ea verò res, tamq; felices in Germania & alijs locis huius præclarę Societatis processus, satanam inprimìs, deindè nouos nouorum dogmatum satores atque buccinatores, mirum in modum discruciant. Vident enim suis conatibus in dies magìs ac magìs ab huius instituti viris obuiàm iri: vident multos de suo grege detractos, ad ouile Christi reduci: vident non paucos Catholicos, superioris vitæ impuritate & fœditate damnata, redire ad studium puritatis & innocentiæ: vident deniquè non solùm vitæ integritate, sed etiàm multiplici & rara eruditione plerosque huius Societatis adeò instructos, vt, quod alioquì impotenter & petulanter nimìs in Clero nostro facere solent, nec mores illorum, nisì planè impudentes esse velint, carpere, neque vllum doctrinæ genus in plerisque desiderare queant. Hinc illud

Edita miracula. Mar. 16.

Collegium germanorũ Romæ.

Cardinalis Moronus.

lud plùs quàm Vatinianum illorum in hanc Societatem odium, hinc illa conuicia probraque iactandi sæua libido, quòd cùm re vera mores reprehendere non possint, nisì per calumniam, in Societatis nomen petulanter incurrunt, modò Icbuzitas, modò prima detracta syllaba Suitas, inprimìs autem Jesuwider Germanicè, tanquàm Iesu aduersarios vocant: sæpiùs etiàm atros equites, q; pleriq; omnes pulla veste vtãtur: quasi verò eiusmodi cauilla qequam noceãt laudatissimę Societatis patrib⁹, & nõ potiùs Sectariorũ petulantiam declarẽt. Scilicèt nocuit ipsi Christo, q; dæmoniacus, quòd turbę seductor, quòd vorax & potator vini à calumniatoribus dicebatur. Quanq̃ non ignoro, etiàm quosdam bonos viros interdùm aliquid erga hanc societatem humanũ esse passos: sed id indè accidit, quòd nondùm certam haberent ipsius Societatis notionem. Mouentur etiã sinistris suspicionib⁹ nónunquàm etiàm homines nõ mali, quia homines sumus, & vt homines, non rarò fallimur. Certò aũt mihi persuadeo, quisquis eius Societatis res benè cõpertas habet, eum nõ nisì benè de illa sentire posse. Multi sanè hoc calamitoso seculo, quo tot emergunt iampridèm damnatæ hæreses, nouis istis & mirè varijs dogmatistis, qui vtplurimùm literarũ politiorum & linguarum peritia sese venditant, huius Societatis professores esse diuinitùs oppositos sentiũt, vt illorum perniciosos conatus solida & vera eruditione atq; minimè simulata vitę integritate pessùm premãt. id quod multis locis Dei benignitate fieri videm⁹: atq; vtinàm plerique illis viris tam se gratos pręberent pro magnis & multis laboribus, quos pro iuuanda Christiana Repub. bona fide continenter exantlant, quàm id illi benè merentur. Certè Christianissimus imperator Ferdinandus quàm propenso in illos sit animo, aliquot eius instituti constitutis Collegijs, ijsdemq; non contemnendis prouentibus, quibus studiosi alantur, attributis, regia planè liberalitate declarauit. Longum esset enarrare, quot prętereà tota ferè Europa ei⁹ Societatis à maximis Principibus collegia passìm sint condita, è quibus ad mortales omnes fructus vberrimi dimanant, ad Satanam verò & infaustæ doctrinæ, quam miseri Euangelicam vocare non dubitant, buccinatores dolor incredibilis. In Barbaris regionibus, longissimè à nostro orbe dissitis, ex ea Societate aliquot pro fide sanguinem libentissimis animis fuderunt. Illis in locis dominus Franciscus Xauier permultis illustribus claruit miraculis, & Prophetico spiritu eximiaque virtute prędituS, immensos pro Christo labores tulit, non absque fructu vberrimo in India atque vltimis Orientis regionibus. Alius quidam non ità pridèm anno Christi 1561. multa nobilitate clarus apud Lusitanos, Goncallus de Sylueira, flagrantissimo accensus amore, ex ciuitate Mocambiguæ, mercatorum frequentia florentissima aliquot Lusitanis sibi adiunctis, in amplissimum Manamotapiæ regnum profectus est, vt regem iuuenem cum toto regno ad fidem cõuerteret. Post multas & inexplicabiles itineris difficultates, ità vt maxima natando flumina non semèl traiecerit, vestibus interìm sacris, quibus sacra facere deberet, capiti impositis, tandèm ad Manamotapam ciuitatem maxi-

Petulantia hæreticorũ.

Ioan. 7. & 10. Matth. 11.

Bonorũ suspiciões ex ignorantia.

Cæsaris fauor erga societatẽ Iesu

Franciscus Xauier.

Gõcallus dé Sylueira.

Manamotapa vrbs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

maximam peruenit,& à rege comiter exceptus,tãta dexteritate illis Christum annunciauit,vt breui rex cum matre sua & regni procerib⁹ quadringentis se baptizari voluërint.Eorum exemplo tota plebs amplissimę prouinciæ iam accẽsa fuit,cùm eccè satan per Mauros quosdam,iuratissimos religionis nostrę hostes,regi persuadet,virum illum sanctissimum, magũ esse,atque eò conniti,vt eius latissimum imperium Lusitano regi prodat. Credidit imperitus iuuenis impuris nebulonibus, repudiataque Christi religione,misit satellites quatuor,qui Goncallum iam diuinitùs de morte impendente admonitum interficerent,& in flumen demergerẽt. Eius verò mors adeò non deterruit huius societatis fratres ab illa adeunda Prouincia,vt nihil magis optent, quàm vel summo vitæ cum discrimine illis miseris hominibus præreptam Euangelij lucem restituere. Verùm in his commemorandis fortè prolixior sum, quàm ferat præsens argumentum. Vt igitur paucis absoluam, nouerit candidus Lector, huius præclaræ Societatis Patres conatus omnes eò intendere, vt tum propriæ inprimis saluti inuigilent, tum totos se proximis Deo lucrifaciendis impendant,fidem catholicam propugnent & propagent,publicis concionibus,prælectionibus,spiritalibus exercitijs, puerorum ac rudium in Christianismo institutionibus, recipiendis confessionibus, administrandis Sacramẽtis, sopiendis dissidijs,captiuis & morbo affectis visitandis & consolandis,& id genus alijs exercendis pietatis studijs, Dei gloriam & proximorum salutem, quoàd eius fieri possit, promoueant, idque sanè gratis: vt meritò pudefieri debeant noui præcones, qui se Euangelicos vocant,qui hos sibi viros vel maximè lacerandos, & apud populum traducendos sumunt, nulla quidem veritate fulti,sed more suo calũniando,conuiciando,mentiendo. Vt autem iam antè diximus,confirmauit eorum institutum Paulus 3. pontifex, neque is solus, sed post eum quoquè Iulius 3. Paulus 4.& Pius 4. Quin etiàm amplissima Synodus Tridentina Sessione 25.Can.16. vbi multa agit de Religiosis,inter cætera sic habet: Per hæc autem sancta Synodus non intendit aliquid innouare aut prohibere,quin religio Clericorum Societatis Iesu,iuxta pium eorum institutum,à sancta Sede Apostolica approbatum, Domino & eius Ecclesię inseruire possit.sed de his hactenùs.

Goncallus occiditur.

Synodus Tridentina.

Comitia Ratisponæ.

ANno 1541.mense Aprili Comitia Imperij sunt habita Ratisponę, tum Turcis resistendi,tum religionis componendę causa.Fuit in illis Comitijs Carolus Cæsar maturè admodùm, diuque aliorum aduentum sustinuit. Venit eò etiàm rara tum doctrina,tum pietate insignis Cardinalis Caspar Cõtarenus, missus à Pontifice: nec principes Luterani abesse voluërunt cum suis concionatoribus, qui in priuatis hospitijs concionabantur, & Catholicæ Ecclesiæ ritus, cæremonias,& solenne Quadragesimæ ieiunium, quod constat ex Apostolica Traditione ad nos vsque perductum, facilè contemnebant. permittebantque nonnullis suæ factionis Principibus in sancta hebdomada, atque in ipsa adeò sacrosancta Parasceue, qua die Christus Dominus tanta propter nos perpessus

pessus est,quanta nemo vnquàm nedùm verbis,sed nec cogitatione quidem consequi poterit,venationibus oblectare animum. Nouum enim hoc Euangelium in plerisque ipsam quoquè Epicuri scholam,voluptatũ prodigiosa indulgentia,longo post se relinquit interuallo. Conscriptus autem fuit liber quidam à nõnullis, quibus etiam Bucerus mirabili vafricie se admiscuit, isque liber oblatus est Cęsari,tanquàm rebus componẽdis accommodatissimus. Institutum est nouum colloquium,ab vtraque parte terni collocutores designati,itemque auditores aliquot,& duo Prę sides, Palatinus Princeps Fridericus, & illustris dominus Granuellanus. Diù multumque laboratum est,, sepositis interim alijs Imperij negocijs, vt concordia fieret:& in quibusdam quidem articulis concordiæ ineũdæ ratio,vt videbatur,non defuit:sed ad extremum tamen nulla certa constitui concordia potuit, cùm neque Catholici, neque Protestantes vsque- Nulla certa concordia.
quaq; ea reciperent, quæ in libro Cæsari oblato cõciliata viderentur. Protestantium sanè theologi tam perplexas & intricatas more suo articulorũ conciliatorum interpretationes mox ediderũt, vt Oedipo quodam opùs fuerit,qui,quid sibi vellent, perspicuè declararet. Principes & Ordines Protestantes neque librum, neq; articulos conciliatos per omnia approbabant,sed in Confessione Augustana se acquiescere testabantur. Porrò concionatores Euangelici etiàm in Contarenum Cardinalem longè doctissimum, & multa generis nobilitate illustrem, scripto acerbo inuecti sunt,quorum calumnijs Eccius doctissimus Theologus respondit. Tandèm perdito oleo & opera, non sinè maximo Cæsaris Caroli detrimẽto, qui Turcas in Africa inuadere decreuerat,solutus est ille conuẽtus,& Cęsar in Italiam, atque indè in Africam, iam hyeme appetente, contendit.

Sleidanus agens de Vuormatiẽsi colloquio,quod deindè Ratisponę continuatum fuit, multa impudentissimè mentitur more suo, & ità suæ factionis theologos purgat, vt culpam omnem in Catholicis hærere velit, quos ait diem ex die duxisse,nouasq; & alienas conditiones proposuisse, cùm ab alia parte potiùs alienæ cõditiones proponerentur,quibus id volebant,vt non solùm nudę sentẽtię collocutorum, sed etiàm argumenta & rationes & harum explicatiões literis mandarẽtur, scilicet vt nullus vnquàm esset colloquendi vel modus vel finis. Itaq; non dubiũ est,qui tam absurdam omnia conscribendi formam flagitabant,eos potiùs quęsiuisse effugia & diuerticula,non catholicos,vtì ijs falsò affingit Sleidanus. Appáret in istis hominibus intolerãda quædam quidlibet in Catholicos fingendi libido,vt suę causę,cum miserrimæ plebis horrenda perditione,vtcunquè patrocinentur.Et nè me lector temerè putet totiès Sleidanũ mendacij insimulare,extant scripta grauium virorum,quibus possint coargui mendacia illius.Immò ipse sua mendacia tam luculenter prodit,vt non sit opùs teste alio.Et tamen eius vanissimi & pernicioſissimi Cõmentarij leguntur ab omnibus,quia scilicet iuuat esse miseros,& in fraudem impelli. Sanè hoc ipso loco,vbi de conuentu Ratisponẽsi agit,dicit Pontificis administros ducendo tempus & nectendo morã diuerticula sibi quærere & effugia;

Sleidani vanitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

effugia: & tamen paulò pòst dicit Eccium, quem crebrò perstringit, paratum se & instructum dixisse, cùm Cæsar designâsset eos, qui colloquium Ratisponense continuare deberent. Quæ verò causa est, vt catholici diuerticula quærant, cùm res nobis sit nõ ferè nisi cum apostatis monachis & eorum symmystis iam olim damnatarum hæresum buccinatoribus, quos ad suam originem reuocâsse, vicisse & condemnâsse est? Scilicèt ingentis cuiusdam molis est, cum ijs in disceptationẽ venire, qui etiàm ante mille annos damnatos errores in orbem reuocant, & hoc solo triumphant, quòd deterrimis mendacijs fascinatam simplicem plebeculam in suas partes traxerunt, quæ si dolos & fraudes illorum posset intelligere, nẽ illi haudquaq̃ orbi diutiùs illuderent. Verùm hîc quoq; fortassis diutiùs q̃ par sit, immoror mẽdacijs Sleidani confutandis: itaq; ad alia transeamus.

Locustarũ copia. Fuit hoc anno incredibilis multitudo ingentium locustarum in regionibus Poloniæ regno finitimis. Hæ primò nullas habebant alas, sed magnos dabant saltus: paulò pòst quatuor adeptę sunt, tantaque multitudine prouolârũt, vt duo milliaria in longum & latum cubito tenùs ità occuparent, vt solis quoquè splendorem à toto illo terræ spatio sua densitate excluderent. Dici nõ potest, quantum damni dederint rebus humi nascentibus, vastantes & depascentes omnia ad radices vsq;. Transuolabant aquas, arbores, ædes & obuia quæque. Cùm alæ succreuissent, erant magnitudine humani digiti, & tunc atrociùs grassabãtur in fruges, & ea quæ in vsus hominum necessarios gignit humus. Tota æstate nulla neque vi, neque arte earum sæuitia retardari potuit, sed in autumno denique, cælo frigescente, extinctæ sunt, atro post se relicto semine, vndè proximo anno alij vermes orti sunt. Fuit ea proculdubiò plaga & animaduersio DEI in hominum peccata: nè tamen tanta damna nullo beneficio compẽsâsse videantur, ipsas mortuas pecus edebat auidissimè, porci inprimis, qui se illis mirè farciebant: quodq; illis vesceretur pecus, carnes crassiores habere visum est. Vulgus Zarantias eas vocabat, putanturque non absimiles fuisse Aegyptijs illis, quarum in Exodo fit mentio. Extiterunt hoc anno primùm in Valachia, cunctaque in circuitu Leopolim vsque, milliaribus circitèr sexaginta, ad solum vsq; deuorârũt. Huiusmodi diris cladib⁹ solet Deus homines admonere, vt maturè resipiscant, nî deteriora pati velint.

Magnitudo locustarũ.

Esca porcorũ locustæ.

Exo 10.

Ferdinãdus molitur bellum Hũgariæ. Sub hoc tempus, scilicet anno superiori, Ferdinandus Romanorum rex, cognita morte Iohannis Hungariæ regis, ad occupandum Pannonię regnum animum adijcit, multis ad id eum instigãtibus regni eius proceribus & nobilibus viris, qui eam occasionem minimè negligẽdam dictitabant. Idem & Germani aliquot duces asserebant. Porrò Hieronymus Laschus natione Polonus, generis nobilitate & insigni rerum peritia illustris, regem hortatur, vt omissis Martis consilijs, Solimannum Turcarum principem muneribus & precibus eò adducere nitatur, vt beneficarij iuris nomine, quemadmodùm Iohanni Vaiuodæ, regnum sibi permittat. Non displicuit id consilium Ferdinando, & ipsum Laschum, qui iam in Solimãni aula esset inprimis gratiosus, id Legationis munus obire

Legatio ad

voluit. Atque is quidem à Vienna Byzantium est profectus: at interìm nihilominùs Ferdinandus à belli cogitatione minimè sibi discedẽdum putat. Mittit itaque legatum ad reginã Hungariæ, qui eam admoneat recentis cum Iohanne defuncto pactionis, cuius ea summa erat, vt Iohanne defuncto, regnum ad Ferdinandum deuolueretur: hortaretuŕque, vt sponte regno decedat: id si faceret, Ferdinandum filio eius Sepusianam prouinciam concessurum, & reginæ peramplos reditus. Legatus vbi Budam venit, ægrè tandèm ad reginam peruenire potuit, quibusdam proceribus id impedire conantibus. Postquàm autem datus est accessus, id demùm ab regina, multo etiamnùm dolore ex mariti obitu affecta, responsum tulit, ipsam cum Sigismundo patre rege Polonię rem omnem communicaturam, neque ab eius sententia discessuram, cuius virtus & iustitia Ferdinãdum minimè lateret. Legatus ad Ferdinandum reuersus, postquàm regni statum & qui illic rerum potirẽtur, explicuit, sua oratione id effecit, vt rex sinè mora conscripto milite armis ius suum in Pannonię regno repetendo persequi statuerit. Mittitur igitur iustus exercitus Strigonium, vrbem Ferdinandi studiosam. Indè itur ad Vicegradum, cuius arx in montis supercilio posita, amœnissimum habet prospectum. Id verò summa vi Germani expugnant, atque à Vicegrado progressi, primò Pestum, mox Vacciam sinè vulnere occupãt. Indè promotis castris Budam petunt. Germani ducem habebant Leonardum Velsium. Is Budam non tam oppugnaturus quàm obsessurus, ad aquas calidas castra locauit. Illic nonnihil moratus, rursùs Vicegradum se confert, arcem expugnaturus: quæ licèt præalto esset loco sita, tamen cessit ingentium pilarum perpetuis ictibus. Arce in potestatem redacta, ad Albam regalem contendit. Ea vrbs quanuis vi & armis esset inexpugnabilis, tamen Pereni, qui Ferdinando cuperet ac studeret, consilijs facilè ad Ferdinãdi fidem redijt, prę̃sidiumq; accepit.

Solimannũ.

Irem in Hũgariam.

Bellum in Pannonia.

Alba regalis recuperatur

His gestis, ob certas causas Velsius Strigonium cum exercitu repetit, & exercitum in hyberna dimittit. Intereà vicini Turcæ à regina solicitati, arma expediunt, vt Budensibus maturè opem ferant: nec tamen quicquam se mouent, donèc Solimannus ex Reginæ legatis de omnibus certior factus, præfectis illarum regionũ seueriss̃imè perscripsit, vt citra vllam cunctationem quamprimùm reginæ suppetias ferant. Ea res mirificè exhilarauit Legatos Reginę, quibus insuper non parui precij munera puero regi deferenda Solimannus dederat. Illis verò domum properantibus, Laschus Constantinopolim ingreditur: cumque ad Solimannum admissus, multa de Caroli Cæsaris potentia immodica orationis libertate iactaret, iussus est custodiæ tradi, quibusdam dicẽtibus dignum capitali supplicio, q pacẽ peteret, cùm interìm Ferdinãdi exercitus iam Hungariam vastaret.

Turcę arma expediunt.

Dum hæc geruntur Byzantij, Turcæ magnis coactis copijs, vt erãt iussi, Reginæ opitulaturi, Drauum Sauumque fluuios transmittunt. Vbi ad Danubium ventum est, vel inuiti coacti sunt tantisper hærere, donèc glacies, quæ margines latè constrinxerat, cælo mitescente solueretur. Fuit hoc anni 1541. primo vêre, quo tempore Hungari cum Turcis con-

Turcę mouent in Pãnoniam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuncti, Vacciam recuperant, trucidatisque nonnullis incendunt. Mox Pe-
Turcę abeunt. ſtum oppugnant, ſed fruſtrà, egregiè ſe defendentibus Germanis & Hun-
garis, qui illic in præſidio erant. Turcæ demùm re infecta, relicta Panno-
nia, in ſuos ſe fines recipiunt. Id vbi Ferdinãdus in Comitijs Ratiſponen-
ſibus didicit, Carolo Cæſari facilè perſuadet, vt Rochandulfus regiæ aulæ
magiſter, cum nouis copijs in Pannoniam mittatur. Is vbi ad veterem ex-
Buda oppugnatur. ercitum peruenit, Budam oppugnare inſtituit. In ea oppugnatione lega-
tos ad reginam mittit, qui eam ad deditionem hortentur, ſed nihil impe-
trârunt. Igitur duobus in locis fit vehementiſſima murorum verberatio,
iamque ingens patebat in vrbem ingreſſus, cùm eccè nocte aduentante,
ea capiendæ vrbis occaſio cum ſumma Germanorum ignominia & Fer-
dinãdi regis damno incomparabili, è manibus dimittitur. Differtur enim
irruptio vſque in alterâ lucem, ſed interìm Budenſes omnes ſumma con-
tentione nouum eriguntaggerem, irrumpentesq; poſtridiè Germanos
fortiter repellunt, non parua militum cæde edita. Aguntur deindè cuni-
culi, ſed fruſtrà. Erat tum temporis Budæ quidam Hungarus nomine Bor
nemiſſa, qui ob priuatas quaſdam ſimultates vrbem ſe Ferdinãdo prodi-
turum certa conditione polliceretur, ſic tamen, vt Hungari, qui in eius
eſſent exercitu, noctù per exoletam quandam portam intromitterentur.
Hoc eo conſilio fecit Bornemiſſa, quòd ea proditione vellet parcere tot
inſontium ciuium ſanguini, quibus Germanos multis modis laceſſitos
Amittitur occaſio vrbis capiẽdę. verebatur minimè parſuros. Eam quoquè tantam opportunitatem Ro-
chandulfus dux ſua præpoſtera prudentia perdidit, introductis in vrbem
Germanis contrà quàm erat pollicitus. Bornemiſſa enim vbi ſenſit non
adeſſe quos voluit, Germanis ſe ducem itineris præbere noluit, atque in-
terìm Budenſium excubiæ re (vt erat) animaduerſa, conclamant ad arma,
trepideq; fugientęs Germanos partìm trucidant, partìm capiunt, reliquis
fuga dilapſis. Fuit hoc auctarium quoddam infamiæ Rochandulfi, quem
iam etiàm gregarij milites corruptæ tantæ occaſionis & victoriæ conde-
mnarent. Indè verò obſidendæ vrbis conſilia expediuntur. Porrò Soli-
mannus opportunè de omnibus admonitus, ingentem exercitum mittit
in Pannoniam, qui reginę obſeſſæ opem ferat. Ipſe interìm Adrianopoli
ſubſiſtit, non immeritò Cęſaris Caroli & Germanorum potentiam veri-
tus, licèt hoc quidem tempore vana ratione adductus, cùm Cæſar minimè
adeſſet. Vbi Germani de Turcarum aduentu cognoſcunt, inter ſe, qd agẽ-
dum ſit, conſultant: atq; alijs alia dicentibus, vicit ſententia Rochandulfi,
qui inauſpicatiſſimo conſilio hoſtibus Turcis obuiàm eundum cenſuit.
Infauſtum ducis conſilium. Mota igitur ſunt caſtra & Turcis oppoſita, pugnatumq; eſt quotidiè mi-
nutis pręlijs, ſed ità, vt hoſtibus animi creſcerẽt, Germanis paulatìm fran
gerentur multis de cauſis. Nec tamen parùm damni interìm Turcis allatũ
eſt, nõ paucis eorũ trucidatis. Tandèm eò res redijt, maximè cùm Soliman
nus ipſe cum nouis copijs aduentaret, vt Ferdinãdi exercitus relicta Buda
Peſtũ Turcę recipiunt. Peſtum ſe receperit. Sed vbi id Turcę ſenſerũt, in ea fuga magna noſtrorũ
cædes ab illis & Budenſibus edita eſt. Quin & Peſtũ, noſtris indè quoquè
turpiter

turpiter fugientibus, à Turcis cum multa & horrenda Chriſtianorum cæ-
de facilè occupatum eſt. Feruntur eo bello ſupra viginti Chriſtianorũ mil
lia varijs caſibus interempta. Capta ſunt ab hoſtibus eximiæ elegãtiæ mu-
ralia tormenta triginta ſex, minora autem, quæ cantherijs & curribus im- Pręda Turcarũ inges.
ponerentur, centum & quinquaginta, pręter aliam pulueris tormentarij,
ferrearum pilarum, armorum, telorum, commeatûs mirabilem copiam.
Rochandulfus, qui non ſanis cõſilijs hoc bello vſus eſſet, vulneris ex tor-
menti ictu accepti, & animi dolore cõfectus interijt. Paulò pòſt Solimã-
nus maximis vſus itineribus in Pannoniam peruenit, adductosque ad ſe
Chriſtianos captiuos circiter octingentos, paucis demptis, crudeliter tru-
cidari iubet. Erat in ijs proceræ ſtaturæ Noricus miles. hũc in Germano-
rum contemptum iuſſit pomilioni, vix militis eius genua capite attingẽ-
ti, necandum tradi. Erat hoc fœdiſſimum ſpectaculum, virum fortiſſimũ Fœdũ ſpe-
ctaculum,
imbecilla nani manu per riſum & iocum crebris ictibus humi proſterni,
& ægrè tandèm præ virium imbecillitate iugulari. Huiuſmodi ſpectaculo
immaniſſimi Turcarum principes ſeſe ſuauiter oblectabant. His ità geſtis,
Solimannus tum puero regi, tum Hungaris proceribus nõ contemnẽda
mittit dona, perſuadetque reginæ, vt puerum in caſtra ipſius mittat. Fuit
ea res plena periculi. Allatus eſt verò puer ad Solimannum regalibus cre-
pundijs exornatus, carpentoque aurato impoſitus, comitantibus pleriſq;
proceribus, quos à Solimanno diximus muneribus affectos. Vbi in taber- Puer regius venit in caſtra Turcæ.
naculum Solimanni vẽtum eſt, ille quidem puerum humaniter inſpicit,
blandè cum eius nutrice loquitur, liberos ſuos Selymum & Baiazetem, q
aderant, puerum complecti & amanter exoſculari iubet: ſed interìm mira
vafricie, dum Hungari proceres cum Baſſis prãdent, immiſſis in vrbẽ co- Buda occupatur.
hortibus, Budam occupat, moxq; ſinè tumultu ciues omnes, iubente ty-
ranni præfecto, arma tradunt, Turcasq; iam in fidem recepti hoſpitio re-
cipiunt. Nihil quidem illi ciuibus moleſtiæ attulerunt, diſciplinæ milita-
ris ſeueritate coërciti: ſed dubium non eſt, quin Budẽſium animos ea in-
ſperata rerum commutatio valdè perplexos habuerit. Iam nox ſuberat, &
eccè Solimannus puerum remittit in vrbem, ſed proceres apud ſe retinet.
In ijs erat Georgius Varadinenſis antiſtes, in quem totius huius Hunga-
ricæ calamitatis culpa præcipuè cõfertur. Hos proceres non minimùm p-
turbatos Baſſæ, pauloantè blandi & affabiles, ſeuerè & impudenter de re-
bus grauiſſimis examinare cœperunt. Porrò regina his omnibus valdè
conſternata, ſupplices literas ſcribit Solimãno, quibus eum datæ fidei ad-
monet, oratque vt proceres remittat. Deliberatur intereà quatriduo de re-
gno Hungariæ, ſed cùm non idem Baſſæ ſentirent, Solimãnus tertio Ca- Solimãnus Budam ingreditur.
lend. Septembris Budam ingreditur, & in templo celebri diuæ Virginis,
priùs à ſacerdotibus Turcicis Mahometano ritu expiato, ſublatis ſcilicet
aris & imaginibus diuorum deletis, (quod hodiè quoquè apud nos faciũt
pleriq; iſti noui Euangelici, vt non dubitemus Mahometis potiùs quàm
Chriſti eos cultum & religionem inuehere) ſacrificat: indè reginã iubet
ex vrbe & arce excedere, atq; cum puero vltra Tibiſcum in Lippam cõce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere,eiusq; regionis dominio frui.páret regina non sinè lachrymis & gemitu,tyranni perfidiam detestata,tormentis & armis omnibus omnique commeatu relicto.sic enim tyrannus voluit.Proceres quoquè cum ea profecti sunt. Non omninò præter meritum hæc Reginæ & proceribus illis acciderunt, qui sæuissimos Christiani nominis hostes non in Hungariæ modò,sed totius Reip.Christianæ exitium acciuissent.Debebant stetisse pactis conuentis,quibus regi Christianissimo Ferdinando regnum Pannoniæ optimo iure deberi non ignorabant.Sed ô cæca dominãdi libido, quò non plerunquè præcipites agis miseros mortales?Fortasis autem regina non se difficilem præbuisset ad ineunda pacis cum Ferdinando consilia,si non quorundam Procerum ad dignitates & imperia adspirantium sententię & monita eam retardâssent.Sic pium videtur sentire de pijssimi Sigismundi regis Polonię filia,præsertim cùm illa nõ tam suis,quàm Procerum quorundam consilijs duceretur.Vbi porrò Ferdinandus rex suorũ stragem & Turcarum victoriam certis nuncijs cognouit, noua eaq; insignia Solimanno munera mittit,quibus animum eius sibi conciliaret.Legati eius à Turcis honorificè excepti sunt,& postera die cum Bassis pransi, orizam & carnes veruecinas,nihilq; præterea sibi esculentum apponi cernunt. Ea barbarorum temperantia nostræ gentis luxuriam proculdubiò seuerè castigat, cùm illi non tam gulæ desiderio quàm naturæ necessitati satisfaciant:nostrates verò tum se præclarè sua putent instituisse cõuiuia, si nullus sit iritandæ gulę ventrisque farciendi modus,ità vt verissimè dici de nostris possit,plures crapula quàm gladio perire. Atq; sanè detestabilis ille apud plerosq; mos est conuiuia in multas horas protrahendi,cùm nõ animæ duntaxàt,sed etiàm corpori admodùm sit pernicios̃us: sed scilicet faciẽdum est,quod dici solet,Ede,bibe,lude,post mortem nulla voluptas. Legati regis Ferdinandi ad Solimannum indè introducti, eius animum oblatis muneribus mirificè exhilarârunt.Ea erant,poculum excelsum aureum,quali solent vti Germani locupletes,insignibus ornatum gemmis, atque insupèr admirabilis quædam machina argentea,quæ tum spatia horarum, tum errantium siderum motus, menstruasq; solis ac lunæ coitiones exactissima ratione indicaret,intùs scilicet dentatis rotis certisq; ponderibus,admirabili momento,vel in multum æuũ minutissimas temporum mensuras dispensantibus.Illata est ea machina corã Solimanno duodecim seruorum humeris,quæ tum illius tum principum oculos & animos admiratione compleuit.Porrò cùm Legati peterẽt Hungariæ regnũ Ferdinando beneficij nomine concedi,hoc biduo pòst responsum tulerunt,vt si pacem vellet Ferdinandus,totius regni Hungarici finibus excederet,& pretereà quotannis ex Austria Turcis tributũ penderet. Fuit hoc arrogantissimi tyranni superbum & insolens responsum,sed aliud impetrari non potuit,nè inducię quidem tantilli temporis, quo Carolus Cæsar & Ferdinandus consulerentur. Obitèr admonendus est Lector, cùm Legati ad Solimannum introducerentur,singulos à binis purpuratis Bassis in medio arreptis brachijs, tanquàm honoris causa, ad manûs dextræ osculum

Legatio Ferdinandi ad Turcam.

Scuũ Turcę responsum.

osculum perductos. Neque enim ad Turcarum principem aliter patet accessus,nisi priùs explorent,num sub veste arma lateant,atque ità constrictis brachijs,etiamsi quispiam quicquam attentare ausus sit, dissimulãter impediatur. Atque interim nihilo minùs assidenti in toro adsunt ad manum Principi ensis incuruus,clypeus,claua ferrea,arcus & sagittæ.Ità qui vult omnibus esse terrori,semper in metu se esse significat. Dimissi sunt deindè legati,quibus pro regia liberalitate multiplices vestes & pecuniam dari iussit. Porrò mox misit è suis,qui Austriam & Morauiam rapinis, incendijs & cædibus vastarent, quibus tamen magno impedimento fuêre plenis imbribus inflati amnes. Deniquè præficitur Budæ cum imperio Hungarus quidam,qui ab ineunte ętate bello captus,Mahometanam superstitionem sequebatur.Laschus quoquè Legatus Ferdinandi è custodia dimittitur,sed paulò pòst in Polonia decedit,& Solimãnus redit in Thraciam. Obitèr redeunti narratur,Transyluaniam quoquè magna ex parte in fidem concessisse. Fuit is illi nuncius gratissimus, licèt demùm permiserit,vt Transyluani in pueri regis, cui suprà diximus Lippam regionem fuisse attributã,verba iurarent. Hodiè totum ferè Hungariæ regnum immanes illi barbari occupant, quod sanè viri graues & cordati vel maximè deplorant.Fuit illud regnum sub Matthia Huniade lõgè florentissimum atque potentissimũ,& multis rebus fortiter gestis,rex ille non modò Turcis,sed & vicinis omnibus terrori fuit.Illo defuncto, sub Vladislao, Casimiri Poloniæ regis filio,Hungari regis eius benignitate & clementia abusi,ac deindè sub Ludouico iuuene & rerum adhuc imperito rege, luxui, inertiæ,ocio & fastui sese corrumpendos dedidêre. De procerum quorũdam regni luxu & pompa quidam grauissimè in suis scriptis conqueruntur, cùm interìm regni limites necessarijs præsidijs destituti, ab hostibus Turcis vastarentur ac diriperentur. Hoc quidem mirũ est, immò & cum primis miserum,adeò incuriosum esse rerum suarum, & tam propinquo hoste vsqueadeò supinum agere,& summa pericula habere neglectui.In ea sanè tam crudelium hostium propinquitate nõ luxui & fastui, sed placando inprimis Numini,moribus corrigendis, vitijs & flagitijs exterminandis,regno opportunis præsidijs muniendo studendum fuit.Sed ô cæcas hominum mentes.Ecquid hodiè faciũt nostri Germani? An verò illi ex Hungarorũ periculo didicêre,ipsis quod ex vsu fiet? Bonis viris id minimè videtur.Immò vt nihil ad inflammandam in nos prępotentis Dei iram desit,non sat habemus oñibus sceleribus diffluere,sed etiàm in dies nouos fingimus errores,quos ceu idola quædam sub verbi Dei prætextu adoramus.Existunt alij post alios.immò multi simul passim prodeunt fanatici homines,qui prodigiosis damnatorum dogmatum commentis in mille sectas Germaniam distrahunt,& tamen habẽt singuli suos sectatores,qui illos haud secùs ac Christi Apostolos suspiciant & sequãtur. Quis ergò dubitet,non aliud expectandum esse Germanis, quàm quod Hungari iam experiuntur?Et vt nullus sit externus metuendus hostis, hac religionis & rerum omnium fœdissima confusione, nisi deus propicius nos

Turcę vastant Germaniam.

Matthias Huniades.

Germaniæ calamitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hungarorũ luxus.

respiciat, Germania pereat necesse est. De Hungarię quidẽ regno, cùm illic, vt diximus, pompa, fastu, insolentia, luxu pleriq; diffluerẽt, fertur quidam ex aulicis dixisse, nũquàm se vel vidisse vel audiuisse regnum vllum, quod maiore, atquè Hungaria, gaudio & tripudio periẽrit.

Porrò verò cùm illud opulentissimum regnum ademptum est Christianis, non mediocrem fecisse iacturam putandi sunt. Hoc autem stultissimum fuit, quòd cùm ea esset in Hungaria vitiorum confusio, rerumque desperatio, tamen à Solimanno Turca cùm is patri suo successisset, nõ solùm pacem noluerunt petere, sed etiàm Oratores eius captiuos detinuerunt. Ea em̃ iniuria lacessitus Turca, Hungariam hostiliter inuasit, ac paulatìm eò progressus est, vt Germanię vicinior esse vix queat. Fuit anteà illud regnum Christiani orbis vel maximum præsidium & propugnaculũ,

Hungariæ opes.

vt iam quotidianę clades facilè testantur. Tum verò tantę sunt illius regni opes, vt nõ Hungari duntaxàt, quanquàm illi vel maximè, vtpotè pro patria, sed reliqui etiàm Christiani omnes pro illo conseruãdo laborare debuerint, aut pro recuperando nullum nõ mouere lapidem. Nihil enim ferè ex ijs rebus, quarum vsus ad hominum solatia & cõmoditates pertinet, illic desideratur, & quę eiusdem generis apud alios habentur, illic præstantiora proueniunt. Magna ibi auri, argenti, cupri, chalybis, ferri copia est, non aliundè importata, sed ex ipsis terrę visceribus eruta. Plumbi parùm

Vis aquarũ.

habet, stanni nihil. Salem metallicum gignit humus optimum & purissimum: nec desunt aquę, quę ferrum in cuprum mutent. Vina profert non eiusdem precij omnia, sed nonnullis tamẽ locis eiusmodi, quę cum Cretico de dignitate certare possint. Frugum & fructuum copia est mirabilis. Feris & auibus sic abundat, vt rusticis venatione vel aucupio interdicere, valdè insolẽs habeatur, nec ferè plebeij homines minùs quàm nobiles leporibus, damis, ceruis, apris, turdis, perdicibus, phasianis, & id genus delicijs vescãtur. Pecus habet copiosissimum, vt Italię, Boëmię, Germanię affatìm communicare queat, adeò vt obseruatum sit, vno anno in Germaniam, idque per solam viam Viennensem, (cùm sint plures aliæ viæ, per quas pecora inuehãtur) supra octoginta millia boum acta esse. Deniquè

Copia pecoris.

Vbertas piscium.

vsqueadeò piscium fertile est, vt ferè q̃ minimo vęneãt, & propemodùm gratis dentur: quanquàm fieri potest, vt dira horum temporum calamitate illic quoquè rerum precia nonnihil creuerint, vel etiàm irato Deo, eorum, quę diximus, minor hodiè prouentus sit, vt intra paucos annos alibì quoq; passìm videmus omniũ rerũ maximã extitisse caritatem: sed id nõ tam regiõis, q̃ hominũ, vitio tribuendũ est. Apud Budam, quę Hungerię regia est, multę sunt aquę calidę, quas thermas vocamus, quarũ alię regię, alię communes sunt, lauandis hominũ corporibus valdè opportunæ: alię verò, nisì refrigerẽtur, balneis nõ sunt idoneę. adeò em̃ feruẽt ex his quædam, vt in eas missum ouũ, celerrimè elixetur. Sed iuxta has fons est aquę frigidę, ità propinquus calidę, vt in eodem vestigio calida & frigida simul hauriri possit. Hę, quas diximus, thermę apud Budã alię superiores, alię inferiores dictę sunt, q̃ aliæ supra, aliæ infra vrbẽ sint. Turcæ hodiè (quippe

Thermæ Budenses.

qui

qui mirificè lauacris & balneis studẽt, & aquas p̃sertim fluentes, summo honore dignantur, q uibus etiàm crebriùs per diẽ non modò ob corporũ, sed etiàm animarum sordes abluendas vtuntur) has thermas egregiè ornârunt, apud vtrasq; ceu cœnobijs quibusdam extructis, in quibus Deruisæ degunt, qui ferè apud illos sunt tales, quales apud nos monachi mendicitate viuentes. Habent enim etiàm illi turpissimi Mahometis cultores suos Monachos, quemadmodùm & Ethnici suos philosophos, & Indi Gymnosophistas, quorũ isti Deruisę quędã videntur esse reliquię. Sęuiũt enim in corpus suum vel inustione stigmatũ, vel nouaculę incisione, vel vtroq; modo. Ità habet satan etiàm suos Monachos. Ecquis verò hoc illi inuideat, cùm habeat & suos martyres, sicut hodieq; videmus multos hæreseos nomine damnatos, alacres & iucundos mortem excipere? Ex his Monachis cuidam sacellum apud Budam extructum est, qui dum viueret, Numinis cuiusdam loco à Turcis habitus, nunc defunctus & illo in loco cõditus, religiosè ab illis miseris colitur, cùm alioquì diuorũ imagines ex templis oñibus eradant. Porrò Buda ipsa vix vlli totius Europæ vrbi cesserit, vel amœnitate sitûs, vel cæli salubritate, vel fœcunditate soli, vel aliarum quarũlibet rerum vitæ degendæ conducibilium, aut etiàm ad splendorem & luxum pertinentium vbertate. Atque hoc tam omnibus rebus florentissimum regnum nulli magìs atquè Christiani Christianis eripuerunt, dum cõtra Christianos Christianorũ iuratissimi hostes accersuntur.

Turcæ crebrò lauant.

Deruisæ, Monachi Turcici.

Budæ encomion.

Per hoc tempus, quo Turcæ Pannoniam occupant, duo Galliarum regis Frãcisci legati, missi ad Turcarum principem, à Cæsareanis intercepti, in Pado flumine interficiuntur. Alter ex his Antonius Rinco nomine, ab Hispania exul, capitis pœna damnatus, putatur iure potuisse cędi, quòd ad hostes transfugisset, & omnibus Cęsaris imperij finibus prohibitus, nihilominùs ausus fuerit in hostilis terræ flumine nauigare. Sed vtcunquè sit, ea cædes, licèt præfectus Cęsaris Alphonsus Vastius se planè insciente factam crebrò testaretur, cruentissimo bello ansam dedit. Contigit tum ex Hispania venire Georgium Austriacum, Maximiliani Cęsaris filium nothum Archiepiscopum Valentinum. Is Lugduni in carcerem conijcitur, necis, quam diximus, vlciscendæ causa.

Legati Gallorum cęsi.

Georgius Austriacus capitur.

Hoc fermè tẽpore Franciscus Antonij Lotharingiæ Ducis filius, Christianam Christierni Daniæ regis filiam ducit in matrimonium. Id nõ valdè gratum fuit Gallorum regi, quòd Christianã ex Cæsaris sorore Isabella, Christierni regis coniuge, natã non esset nescius. Venerunt per id ferè tempus in fœdus Gallicum Christianus & Gustauus Danię & Suedię reges, ambo Luteranæ doctrinæ addicti, poterantq; Caroli Cæsaris res iam planè desperatæ videri, tot regibus in illum conspirantibus, nisi piũ principem sibi defendendum sumpsisset præpotens Deus, maximè cùm hoc ipso anno non minimam cladem in Africa accepisset, vtì iam dicemus.

Cęsare Carolo in Comitijs Ratisponensibus multum temporis cõponendæ religionis causa frustrà consumẽte, Turca (vt diximus) Pannoniã sibi vendicat. Ea re comperta, Cęsar vt diuersis bellis tyrãnum distineret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

peditio Africana.

in Africam expeditionem parat: quò tamen etiàm non mediocriter eum pertrahebāt Hiſpanorum querimoniæ, qui à Turcicis prædonibus, quos apud Algerium, ſiue Argieram Aſanaga Barbaruſſę prętectus in Sardinia natus, ſed abiurato Chriſtianiſmo, Mahometanam ſuperſtitionem complexus, fouebat, grauiſſima in Hiſpaniæ littorib⁹ damna patiebātur. Multa tum in Cæſarem etiàm à quibuſdam proceribus ſcommata iactabātur, ſed quæ ille magno animo contemneret. Interim tamen & ipſe Pontifex Maximus, & Andreas Auria, atque Alphonſus ob impendentem hyemē magno perè ab Africana hac profectione eū deterrebant: verùm ille manſit in propoſito, easq; Pontifici ſui conſilij rationes expoſuit, vt eum Pōtifex prolixè demùm laudaret. Vbi ex Germania venit in Italiam, vbiquè

Modeſtia Caroli Cæſaris.

incredibili ſtudio excipitur, præſertim Mediolani, cùm ille interim tantus princeps, omnibus eius viſendi deſiderio ardentibus, non niſi in atra penula & vili pileolo ſe ſpectādum præbuerit, atque etiàm in oculo eius parùm hilari animus mœrore affectus appareret, tanquàm præſagire videretur cladem, quę pridiè ad Budam accepta fuerat. Cum Pontifice apud Lucam in colloquium venit: qua in re laudanda eſt eius propè decrepiti Pontificis pietas, qui multis ab hoc itinere, tanquàm certam illi mortem allaturo, eum deterrentibus, nullo pacto adduci potuit, vt communi Reipublicæ ſaluti deeſſet. Crebrò ille dicebat: Quorsùm vitam hanc extraxiſſe attinet, niſi vt hæc ſuprema officia iam in ruinam propendenti Reip. qua poſſumus fide præſtemus? & certè optatius erit communi omnium expectatiōi, etiamſi ea re mors oppetēda ſit, ſatisfeciſſe, quàm turpi ignauia vitæ ſpatia extendiſſe. Quòd ſi verò conatus noſtros non par ſequetur effectus, habebit tamen ad omnem poſteritatem optima certè voluntas præclari ſtudij honeſtam famam. Hoc ſpatio, quo Lucę ſunt, tèr Cęſar ad mutua colloquia Pontificem adijt, Pontifex Cæſarem ſemèl. Admiſſus eſt quoquè Franciſci regis legatus, qui Fregoſium & Rinconem eaptos repeteret: nondùm enim conſtabat mortuos: palamque Cæſar teſtatus eſt, quicquid illis accidiſſet, diſſimulato habitu nomen ſuum celantibus, id ſuo iniuſſu & ſe ignaro penitùs accidiſſe. Petebat Franciſcus rex pro filio ſuo Carolo Mediolanenſem principatum: ſed Cæſar ſuum ius grauiſſima oratione explicabat, aitque Gallum cæco liuore corruptum, ſuæ inuidere fortunæ, multaque alia, quæ hîc referre nihil attinet. Deniq; in eo colloquio decretum eſt, vt quod Cæſar vehementer optabat, Concilium in annum proximum indiceretur. Cæſaris copiæ omnes, quas ad

Colloquia Pontif. & Cæſaris.

Copiæ Cæſaris.

hoc bellum conſcripſerat, ad vigintiduo millia erant peditum, & paulò ſupra mille equites. Vbi ad Africam ventum eſt, Cæſar biduo expectauit Hiſpanos, magno quidem exploratæ propemodùm victoriæ & exercitûs ſui detrimēto. Interim mittit ad Aſanagam præfectum Algerij, vt vrbem dedat. Ille contemptim reſpondet, licèt Cæſar multa liberaliter polliceretur. Erat Aſanaga in Sardinia natus, & Chriſtiana religione initiatus, ſed eam, vt diximus, abiurārat. Hortabatur eum Cęſar, vt veri numinis cultum reciperet. Omnibus verò ad vrbem oppugnandam egregiè comparatis,

ratis, dum tormenta expectantur, eccè tibi repentè imber à prima ſtatim vigilia maximè gelidus & procelloſus tota nocte in exercitum continēter effuſus, multùm illi moleſtię & detrimenti adfert, ſæuiſſimaque tempeſtas naues mirè iactat. Non deſunt illi opportunitati Turcæ equites & Mauri pedites, magnoque impetu in noſtros irruentes, non paucos trucidant, ſed mox à noſtris in fugam compellūtur. At rursùs Barbari in noſtros ſæuiunt, eosque vehementer affligūt, quibus tum Cęſar ipſe, in tanta rerum difficultate prorsùs imperterritus, cum Germanis opportunè opem tulit. Verùm cùm nihil remitteret immaniſſima tempeſtas, multæque naues ſub militum adſpectu colliſæ & confractæ mergerētur, adeò vt de neceſſario commeatu nō immeritò timor omnes inuaderet, Cęſar incredibili conſtantia & ſerena vultûs alacritate omnium animos recreabat: nullum militaris prouidentiæ, nullum humanitatis officium prętermittens, caſtris conſtitutis & firmatis contra barbarorum vndiquè volitantium incurſus, iubet vt defeſſi duces ſe dent quieti: conſolatur ſaucios milites, & in ea tabernacula, quę contra vim ventorum pertinaciter ſubſtiterant, referri ac foueri curat, ſibijpſi interim loricato & madefacto minimè parcēs. Deſiderauit eo die ab hoſtibus cęſos milites circiter trecentos. Aliquot etiàm nautę cum multis æneis tormentis merſi periērunt, Iam alimenta deficiebant, coactusque eſt Cęſar mactatis equis exercitum ſuſtentare. Hoc autem in illo principe obſeruatu dignum eſt, quòd cùm tantis rerum difficultatibus vrgeretur, non eſt impatientię agitatus ſtimulis, nec ſtultum aliquid contra Dominum locutus eſt, ſed eum potiùs placare ſtuduit pura peccatorum confeſſione, & ſacroſanctę Euchariſtię perceptione, ad hæc pietatis opera totum etiàm exercitum prouocās: cumq; & ducibus & militibus Algerium facilè expugnari poſſe videretur, non conquieſcentibus ventorum iris, militem in naues ſe recipere iuſſit, dicens, ſe mâlle vnum Chriſtianum ſeruare, quàm mille Mauros, Turcas, Pœnosque occídere. Hoc idem ſatis tum quoquè declarauit, cùm iuſſit equos ad vnum oñes in mare proijci, vt in nauibus locus ſupereſſet militi reducendo. Multæ enim naues periērant, nec poterant vel anguſtè capere militem eæ quę ſupererant. Mâluit autem pius princeps equos perire, quàm milites, licèt illa nobilium equorum iactura vehemētiſſimè perſtringeret dominorum animos. Poſt oñia demùm maris ſuperata diſcrimina, licèt rursùs obortа tempeſtate, multi in ipſo reditu periērint, & publica ſparſerit fama, Cæſarem vndis abſorptum interijſſe, milites paſsim incolumitati reſtituti, canebāt, Alibi Carolus agmina, Algerij ſeſe, & aëra, & maria vicit. Nihil enim tantæ clades infractum illius principis animū è ſuo ſtatu dimouerūt: quanquàm nō omninò temeritate quadam caruiſſe videtur, q vſqueadeò alieno tēpore importuoſum Africę littus tētare voluit, prętertim multis id diſſuadentibus. Verùm nōnunquàm bonus dormitat Homerus, & certè optimus pij principis animus laudandus eſt, licèt parùm ex ſententia ſucceſſerit.

Tempeſtas ſæua.

Naues eliſę.

Cæſaris conſtantia & pietas.

Iob 1. Exemplum memorabile.

Fortitudo animi in Cæſare.

In Anglia hoc tēpore iuſſu regis Henrici capitali ſupplicio affecta eſt Marga-

Margarita Sarisbiri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

enſ. trucidatur.

Margarita Sarisbiriēſis, Georgio Edouardi quarti fratre germano nata. Nihil ei ad euadēdum ſupplicium contulit neq; generis antiqua claritudo, neq; totius vitæ ſpectata integritas, neq; ætas exacta, quippe quæ iam annum ætatis ſeptuageſimum exceſſiſſet.

Circa hoc ferè tempus exceſſit è viuis Numburgenſis epiſcopus. In eius locum Canonici delegerunt Iulium Pflugium, virum & generis nobilitate & ſpectata eruditione conſpicuum. Sed huic electioni ſe oppoſuit Saxonię Elector, aitque eam abſque ſuo conſenſu fieri non potuiſſe: repellebatur autem propterea Pflugius, quòd Luteri euāgelio aduerſaretur. Porrò ab Electore in locum eius intruſus eſt Nicolaus Amſdorffius, inſignis Luteranus, quem tamen aliquot annis pòſt expulit Carolus Cæſar, reſtituto Pflugio. Et vt magis etiàm miretur Lector, Amſdorffium Luterus inaugurauit. Bella profectò rerum mutatio. Apoſtata vilis, hoſtis Pontificis, ipſe ſibi Saxonicum vendicat Papatum, & nulla authoritate prędītus, creat epiſcopos.

Anno 1542. recruduit bellum calamitoſiſſimū inter Carolum Cæſarem & Franciſcum Gallię regem. Cęſar ferebatur fluctibus maris obrutus. Itaque multa offerebatur Gallo occaſio belli gerendi. Erant tum res Chriſtianorum valdè afflictæ, Turcis in Hungaria graſſantibus, & Germaniæ dira quæque minitantibus, hęreſibus quoquè mirum in modum ſerpentibus, & in varias formas abeuntibus: at nihilo minùs Galli Mediolanum ſibi modis omnibus repetendum cenſebāt. Itaq; multis locis exercitu quintuplici Cæſaris ditiōes ſibi inuadendas ſumūt. Actum videbatur de Cæſare: ſed ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Magnum præſidium contra aduerſa omnia eſt pietas in Deum, qua Carolus Imperator egregiè prædītus fuit. Galliæ verò rex Mediolanum iure ſibi deberi putabat, iusque ſuum minimè ſibi negligendum ratus, arma corripuit. Huc acceſſit cædes Fregoſij & Rinconis, quā vlciſci voluit. Annam Momarantium magiſtrum equitum, quem Coneſtablium Galli vocāt, ferur eo nomine à ſua gratia & functionis ſuę adminiſtratione amouiſſe, quòd illi inducarum cum Cæſare paciſcendarum parùm commodus author fuiſſet. Igitur rebus omnibus ad bellum comparatis, duos filios ſuos cum inſtructis copijs mittit in Cęſaris fines, Henricum in citeriorem Hiſpaniam, Carolum in Lucemburgenſem regionem. Henricus quidem ad Pyrenæos montes perrexit, vt Perpennianum occuparet: Verùm eius conatus Hiſpanorum ducum vigilantia facilè eluſit. Sunt qui putent id oppidum non difficulter expugnari potuiſſe, ſi Henricus maiori celeritate fuiſſet vſus. Tandèm re infecta retrò abijt ad patrem ſuum. Carolus verò, maximæ ſpei adoleſcens, in expugnādis aliquot Lucemburgēſis principatūs oppidis proſperos inprimis ſucceſſus habuit, ſed ità tamē, vt paulò poſt eius diſceſſum Cęſaris exercitus omnia è Gallorum manibus breui extorſerit, vno dempto Iuodio, quod mirificè communitū, Gallis per id tempus adimi non potuit. Hoc bello Galli Danuillerum cum arce mirandę vetuſtatis & ſtructurę eximiæ incendunt & euertunt: itemque alias aliquot

Galli inuadunt ditiones Cęſaris. Rom. 8.

Henricus regis Gallorum filius.

Carolus Franciſci filius.

aliquot vrbeculas & caſtra. Arlunum quoquè, cùm ædificiorum magnificentia, tum ciuium frequentia & opibus percelebre oppidum, cùm ſe ciues ſaluis corporibus dedidiſſent, funditùs diruūt. Lucemburgo ſex millium Germanorum preſidium imponunt. Alius Gallorum exercitus, duce Vindocinenſi principe, in Atrebates atque Morinos impetum facit, & aliquot caſtella occupat. Nec Pedemōtio ab hoſte licet eſſe ſecuro. Nam ibi quoq; Gallicę copiæ, ductore Guilelmo Lāgæo, hoſtiles declarāt animos. Verùm hac in re conſilium regis minimè probatur, qui ſuum militē in tot partes diſtraxerit parùm feliciter, vti rei probauit euentus.

Gallo militant Germani.

Nec tamen contentus rex Franciſcus tot locis inuaſiſſe Cęſarem, etiàm Longeuallū mittit in Germaniam, qui ex Sicambris & Menapijs, adiuncto ſibi bellicę rei peritiſſimo Martino Roſſemio, aliquot millib⁹ peditum & equitum coactis, cùm iam in Germania inferiori bellum nemo ſuſpicaretur, propterea quòd valida Germanorum man⁹ in Pannoniam abijſſet, Belgium inuadit, horrendisque paſsìm incendijs & flagitijs deſignatis, parùm abſuit, quin proditione Antuerpiam, longè opulentiſſimū Europæ emporium, caperet, Louanium quoquè celeberrima Academia inſigne oppidum, dolo in poteſtatem redigeret. Verùm ille quoquè exercitus, prętерquàm quòd miſeros & innoxios agricolas incenſis pagis innumeris ad ſummā inopiam redegit, nihil laude dignum geſſit, & tādèm Aureliano principi Carolo ſe in Lucemburgenſi ditione coniunxit. Hęc ſæua Belgicę vaſtationis procella eo fuit calamitoſior, quòd nullum eſſet bellum indictum, & planè imparati obruerentur. O ſi ſcirent Principes, quàm immaniter peccent in Deum, dum ità crudeliter ſæuiūt in turbam innoxiam, & rapinis atque incendijs omia longè & latè populantur, profectò cunctantiùs bella ſuſciperent. Dum enim miſeri ſic opprimuntur, clamant haud dubiò in cælum, nec DEVS deſpicit miſerorum gemitus.

Belgij deuaſtatio.

Hoc anno bini ſunt Principum conuentus habiti, alter Spiræ, alter Noribergæ. Vtrobiquè pręcipuè deliberatum eſt de expeditione contra Turcas in Pannonia. Decreta ſunt ſubſidia ex tota Germania, quib⁹ præeſſet Ioachimus Elector Princeps Brandeburgicus: ſed oleum & opera perijt, manſitque Peſtum & Buda, vt priùs, in Turcę poteſtate: quin & de exercitu, qui fuit ampliſſimus, multa millia morbi contagione periêre. Miſerat eò Paulus Pōtifex ad tria millia peditum, qui hoc bello ſtrenuam nauārunt operam. Hoc tēpore Luterus libellum edidit de precibus cōtra Turcas, ſiue Concionem caſtrenſem vel militarem, planè contrariam alijs quibuſdam ſcriptis ſuis. Ex hoc libello multa recitat Sleidanus, ſed homo verſutus de induſtria id omittit, quòd Zuinglium Luterus medium inter Anabaptiſtas & Thomam Monetarium, ruſticæ ſeditionis in Germania authorem, collocat, cauſamque ferè omnem Turcicæ ſæuitiæ in Zuinglianos confert. Habet etiàm in eodem libello Luterus precationem contra Turcas, in qua Romanum Pontificem cum diabolo & Turca coniungit, vt in eum rectè quadret illud Dauidis, Fiat oratio

Conuentus bini Principum.

Luteri inſolentia. Pſal. 108

eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius in peccatum. Multi tum hortabantur Tigurinos, vt eam Luteri calumniam à se & Zuinglianis depellerēt: verùm illi priuatis sese ad amicos eos literis excusâsse contenti, à publico bello abstinendum censebant. Quòd Sleidanus Luteri exitiosa scripta tam prolixè non vno loco recitat, omissis tamen quæ ipsorum causam lædant, hominis arguit malum animum & nocendi libidinem. Multum certè ocij illi fuerit oportet, vt tantum & temporis & operæ in perlegēdis & transferendis eius blasphemijs ponere non dubitaret. Vult scilicèt vir bonus, vt quamplurimi Luterico fermento corrumpantur. Hæc illi causa est tot chartas Luteri paradoxis ad nauseam vsque commemorandis opplendi. Sed cur omittit honorificam Zuinglij scilicèt mentionem? Quia vidit impostor eam destruere aut certè prægrauare partes Sacramentariorum. Hoc nimirùm est historiam bona fide texere, & rem Euangelicam sinè fraude prodere.

Tempestas infesta militi.

Exercitus Cæsaris, recuperatis oppidis agri Lucemburgensis, cùm in Galliam irrueret, grauissima aëris intemperies tanta rabiei pertinacia illis sese obiecit, vt non pauci equites & pedites partìm pluuia, partìm frigore enecti sint. Itaquè Galliæ vastandæ consilium in aliud tempus reijcitur, moxque in Brabantiam reuersi, Iuliacensem regionem populabundi inuadunt, bellumq; latissimè circunferentes, Duram, Iuliacum, Zittardiam, Hinsbergum, pluraque alia oppida & arces subigunt, impositio præsidio locis opportunis. Multa ibì quoquè damna data sunt miseris hominibus, & penè incredibilis præda abacta, vt par pari relatum videretur. Superuenit autem Principis Iuliacensis exercitus, & eos retrocedere compulit. Manserunt tamen Hinsbergi non pauci, itemque Susteriæ & Duræ. Qui Zittardię erant, destructis muris, ad tutiora se loca contulerunt. Circa Nouembris initia magnam commeatûs copiam in Hinsbergum Brabanti important, idem facturi apud Duram, nisì eos principis Iuliacensis copiæ deterruissent: Vbì se in tutiora recipiunt, hostilis exercitus abeuntes insequitur: atrox pugna pręter expectationē in tenebris cōmittitur, eademq; aliquot hinc indè cęsis dirimitur.

Iuliacensis regio vastatur.

Per id tempus Princeps Guilelmus Zittardiam vallo egregiè munit, aliquot præsidij causa relictis illic cohortibus. Idem facit Iuliaci. Demùm extremo Decembri Duram Cęsareanis extorquet, rebus tamē & corporibus saluis. Deditione enim recepit.

Dura occupatur.

Henricus Angliæ rex Catharinam Hauardam, quam, Principis Cliuensis sorore repudiata, sibi cōiugem adsciuerat, adulterij nomine, quod cum Durantio & Culperio nobilib⁹ perpetrâsset, capite plectit, & Catharinam Pariam viduam, sexto matrimonio sibi copulat.

Sextum Angli matrimonium.

Hac æstate innumera ingentium locustarū turba Italiam citeriorem, & in Germania Silesiam, Misniamque multa clade affecit. Habebant digiti longitudinem, turgida capita, ventres obesos & sanie refertos. Itaque extinctæ, intolerabili fœtore aerem corruperunt, vt etiàm corui, cornices, accipitres, aliæque aues, cadaueribus alioquì inhiantes, ferre nequiuerint.

Locustæ immanes.

Bellum

Bellum atrox inter Scotos & Anglos terra mariq́ue feruet, & Iacobus V. Scotiæ rex, anno ætatis 33. vnica filia, vixdùm in lucem edita, regni hærede relicta, moritur.

Fuit hic annus ferax monstrosorum infantum, & pecuinorum fœtuū diuersis in locis.

Indictum est hoc anno à Paulo III. Concilium Tridenti.

Saxoniæ elector & Lantgrauius Hassię cum fœderis Smalcaldici socijs Henricum Brunsuicensem principem, Catholicæ religionis acerrimum vindicem, omnibus ditionis eius finibus eijciunt, compelluntq; ad Cæsarem fugere in Hispaniam. Dehortatus eos fuit Ferdinandus rex, nè bellum facerent Henrico: sed illi causas belli explicant, seque rectè feciisse cōfirmant. Metus erat, nè intestinum hac occasione in Germania bellū existeret, quo nihil potuisset accidere calamitosius, nostris pręsertim in Hungaria cum Turcis parùm feliciter dimicantibus, in summā Germanici nominis ignominiam. Nam cùm esset copiosissimus & potentissimus equitum & peditum exercitus, nihil tamen effectum est, hostibus Turcis effusè ridentibus Germanorum militum socordiam, nec dubiam spem de tota quandoquè Germania felicibus auibus occupāda cōcipientibus. Nunquàm autem tot clades, totque probra ex illis spurcissimis mancipijs Germania accepisset, si non religionis dissensio, animorum quoquè concordiam & mutuam beneuolentiam abrupisset.

Dux Brūsui cens. debellatur.

ANno 1543. Tigurinę Ecclesię ministri non contenti versione Luteri, nouam Bibliorum translationem edunt. Exemplum eius typographus Christophorus Froschouerus mittit Lutero, maximā scilicèt à Papa Saxonico initurus gratiam. Ecquid verò Luterus? Concoqueréne potuit tātam contumeliam, vt noua versione eius interpretatio haud obscurè taxaretur? Scribit Froschouero, nè quicquā deincèps ei mittat, quod à Tigurinis ministris profectum sit: Se nihil cum illis cōmercij habere, libros eorum nec recipere nec legere velle: Nam Ecclesias DEI cum eis communicare non posse: Multos quidem illos ferre labores, sed fruſtrà: quandò & ipsi iam damnati sint, & alios quoquè homines miseros secum trahant in Tartara. Se itaque damnationis & blasphemię illorū nolle esse participē: sed quoàd vixerit, eos & precibus & libris oppugnare constituisse, &c. Si non sat habent Zuingliani, à Romano Pontifice esse damnatos, saltem nè contemnant damnationē Papę Saxonici, qui Euangelium se primum iactat inuexisse in Germaniam. Verùm quatenùs quidem Luterus sæuit in Romanum Pōtificem & veterem religionem, hactenùs est Euangelista Christi, tertius Elias, & nescio quid non: Vbì autem Zuinglianos quoquè perstringit, iam non Christi spiritus, sed diabolus loquitur per eum. Sic enim Tigurini de illo scribunt: quasi verò contumelia sit, iam olìm in Berengario damnatę hęresis excitatores proscindere: porrò facinus apostolicum, inuehi in summum Pontificem, & Ecclesiæ Catholicæ, velint nolint hęretici, Pastorem, cui in Petro dictum est, Pasce oues meas. Et quarè tādèm nō vident homines, q̄ absurdos habeant

Tigurini vertunt Biblia.

Luterus scribit Tigurinos.

Ioan. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

magistros,qui cùm in Papistis, vt ipsi vocant, hoc vel maximè damnent, quòd non verbo Dei,sed humanis cõstitutionibus nitantur, quod tamẽ ipsi turpiter mentiũtur, tamen se inuicèm ferre nõ volunt,licèt vtrinquè nihil nisì purum euangelion crepent?Hîc quoquè altum est apud Sleidanum silentium de Luteri ista respõsione ad Froschouerum,qua tam atrociter damnat Tigurinos. Sic nimirùm expediebat causæ,quam defendendam susceperat Sleidanus. Sed vbì interìm fides historici, quam ipse de se pollicetur?O quàm multa essent in illo homine annotanda,si tempus & institutum pateretur. Legant sanè Sleidanum, qui bonas horas pessimè collocatas volunt:viri cordati,sat scio,hominis impudẽtiam & vafriciem detestabuntur.

Zuinglij opera edun-tur magnò dolore Lu-teranorum.

¶ Nè verò Tigurini nimiùm diù Lutero tacuisse viderentur, opera Zuinglij colligunt: Germanicè ab illo scripta,ab eius genere Rudulpho Gualtero Latinè transferri curant,tantumque thesaurum in lucem edunt, vt aliæ quoquè nationes scire possint, quàm egregius vir Zuinglius fuerit. Illis operibus prefixa est pro Zuinglio eiusdem Gualteri Apologia ad Catholicam Ecclesiam,(sic enim vocant suam synagogam) in qua inter cætera aduersariorum obiectionibus & criminationibus respondet. Væ tibi Lutere.Eam quidem operum Zuinglij editionem Luterani permolestè ferebant,vt scribit Zuinglianus quidam.

Comitia Noribergę.

¶ Huius anni mense Ianuario,dum Carolus Cæsar est in Hispanijs, Comitia Noribergæ habentur.Mortuus est illic Christophorus Episcopus Augustanus,Cæsaris in eo conuentu legatus, habuitq; successorem Ottonem Truccesium,posteà Romanæ Ecclesiæ amplissimum Cardinalẽ, multis corporis & animi dotibus valdè insignem. In his Comitijs Protestantes se purgãt apud Ferdinandũ & Cæsaris legatos de profligato Brũsuicensi principe, aiunt rectè atque ordinè se fecisse: petunt amoueri Iudices Cameræ,& alios constitui,& quædã alia:adduntq;, nisì sic fiat, quẽ admodùm ipsi petunt,non posse se de bello Turcico quicquam statuere. Henricus Princeps ad Cameram accusârat Protestantes, sed illi Cameræ iudices prorsùs respuebant. Respondit illis Ferdinandus & Cæsaris legati,iam indictũ esse concilium, Cæsarem aduentare,indicta causa nõ posse amoueri iudices Cameræ,Henrico principi sua repetenti non posse ius denegari,& pleraq; alia. Verùm Protestantes aiunt se Concilium non approbare,&c. Interim nihilo minùs decretum facit Ferdinandus cum reliquis ordinibus de certis quibusdam rebus, cui decreto Protestãtes se minimè consentire profitentur. Quis non videat,quàm hæc ad certam Germaniæ perniciem pertinuerint,nisì Deus nobis peperciisset?Has animorum offensiões & dissensiones peperit nobis Luteri Euãgelion,cuius ptasin lõgè tristissimã iãpridèm vidimus,catastrophen verò longè turbulẽtiorẽ expectamus. Turca demùm vel Moscouita docebit nos recta sapere.

Protestãtes suã causam tuentur.

Concilium suspẽditur.

¶ Misit hoc anno tres Cardinales legatos Paulus Põtifex ad Concilium Tridentinum,sed feruente bello inter Cæsarem & Gallum,in aliud tempus prorogatum est. Quæ enim poterat spes esse Synodi peragendæ, dum

dum inter se infestis signis concurrerent precipui orbis Christiani reges?

Obitus Eccij &Pighij.

Mortui sunt eodem anno intra vnius mẽsis spatium duo clarissimi viri Iohannes Eccius & Albertus Pighius,inuictissimi Catholicæ doctrinę propugnatores. Eccium acerbè perstringunt Euãgelici:sed si omnes suos grãmaticos theologos in vnum conflent,vix Eccio parem efficient. Dictio eius nõ admodùm elegans est,sed solidè doctum fuisse res ipsa loquitur:nec Græcæ & Hebraicæ linguæ rudis fuit. Memoria tenacissima plurimùm illi contulit,& prẽterquàm quòd veteres Patres studiosè legit,etiàm in scholasticis diligẽter versatus est. Horum temporum scioli pleriq; scholasticos scriptores ob sermonis barbariem planè cõtemnunt, ipsi vel hoc solo nomine meritò contemnẽdi: quasi eruditio à verborum phaleris,& non ab ipsa potiùs rerum cognitione petenda sit. Multi hodiè versantur in veterum Patrum lectione,contemptis scholasticis: sed quãtùm illi in solida Theologia proficiant,res ipsa declarat. Nec immeritò nostri Euangelici scholasticos oderunt, cùm non ignorent ab illis affatìm tela suppeditari,quibus ipsi conficiantur. Quòd enim quæstionibus sua ferè tractant,ingeniorũ exercitandorum causa id faciunt,vt possint in promptu habere argumenta,quibus hæreticorum commenta elidantur.

Scholastici Doctores minimè cõtemnendi.

Gallus perstringit Cęsarem.

Franciscus Gallorum rex scribit literas ad summum Pontificem, quibus vehementissimè perstringit Carolum Cęsarem,iamque animo totus in bellum inclinatus,suis extraordinarium imperat stipendium quinquaginta millium peditum. Copijs omnibus equitum & peditum coactis, in Hannoniam proficiscitur,Landresium capit,mirificè communit,& Landæ viro egregiè militari seruandum committit.

Per hoc ferè tempus Hermannus princeps elector & Archiepiscopus Colonienſis,à quibusdam deceptus, Martinum Bucerum Argentorato Bonnam accersit,religionis quandam reformationem, vel potiùs deformationem eius opera inchoaturus. Fuit ille princeps natura vir bonus, & in miseros ac egenos benignus & liberalis,sed parùm doctus. Itaque non mirum est, potuisse eum Buceranis fallacijs facilè circunscribi. Bucerus, vbì Bonnam venit,iubente Episcopo concionatur ad populum. Ea res non parùm offendit reuerendum & illustre maioris ędis Capitulum,Clerum omnẽ,& totam Vniuersitatem Colonienſem. Hortantur igitur episcopum,vt desertorem monachum reijciat:si non habeat idoneos cõcionatores,se curaturos vt habeat. Ille contrà manet in proposito,velle se reformare ait diœcesin suam. Cùm illi è diuerso obijcerent, si quid tale vellet,non debere id ipsis inconsultis ex canonum præscripto facere,nec ea in re vti opera votifragorum monachorum. Bucerus in suî defensionem scriptum edit librum,multis tetris erroribus,fœdis mẽdacijs & atrocibus in catholicos calumnijs scatentem,qui est mox ab Vniuersitate & Clero Colonienſi contrario scripto egregiè confutatus. Verùm Episcopus,quibusdam eum instigantibus, etiàm Melanchthonem à Saxone petit: nec ille solus venit,sed pter eum etiàm Pistorius, Sarcerius,& eius farinę plures. Ab his liber quidam de Reformatione instituenda conficitur,pcipuo

Electior Colonienſ. res nouas molitur.

Bucerus cõcionatur Bonnæ.

Melãchthõ cum alijs venit ad epiſcopum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

architecto Bucero. Hunc librum Episcopus mittit clero summæ ædis Colonien, vt si possint, vera ratione cõfutent: sin minùs, nouerint eum proximo Ordinum Diœcesis suæ conuẽtu, qui tum imminebat, librum publicaturum, & eam Reformationẽ executioni daturum. Scriptum est igitur intra tres hebdomadas Antididagma contra hanc pestilentẽ reformationem, & primarij Cleri nomine missum est Episcopo cum demissis admodùm precibus, quãdoquidem Buceri librum nulla ratione admittendum perlegisset, etiàm Antididagma suũ vti nè legere grauaretur. Porrò legitimam Reformationem non modò non recusare, sed cumprimis etiàm cupere se scripserunt. Ad extremum orant, vt cõcionatores illos minimè probatos, à se dimittat. Historiam hãc Sleidanus longè aliter narrat, quàm deceat bonum virum. Inter cætera ait, etiàm à Pontificis legato & Cæsare in Comitijs Ratisponensibus iniunctũ episcopis, vt in suis quisq; finibus piam emendationẽ instituerent: Scilicèt ignorabat Sleidanus nihil voluisse minùs Legatum & Cæsarem, quàm vt Bucerus ad eam rem accerseretur. Tum addit non fuisse apud Colonienses, quos Episcopus populo rectè præficeret. O sycophantam: non erat tam inops bonorum virorum Coloniẽsis diœcesis, vt Bucero apostata haberet opùs. Non semel etiàm clarissimum virum Iohannem Gropperum in suspicionem hæreseos vocat, tãquàm is Bucerum plurimi fecerit, & semper magnoperè cõmendârit. Sed hãc calumniam ille insignis vir, edito ad Imperatorem Carolum V. libro, à se depulit: atq; alibi etiàm testatur, Sleidanum, quem vocat infidum rerum Imperij exploratorem, in sua mendacijs referta historia falsò hęc ipsi affingere, & Bucerum ipso & bonis omnibus non modò inscientibus, sed etiàm inuitis, in Colonienſem diœcesim irrepsisse, disertisq; verbis eodem loco Bucerum vocat hominem deploratæ memoriæ. Nec sanè impunè tulisset Sleidanus eam iniuriam, nisi priùs è medio fuisset sublatus, quàm Gropperus ità vt instituerat, scripto eum refellere posset. Sunt & alia Sleidani commenta, sed longum est omnia referre. Hoc tamen addendum est, D. Gropperum, cùm reuersus esset ex colloquio Ratisponensi, cuius paulò superiùs meminimus, percurrisse scripta Buceri, & vt hominis exploraret constantiam, contulisse ea cum ijs articulis, qui in eo colloquio erant conciliati: tum verò innumera offendisse non mediocriter discrepantia ab illis, quæ in illo colloquio Bucerus receperat & approbârat: denique annotâsse fœdissimas quasdam illius Buceri antilogias, errores, mendacia, blasphemias, quibus & Manichęum superàsset. Si quis hęc exactiùs nôsse volet, legat ea quæ scripsit doctissim⁹ vir Euerhardus Billicus in defensionem Iudicij Vniuersitatis & Cleri Colonienſ. aduersùs calumnias Melãchthonis, Buceri &c. vbi hæc inseruit: Indè iam videre licet, qd de Bucero senserit Gropperus, & quàm candidè de Gropero scripserit Sleidanus. Ità non possunt isti suum Euangeliũ propagare in orbem, nisi impudenter identidèm mentiantur? Debebat meminisse infidus ille historicus, si in alijs non nullis rebus, quarũ notitiã paucissimi haberẽt, falsò narrandis impunè mentiri posset, tamen ea in re, q̃ & libris palàm

Antididagma.

Sleidani vanitas.

In opere de Eucharistia, Articulo 4. cap. 14.

palàm editis, & multorum etiamnùm superstitum testimonijs esset compertissima, mala fide narrãda, non nisi turpissimè & impudentissimè eum mentiri potuisse. Ecquis verò illi in arcanis referendis fidem commodet, quem in manifestis non pudet esse vanum? Hæc dicta sint propter eos, q tantum tribuunt Sleidano. Quòd verò Episcopus Hermannus tanti fecit Bucerum, non minima ex parte eius insciti tribuendum est, qui nõ satis calleret, quantoperè sacri Canones, vetustissima Concilia, & sanctissimi Patres, sanctarum vtiquè scripturarũ authoritate subnixi, quæ iubent vota reddi, damnant Apostatas monachos, præsertim si illi etiàm incestis nuptijs se contaminent. Bucerus verò non vnis cõtentus nuptijs, etiàm tertijs se polluit, licèt monachus & presbyter esset, cõtra datam Deo fidem, contra Canones & Concilia omnia, contra morem gentium omnium è religione Christianarum. Et tamẽ hunc virũ nõ dubitãt quidã vocare pacis & pietatis studiosum. Væ qui dicitis bonum, malum: & malum, bonũ.

Num. 30. Deu. 12. & 23 Psal. 75. Eccẽs 5. Esa. 5.

Intereà Carolus Cęsar ex Hispanijs nauigaturus in Italiam, Philippum filium, sextumdecimum ætatis agentem annum, Hispaniæ regẽ pronunciat, eiq; totius regni ciuitates per legatos sacramentum dicunt. Conferũtur Cæsari in bellum ituro supra quadraginta myriades aureorum nummũm: rex quoquè Lusitaniæ Iohannes grandi pecunia pium principem iuuat. Iam non immeritò summus Oriẽtis belli metus Europam inuaserat, nè eius occasione Solimannus Turca totum Occidentem sibi subiugaret: quod quidem facile illi fuisset, nisi Deus clemens & pius, eum à nostris ceruicibus auertisset. Et certè locustæ illæ, quæ ab Oriente per Illyricum stupendis agminibus in Italiam conuolârant, maximaq́e passim in agris, segetibus, pratis, arboribus, foliis omnibus ocyssimè deuoratis, dãna dederant, Turcarum aduentum portendere visa sunt: neque id prorsùs temerè, vt ex ijs quæ paulò pòst dicemus, apparebit.

Philippus declaratur Hispaniæ rex.

Cæsare in Italiam aduentante, Paulus Pontifex multa iam ętate grauis, se dat itineri, spe componendæ pacis cum Cęsare collocuturus. Cęsar Genuæ in Aurianis ædibus splendidissimo ornatu excipitur, & visus est paulò asperior, propterea quòd põtifex nulla ei in Gallum subsidia dedisset, vixq́e impetrari potuit, vt in colloquium veniret. Sed Pontifex, qui se parentis sustinere personam non ignoraret, ità se gessit medium, vt neutrius partes fouere videretur. Porrò Cæsar nimiùm lacessitus tot ditionũ suarum rapinis, incendijs, euastationibus ac direptionibus, de pace nihil audire sustinuit, nec voluit colloquijs nihil tamen effecturis tẽpus terere, vt maturè bellum susceptum contra Cliuensem principem cõficere posset. Passus est tamẽ se in colloquium nedùm Pontificis, sed etiàm amplissimi Cardinalium Senatûs trahi apud Buxetum vrbem, vbi sanè Pontifex id vel maximè conatus est à Cęsare impetrare, vt pace cum Gallo cõposita, in Turcam arma conuerteret. Idem conati sunt Cardinales, sed Cęsar multis de causis inexorabilis, ab ea belli cogitatione deduci non potuit. Nihil enim eorum latebat prudentissimum principem, quæ non vno loco hostes in eum machinati essent, idq́e eo tempore, quo contra acerri-

Paulus 3. it ad Cęsarẽ.

Colloquiũ Põtificis cũ Cæsare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mos Christianę religiōis hostes pugnaturus, maximam bellici apparatûs in mari iacturam feciſſet apud Argieram.

Claſſis Turcica. Dum hæc geruntur, Hariadenus Barbaruſſa iuſſu Solimanni Turcarū Principis, cum centū & decē triremibus, biremibus quadraginta, ad Meſſanę fretū peruenit, Rhegyum occupat, abductis indè in miſeram ſeruitutem ſeptuaginta circiter Hiſpanis militibus, & multò pluribus Rhegynis ciuibus. Poſteà Oſtiam venit, vſqueadeò Romanis trepidantibus, vt vrbem planè deſerturi viderentur. Triduo illic hæſit Barbaruſſa propter aquationem longè optimam, poſteà Maſſiliam rectà cōtendit. Indè claſſem ad Niceam Prouinciæ admouet, vrbem grauiter oppugnat & capit, eamq; milites Turcæ diripiunt, & incendijs deformant, multamque indè atque ex Italia Chriſtianorum hominum vtriuſque ſexûs prædam abducunt in tetram captiuitatem. Feruntur fuiſſe circiter 5200. & in ijs eleganti forma virgines Deo ſacratæ 200. Reliqua præda penè ſexcentis ducatorum millibus æſtimata dicitur. Barbaruſſa Turcæ gratificaturus, & homines & reliqua omnia quatuor magnis nauibus impoſita, adiuncta alia naui præſidiaria, Solimanno tranſmittit. Intereà Garſias viceregis Neapolitani filius, claſſe ſua Iohanniticæ ſociata, Turcicas oras depopulatur, non mediocri relata præda. Dum autem Siciliam versùs nauigat, obuias habet Barbaruſſæ, quas diximus, naues cum præda hominum & aliarum rerum. Sentiens verò hoſtiles eſſe, irruit in eas, & omnes Meſſanā perducit, non ſinè maximo Dei beneficio, quo è ſæuiſſimorum barbarorum manibus miſeros illos extorſit, quos non dubium eſt incredibilem animi mœrorē ab inſperato in ſummum gaudium commutâſſe.

Nicea oppugnatur.

Pręda ingēs

Pręda Turcis eripitur.

Nè quid verò ad ſummam calamitatem Chriſtianis deeſſet, dum Barbaruſſa mare infeſtum habet, Solimannus cum ingentibus copijs Pannoniam vaſtat. Valponium primò, mox Soclos capit. Apud Soclenſes in p̄ſidio erant ducēti, & eo ampliùs nobiles Hungari, qui cùm diù fortiſſimè reſtitiſſent, tandèm compulſi ſunt ſe victoris arbitrio permittere. Itaque deditione facta, porta vrbis excedētes, ad vnum omnes interficiuntur. Indè Strigonium, trina licèt irruptione infeliciter tentata, noſtris fortiter reſiſtentibus, tandèm deditione occupat, opera præſertim transfugæ cuiuſdam ſenis Calabri, qui quo loco vrbs oppugnāda eſſet, ſceleratiſſimè detexit. Captam eam vrbem Solimannus mox admirabili ſtructura & opere ità communiuit, vt Chriſtianis eius recuperādæ ſpes omnes prorsùs præcidiſſe videatur. Mox Tattam oppidum, præſidiarijs ſeſe dedentibus, in poteſtatem redactum funditùs euertit. Ottomāni enim, veteri inſtituto, raris, ſed validis, prēſidijs partas bello prouincias tueri ſolēt. Pòſt cum toto exercitu Albam petit, quæ propterea Regalis dicitur, quòd illic perantiquo gentis ritu reges coronentur, ac eodem in templo priſcorum regū ſepulcra viſantur. Totius autem Pannoniæ facilè nobiliſſimæ vrbes ſunt Buda, Strigonium, & Alba, quæ paribus ferè interuallis inter ſe diſtantes, trianguli figuram efficiunt. Eſt Alba cumprimis munita, nec deerant vrbi tuendæ ſtrenui milites: conſilium rebus adminiſtrādis idoneum defuiſſe vide-

Hungariam populantur Turcæ.

Strigonium occupant.

Alba regalis vndè dicta.

videtur. Solimānus vrbem latè complexus, ſpectantes noſtros admirabili atq; ſtupenda caſtrorū ſpecie cōterruit, adeò vt quingenti Vſarones equites ex vrbe diſceſſerint, magno noſtrorū incommodo. Vbi ad oppugnationem ventum eſt, breuì eò Albani ciues adducti ſunt, vt maturè dedendam vrbē deliberârint. Itaq; eo quoq; inſigni oppido immanis Barbarus potitus eſt, totiq; demùm Pānonię Mahometem Iahaoglem cum imperio pręeſſe voluit, qui locis illis, quę etiamnùm à Ferdinando rege renebantur, crebris excurſionibus magnas ſępè clades attulit.

Porrò dum hęc in Pannonia gerūtur, Cęſar Carolus ex Italia in Germaniam abit. Ante eius aduentum Hinsbergo impoſiti à Brabantis milites, ſumma annonæ penuria laborare cœperunt. Rem igitur per literas Brabantis indicant. Illi cum ingenti exercitu & omni ferè nobilitate Moſam tranſmittunt, & 12. Calend. Aprilis maximam commeatûs copiam & reliqua bello gerendo neceſſaria in oppidum important. Vbi id Principis Cliuenſis copię reſciſcunt, ad eos contēdunt, oblataque mirabili opportunitate, quòd Brabantis venti, pluuiæ & grandines eximprouisò ſe obijcerent, nō dubitant pauci cum multis confligere. Fit atrox pugna diù ancipiti Marte, donèc cęſo & in fugā verſo Brabantorū peditatu, victoria ad Cliuēſis Principis militē inclinaret. Lauta illic & ſuprà quàm dici queat, magni precij pręda capta eſt, multa tormenta egregia, & pleraq; alia.

Hinsbergo aliēta inuehuntur.

Præda multa.

Hac victoria elati Cliuenſes, ditionem Limburgenſem populabūdi inuadunt, prædas ſtrenuè agunt, pagum Herl adeunt, eius cœmeterium egregiè munitum, quò incolę confugerant, obſident: ſed incolis impigrè dimicantibus, re infecta, non ſinè damno abſcedere coguntur, vtì etiàm aliâs non ſemèl ab eodem loco.

Cœmeteriū munitiſſ.

Appetente meſſe, quòd milites ex Hinsbergo crebra eruptione vicinis pagis eſſent infeſtiſſimi, à Cliuēſibus obſidetur oppidum, & admotis tormentis muri validis ictibus ſternuntur. At qui intùs erant, nihil exterriti, aggeres inſtituunt, & ſe hoſtibus fortiter opponunt. Octaua obſidionis hebdomade Brabanti inſtaurato exercitu rursùs Moſam traijciūt, ſenſimque hoſtibus propinquantes, nunc accedendo, nunc cedendo ab oppido hoſtem in campum eliciunt: dumque vtriq; exaduersò conſiſtūt, & leuibus pręlijs crebrò ſe laceſſunt, diuerſo itinere currus Brabātici, annona & alijs rebus neceſſarijs onuſti, Hinsbergum ingrediuntur. Iam iuſta omninò pugna inſtare videbatur, dum eccè Cliuēſes pręfectorū iuſſu ſensìm retrocedunt, moxq; in fœdam dilapſi fugam, Brabātis inſequendi & fugientium terga cedendi occaſionem offerunt. Ex ea fuga non dubio pudore perfuſi milites, cùm in duces culpam reijcerent, Martinum Roſſemium ducem primarium ſibi dari petunt. Annuente Guilelmo Principe, Roſſemius aliquot Traiectenſis diœceſis oppidula infeſtat, Amsfordiam inſigne & munitū oppidum, excluſis miro aſtu p̄ſidiarijs, qui prędatum ex vrbe proceſſerant, deditione occupat, ciues graui ære mulctat, quo militi aliquot menſiū ſtipendiū p̄ſoluit. Princeps Aurantius ſubſidio venit Amsfordianis, ſed ſerò. Roſſemius porrò pergit in Buſcoducenſium

Hinsbergō obſidetur.

Amsfordia capitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fines, Helmundam & Endouiam capit & diripit. Sub idem quoq; tempus Limburgensis ager, nupèr intactus, cum tota Daleuia & ditione Falckenburgensi, opimis abactis spolijs, vastatur.

Cæsar Spiræ respõdet Protestantibus

Intereà Cæsar Spiram venit. Ibì Protestantes per legatos quædam ei proponunt, quibus responsum est, satis ipsis de pace cautum esse, Cameræ iudices indicta causa remoueri nefas esse, & quædam alia. Moguntiæ deniquè, quò eum Legati illi sequebantur, dictum est illis, nisì Henricus Brunsuicensis restituatur, Cæsari nõ defuturam viam qua illum restituat. Appáret hinc mirabilis animi fortitudo in illo principe, qui id temporis tot potentissimorum hostium armis petebatur, nec tamẽ vspiàm sese per ignauiam abijcit. Sunt tamen, qui scribere videantur Granuellanum & Nauium dixisse Protestantium legatis, Brunsuicensem ipsum, nisì restitueretur, rationes initurum, quomodò sua recuperaret. Sed id quoquè ferè eodèm pertinet, cùm satis constet Brunsuicensem Cæsaris amicitia & ope fretum, suis rebus neutiquàm defuturum fuisse, eoq; spectâsse Granuellanum appáret, cùm hoc responsum reddidit legatis Protestantium. Nam proprijs viribus, quæ tum angustæ erant, non facilè contra fœderatos illos Protestantium ordines quicquam Brunsuicensis efficere potuisset.

Apud Spiram Archiepiscopus Colonicnsis Cæsarem pro Cliuensi Principe deprecatur, sed Cæsar nullam pacis mentionem audire voluit, nisì ille priùs Geldrensi principatu decederet. Rogauit quoq; pro eo Saxonicus legatus iussu sui principis, sed nihil potuit obtineri.

Cæsar laudat Colonienses.

Moguntia Cæsar dat literas ad Senatum Colonienscm, quibus eorũ laudat in fide Catholica constantiam, quòd nõ cesserint quibusdam concionatoribus, qui eos à catholica religione auertere modis omnibus attentârint: hortatur, vt perseuerent, & populũ in officio contineant. Idem ferè scribit ad illos etiàm Pontifex Paulus 3. Senatus itaque cõuocato populo mandat, vt his edictis pareant. Dici vix queat, quot dolis, quot cuniculis, quot modò occultis, modò apertis machinationibus malus dæmon per suos administros hãc vrbem multis nominibus longè celeberrimam, conatus sit ab vna, vera, Catholica fide in istos deterrimos & pugnantissimos noui Euãgelij errores abducere, quibus iam tota ferè Germania miserè perijt: sed quæ DEI est singularis benignitas, nihil hactenùs efficere potuit, Senatu prudentissimo & grauissimo diligẽter inuigilante, nè homines pestilentes voto suo potiri queant. Multæ sunt artes cacodæmonis, & habet ille suos satellites, qui vbì vident nihil aperto Marte se posse consequi, vertuntur ad insidias, transferunt se in angelos lucis, nihil nisì pacem & pietatem præ se ferunt, donèc hac perniciosissima simulatione apud incautos præclarę cuiusdam existimationis, magnę pietatis, non dubiæ integritatis famam sibi concilient: Tum verò sensim virus effundũt suum, & sub pietatis prætextu, etiàm illos non rarò à Catholicæ Ecclesiæ pace & vnitate auellunt, quos neq; Luterus, neq; alij omnes ex professo Ecclesiæ hostes, euertere potuerũt. Vigilandum est igitur omnibus, quibus

Coloniæ multùm insidiari hæretici.

bus sempiterna animarum suarum salus cordi est, nè circunueniãtur à satana. Habet, semperq; quandiù hìc stabit Orbis, habebit suas laudes eximias in clytâ & pręclara Colonia Agrippina, quòd tam multis in Germania ab auita eademque sanctissima religione deficientibus, ipsa constantissima permansit, nec eam fidem & religionem puerili leuitate sibi deserendam putauit, quam longè ante mille annos accepissct, & in hunc vsq; diem, à sanctis Maioribus suis integra fide velut per manus sibi traditam, religiosè conseruâsset, licèt sæpè incredibilibus astutissimorum satanæ satellitum fraudibus & technis, armis & machinis oppugnata. Orandus autem est Deus, vt eandem etiàm deincèps, vtì benè spramus, constantiam seruet, præsertim cùm nunquàm cesset satanas nouos texere dolos, & nouas mẽditari artes, quibus vel tandèm etiàm cõstantissimos expugnet: nec desint qui hanc eximiam laudem inclytæ vrbi inuideant, quam illi tribuit scriptor quidam vetustus, his verbis vsus: *Postquàm fidem suscepisti Ciuitas prænobilis, recidiua non fuisti, sed in fide stabilis.*

Colonię encomium.

Caluinus contra reliquias.

Hoc tempore Caluinus librum edidit contra reliquias, dignum planè tali patella operculum. Esto, fuerit quorundam tanta inscitia, vt nonnunquàm non satis rectè vsi fuerint sacris reliquijs, num propterea tam impiè in reliquias ludẽdum est? Valdè acuti sunt isti scioli, vt vel minima quęque in Catholicis videant: ipsi suas absurdissimas impietates, horrendos errores, infanda scelera non vident. Si vixisset hac ætate D. Hieronymus, os blasphemũ Caluini multò etiã maiori dicẽdi libertate & inuicta incõparabilis doctrinę authoritate oppressisset, atquè olìm impij Vigilãtij, quem Eunomij blasphemias sectantem contra martyrũ reliquias, caluus iste Caluinus socium habet impietatis suæ. Vtinàm Christꝰ tandèm liberet Ecclesiam suam ab id genus deploratis hominibus.

Cæsar venit Bonnam.

Cęsar vbì Bonnam venit, ab Episcopo aliquot diebus lautissimè accipitur: Episcopum verò Cęsar orat, vt Bucerum à se dimittat: nam Melanchthon iam discesserat. Aderat Bucero socius Caspar Hedio: vterq; nõ multò pòst abijt Argentinam. Si in Hispanos milites incidissent, haud dubiè martyres euasissent. Verùm illis tum longè tutius erat latitare. Habet enim & diabolus martyres suos.

Dura oppugnatur & capitur.

Bonnæ Cęsar lustrato exercitu suo, 21. Augusti Duram iter intendit: quò cùm peruenit, Heraldum mittit, qui vrbis deditionem petat. Ea non impetrata, paulò pòst summo manè horribili tormẽtorum tonitru quassantur mœnia, donèc tandèm quinto incursu vrbs capta est. Magna tum oppidanorum & aliorum intra vrbem cędes facta est, vt solet ijs in locis, quę hostis vi occupat: vastatę ædes, bona direpta, non pauci capti, qui vitam magno ære redimere coacti sunt. Altero die, incerto authore, vrbs incenditur, & quod miles rapax tollere non potuit, flamma vorax absumpsit. Misit verò pius Imperator milites, qui incendium restinguerent, sed non nisì paucæ ædes cum Franciscanorum cœnobio seruari potuerunt. Ità intra vnius anni spatiũ vrbs calamitosa tèr obsessa, nunc demùm miserè perijt. Grassante incendio, qui superstites manserant, in castra

Inflãmatur.

educti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducti sunt: vbi fœminæ & pueri sub Cæsaris papilione, viri Ecclesiastici in Episcoporum tentorijs seruati sunt incolumes, atque luce proxima reducti in vrbem. Porrò caput Diuæ Annæ matris beatissimæ Mariæ virginis, quod illic seruatur auro inclusum, & quotannis multo confluentium hominum studio & deuotione visitabatur, religiosus Imperator cum magna celebritate ab Hispanis curauit inferri in templum Franciscanorum, nè incendio vastaretur. Eiusmodi sanctarum reliquiarum piam veneratiReliquiarú venerationem nõ ferunt Vigilantiani.
onem, quæ tamen tota in eius fit honorem, à quo sancti habent sanctitatem suam omnem, noui Vigilantiani nostri ferre non possunt. Dicamus ergò illis, quod olim Diuus Hieronymus incomparabili tum eruditiõe, tum vitæ sanctimonia prędituS, dixit Vigilantio: Rides, inquit ille ad Vigilantium, de reliquijs Martyrum, & cum authore huius hæreseos Eunomio Ecclesijs Christi calumniam struis: nec tali societate terreris, vt eadẽ contra nos loquaris, quæ ille contra Ecclesiam loquitur. Et infrà: Sentio, sentio infelicissime mortalium, quid doleas, quid timeas. Spiritus iste immundus, qui te hæc cogit scribere, sæpè hoc vilissimo tortus est puluere, (sic enim Vigilantius appellabat cineres & reliquias Sanctorum) immò hodieque torquetur &c. Multa ibi alia scribit Diuus Hieronymus, quæ meritò deberent istorum insaniam comprimere, qui hodiè cum illis ante tot sęcula damnatis hæreticis Diuorum reliquias atque etiàm inuocationem oppugnant, & misero persuadent vulgo, dum illas honoramus, idololatriæ scelus nos admittere. De Constantino Copronymo Imperatore
Constãtini copronymi impietas.
Græco, Leonis imaginum oppugnatoris filio, homine valdè impio, Suidas Græcus author sic habet: Eò dementię & vecordiæ, inquit, peruenit, vt publicitùs populo sanctionem vniuersalem proposuerit, nè quis omninò ministrorum DEI sanctus diceretur, sed vt reliquiæ eorum inuentæ despuerentur: néve intercessio illorum, quòd nihil possent, peteretur. Quin mortalium omnium impurissimus, prȩcipere est ausus, nè quis Marię intercessionem imploraret. Non enim, inquit, opitulari cuiquam potest. Atquì Venerem ille coluit, (quemadmodùm certè præclarè etiàm nostri Euangelici) & victimas humanas obtulit &c. Hęc Suidas. Pudeat tandèm tam sceleratę societatis.

Ruræmũda deditur Cęsari.
Dura expugnata, Cęsar abit Iuliacum, quod vacuũ ferè inuenit, demptis paucis fœminis & exacta ætate viris. Pòst Ruræmundam proficiscitur, Geldrię munitam vrbem. In eo itinere ex omnibus fermè Iuliacensis regionis oppidis veniunt legati, deditione pacem expetentes. Ruræmundenses, nihil expectata obsidione, Cęsari sub certis conditionibus se dedunt. Cęsar vrbem ingressus est altera Septẽbris die, & ab oppidanis honorificè acceptus, his salutatur vocibus: Salue Imperator, salue Carole V. dux Geldriæ. agnoscit dominum Ruręmundensis cliens, fidelitatemque iureiurando confirmat. Indè Venlonem oppidum valdè munitum se cõfert. Ciues primò inducias petunt paucorum dierum, quibus consulant
Item Vẽlonenses & Zutphaniẽses.
principem Guilelmum. Illo respondente, vt consulant rebus suis, se illos sacramento, quo ipsi teneantur, soluere, in Cęsaris ditionem concedunt.

Idem

Idem faciunt etiàm aliquot alia Geldrię oppida, itemque Zutphanienses per legatos suos.

Princeps Cliuensis conciliatur Cæsari.
Cęsare apud Venlonem agente, Princeps Cliuensis sanis vsus consilijs, comitatus Henrico Brunsuicensi principe & legatis Archiepiscopi Colonienſis, ad Cęsarem supplex venit, ab eoque sub quibusdam conditionibus in gratiam recipitur, Videlicet, vt religiõem Catholicã in omnibus suis ditiõibus inuiolatam retineat: si quid mutatum est, restituat: Cæsari, Romanorum regi & Imperio se morigerum præbeat: fœderi Gallico, Danico & Suedico renũciet: Ducatu Geldriensi & comitatu Zutphanensi sese prorsùs abdicet, & iusiurandum populo remittat: & quædam alia, quæ non est necesse hùc adscribere. Cæsar quoquè principi condonauit, quicquid hoc bello damni datum esset regionibus ipsius, & offensiones omnes. Seruauit autem sibi ad breue tempus Zittardiam & Hinsbergum, munita Iuliacensis agri oppida.

Pluit sanguine.
Per hoc tẽpus in dioœcesi Monasterienſi ad castrum Sassenburg, haud procùl à Warendorp, sanguine pluit.

Georgius Dauid.
Hoc anno nouus quidam propheta extitit in Frisia, nomine Georgius Dauid. Ille insanus non se dubitauit Dei nepotem appellare. Cum feris & auibus, quocúque esset collibitum idiomate, colloquia miscuit, & ab illis alimenta accepit, hauddubiò præstigijs & dæmonum opera vsus. Aiebat cęlum prorsùs esse vacuum, se diuinitùs missum, vt regni hęredes accerseret: multaque id genus alia ridicula & absurda, quibus tamen non defuerunt qui fidem commodarẽt, vt est hoc seculũ pudenda leuitate, & plusquàm anili stoliditate auidum in res nouas, quantumcunquè alioquì absurdas & impias. Quis huius Prophetę demũ exitus fuerit, infrà suo loco dicemº. Carolus Cęsar huius farinæ homines ferro & igni seuerissimè in suis ditionibus inferioris Germanię persecutus est, adeò vt Georgius iste timens pelli fuę, cum suis Basileam se contulerit, vt infrà dicętur.

Lucemburgum occupatum.
Sub finem Decembris Franciscus Gallorum rex Lucemburgum rursùs occupat. Ferebatur opem laturus Cliuensi principi, atque eo nomine etiàm adduxisse sororis filiam Iohannam, Cliuẽsi anteà desponsam: Verùm vbi de Principis cum Cęsare conciliatione certum accepit nunciũ, non mediocriter fuit perturbatus: at nihilominùs Lucẽburgum egregiè muniendum curauit.

Lãdresium obsidetur.
Eodem tempore Anglię rex Henricus exercitum mittit in Belgium, qui cum Cęsaris copijs coniunctus, Landresium obsidet. Cęsar eò venit mense Octobri cum ingenti exercitu: venit etiàm Galliæ rex cum manu valida. Res non longè à prȩlio abesse videbatur: sed Galli, cùm in oppidum annonam intulissent & militem recentem, clàm indè recedunt. Cęsareani luce demùm appetente id sentiunt, abeuntes insequuntur, ex postremo agmine non paucos interficiũt, multamq; vasorum aureorum & argenteorum, atque aliarum rerum prædam referunt. Cæsaris consilia arcana de prælio ineundo ad Gallos quorundam opera delata ferebãtur: quare offensus Cæsar, post Galli discessum, soluta obsidione Landresij,

Came-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cameracū obtinet Cæſar.

Cameracum occupat, eiq́ue arcem imponit: cętera, vt quidam annotauit, liberam ciuitatem, de priſtino ſtatu eius nihildum immutans, Antiſtiti permiſit: quædam etiàm alia vicina loca ſibi vendicat: porrò exercitûs partem dimittit: reliquos ad Lucemburgi obſidionem mittit: ipſe domum redit.

Luſitanus rex occúbit

ANno 1544. 2. Ianuarij è viuis exceſſit Luſitaniæ rex Iohannes, Iohannis tertij filius, anno ætatis ſuę 17. In matrimonio habuit Caroli Cæſaris filiam Iohãnam, quæ ab illo grauida relicta, eiuſdem menſis die 20. Sebaſtianum principem enixa eſt. O quàm multi in rerũ omnium ſumma affluentia tum auferũtur ex hac luce, cùm eam primùm incipiunt intueri. Et tamen in tanta miſeræ vitæ huius incertitudine, quotuſquiſque eſt, qui non ſibi Neſtoreos propemodùm polliceatur annos?

Eodem menſe natus eſt Franciſcus, primogenitus Henrici Valeſij, poſteà Gallorum regis, cui idem ipſe Franciſcus non diù pòſt ſucceſſit. Sunt qui ſcribant nõ deſuiſſe iuris ciuilis doctores, qui Henrico regi permitterẽt, à Catharina Medice ipſius coniuge, quæ iam multis annis fuiſſet ſterilis, diuortio ſeparari, eiusq́ue rei exempla aliquot recentia adferrent: ſed tum Henrici patrem Franciſcum, tum Henricum ipſum, ſanctis rationibus eiuſmodi pernicioſas inſuſurrationes conſtanter refutâſſe, & quadam Chriſtiani iudicij æquitate aſſeuerâſſe fidem ſeruandam præpotenti Deo, qualitercunquè illi viſum ſit facere. Ea verò tum Franciſci patris, tum Henrici filij, vtriuſque Galliarum regis pietas non poteſt non magnoperè commendari.

Conuentus celebris Spirę.

Cæſar huius anni initio è Belgio Spiram proficiſcitur ad Imperij ab ipſo indictum conuentum, qui quidem cumprimis celebris fuit, prę ſentibus illic Electoribus omnibus, quod rarò fieri ſolet, & ipſo quoquè Ferdinando rege, & principibus pleriſque omnibus. In hoc conuentu Cæſar contra Galliæ regem ab omnibus Imperij ordinibus grandem pecuniæ ſummam in ſex menſes impetrat: cum Daniæ rege, qui cum Gallo fœdus percuſſerat contra ipſum, omninò tranſigit: Saxonię quoquè Elector Ferdinando regi obſeruantiam promittit. Erat tum fama ſparſa de Franciſco Gallorum rege, quòd cum Turca fœdus feciſſet, eo nomine permultos à ſe ablienauit, licèt ipſe rex ſcripto propalàm edito ſeſe purgare conatus ſit. Miſerat legatos ſuos ad comitia Spirenſia, ſed non ſunt permiſſi eouſquè progredi.

Luterus carpit Zuinglianos.

Hoc anno Luterus ſuas in Geneſim annotationes edidit, in quibus paſsim temperare ſibi non poteſt, quin in Sacramentarios inuehatur: & nè omninò Prophetiæ ſpiritu caruiſſe videatur, prophetizat fore, vt ipſo extincto, Sacramentarij, quos ſua authoritate compreſſerit, ipſius doctrinam certatim oppugnent. Nec hoc contentus, mox licèt Melanchthone reſiſtente, poſtremam ſuam de Cœna Domini Confeſſionem euulgat, in qua Zuinglium, Oecolampadium, eorumq́; diſcipulos apertè hæreticos, Sacramentorum hoſtes, æternumq́ue damnatos eſſe dicit. Hæc

Luteri de Zuinglianis iudicium.

Luteri

Luteri in Zuinglianos ſententia non paulò plùs ponderis habet apud Luteranos, quàm vel mille Romanorum pontificum & totius Concilij Tridentini, in quo multi fuêre viri lõgè doctiſſimi: & tamẽ Zuingliani ęquè contemnunt Luteri iudicium, atquè Romani Pontificis. Erant tum multi, qui Lutero reſpondendum putarent. Bucerus vtriuſque partis gratiam captare viſus, Lutero tanquàm de Eccleſia Chriſti optimè merito parcendum ſuaſit. Philippus Melanchthon in quadã ad Bullingerum per id tempus data Epiſtola, hanc Luteri confeſſionem ſcriptum vocat atrociſſimũ. Tigurini interìm omninò reſpondendum cẽſent, eduntq́; Apologiam, de qua poſteà dicemus. Sleidanus qui ex alijs pleriſque Luteri ſcriptis tam multa recenſet in ſuis Commentarijs, vt Catholicos infeſtet. huius quidẽ de Cœna Domini libelli Luterici meminit, ſed duobus aut tribus tantùm verbis, quia videbat vir bonus ſe non abſque ſua ignominia poſſe Luteri de Zuinglianis ſententiam referre, quippe quem tantoperè aliâs non vno loco celebrâſſe videretur. Sed velit nolit Sleidanus, aut valere debebunt quæ de Sacramẽtarijs Luterus ſcripſit, aut Sleidanus vel inuitus fatebitur, Luterum non eſſe virum bonum, & ſe illum falsò ac fraudulenter laudâſſe.

Arca marmorea inuẽta Romæ.

Huius anni menſe Februario Romæ in Vaticano haud procùl à Tiberi, cùm in ſacello S. Petri fundamenta foderentur, inuenta eſt marmorea arca longitudine pedum 8. & ſemis, latitudine 5. & 6. altitudine, in qua condita fuit Maria, Honorij Imperatoris coniunx, quæ virgo obijt, morte abrepta ante nuptias. In ea arca, corpore abſumpto, aliquot tãtùm dentes ſupererant, capilliq́; ac tibiarum oſſa duo: prętereà veſtis & pallium, q. bus tantum auri fuit intextum, vt ex his combuſtis auri põdo 36. collecta ſint. Erat inſupèr capſula argentea, longa pedem vnum & ſemiſſem, latitudine digitorũ 12. in qua vaſcula multa ex cryſtallo, nonnullaq́; ex achate perpulchrè elaborata. Item annuli aurei 40. varijs gemmis ornati. Erat & ſmaragdus auro incluſus, in eoq́; ſculptũ caput, quod creditum eſt ipſum Honorium referre. Is 500. aureis, nempè ducatis, æſtimatus eſt. Præterea inaures, monilia, aliaq́; muliebria ornamenta, in quibus vna earum, quas hodiè AGNVS DEI vocant, per cuius ambitum inſcriptum erat, Maria noſtra florentiſſima: laminaq́; ex auro, & in ea hęc nomina, Michaël, Gabriel, Raphael, Vriel, Græcis literis. Item velùti racemus, ex ſmaragdis, alijsq́; gemmis cõſertus: & diſcriminale longitudine 12. digitorum, inſcriptum hinc, Domino noſtro Honorio: hinc, Domina noſtra Maria. Adhæc inerat ſorex ex chelidonio lapillo, cochleaq́; & patera ex cryſtallo: item pila ex auro luſoriæ ſimilis, ſed quæ in duas partes diuidi potuit. Innumeræ penè aliæ inerânt gemmæ, quarum etſi plurimæ vetuſtate corruptę, nonnullæ tamen recentem admirandam q́ue pulchritudinem retinebant. Et hæc omnia Stilico filiæ dedit pro dote.

Capſula & quę argẽtea

Smaragdus inſignis.

Dos Mariæ Impatricis.

Intereà dum Spiræ comitia aguntur, Ludouicus Palatinus Princeps & elector vitam cum morte commutat. Succeſſorem habuit fratrem ſuum Fridericum, cuius coniunx fuit Dorothea, Chriſtierni Danorũ regis filia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Edictum, nè quis Gallo militet.

ijsdem in comitijs grauissimis pœnis interdictum est, nè quis exteris militaret, Gallis præsertim. Erant tamen, qui ea seueritate contempta, nihilo minùs Galliæ regi operam nauare non dubitarent. Ex ijs in Lotharingia captus est Hubertus comes Bichlingus Germanus, adductusq; Metim ad Cæsarem, vltimo iubetur supplicio affici. Vxor eius multùm precata Cæsarem, flectere nõ potuit, iamq; ad necẽ parata erãt omnia, cùm eccè Maximilianus Ferdinãdi regis filius, Cęsaris animũ mollit, seruatq; comiti vitã.

Muleasses se confert in Siciliam.

Antequàm de Cęsaris ad bellum Gallicum è Spirensi conuentu profectione dicamus, obitèr hîc quędam inserere libet de Muleassis Tunetani regis casibus inopinatis. Circa hæc ferè tempora, cùm Turcicã Barbarussa duce classem apparari, atque deindè Italię oram legere didicisset, in Siciliã traiecit. Metuebat enim sibi haud temerè à Barbarussa, quem è Tunetani regni possessione à Carolo Cęsare non lõgè antè expulsum meminisset. In regni tutela reliquit sibi maximè fidos, Mahometẽ, qui pręesset vrbi, & arci Corsum quendam, cui nomen erat Fares, præposuit. Porrò filium suum Amidam pręfecit copijs, qui Tunetum à Turcis & Numidis tueretur. E Sicilia Genuã petiturus soluit, vt ibì cum Cæsare colloqueretur: sed reflantibus ventis, Neapolim est reiectus. Vbì à Prorege lautissimè habitus, Neapolitanis nouo cultu, vescendi more, & exquisitissimis odoramentis admirationi fuit. Dapibus eius ex regiæ culinæ disciplina prodigiosi sumptûs vnguenta infarciebantur, adeò vt pauonem, cum duobus phasianis conditum, obseruatum sit centum aureorum impensam excessisse. Fuit ille rex superstitioni Mahometanæ addictus, & astrorum obseruator, quæ res ei certissimum exitium attulit. Visum enim ipsi fuit ex fatali, vt putabat, astrorum influxu, amittendi regni & dirę mortis cladem sibi impendére. Eo partim nomine discessit ex Africa, sed eo ipso discessu cladem, quam euitare voluit, in suas ceruices acciuit. Atque vtinàm vel Christiani tandèm discerent vanissimam eam esse, quæ ex astris petitur, rerum futurarum, immò & superstitiosam, atque ideò illicitam diuinationẽ. Scilicèt liberum hominis arbitrium Deus astris subiacere voluit, quæ in hominum ministeria condita sunt. An non scriptura euidentissimè dicit, Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cęli nolite metuere, quę timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt? Multis locis D. Augustinus, vt alios prætermittam, in hoc genus superstitiosæ diuinationis acriter inuehitur, & Mathematicos egregiè perstringit, quos, dum ex stellarum positione actiones nostras vel actionum euenta prædicere conãtur, nimiùm errare dicit, & vendere imperitis hominibus miserabilem seruitutem: immò eiusmodi prædictionem, magnam dementiam vocat. Quòd autem non rarò eueniunt, quæ ab istis astrologis prædicuntur, eius causam idem vir sanctissimus exprimit his verbis: Illusionibus & deceptionibus præuaricatorum angelorum euenit, vt istis superstitiosis & pernicioſis diuinationum generibus multa præterita & futura dicantur, nec aliter accidant quàm dicuntur, multaq; obseruantibus secundùm obseruationes suas eueniant, quibus implicati curiosiores fiant, & sese magis magisq; inserant

Dapes immanib. sumptuum.

Cõtra astrologos.

Ierem. 10.

Libr. 2. de doctr. Christia. cap. 21.

Cap. 22.

Cap. 23.

inserant multiplicibus laqueis pernicioſissimi erroris &c. Verùm ad Muleassem reuertamur.

Amida filius Muleassis, regno patrẽ excludit.

Dum Neapoli moraretur, vbì eum Cæsar iussit subsistere, post Niceæ arcem frustrà à Barbarussa oppugnatam, certis ex Africa nuncijs didicit, Amidam filium, ipsius amicis & præfectis trucidatis, Tunetum & arcem occupâsse. Ea re vehementer perturbatus, militem conscribit magna celeritate, confluuntq́ue breui ad eum mille & octingenti homines, ijsq́ue nauibus impositis, Guletã proficiscitur. Sperabat enim se filium nõdum cõfirmatis viribus facilè oppressurum, nec prorex Petrus Toletanus eius consilia improbabat. Amidam filium quidam proceres corruperant, excitatis vanissimis rumoribus, Muleassem Neapoli discessisse è vita, & per summum scelus ante obitum Christiana religione initiatum esse. Amida his rumoribus & procerum consilijs permotus, Tunetum se confert, sed indè tunc excedere compulsus est, quòd Tunetani de Muleassis morte nihil comperti haberẽt. Hæret interìm in hortis Martijs, & rursùs oblata ab insperato occasione, à Tunetanis quibusdã euocatus, qui Muleassem odirent, Tunetum reuertitur, aliquot ipsi aduersos perimit, & in arcem se recipit, paruo momento vrbe, arce & regno potitus. His de causis, vt diximus, Muleasses conscriptis tumultuarijs copijs in Africam traiecit. Vbì Guletam venit, à Frãcisco Touarre Cęsaris præfecto admonetur, nè cum tam parua manu Tunetum adeat, nisì Tunetanorum ciuiũ animos priùs habeat exploratos. At illum facilè fefellerunt proceres quidã Afri ex vrbe progressi, qui gladijs iugulo admotis, more gentis, fidei militaris sacramẽtum ei dicunt, Amidamq; ipso conspecto celeriter vrbe excessurum confirmant. Mox ille, plurimùm deterrente Touarre, Tunetum pergit, & in itinere rursùs ab Hispanis equitibus à Touarre missis admonitus, vt sibi ab insidijs, quæ iuxta vrbem essent, caueret, in proposito perseuerat. Vbì autem ad vrbem propiùs accessit, erumpentibus tum ex vrbe, tum ex oliuetis Afris, ex eius exercitu periêre supra mille & trecenti, & ipse Muleasses fugiens, nulla re alia magis quàm vnguentorũ odore ab hostibus agnitus & captus est. Eum ad se adductum, Amida filius vtroq; orbatum lumine crudeliter excæcat, candenti scalpello prosciſſa vtriusq; oculi pupilla. Idem pertulére duo Amidæ fratres, cum Muleasse capti, Nahaser & Abdalas. Indè cum Touarre ferit inducias, & aliquid annumerat pecunię, quod Hispano militi stipendij nomine solueretur. Filium quoquè suum Sehitem, nouem annorũ puerum, ei dat obsidem, quem tamen continuò sibi vult restitui, si pax confici certa non possit. Touarres licèt eę inducię multis de causis necessariæ viderentur, tamen quòd non dubitaret Cęsarem Amidæ crudelitate offensum, dedit operã, vt Abdamelech Muleassis germanus frater, qui apud Anemseham Numidarum regulum diù exul permanserat, Tunetani regni sedem obtineret. Et id quidem mira celeritate efficitur, remisso interim Sehite puero obside Tunetum, nè fidem Amidę datam fallere videretur. Festinus Abdamelech Guletã properat, indè Tunetum, facieq́ue linteis sudarijs inuoluta, non est agnitus à portę arcis custodibus,

Amida Tunetum occupat.

Fraus Punica.

Muleasses capitur, & oculis orbatur.

Abdamelech Tunetо potitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtodibus, ſed pro Amida admiſſus, arcē occupat, cæſis cuſtodibus, qui illo agnito arma corripere cœperunt. Ità ille repentè à ciuibus Tunetanis in arcē admiſſis rex ſalutatur: ſed, vt nihil eſt in rebus humanis diuturnum, paulò pòſt morbo lœtali correptus, trigeſimoſexto die vita excedit. In eius locum ſubſtituitur Mahometes eius filius annorū ferè duodecim: ſed cùm à proceribus quibuſdam, eius pueri moderatoribus, regnum longè alitèr adminiſtraretur, quàm Tunetani vellent, & alia quoquè, quæ ipſi nollent, acciderent, Amidam rursùs accerſunt. Sed interìm Muleaſſes è carcere educitur in templi cuiuſdam aſylum inuiolabile, atque indè, Touarre expetente, Guletam perducitur. Idem ipſe Muleaſſes iam anteà, Tuneranis ipſi necem intentātibus, ab anu quadam inope in ſcrobe multis allijs cooperta ſeruatus fuerat. Amida igitur Tunetum rursùs occupat, & Muleaſſes tandèm Cæſaris iuſſu in Siciliam deductus eſt, publico Siculorum ſumptu alendus. Rectè igitur Claudianus Poëta:

Excedit è viuis.

Muleaſſes mittitur ad Siculos.

Deſinat elatis quiſquam confidere rebus.

Fuit autem Muleaſſes rex non indoctus, inprimìs autem Auerrois ſtudioſus: porrò Choreæ familiæ, ex qua ipſe prælato ſtemmate natus eſſet, reges Tunetanos, quorum ſtirpem ad Homarem Mahometis pſeudoprophetæ conſanguineum & diſcipulum referebat, ſupra nongentos annos nulla admixta alieni ſanguinis ſucceſſiōe, regnâſſe aiebat, Tunetanumq; regem auguſtiore cognomento appellari *Emir Munemim*, hoc eſt, in religione optimè credentium principem.

Genus Muleaſſis.

Cæſar ſoluto Conuentu Spirenſi, cùm iam exercitus eius ad Lotharingiæ fines peruenifſet, primò Lucemburgum Gallis extorquet, indè Linęum oppidum & arcem: mox Sandeſirium obſidione premit, Henrico Angliæ rege interìm Boloniam fortiſſimè oppugnāte. Sandeſirium Landræ viri ſtrenui opera diù egregiè defenſum eſt, ſed eo bombardæ ictu ſublato, tandèm ad deditionem ventum eſt. In ea obſidione perijt Renatus Auraicæ Princeps, iuuenis omnibus naturæ & fortunæ donis cumulatiſſimus, & Cęſari inprimìs addictus & charus, adeò vt Cæſar expirātem cum lachrymis complexus ſit. Capto Sandeſirio, Cęſar vltrà progreditur, & ad Mātronam vſque caſtra promouet, non mediocriter trepidantibus Lutetianis, qui iam propinqui hoſtis potentiſſimi arma non immeritò vererentur. Sed Deo benè propitio, tum demùm inter Cęſarem & Regē certis conditionibus pax confecta eſt, Gallis inprimìs exoptata, quòd iam regiones eorum non ab hoſtibus modò, ſed etiàm à Regis exercitu miſerādum in modum vaſtatæ cernerentur. Sub hoc tempus Anglię rex Boloniam deditione capit, quod ſuperiores eius regni reges fruſtrà tentârant. Sed & ille quoquè poſteà cum Franciſco rege pacem fecit.

Cęſar facit Gallo bellū

Princeps Auraicę perit.

Bolonia deditur Anglo

Dum Gallicum feruet bellum, Hermannus Colonienſis Archiepiſcopus pergit vrgere ſuæ diœceſis infauſtam planeq; Buceranam reformationem. Clerus ſeſe opponit, hortatur & obſecrat principem, vt rem differat ad Oecumenici Concilij cognitionem & definitionem: nam ſi ſecùs faciat, ad ſupremum Magiſtratum ſibi confugiendum, easq́ue vias excogitandas, quibus poſſint conſcientijs ſuis ſatisfacere. Princeps malè perſuaſus, mālit in ſententia. Itaq; Clerus & qui ad eum pertinent, Octobris 8. die, cùm in vnum conueniſſent, inter alia commemorant, quę ante annos 23. Vuormatię, vbì Luterus à Cęſare, cunctis ferè illi principibus ſuffragantibus, damnatus fuit, quæ item poſteà Auguſtæ & Ratisbonæ, atque recèns Spiræ decreta fuerint: quibus omnibus poſthabitis, Hermānus Archiepiſcopus res nouas attentârit: Bucerum apoſtatā & Sacramentarium, qui iam alteris ſeſe inceſtis nuptijs contaminârit, Argentina euocauerit, concionandi munus & illi & paſsìm alijs leuibus hominibus demandârit: horum verò ſuggeſtione quandam Reformationis formā conceptam, & Principis mandato euulgatam: Se quidē modis omnibus Principem dehortatos, ſed nihil promouiſſe: iam verò Diœceſin peſſimè habere, omniaq́ue ad ſummam perturbationem ſpectare: quamobrem neceſſariò ipſos prouocare ad ſummum Pontificem & Cæſaream Maieſtatem. Id vbì reſciuit Epiſcopus, ſcripto publico teſtatur nullam eos prouocandi cauſam iuſtam habuiſſe: ſe nihil præter officiū feciſſe: proindè eam ſe appellationem reijcere, ſperareq́ue ipſos à propoſito diſceſſuros. Quod ſi non faciant, ſe tamē in cœptis progreſſurū: ſimul etiàm nō mediocriter Luteri & Buceri ſcripta cōmendat, ſed hauddubiò ab alijs malè inſtitutus.

Colonienſ. Epiſcopus vrget ſuam Reformationem.

Clerus Colonienſ. prouocat ad Pontificē & Cæſarem.

Tum verò ſummæ ædis Canonici, totius diœceſis Colonienſis Ordines omnes ad ſe euocant, Principis conatus explicant, Cæſaris quoquè mandatū, nè quam nouationē admittant grauiſſimè iubentis, exponunt: hortantur omnes, vt in Catholica & quam ab Apoſtolis acceperint atque hactenùs conſeruârint, religione cum ipſis permaneant. Principi verò, vt ab Appellatione ceſſarent, & quędam alia hortanti, prolixè ſcribunt, & vt Summi Pontificis atque Cæſaris, quibus ipſe quoquè ſubditus ſit, ſententiam expectet, monent: multaq́ue alia, quæ nimìs lōgum eſſet huc adſcribere. Hiſce literis Canonici Primarię ædis, itemq́ue D. Gereonis, & Vniuerſitas ſua ſigilla appendunt. Verùm Epiſcopus, credens ſe rem Deo gratam facere, doctrinæ Luteranæ buccinatores nō ſolùm non remouit, ſed etiàm in quibuſdam oppidis religionem mutare permiſit: quę res & fidei Catholicæ perniciosa, & veris atque legitimis paſtoribus iniuria, & rudi plebeculæ admodùm exitioſa fuit.

Muratio religionis.

Per hoc tempus Gallus quidam concionator, factione Sacramentarius, nomine Petrus Bruſius. Argētorato proficiſcitur Tornacum Neruiorum inſigne oppidum: & primùm apud Tornacenſes, indè apud Inſulanos Flandriæ vrbem priuatìm ſpargit virus Sacramentarium. Vbì Tornacum redijt, cœpit de eo inquiri, (non enim diù latére potuit) cumq́; non poſſet preſens euadere periculum, ab amicis per murum funè demittitur: ſed cæleſti eum vltione petſequente, dum humi ſedet, quidam ſubmiſſa voce ex muro ei ſalutē precatur, at ſimul ſaxo è muro reſoluto ſedētis crus perfringit. Tum miſer ille dolorem cruris & frigus hyemis (erat enim Nouemb. ſecunda dies) non ferens, voces dat lamentabiles: ſicq́ue ſeipſum prodit vigilibus, qui mox accurrunt, & hominem in carcerem includūt.

Petrus Bruſius Tornacum inficere nititur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Flammis exuritur.

Non diù pòst flammis exuritur. Feliciùs è muro Paulus Apostolus olim elapsus, totum mundum Christi Euangelio compleuit: Idem conatus nō defuit Brulio, sed longè dispar causa nō eosdem habuit successus. Vtinàm verò tam plerique Catholici feruerēt in tuenda fide Catholica, quàm isti buccinatores Euangelici in sua propaganda impietate. Sleidanus multis verbis commemorat huius Brulij extremam fidei cōfessionem, quę certè valdè impia est, & in quibusdam à Luteri quoq; placitis aliena, quippe sacramentaria potiùs quàm Luterica. Ait quoquè eum suam doctrinā ad finem vsque constanter, veriùs pertinaciter diceret, professum. Sed idem ipse paulò antè ferre nō potuit cruris lapide quassati dolorē: vt hîc quoq; probabile sit, Sleidanū more suo plus tribuisse hæretico, quàm habuerit rei veritas: quanquàm etiamsi vera sint quæ scribit Sleidanus, non solùm nihil faciunt pro Brulio, sed etiàm longè deteriorem eius causam reddūt, quòd in tetris erroribus obstinatione satanica perire maluerit, quàm redire ad sanitatem. Nec est quòd isti suos nobis obtrudant martyres, cùm certum sit, extra Ecclesię Catholicę vnitatem nullum esse verū martyrium, sed quantumcunque atrocia perferantur supplicia, ea nō modò nullam mereri martyrij laudem, sed maiorum etiàm apud inferos in omnem æternitatem luendarum pœnarum & causam esse & initiū. Nam ipsa pertinacia immane crimen est & prorsùs inexpiabile.

Tigurini cō tra Luterū.

ANno 1545. Tigurini Apologiam edunt contra Luteri confessionē, Latina & Germanica lingua, qua inter cętera etiàm ad crimē hæresis, quod illis Luterus intulerat, & ad alia conuicia acriter respondēt, frustrà dehortante Bucero, qui arte Bucerana sequestrum se nō semèl obtulit: sed Tigurini intricatum & propterea fallax loquendi hominis genus sibi ferendum minimè putārunt. Vtinàm Colonienſis Archiep. Hermannus tam sibi cauisset ab illa vulpecula.

Luterus, nè planè obmutescerēt, Theses suas edit contra Theologos Louanienses, valdè quidem superbè & arrogāter scriptas: Sed in illis ipsis egregiè mordet Sacramentarios. Nam Thesi 15. sic habet: In Eucharistiæ Sacramento venerabili & adorabili, est & exhibetur & sumitur verè & re ipsa corpus & sanguis Christi, tam à dignis, quàm indignis. Et Thesi 27. Hęreticos, inquit, seriò cēsemus, & alienos ab Ecclesia Dei esse Zuinglianos & omnes Sacramentarios, qui negant corpus & sanguinem Christi, ore carnali sumi in venerabili Eucharistia &c. Sic Luterus, vt se vlciscereturde Tigurinis: qui in scripto, cui° antè meminimus, inter alia hoc præclarum de illo tulerant testimonium: *Prophetæ & Apostoli*, inquiunt, *Dei gloria, non priuato honori, non suæ pertinaciæ & superbiæ studebāt, sed peccatorum salutē quærebāt vnicè. Luterus autem sua quærit, pertinax est, insolentia nimia effertur, & confestim satanæ tradit*, (tali scilicet Pontifice digni estis, qui Romani Pontificis iugū excussistis.) *quotquot illius sententiæ non ilicò subscribere velint: & in omnibus correptiōibus suis plurimùm maligni spiritūs, quàm minimùm verò amici & paterni ingenij deprehēditur &c.* Obiter hîc obseruandū venit, Sleidanū nō solùm mentionē facere Thesiū Luteri cōtra Louaniēses, sed quędam

Luterus cō tra Sacramentarios.

Tigurinorū de Lutero sententia.

quædam etiàm indè assuēre suæ historiæ, sed interim astutè reticēre, quæ in ijsdem Thesibus habentur contra Zuinglianos. O candorē verè Euangelicum. Sed hęc imprudens lector non aduertit, & Sleidanus per fraudē voto potitur suo, quod non est aliud, nisi vt lectori imponat. Addit verò, & Parisienses & Louanienses Theologos nuda axiomata proponere, scilicèt hęreticis, locum nullū è sacris literis adducere, & magistratum ad animaduersionem inflāmare. Sic nimirùm visum est Sleidano scribere, cùm tot extent libri illorum Theologorum, scripturæ diuinæ sententijs muniti, contra istos nouatores, vt meritò Sleidanum suī pudere debeat. Et certè mallent Theologi resipiscere hæreticos, quàm puniri.

Luteranorū de Tigurinis sentētia.

Luterani contrà accusant Tigurinos, quòd Lutерum acerbè & contumeliosè sint insectati, cui tum ob multos pro Ecclesia susceptos labores, tum ob senium parcendum fuerit. Tigurini illis respondēt, maiorem veritatis, quàm Luteri, habendam fuisse rationem &c. Ità isti Euangelici fratres mutuis sese encomijs celebrant. Sunt autem inter illos qui scribant, Papistas illorum acerbis dissidijs magnoperè lætatos fuisse. Scilicèt delectat Catholicos, quos illi Papistas per contemptum vocāt, tot animarum myriades istorum seditiosis & contentiosis dogmatis in dies rapi in Tartara, & Christianum orbem odiorū inexpiabilium flammis, quas isti suis concionibus & scriptis excitant, Turcis plaudentibus & rei benè gerendę occasionem expectantibus, dæmonibus quoquè nouas semper faces admouentibus, cōflagrare. Quis verò tam saxeo sit pectore, vt vel vnius animæ mortem sempiternam, in illa æstuantissima gehennæ fornace sinè vllo fine perferendam, hilari ferat animo? Si tamen hęc sectariorum dissidia delectant Catholicos, ideircò delectāt, quòd facilè possent homines, modò vellent, istorum nouorum dogmatistarum aduertere falsitatem, dum adeò inter se pugnant & dissident, cùm de primis nostrę religionis hominibus scriptum sit, Erat credentium cor vnum & anima vna.

Tigurini respondēt.

Actor. 4.

Comitia Vuormatię.

Hoc anno Comitia habita sunt Vuormatiæ. Nullus ferè Principum ibi adfuit, nisi per legatos. At Cęsar ipse, licèt tardiùs ob affectam valetudinē, & Ferdinandus rex interfuêre: nihil tamen admodùm cōstitui potuit propter principum absentiam. Alius igitur Ratisbonæ indictus est Conuentus in Epiphania Domini anno proximo inchoādus, ad quem principes omnes confluerent, nisi quem aduersa valetudo retineret domi. Porrò in hoc Vuormatiensi conuentu inter alia Protestātium legati palàm testati sunt, se Concilium Tridentinum, quod Pontifex rursùs indixerat, pro legitimo non agnoscere. Et ea fuit facilima ratio omnia eius Concilij decreta eleuandi & negligendi. Si sic liceat subditis quibuslibet Principum suorum decreta pro legitimis non agnoscere, nimirùm breuì pulcherrimum habebimus in Republica rerum ordinem & tranquillitatem. Sed hæc ab Ecclesiastis suis Protestantium ordines hauserant. Verùm hoc illius amplissimæ synodi authoritati nihil penitùs ponderis detraxit. Atq; ità videre licuit, quàm ex animo tot superioribus comitijs suis magistratibus illi ecclesiastæ suasissent, vt Oecumenicam Synodum peterent.

Protestātes respuunt Concilium Tridentinū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erant res exulceratæ valdè in Germania, & sensim via patefieri cœpit ad bellum Protestantium contra Cæsarem, de quo posteà dicemus. Quanuis autem iam sæpè tentatum esset, si qua posset conciliandæ religionis ratio, doctorum virorum vtriusque partis colloquijs inueniri, nec quicquam tamen successisset, at nihilo minùs Cæsar, qui pacis constituendæ & religionis componendę esset cupidissimus, hoc conuentu in id rursùs consensit, licèt Catholicis Ordinibus non assentientibus, vt in proximo Ratisbonensi conueutu, vtriusque partis docti viri ad colloquium euocarentur.

Luterus cõtra Põtificatũ Romanũ.

Luterus hoc anno scriptum edidit contra Pontificatum Romanum, à satana constitutum. ea est enim præclari operis inscriptio. Et vt omnes cordati videant totum hominis pectus, libro picturam præfixit eiusmodi: Sedet in sublimi cathedra Pontifex, iunctis & protensis manibus, ornatu solenni, sed auribus asininis: circa eum plurimi sunt dęmones varijs figuris, quorum alij capiti eius imponunt diadema triplex, oleto fastigiatum: alij funibus eum demittunt in medium infernum, horribili specie subiectum: alij titiones & ligna comportãt: alij tanquàm officiosi, pedes ei subleuant, vt rectè molliterque descendat. Hæc nulla indigent confutatione, quia per se produnt pectus omni spurcitie & turpitudine inquinatissimum: quod qui non vident, illis nemo possit peiùs precari, quàm vt in hac cæcitate permaneant. Nec hoc præclaro facinore contentus,

Pictura Lutero digna.

alteram quoquè non tam in Pontificis, quàm suum & suorum dedecus emisit picturam: Pontifex sui insidet ornatus amplę & mammosæ, quam calcaribus fodit: dextræ digitis duobus, pollici proximis, de more protensis benedicit ijs, qui fortè veniunt obuiàm: sinistra tenet oletum recens atque fumans, &c. Id quidem notatu dignum est, in Luteri & totius gregis eius apostatarum Monachorum scriptis, nihil ferè crebriùs malo dæmone & stercore nominari: vt intelligat prudens lector, eos se totos cacodæmoni & spurcissimæ Veneri deuouisse. Et tales, tam impuri homines, non alio quàm vel ipsius Christi Apostolorum loco habentur. O horrendam nimìs DEI iram. Sleidanus harum picturarum in suis Commentarijs libenter meminit, & non modò non reprehendit, licèt id plerosque feciss scribat, sed etiàm nititur nobis ex Lutero prophetam effi cere. Sic olìm Manichæi impurissimum nebulonem illum Manetem, authorem sectę ipsorum, non alium volebãt esse, quàm ipsum Spiritum sanctum. Sed veniet ille dies, quandò æquissimus iudex Christus veram ferat sententiã, & tũc apparebit, quàm nihil profuerit Lutero Sleidanus, vanissimus ipsius encomiastes.

Citatur Episcopus Colonienſ.

Huius anni mense Iunio Cæsar Clerum & Academiam Coloniensem in suum patrocinium recipit, & Episcopum intra tricesimum diem ad se venire & accusationibus respondere iubet. Facit idem Paulus Pontifex mense Iulio, intra sexagesimum diem illum citans.

Carolus Philippo nascitur.

Per hoc ferè tempus Cæsari ex Hispanijs lætus affertur nuncius de Carolo Philippi regis Hispaniarum filio, tum recèns nato: sed paulò post eam

eam lætitiam nonnihìl perturbauit obitus nurûs Cæsaris, vt nihil est in rebus hominum omni ex parte beatum.

Dux Henricus cum filio capitur.

Hoc quoq; tempore Henricus Brunsuicensis Princeps, à Protestantibus è sua ditione iampridèm ciectus, conscripto milite sua recuperare instituit. At Protestãtes viribus illo longè superiores, breuì multo maiores copias conscribunt, & eum vnà cum Carolo filio in suam potestatẽ redigũt. Cęsar vbì id comperit, scribit Lantgrauio, vt ea victoria moderatè vtatur, & captiuos Principes more principum liberaliter habeat.

Cęsar hoc anno in Comitijs Vuormatiensibus, cùm Protestantes in bellum Turcicum nihil collaturi viderentur, nisi impetrâssent de concilio & Cameræ iudicio quę vellent, Gerardum Veltuuichum, multa eruditione & linguarum insigni peritia prędituin, ad Turcam misit pacisc ẽdarum induciarum nomine.

Carolus Francisci filius moritur.

Obijt huius anni mense Septemb. vel circitèr Carolus, Francisci Galliarum regis filius, quem Cęsar vel generum, vel affinem habiturus videbatur. Fuit is iuuenis ætate florenti, & maximę spei, plerisque etiàm non mediocriter charus: sed vt suo exemplo albę gallinę filios ad cõtemnenda fortunę ludibria excitaret, in ipso iuuentutis flore repẽtè sublatus est.

Luterus nõ vult dimitti Brunsuicensem.

Luterus postquàm cognouit Henricum Brunsuicensem principem captum teneri à Lantgrauio, scriptum euulgat ad Electorem Saxoniæ & Lantgrauium, quo illos dehortatur, nè captiuum dimittant. Ait eum à Deo castigatum, nec posse absolui, nisi veram agat pœnitẽtiam, & ritè satisfaciat. Hoc loco aliquid valet pœnitentia & satisfactio, quam adeò irridentisti Euãgelici. Multa alia in eo libello habet, quibus se egregiè ridendum propinat omnibus cordatis: sed superfluò hîc cõmemorantur, quòd mundus iste videtur velle in errores induci, & sua perditione lætari. Sleidanus, vt antè dixi, etiàm prophetiæ spiritum tribuit Lutero, licèt homo Sacramentarius, à Lutero in re sacramentaria non parùm dissenserit. Et quidni propheta vocetur Luterus, qui etiàm tertius Elias à suis dictus est? Habent etiàm Turcę magnum prophetam suum Mahometh.

Conuentus Protestantium Francofurti.

ANno 1546. Protestantes conuentus egére Francofurti mense Ianuario. Deliberatum ibì est de concilio Tridentino, de prorogãdo fœdere, de sumptibus belli Brunsuicensis, de non deferendo Coloniensi Archiepiscopo, qui contra Pontificis & Cęsaris mandatum religionem mutârat. Eius legati in hoc conuentu questi sunt de iniurijs Cleri, vt ipsi dicebant, & de citationibus atq; mandatis Pontificis & Cęsaris. Eò iam res in Germania reciderat, vt de summis Magistratibus liceret querelas deferre ad paucos Imperij principes, qui etiàm dicerent se non defuturos Coloniensi Archiepiscopo, si qua vis ei fieret.

Luterismus in Palatinatu.

Hoc tempore in Palatinatu Rheni Luterismus introducitur, & Protestantes missa legatione, tam egregij facinoris nomine Principi Palatino gratulantur. Putabant enim Euangelij lucem in eas regiones inuehi, in quas Luteri Euãgelium plusquàm Cimmerias tenebras inuexisset.

Hodiè

Universidad de Deusto
Biblioteca

Postea Caluinismus.

Hodiè in Palatinatu illo regnat Caluinismus, omnes etiàm crucifixi imagines deijciuntur, vt nulla sit tãti beneficij apud homines, præsertim rudes, memoria. Si Romanus Pontifex hoc faceret, omnes eum vocarent Antichristum: nunc quandò Caluinus iubet, Euangelium Christi est. Et certè Antichristus ex locis omnibus Christi Dei memoriam abolere conabitur: Caluinus & eius symmystę, magna eum tanti laboris parte leuãt. Sed benè habet, quòd multò plures interìm apud Barbaras noui orbis & aliarum regionum nationes eriguntur imagines, quàm in Germania & vicinis locis, nouis dogmatibus infectis, destruantur.

Colloquiũ Ratisbonense.

Huius anni mense Ianuario demùm inchoatum est Colloquium Ratisbonense. Melanchthon diù fruſtrà expectatus est. Tandèm in eius locum submittitur Georgius Maior. Ad 27. diem Ianuarij factum est sacrificium de Spiritusancto, & mox agi cœptum in curia Ratisbonensi. Iam antè dixi, Ordines Catholicos ob inchoatum Tridenti Concilium noluisse hoc Colloquium approbare: sed Cæsar videns Protestantes Cõcilium Tridentinum prorsùs reijcere, nè qua in parte paci conciliandæ defuisse videretur, permisit haberi colloquium, non tamen in aliquod Tridentinæ Synodi præiudicium, ad quam sciebat religionis negocium necessariò reijci oportere, sed vt paci publicæ consuleret. Præsides colloquij fuêre Mauritius Eystetensis Episcopus, & Fridericus comes Furstẽbergicus. Collocutores & auditores Catholici, octo: totidem Protestantium. Catholici primi adfuêre. In ipsius actionis initio diù laboratum est de colloquendi ratione. Volebant enim Protestantes collocutores dicta vtriusque partis omnia in scripta referri: quod cùm esset longè molestissimum, & negocio suscepto cumprimìs importunum, tamen coacti sunt Catholici morosis hominibus morem gerere, & multi temporis iacturam facere, nè aduersariorum calumniæ patérent, tanquàm qui causæ diffiderent. Hoc enim in vulgus sparserunt de Catholicis, cùm ipsi potiùs, vt cordatus quisque facilè animaduertit, hac scribendi importunitate diuerticula quærerent, tempusque omne nullo fructu extraherent. Quinto demùm Februarij die colloquium à Maluenda Catholico Theologo inchoatum est, qui inter cætera, suo & sociorum Catholicorum nomine testatus est, si quid ab ipsis in hoc congressu fortassìs dictum fuerit, quod sacris scripturis, aut Apostolicis traditiõibus, aut Ecclesiæ Catholicæ decretis aduersetur, id se pro irrito & non dicto velle haberi: deindè, vt quæ inter partes conuenta fortassè vel constituta fuerint, ea nõ aliter valeant, quàm in congressu familiari, nec vllam vim habeant definitionis, aut placiti, aut determinationis. Hoc quidem sapienter Catholici, nè Synodo Tridentinæ præiudicâsse viderentur. Protulit deindè Maluenda Confessionem Augustanam, Cæsari anno 1530. Aũgustæ exhibitam, cum eius Apologia, cuius vtriusque architectus fuerat Melanchthon: percontatusque est ex Protestantibus, num in eius sententia permanerent, scripta verò alia quæcunque, etiàm sua ipsorum, illi contraria damnarent. Bucerus, qui primas apud Protestantes obtinebat, primò quidẽ hîc herere cœpit,

Præsides Colloquij

Collocutores.

Inchoatur Colloquiũ.

Bucerus se & suos damnat.

pit, sed demùm respondet, se damnare scripta contraria, proprio se ense iugulans, & suos pariter symmystas damnans, qui ab ea Confessione in plerisque vsqueadeò defecerunt, vt hoc nomine inter se Luteri discipuli hodiè mirum in modum tumultuentur. Longum esset omnia huius Colloquij acta referre. Apparebat facilè in Bucero & eius socijs quędam animorũ acerbitas & amaritudo, quę identidèm verbis exprimebatur & moribus: cùm Catholici se vbiquè placidos & commodos exhiberẽt, ac propemodùm vltrà quàm oporteret, morosis hominibus in agendi ratione concederent. Multis enim modis hoc captabat Bucerus cum suis, vt occasionem haberẽt à Colloquio discedendi: sed ità, vt eius intermissi culpa omnis in Catholicis hęrere videretur. Vicesimoprimo die Februarij Maluenda extemporali disputatiõe ad eas absurditates adegit Bucerum, vt in illo tot doctorum virorum consessu non puduerit eum affirmare, Eum qui mortali peccato tenetur, fidem Catholicam amittere, non credere Deum trinum & vnum esse, neque Christum esse filium Dei, neq; redemptorem humani generis, neque natum, neque crucifixum, nec rediuiuum &c. Omnia peccata esse incredulitatis, nullũ imbecillitatis vel ignorantiæ, sed omnia ex malitia & contra conscientiam committi. Eò enim impudẽtię adigit id genus homines obstinata animi elatio, vt mâlint quantunuìs impias & absurdas opiniones pertinaciter tueri, quàm se victos videri. Et interìm spargebatur longè lateq; rumor, idq; cõtra fidem secreti, Catholicos victos à Protestãtibus, & Maluendã à Bucero in summas adactum angustias. Quid facias hoc hominũ genere? Nimirùm ab ijs nobis expectandum est studium Ecclesię reformandę, & hominũ saluti consulendi, quos adeò nullius pudet mendacij & calumniæ.

Buceri absurdissimæ affectiones.

Rumor cõmentitius.

Vicesimaquinta Februarij venerunt literę à Cęsare, quibus Colloquij habendi forma pręscribebatur: (volebant enim prędides certiùs cognoscere eius hac in re voluntatem) Bucerus cum suis eam formam nõ probauit. Denique, nè sim longior, ex multis verborũ ambagibus aliud nihil intelligi potuit, quàm eos Cęsareæ Maiestati ità obtemperaturos esse, si omnia quę vellent, ipsi statuerent de Colloquio, & Cęsari etiàm atque Catholicis leges ferrent. Nec adduci potuerunt, vt Cęsaris voluntati morem gererent, ea, quam diximus, forma amplectenda: sed nõ diù pòst ità se clanculò subduxerunt, ac propemodùm ex oppido eiecerũt, vt non tam profectionem quàm fugam adornâsse viderentur, magno quidem Prędidum dolore, quibus iam Iulius Pflũg Numburgensis antistes, ex volũtate Cęsaris adiunctus erat, qui indignitate moti, illos quidẽ retinere conati sunt, sed fruſtrà: Porrò scripto edito Prędides ijdem satìs declarârũt, per ipsos minimè stetisse, quô minùs & Cęsaris & Ordinum Imperij expectatiõi satisfieret, cùm prędsertim ipsorũ Protestantiũ Collocutorũ cõsensu ad Imperatorẽ scripsissent, & eius respõsum in dies expectarẽt. Ità demùm etiàm hac vice res ipsa probauit, nõ esse in eiusmodi Colloquijs expeditam & certam pacis componẽdæ ratiõem, maximè cùm religionis negociũ omninò maturiori & augustiori deliberatione tractan-

Euãgelici è Colloquio se subducunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tractandum sit, nec in paucorum hominum priuato tractatu ponẽdum: tum quoq; ea sit sectariorum peruicacia, vt vinci quidem facilè possint, sed nec victi vnquàm cedere velint, nec victi videri.

Concilium Tridenti in choatur.

Intereà Tridenti patres Conciliũ inchoant. Legatos eò miserat Pontifex Iohannem Mariam Montanum, Marcellum Ceruinum, & Reginaldum Polum Cardinales: sed cùm rari aduenirẽt, aliquandiù parùm admodùm constitui potuit.

Obitus Luteri.

Tristissimum autem sub ipso Ratisbonensi Colloquio ad Protestãtes nuncium allatum est de obitu sanctissimi patris sui Luteri. Is litis cuiusdam componẽdæ causa ab illustribus Mansfeldensibus comitibus Islebium, quę fuit illi patria, honorificè euocatus, eò venit cum magna pompa, tribus stipatus filijs, ex pręclaro monachi & monachæ concubitu procreatis. Obuiàm illi missi sunt 113. equites honoris causa. Itaque die 17. Februarij, cùm lautè & splendidè cœnatus esset, & facetijs suo more hilariter lusisset, eadem nocte sublatus est è medio. Eius obitus non eodem modo à Catholicis & Euangelicis id temporis referebatur. Ionas Cocus, qui se Iustum Ionam vocat, eius morti interfuit: sed ità eam describit, vt apud cordatos maiori eum contumelia quàm laude affecisse videat. Inter alia scribit eum ipsi Ionæ & Cælio & alijs circunstantibus dixisse, Orate pro Domino nostro Deo, & eius Euãgelio, vt ei benè succedat, quia Cõcilium Tridenti & abominabilis Papa grauiter ei aduersantur. Hæc fuit egregia morituri hominis pœnitentia. Sed cur tantoperè metuebat Domino DEO, & suo potiùs quàm DEI Euangelio, cùm prophetare non dubitârit,

Ridicula Lutori oratio.

Pestis eram viuus, moriens tua mors ero Papa?

Quid verò dictura est posteritas, cùm hæc legerit? Hoccine est, ad illud tremendum Christi tribunal sese præparare? Scilicèt moriente Lutero Pontifex mortuus est. Eius quoquè precationem supremam recitant in hæc verba: *Pater mi cælestis, Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Deus totius consolationis, gratias tibi ago, quòd mihi dilectum filium tuum Christum reuelâsti, in quem credo, quem prædicaui & confessus sum, quem amaui & laudaui: quem abominabilis Papa & omnes impij vituperant, persequuntur & blasphemãt.*

Precatio suprema Luteri.

Et sic ille mortuus est. O verè mortem expauescendam & horrendam, ità obstinato in Pontificem & Catholicos odio exhalare spiritum, atque sic proficisci ad illum æquissimum iudicem. Quàm verò immanis illa calumnia est, quòd ait Pontificem, quem vocat abominabilem, & impios omnes, quo nomine vult Catholicos intelligi, vituperare, psequi & blasphemare Christum? O si miser ille seipsum cognouisset, certè illa extrema hora palàm fassus esset se longè omnium atrocissimè & immanissimè vituperâsse, persecutum esse, & blasphemâsse Christum, cui vn° ipse suis impijs dogmatis tot abstulit animas, vt sinè horrore & stupore nec dici queat. Et tamen dicit se amâsse & laudâsse Christum. Hoc ergò erat de tanta impietate non solùm nihil angi animo, sed gloriari etiàm. Cadauer eius stanneo incluſum loculo, cum multa equitum & peditum turba & pompa

pompa ingenti Vuittenbergam non sinè multorum lachrymis perductũ est. Ille quidem sic mortuus est, sed post se in multis Europæ amplissimis regnis & prouincijs supremam ferè reliquit vastitatem, religione miserabiliter confusa & perturbata, innumeris euersis Ecclesijs, destructis monasterijs, omnibus pijs abrogatis cæremonijs & ritibus Ecclesiasticis, sacramentis horrendum in modum profligatis, vt ad Mahometanam constituendam impietatem parùm aut nihil supereſſe videatur: & certè quibusdam in locis, vbì eius regnat Euãgelium, homines in atheismum atq; etiàm ethnicismum ferè prolabuntur. Eos nobis fructus affatim produxit miser ille, & mortalium omnium longè infelicissimus, qui vtinàm nunquàm natus fuisset, aut certè solus perijsset. Nullum quidem vnquàm miraculum edidit, quanquàm miracula omnia facilè vincit, quòd monachus apostata, incesto monachæ concubitu totiès pollutus, tot iam olim ante mille annos damnatarũ hæresum instaurator, tot flagitijs coopertus, homo importunissimus, audacissimus, maledicentissimus, qui nulli omninò parceret, omnia sursùm deorsùm miſceret, tantam sibi apud cæcos & miseros mortales existimationem conciliare potuit, vt non alio quàm apostoli & tertij Eliæ loco haberetur. Conatus est quidem aliquandò dæmonem expellere, sed frustrà. Id in Lectoris gratiam huc breuiter adscribam. Anno 1545. puella quædam dęmoniaca è Misnia adducta est Vuittenbergam ad Luterum, ceu tertium Eliam, ea spe, quòd Luterus dęmonem esset eiecturus. Ille quidem, vtpotè malè sibi conscius, principiò valdè se difficilem prębuit, tamen tandèm iussit puellam in sacrarium parochianę Ecclesiæ introduci. Ibì suis quibusdam Lutericis exorcismis adiurat dæmonem, sed dæmon eius exorcismos irridet. Tum verò Luterus mirè angi, discruciari, & è sacrarij ostio se velle proripere. At malus dæmõ adeò obstruxit ostium, vt neq; foris, neque intùs reserari potuerit. Ea res etiàm in maiores illum miserum angustias adduxit, iamque per fenestras erumpere conabatur, sed conatus eius cancelli ferrei retardabant. Deniquè securi ferrea per cancellos immissa ostium perfringi oportuit, vt Lutero patéret exitus. Faxit Dominus Deus noster, vt ad sanitatem redeãt, qui eius hominis, nulla vitæ sanctimonia, nulla miraculorum efficacia suffulti, infaustum Euangelium magno totius Europę malo complexi sunt.

Miraculum Luteri insigne.

Luterus dęmonẽ vult expellere, sed frustrà.

Nôrunt omnes, quàm ille infelix atrociter oppugnârit peregrinationes religionis causa susceptas, & inuocationem sanctorum, adeò vt etiàm virginem matrem nõ plùs sibi pręstare posse precibus suis, quàm quempiam vicinum suum, dicere non dubitârit. At multo rectiùs feciſſent, qui puellam hanc ad eum adduxerunt, si pro ea beatissimę virginis Mariæ suffragia apud Deum implorâssent, quam certum est hodieque multa præstare beneficia ipsam piè inuocantibus. Et vt pietas confirmetur, atque impietas pudefiat, adscribam hîc nonnulla ex Thoma Moro, qui aliquandò fuit Angliæ Cancellarius, Vir incomparabili ingenio, magna doctrina, & tandèm celebri martyrio illustris: sed adscribam verbis meis. Nam ille quidem hęc Anglicè scripsit, quæ alius Vir doctus posteà reddidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prolog. lib. 1. cap. 16.

Latinè. Ait se nonnulla posse suæ ætatis commemorare miracula, quæ ad imagines, quas solent homines pij etiàm peregrè inuisere, edita sint, tam ab omni suspicione aliena, tamque amplis fulta testimonijs, vt qui ea velit reuocare in dubium, is non multùm ab insania abesse videri queat. Interìm vnum recitat admodùm illustre, quod ante paucos annos in cuiusdam viri nobilis Rogeri Vuentunorthi aliquot proles declaratum sit diuinitùs, præcipuè autem in vnam ex filiabus eius, annorum non ampliùs duodecim, quam malus dæmon inuaserat, & multis modis diuexârat. Erat illa iam mentis inops, deliransque procaciter & petulanter in Deum ipsum incurrebat, execrabaturque res quasque precibus sacratas, & quod mirum est, facilè etiàm nullo indicante à non consecratis illas internoscebat. Fiebant hæc proculdubiò illo efficiente, qui puellam occupabat. Interìm verò tum sua voluntate, tum diuina admonitione permota est, vt ad sanctæ Mariæ Ippisuuitchij (est hoc Angliæ oppidum) accederet. In illo autem itinere, quæ id temporis alibi dicerentur & fierent, citra mendacium edicere potuit, multaque rapta in ecstasin rara & sublimia promebat, licèt ipsa eorum rudis esset & imperita, vt etiàm viri doctissimi non mediocriter admirarentur talia ab illa dici posse. Vbi porrò ad locum ventum est, erat ibi imago beatissimæ virginis Mariæ. Coram ea dum illa puella sistitur, aderant perplures splendidi ac nobiles viri, & eccè ab illo tetro spiritu horrendum in modum dilaniatur, facies & oculi terribilem in speciem transformantur, os contorquetur & distenditur, oculi in maxillas prominent, vt sinè horrore nemo eam posset intueri. Aderant & aliæ personæ, in quas, permittente Deo, improbus satan mirabiliter sæuiebat. Atquì mox omnes illæ vnà cum puella perfectæ sunt redditæ sanitati. Huic tanto spectaculo aderant parentes puellæ, homines & ordinis amplissimi, nempe equestris, & rebus locupletes: aderant & alij permulti magnæ dignitatis, prudentiæ & experientiæ. Aberat verò omnis fingendi vel ratio vel suspicio, tum quòd puella tenera esset ætate, tum quòd rei ipsius immanitas & horrenda species omnem excluderet simulationem. Cernens autem puella se liberatam, licèt pater obluctaretur, mundo huic ilicò nuncium remisit, & in cœnobio benè instituto sanctarum virginum religionem professa monasticam, piè & sanctè vixit. Hæc ferè Morus, cuius tanta est authoritas & integritas, vt bona fide rem totam ab eo relatam esse nemo nisì improbus dubitare queat. Luterus proculdubiò cum suo grege hîc exclamaret rem esse commentitiam, quemadmodùm Brentius non veretur scribere, quòd Iulianus apostata in magno positus metu, nè à dæmonibus discerperetur, licèt iam CHRISTI religionem abiurâsset, tamen crucis expresso signo illos à se fugârit, id non factum crucis signo, sed dæmonis simulatione ad confirmandam superstitionem & magiam: nec enim magìs ad pietatem facere digitis crucem formare, quàm si manibus in aëre circulum describeris: quæ sunt verba digna tali viro, qualis est Brentius, hoc est, impuro hæretico. Sed nos istorum hominum verbis

Exemplum memorabile.

Miraculum insigne.

Brentius cõtra Petrum Sotum.

bis prorsùs nihil moueri debemus, præsertim cùm huius rei tot illustres fuerint spectatores, & testes omni exceptione maiores. Mihi hoc miraculum commodè hoc loco inseri videtur, vt Catholicus lector videat nõ deesse, hodieque miraculorum etiàm insignium editionem in Ecclesia Catholica: porrò de istis prodigiosis noui Euangelij buccinatoribus rectè dici posse, eos nec claudicantem canem, nec cæcutientem equum vnquàm curare potuisse: quanquàm vt miseri homines intelligerent, quale portẽtum in infaustis Luteri dogmatis complectendis sequerentur, memorabili id portento præpotens Deus testatum voluit efficere, quandò biennio post illud Vuormatię à Carolo V. & imperij ordinibus contra Luterũ promulgatum edictum, ad fines Vuittembergæ vitulum caluo capite & cucullatum, stupẽdo illo quidem, sed cumprimis accommodato ostento vacca peperit. Fertur autem Luterus etiàm mortuum quãdoquè quibusdam immurmurationibus excitare voluisse, Vilhelmum illum Nesenum in Albi submersum, sed accidit illi quod Persius ait:

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Conuentus aurei velleris.

Hoc anno Carolus Cæsar Traiecti habuit Conuentus aurei velleris, & Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ, Flandriæ principum aliquot noua electione illud auxit sodalitium. Indè Ratisbonam ad Comitia iturus cùm Traiectũ superius venisset, Legati aliquot Principum & ciuitatum Germaniæ occurrunt, vt certiùs cognoscerẽt de fama, qua iam vulgatum erat, Cæsarem militem conscribere. Sed eodem quoquè tempore rumor erat, Protestantes nescio quid moliri in Cæsarem, sua habere conuenticula, & id genus alia, quę non immeritò Cęsarem ad arma parãda mouere potuissent. Vbì autem viderunt legati, Cęsarem nullum circa se inusitatum habere militum præsidium, meliùs sperare cœperunt, itaq; discedunt. Erant cum Cęsare custodiæ causa equites cataphracti quingenti. Vbì Spiram venit, Palatinus cum vxore Cæsaris nepte eum adijt, venit etiàm eò Lantgrauius Hessiæ: atque vterque non diù pòst discessit, quòd Cæsar non vsquequaquè votis illorum respondere videretur.

Ferdinãdus duas elocat filias.

Dum Ratisbonæ Comitia aguntur, quò iam Cęsar peruenerat, Ferdinandus rex duas filias suas elocat, Annam Alberto Bauariæ, Mariam Guielmo Cliuensium Principi. Interìm Cęsar ad se tribunos & centuriones aliquot clàm euocat Ratisbonam, neque id latuit Protestãtes, qui omnia accuratissimè explorarent. Itaq; Cęsarem adeunt, scire cupiunt, cui bellũ facturus sit, se quidem paratos imperata facere. Cęsar non negat aliquot se cohortes conscribere in quosdam refractarios & rebelles, quos edomare cõstituerit: qui ipsi auxilio sint, illis se benignum & clementem dominum fore, cęteros non alio quàm hostium loco habiturum. His auditis, Legati domum proficiscuntur. Hoc belli Germanici inter alia quoddam fuit initium: Cæsar diù multa dissimulârat, sed pactis cum Turca inducijs, pace quoquè cum Gallo & Anglo confecta, non putauit sibi vlteriùs dissimulandum, præsertim cùm vir prudentissimus non ignorâsse videatur, quid plerique molirentur. Erant per id tempus Luteranorum siue Protestantium

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtantiũ magnæ vires, porrò Cæſaris exiguæ copiæ, & magna gerendi belli in ipſo initio impedimenta ac difficultates, præſertim quòd Cæſaris conſilia etiàm ab amicis ad hoſtes perferri dicerentur. Auguſtani omniũ primi ad arma concurrunt, ea tamen moderatione, vt Cæſareanos vrbe non arceant, quô minùs ad bellum neceſſaria comparare queant. Venerunt autem ad Cæſarem Germanorum peditum cohortes quinquaginta: ex Pannonia Hiſpanorum duo millia expectabantur & octingenti, è Gallia Ciſalpina eiuſdem gentis tria millia. Equitum ad nouem millia conſcribi iuſſa ſunt, ſed locis valdè diuerſis, quod Cæſari magno incommodo fuit. Proteſtãtes interìm ex Auguſta & Vlma & ditione Vuirtembergica Cluſam properant, vt Italos à Pontifice miſſos excludant. His Proteſtantium copijs præerat Sebaſtianus Schertelus vir militaris. Itaque Cluſa arx munitiſſima deditione capta eſt. ſunt qui proditione factum putẽt. Indè Oenipontem petunt, ſed nihil efficiunt. Abeunt igitur, præſidio impoſito Cluſæ & Fieſſę, quę duę omninò viæ erant, quibus ex Italia in Germaniam veniretur. Si Schertelus cum ſuis copijs rectà petijſſet Ratisbonã, vbì Cæſar tum erat, rebus omnibus imparatiſſimis, meliùs ſuorum rebus conſuluiſſet. Sed eo conſilio Deus illos tum priuauit. Fuit hic primus illorum error.

Copiæ Cæſaris.

Proteſtãtes obtinent Cluſam.

Item Fieſſam.

Primus error Proteſtantium.

Dum hęc geruntur, Saxo & Heſſus ſcribunt Cęſari literas, quibus ſe teſtantur in officio permanſuros, aut ſi quas iniurias intulerint, de illis velle ſatisfacere, ſi lege agere ſinantur. Cæſar illis nihil reſpõdit, quippe qui ſciret eorum exercitum omnem in vnum locum conduci. Nec diù pòſt oẽs eorum copiæ Danouertum cum Saxone & Lantgrauio peruenêre. Erant peditum ad octoginta, equitum ad decem millia: porrò tormenta bellica 130. Cæſar tum admodùm immunitus fuit. Atque hîc quoquè ſummam rei benè gerendæ occaſionem Proteſtantes amiſêre, dum non vident, q̃ facilè Cæſarem vel è tota Germania excludere potuiſſent, ſi cum omnibus copijs rectà Ratisbonam cõtendiſſent. Non eſt igitur dubium, quin à Cęſare ſteterit Deus. Et hic eorum ſecundus eſt error.

Copiæ ingẽtes proteſtantium.

Secundus error.

Interìm Ferdinãdus rex Pragam peruenit, cum Mauritio Saxone acturus de bello in Electorem Saxoniæ concitando. Fuerant Mauritio cum Electore continentes inimicitiæ, ſed eæ pauloantè ſopitæ erant. At poſtquàm Cæſar proſcripſit Electorem Saxoniæ & Lantgrauium, Mauritius inimicitias repetit, & cum Ferdinando rege cõiunctus, Saxonis ditiones vaſtare inſtituit. Porrò verò Saxo & Lantgrauius puerum cum ęneatore ad Cęſarem in caſtra mittunt, qui epiſtolam perferunt ad teli amentũ deligatam. Hic vetus Germanorum mos eſt belli denunciandi. Videbantur illi digni eſſe ſupplicio, ſed incolumes dimiſſi ſunt cum tabulis proſcriptiõis, nullis prætereà literis alijs additis. Cęſar quidem eorum epiſtolam nec inſpicere voluit. Sub idem tempus veniunt ad Cęſarem à Pontifice peditum circiter decẽ millia, equites leuioris armaturæ ſeptingenti. His alij ducenti equites à Coſmo Medice Florentino Principe, & centum à Ferrariẽſi duce miſſi acceſſerunt. Venerunt & Hiſpani, pręſtãti virtute & vete-

Proteſtãtes bellũ denũciãt Cęſari.

copię auxiliares Pontificis.

veterani omnes. Erant iam cum Cæſare 16. millia Germanorum peditũ, Italorum decem, Hiſpanorum circiter octo, equites haſtati mille ſexcẽti: & præter hos alij, ità vt in ſumma eſſent bis mille cataphracti, & mille leuioris armaturæ, omnes verò copiæ præſertim peditum, longè ſelectiſſimæ: nec tamen aderant, quæ in Belgio à Burano conſcribebantur. Cum hoc exercitu & triginta ſex tormentis æneis Cæſar ad hoſtem contendit, qui tum circa Ingolſtadium ſtatiua habebat. At Saxo cum Lantgrauio Ratisbonam iter intendit, prudenter quidem, ſed ſerò. Cęſar enim mox Ratisbonam ſubſidia equitum & peditum mittit. Itaq; Ingolſtadium Proteſtantes reuertuntur, quò ſe etiàm Cæſar contulit. Non defuiſſet tum Proteſtantibus occaſio rei benè gerendæ, ſi totis viribus Cæſarem oppugnâſſent, aut illius ad Ingolſtadium iter anteuertiſſent: atquì certè nõ in multitudine exercitũs, ſed in Numinis fauore certa eſt belli victoria. Igitur Cæſar Ingolſtadium præoccupat, & opportuno loco caſtra metatur. Loci natura hæc erat: Siniſtrum latus ripa fluminis & loca paluſtria tuebantur: à tergo quæ erant, oppidum ipſum tuta ab hoſtibus reddebat: à dextra & à fronte, aperta planities, ſed leuiter faſtigiata. Ab hac vtraq; parte Princeps Albanus, quem Cæſar eius belli ſummum Imperatorem eſſe voluit, incredibili celeritate trãſuerſam foſſam & vallum perduxit. Non diù pòſt vtraque & Cæſaris & hoſtium caſtra ea propinquitate inter ſe coniuncta ſunt, vt tormentorum pilis contingi poſſent. Ibì Cęſar equo vectus ſuos obequitabat, nè quicquam pilarum denſos imbres reformidarent adhortans, & vt pręſenti animo, priſtinæ virtutis & ſecundiſſimorum pręliorũ memores, hoſtis impetum ferant, locum quiſque ſuum ſtrenuè tueatur. Quæ Cæſaris oratio & præſentia dici vix queat, quãtum alacritatis & bonæ ſpei militi attulerit. Atquì hoſtes ex alia parte horrendum in modum tormenta diſplodunt, & pilarũ imbribus vallum & acies Cæſareanas complent: ſed paucos admodùm, Deo ſuum Cęſarem euidentiſſimè protegẽte, lædunt. Cæſaris agmen ſæpiſſimè traiectum eſt, atque circa eumipſum tam denſæ volitabant pilæ, vt in maximo diſcrimine verſaretur. Accidit quandoquè, vt globus directò in illum eiaculatus, ità propè ad pedes eius decideret, vt præſentiſſimum illi immineret periculum, ſi vel leuiter reſultâſſet, & non præpotentis Dei iuſſu eodem loco defoſſus & immerſus hęſiſſet. Sæuiſſima illa tormentorum tempeſtate, quę octo ampliùs horis cęlum commouit & vndas, in ea Cęſaris acie vnus ex ſtipatoribus peremptus eſt, equi duo, & ſignũ militare vnum diſcerptũ: nullum aliud grauius dãnum datum, ſingulari proculdubiò beneficio Dei q̃ ſeruat ſperantes in ſe. Fuit autem in Cęſareanis hoc eximiæ conſtãtię & inuicti animi haud obſcurum argumẽtum, quòd nullus ſuum viſus eſt locum deſerere, licèt nongentis hoſtium globis terribiliter eo vno die peterentur. Alio die rurſùs ad tormentorum crebriora, quàm priùs, tonitrua hoſtes redeunt. Cęſar ad ſuos alacriter accurrit, eorũm animos mirificè confirmat, contemptis periculis, à quibus plerunquè non longè aberat. Quàm fuerint hoſtes in diſplodendis tormentis pertinaces & crebri, vel indè conſtare poteſt,

Cęſaris caſtra ad Ingolſtadium.

Cęſar hortatur ſuos.

Cęſaris diſcrimen.

Conſtantia Cęſareanorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1900. pilę in castra Cęsaris cõiecit.

potest, quòd præter alios qui vel in castra non inciderint, vel reperiri non potuerint, mille nongenti & ampliùs globi reperti sunt.

Cùm autem Cæsar illorum castris in dies propiùs suas munitiones cõiungeret, multisque illi quotidiè incommodis afficerentur, non sinè magno dedecore eo loco decedunt, cùm anteà cõminati essent, se Cæsarem breui è tota Germania exacturos.

Per hoc tempus Comes Buranus suas copias, quas Cæsari in Belgio coëgerat, Rhenum mirabili industria ac solertia inuitis hostibus traducit. Ad Francofurtum posteà cum illis leuiori commisso prælio, non paucos occidit, reliquis vsqueadeò perterritis & properè in fugam ruentibus, vt non priùs fuga desisterent, quàm in oppidum peruenissent. Cæsar Buranum admonet, vt iter cautè instituat: hostes à se discessisse, atque ad ipsum properare. Progressi verò hostes, ad Danouertum castra locant, & Lantgrauius rei frumentariæ consulturus, Laugingam Bauariæ oppidum, de-

Burani copiæ ad Cæsarẽ veniũt.

ditione facta, in fidem accipit, atque indè Danouertum redit. Buranus breui posteà cum suis copijs, quæ erant longè ornatissimæ, ad Cæsarem Ingolstadium incolumis peruenit. Ea re fracti sunt nonnihil Protestantium animi. Biduo pòst Cæsar Neoburgum petit, inter densissimam missilium multitudinem, quæ ab hostibus è muro iaculabantur, loci naturam & situm oppidi summo cum periculo, Albano comitatus, explorat: indè Ingolstadium redit, postridiè castra mouet, atque recta ad Neoburgum

Neoburgi deditio.

regione considet. Neoburgenses ad eum legatos mittunt, seque eius voluntati permittunt: idem faciunt tribuni & ordinum duces, qui illic præsidio relicti erant. Id quidem Cæsari ob eius loci opportunitatem, commodissimè euenit. Cæsar hostium præsidiarios milites omnes pro sua clementia incolumes dimisit, cùm iure in eos, tanquàm qui in Principem suum arma tulissent, animaduertere posset. Eo triduo Cæsar more militari exercitum suum recenset: repertus est equitum numerus milliũ

Toms Cæsaris exercitus.

circiter nouem, peditum circiter quadraginta quinque.

Neoburgo Cęsar Vuendingum cum exercitu proficiscitur, atque aduenranti Senatus vrbem dediturus occurrit. Per hoc tempus nunciatur Cęsari, hostes cum omnibus copijs ad ipsius castra contendere, neq; iam procùl abesse. Tum ille, licèt dextrum pedem podagra affligeret, equum cõscendit, pedem linteo ab ephippio pensili sustentat, atque hunc in modum tota die inter suos obequitat, contemptis acerrimis podagrę doloribus: verùm hostes nebulę beneficio vsi, quæ ea die densa admodùm fuit, iter Norlingam versùs conferebant. Cùm autem ei ab Albano nunciaretur, videri ipsi hostes ad dimicandum paratos, ille respondit: Per me non stabit, quô minùs, fauente DEO, fiat pugnandi potestas: Et mox vt erat in equo, (non enim podagra sinebat eum descendere) arma induit, & acies procedere iubet. Verùm hostes cœptum iter Norlingam versùs nihil intermittentes, Cæsareanos pugnæ auidos sua spe frustrantur. Videns autem Cæsar ad pugnam eos elici non posse, ad alia consilia conuertitur. Mittit clàm Octauium Farnesium cum

Italicis

Italicis copijs & Schamburgianis cohortibus, qui Danouertũ vrbem ad Danubium sitam repentè occupent. Ea res prosperos habet successus, & oppidani subita Cęsareanorum irruptione perterriti, sese dedunt, nõ minori hostium damno, quàm Cęsaris commodo. Cęsar postera luce eò cõtendit, hostibus interìm nihil se mouentibus. Altero indè die Dilingam Augustani Episcopi oppidum, sed quod tum hostiũ præsidio teneretur, venit. Hostes mox fugiunt ex oppido, & ciues libentissimis animis tum Cęsarem, tum Episcopum recipiũt. Indè quoquè Lauginga se dédit, licèt initio superbè respondissent incolę. Idem facit Gudelinga. Ità paulatìm Cęsaris res crescebant, Deo illum adiuuante.

Danouertũ occupãt Cęsareani.

Intereà nunciatur Cęsari, à Ferdinando & Mauritio in Saxonia rem prosperè geri, Saxones pulsos & profligatos, & magnam eius ditiõis partem in vtriusque potestatem esse redactam. Hoc nuncio Cæsar exhilaratus, multa tormenta in lętitię signum, & vt hostes intelligerent hęc iam ad ipsum perlata, displodi iubet. Iam hyems appetebat, nec deerant, qui Cæsarem hortarentur, vt militem in hyberna reduceret, maximè quòd castra loco admodùm incommodo sita essent. Sed Cæsar commodissimo castris locandis loco reperto, eò traducit exercitum, cunctis vsque adeò gratulantibus, vt eum locum castra Cæsaris appellârint. Ex eo loco vehementer afflixit hostes, emissis longè lateque equitibus hipposcopistis & leuioris armaturæ, qui eos à frumentatione prohiberent. Indè accidit, vt in eas rei frumentariæ angustias venerint, vt quinque continuos dies milites frumento & pane caruerint.

Saxonia à Ferdinando & Mauritio vexatur.

Inopia frumenti apud Protestãtes.

Sub his angustijs Saxo & Hessus nacti idoneum hominem, per Iohannem Brandeburgicum Electoris Brandeburgici fratrem, de pacis cõditionibus cum Cæsare agere cœperunt: sed cùm Cæsar alias proponeret, quàm ipsi vellent, nihil effectum est. Dolendum quidem est, Principes illos suorum cõcionatorum malis consilijs eô adductos esse, vt tam se Cæsari refractarios præberent, & demùm etiàm arma contra illum capesserent, cùm rarò soleat benè cedere, si quid contra magistratum temerè attentetur. Et hoc quidem bello, cùm essent illorum longè auctiores quàm Cęsaris copię, tamen quater castris excedere compulsi sunt. Vbì porrò Cęsar intellexit hostium equitatum cum parte peditum in Franconiam iter habere, omnibus modis anteuertẽdum putauit, nè tam opulenta illi potiti prouincia, vires iam non mediocriter clisas redintegrarent. Itaque licèt difficili anni tempore, tamen nihil sibi cessandum putauit, donèc Rotenburgo ciuitate imperiali potiretur. In eo itinere dedunt se illi Boffingenses, Norlingenses, Dinckelspulenses. Vbì Rotenburgenses eius sensêre aduentum, pridiè obuiàm progressi, magno studio se suaque omnia illi permittunt: neque enim illi reliquis fœderatis consenserant, neque auxilia illis vlla suppeditârant. Vbì hostes sensêre Rotenburgum à Cęsare teneri, non mediocriter perturbantur, atque paulò pòst singuli domum reuertuntur. Lantgrauius vbì Francofurtum venit, obsecrantibus decurionibus & ciuibus,

Rotenburgũ Cęsari se permittit.

Protestãtes domum abeunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt quid faciendum sit edoceat, respondit optimam sibi rationem videri, vt vnaquęque vulpecula suam caudam tueatur.

Saxo quoquè, aliquot contractis dispersarum copiarum reliquijs, domum redit, & in itinere ab Ecclesiasticis magnã vim pecuniæ extorquet. Cęsar verò Buranum in Belgium remissurus hortatur, vt ex itinere vel ad defectionẽ inducat, vel ad deditionẽ vi adigat Frãcofurdienses. Ipse Cęsar cum reliquo exercitu ad fœderatas ciuitates, in quibus hostiũ præsidium omne & robur positũ esse nõ ignorabat, iter statuit cõuertere. Sed tãtus iam oẽs terror inuaserat, vt pleræq; ciuitates à fœderatis desciscerẽt, & ad eius amicitiam adspirarent. Rotẽburgo discedens, Halam Sueuiæ insigne oppidum peruenit. Eam enim tum recèns Cæsar in fidem receperat.

Palatinus veniã petit & impetrat

Cùm illic podagræ morbo impeditus, aliquandiù hærere cogeretur, Fridericus Palatinus ad eum venit, & supplex cum multis lachrymis veniam petijt & impetrauit, licèt Cæsar principiò nonnihil asperum se non sinè causa exhiberet. Miserat enim non paucos equites subsidio Protestãtibus. Sed in Cæsare hoc fuit admiratione dignum, quòd non tam illatæ iniurię, quàm beneficij quandoquè collati, esset memor.

Item Vlmẽses.

Eodem tempore venerunt etiàm eò Vlmenses, & tandèm admissi coram Palatino, qui ægrotanti Cęsari aderat, capite demisso & vultu mœstissimo ad Cæsaris sese pedes abijciunt, & eius clementiam implorant. Cęsar quoquè illis ignouit certis conditionibus.

Princeps Vuirtẽberg. Cæsari conciliat.

Deindè Cæsar Hala egressus, Hispanos & aliquot cohortes alias mittit in agrum Vuirtembergensem, atque mox ipse cum reliqua exercitûs parte subsequitur. Ea re cognita, Vuirtembergensis Princeps non ferens ditionis suę vastationem, atque animaduertens omnes vicos, omnia ædificia & oppida omnia, in Cæsaris potestatem venire, à Cæsare pacem petit, & impetrat non recusatis conditionibus, quas Cęsar præscripserat. Interìm veniunt literæ à Burano ad Cæsarem de occupata Francophordia.

Frãcofurtũ occupatũ.

Postridiè ad eum veniunt à septem ciuitatibus fœderatis legati de deditione. Vt enim ad Cæsaris gratiam propensiùs adspirarent, eius faciebat incredibilis moderatio, qua in tanto belli maximi successu vtebatur. Iam Sueuiæ vrbes omnes in eius potestate erant: Augustani soli cunctantiùs sese dedidêre. Cæsar indè Vlmam venit, susceptus honorificentissimè & amantissimè. Fuit enim Germanorum in Cæsarem amor singularis, ità vt eum patrem blandissima voce appellarent: quin & exteræ nationes & hostes etiàm ipsi, non mediocriter ipsi afficiebantur. Est enim ea virtutis vis, vt in suî admirationem & amorem etiàm improbos inuitet.

Germanorũ amor in Cæsarem.

Augustani redeunt in gratiam.

Augustani, Cæsaris exercitu aduentante, ad Cæsarem legatos mittunt, sed ijs conditionibus propositis, quas Cæsar nollet, vacui recedunt. Indè re deliberata, & quòd Schertelus, vir militaris & audax, ex vrbe sponte excessisset, ad Cęsarem redeunt, veniam suppliciter petunt, & à clementissimo Principe impetrant, adeò vt mitissima consuetudine sua dexteram singulorũ appræhenderet, quo honore etiàm alias ciuitates affecerat. Postremò etiàm Argentoratenses fide publica ad eum veniũt, & se in pristinam clien-

Item Argẽtoratenses.

telam

telam restituũt. Hic nimirùm fuit prioris belli Germanici, contra Imperatorem temerè susceptì, euentus, ad quod Imperij Ordines impulerunt impuri apostatæ & seditiosi ecclesiastæ, qui salua Cæsaris amplissima authoritate, res suas saluas esse non posse facilè peruidebant. Ex ipsis autem atrocissimis religionis & dogmatum dissidijs, quę inter illos vigent, haud obscurè potest animaduerti, non magnoperè illis curę esse Reipublicę & Christianorum salutem, sed vt suis priuatis rebus cõsulant, quantũuis interìm sursùm deorsùm moueantur omnia. Ipse quidem Luterus in libello, quem non diù ante obitum suum ad Saxonię principem & Lantgrauium scripsit, ad hoc Germaniæ bellum classicum canit, dum inter cętera ait, Quisquis arma non corripit dum potest, is non vtitur rebus à DEO collatis. Quid verò hoc est aliud, quàm subditos in suos magistratus concitare?

Pax inter Gallos & Anglos.

Hoc anno pax inter Gallos & Anglos cõciliata est ea cõditione, vt certa pecuniæ summa Anglis intra octauum annum numeretur: ea persoluta, Bolonia ad Gallos pertineat, sed interìm ab Anglis retineatur. Eam pacem, ob diuturna bella & alias calamitates, ingens annonæ caritas apud Gallos secuta est.

Incendium Mechliniæ.

Mechliniæ in Brabantia accidit clades memorabilis 8. Idus Augusti. Fulmẽ incidit in portam Arenariam, in qua asseruabatur puluris tormẽtarij immensa vis, quæ illo cęlitùs lapso igne inflammata, tam horrẽdum edidit fragorem & tonitruum, vt plerique mortales putarent supremum adesse mundi diem. Fuit id reuerà spectaculum horroris & terroris plenissimum. Momento tẽporis porta illa mirabiliter dissipatur, & non modò turris, sed etiàm vicinorum murorum fundamenta reuellũtur, & longè lateque per aëra iactantur: fossarum aquæ vi tanti ardoris exiccantur. Multi homines partìm extincti, partìm grauiter saucij reperti sunt. Ludebant quidam chartis in caupona, sed subitò oppressi pereunt: materfamiliâs domûs sola euasit incolumis, quòd magno suo commodo in cellariũ descẽderat, ceruisiam allatura. Quidam post triduum è specu progressus, sciscitabatur num mundus adhuc subsisteret.

Saxo extorquet pecuniam.

Saxonię princeps elector, vbi percepit Ferdinandum & Mauritium ipsius vastare ditiones, nec à Cęsare ea, qua vellet, conditione pax obtineri posset, copias dispersas partìm colligit, atque in itinere, vt suprà attigimus, magnam pecunię vim, præcipuè ab Ecclesiasticis, extorquet: Gemũdam Sueuiæ oppidum oppugnat, ciues se dedentes pecunia mulctat, à Francophordiensibus nouem aureorum millia accipit, à Mogũtino millia quadraginta exigit, Fuldensem abbatem & alios quosdam catholicos eodem modo tractat, licèt esset à Cęsare proscriptus.

Oppugnat Lipsiam.

ANno 1547. die 18. Ianuarij Saxo Lipsiam Mauricij principis oppidum grauissimè oppugnat, sed re infecta discedere cõpellitur, quòd vrbs fortissimè defenderetur. Crebris tormentorum ictibus fœdissimè vrbs dilacerata fuit atque deformata. Indè profectus, amissa per Duringiam & Misniam, licèt difficili anni tempore, recuperat, quin-

etiàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiàm Mauricij oppida capit, præter Lipsiam & Dresdam, multa quoquè alia ad se traducit, sed non diù occupaturus.

Hermannus Episcop. loco mouet.

Per hoc tempus Hermannus Colonienſis Archiepiſcopus, cùm nulla posset ratione à sententia inuehendi in suas ditiones Luterismi deduci, iussu Romani Pontificis & Caroli Imperatoris, loco mouetur, & ei Adolphus ex illustri & antiqua Scauuēburgensium Comitū familia subrogatur. Fuerat is aliquot annis Hermanni coadiutor, multis præclaris dotibus ornatus, & catholicæ religioni addictissimus. Vbi autem ad eam peruenit dignitatem, mox religionem veterem tota diœcesi restituit, Bucerana commenta prorsùs aboleuit, & verum pastorem reipsa declarauit. Id quidem maturè accidit præclarissimæ diœcesi, quę iam multis locis ità erat nouis dogmatis infecta, vt difficilis omninò curatio videretur, nisi Deus manum apposuisset suam. eiusdem autem Hermanni frater Fridericus Bonnensi præpositura exuitur, eaq; clarissimo viro Iohanni Groppero, præter omnem eius expectationem, confertur. Eius viri pro tuenda apud Coloniam Agrippinam & totam Colonienſem diœcesin Catholica religione susceptі labores, vsqueadeò eum celebrem reddiderunt, vt Pontifex Paulus IIII. eum in Cardinalium amplis. senatum cooptârit. Fuit admirabili eloquentia, rara eruditione, animo imperterritus, nocte & die scripturæ sacræ & sanctissimorum patrum lectioni incubans, atque à fœdissimo concubinatu, quo se plerique ex Clero, turpiter dehonestât, vsqueadeò abhorrens, vt cùm quodam die domum reuersus, famulam inuenisset lectum ipsius sternentem, vehementissimè commotus, famulam repentè è cubiculo exigeret, & lectum è fenestra cubiculi proijceret, hoc ipso sanè egregium animi sui erga continentiam zelum & ardorem præclarè declarans. Quod idcircò commemorare volui, vt tanti viri exemplo permoueantur Ecclesiastici, & carnis petulantiam victûs parsimonia, sacræ lectionis & feruentium precum assiduitate, vigilijs opportunis, mulierum vitanda consuetudine, & id genus alijs pietatis studijs edoment, desinantque aduersùm se prouocare iram præpotentis Dei, atque procacibus hæreticis veterem eandemq; Catholicam religionem lacerandi ac proscindendi præbere occasionem.

Vetus religio restituitur.

Iohannes Groppervs.

Exemplum cōtinentiæ.

Sub Ianuarij finem Henricus Angliæ rex, anno 38. regni sui, vita excedit. Is Pontificem quidem Romanum ferre non potuit, quòd repulsam apud illum passus esset in approbando Annæ Boleniæ coniugio, sed tamen religionem veterem in plerisque retinuit. Successit ei Edouardus filius, nouem annorum puer, sub quo paulò pòst Zuinglianismus in eo regno satus est. Protestantes ad regem Henricum legatos miserāt, qui ab eo contra Cęsarem auxilia peterent, sed id frustrà fuit.

Angliæ regis obitus.

Non longo interuallo, nempe pridiè Calendas Aprilis, Franciscus Galliarum rex in arce Rambuletana moritur, quem itidem Protestantes de suppetijs ferendis solicitârant. Obijt anno ætatis 54. Rex per omnia Catholicus & acerrimus nouorum dogmatum persecutor, fautor quoq; præcipuus hominum literatorum, ipse non mediocri rerum multarum cogni-

Fracisci regis mors.

cognitione prędituſ, quam sibi indè cōtraxerat, quòd inter edendum de varijs disciplinis cupidissimè loqueretur, haberetque in eum vsum apud se viros doctissimos, qui ex Poëtarum, historicorum, Cosmographorum atque aliorum authorum libris semper aliquid in medium adferrent. Habuit quoquè in Italia & Græcia, qui veterum monumenta conquirerent, confecitque Bibliothecam optimis libris refertissimam, vndè nonnulli posteà in lucem prodiērunt. Poterat Ecclesia vel florentissima nostris tēporibus euadere, si non incidisset inter Carolum Cęsarem & hunc Franciscum regem illa perpetua ferè simultas, quę rebus Christianis, hauddubiè propter peccata nostra, magnam attulit calamitatem, præsertim quòd interim Turcarum auctę sunt vires, Christianorum imminutę, & portētosæ hęreses mirum in modum increuerunt, certatim aliæ super alias ab inferis in orbem nostrum reuocatæ ab importunis ingenijs. Regi Francisco in regno successit Henricus filius, anno ætatis suę vicesimo octauo, qui mox Annam Momorantium Conestablium, quem Latinè Magistrū equitū dicimus, in pristinā dignitatē, qua iam totos ferè annos sex caruerat, restituit: porrò quosdam alios magnos viros loco mouit. Horū duorū potentissimorū Galliæ & Angliæ regū obitus nō mediocriter afflixit Protestantes, qui se sperârant ab illis contra Cęsarem subsidia habituros.

Bibliotheca Francisci regis.

Cęsar cùm adhuc esset Vlmæ, & ex Ferdinandi fratris literis certior fieret de ijs, quę ab Saxone principe gererentur, & vt is Boëmos solicitaret, vulgus ad se alliceret, Ioachimicam vallem, ærarijs fecturis & auri argentique fodinis abundantissimam Ferdinando eripuisset, toto in bellū Saxonicum animo incumbebat, licèt afflicta esset valetudine. Putabat enim rebus maturè opem ferendam, antequàm viribus confirmatis hostes noui aliquid molirentur. Erant cum Saxone peditum circiter decem, equitū quatuor millia. iamque vsqueadeò Boëmos in suas partes traxerat, vt ij nō dubitârint filias regis Ferdinandi in arce Pragensi inclusas tenere. Itaque Cęsar nullum neque laborem, neque periculum, neq; valetudinis detrimentum subterfugiens, pręter copias, quas iam pręmiserat, Germanos & Hispanos ex hybernis educit, & aliquot tormentis ab Vlmensibus acceptis, iter ingressus est.

Cæsar bellū Saxonicum meditatur.

Eo die, quo Vlma discessurus erat, venit eò princeps Vuirtembergicus in sella gestatoria, quòd podagra præpeditus, pedibus consistere non posset. Tandèm admissus ad Cęsarem, per Cancellarium demississimè eius iram deprecatur, errorem suum palàm confitetur, & in posterum summam fidem & obseruātiam pollicetur. Hoc spectaculum Vlmensibus & alijs qui eò confluxerant, non mediocrem stuporem attulit, quòd illum quoq; supplicem Cęsari viderent, quo nullus è vicinis principibus esset potentior. Cęsar vbiquè vsus clementia, sub certis cōditionibus noxam omnem afflicto Principi condonat: & confestim Vlma discedens, prima die Giengam, altera Norlingam venit. Ibi morbus podagræ recrudescēs, magnā videbatur moram allaturus: sed pter omniū expectationē celeriter conualuit. Saxo interim Albertū Marchionem, quem Cæsar pręmiserat, cuiuſ-

Vuirtembergicus fit supplex Cæsari

Albertus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marchio capitur.

cuiusdam illustris fœminæ proditione apud Rochliziam capit,& de eius exercitu mille trecentos homines occídit,reliquos ferè in potestatem redigit:ipsum Albertum Gotham perduci iubet,locum valdè munitum.

Dum Cæsar est Norlingæ, Argentinensium legati ad eum veniunt, veniam deprecantes. Eos quoquè Cæsar in fidem & clientelam accepit, quibus visum est conditionibus,inter quas hæc vna fuit,vt Cęsaris sacramento rogarentur, quòd anteà nulli cuiquam vnquàm Imperatori cõtigerat. Indè Cæsar Noribergam venit,magna ciuium gratulatione exceptus. Ibì dies quinque confirmandæ valetudinis causa permansit. Constituerat ad Egram,quod est Boëmię oppidum,cum Ferdinando & Mauricio coràm cõferre.Ibì Boëmorum apparuit à suo rege defectio, qui crebris arboribus succisis, Ferdinandum & Mauricium transitu prohibere conati sunt: attamen longiori circuitu tandèm ad Cæsarem cum copijs suis,tribus ab Egra milliaribus,in castra venerunt.Erant illis grauis armaturæ bìs mille ducenti,leuis armaturæ Hungari noningenti equites, oẽs egregiè instructi. Paschalibus ferijs Egræ peractis, (ea enim ciuitas cum summa laude hactenùs in Catholica religione constanter permansit) Albanum cum oñibus copijs & parte equitatûs pręmittit,ipse mox sequitur,in id vel maximè intentus, vt cum Saxone daretur priùs confligendi opportunitas,quàm ille se vel Vuittembergam, vel Gotham, & in id genus alia munitissima loca reciperet.Erat per id tempus Saxo apud Misniam oppidum,quod Mauricio paulò antè eripuerat. Eò se confert Cæsar, nonnullis ex itinere occupatis arcibus & oppidis. Cùm iam nõ ampliùs tribus milliaribus abesset à Misnia, comperit Saxonem Vuittembergam iter cõuertisse. Intererat inter eum & Saxonem Albis latissimus fluuius, quem omninò transmittere constituit, nè Saxo ex ipsius manibus elaberetur.Erat res summæ difficultatis & periculi, Saxone ad Milburgum oppidum in vlteriori fluminis ripa cum valida manu consedente. Interìm nunciatur Cæsari, vadum in amplissimo flumine repertum eo loco, vbì & hostes eregionè sederent,& fluuius trecentos in latitudinem passus pateret, vndarumque impetu & mole vel spectantibus horrorem incuteret.

Cæsar venit Norbergã.

Egra vrbs Catholica.

Vadum in Albi repertum.

Iam hostes secundo flumine nauibus deferebantur:sed id Cęsareani conspicati, maximo impetu in ipsum flumen irruunt, & brachijs atque humeris solis ex aqua extãtibus, densissimam pilarum grandinem in hostes mittunt,ità vt & è nauibus in terram se eijcere, & pręcipiti fugę mandare cogerentur. Vt autem commodiùs pedites & tormenta traduci possent,Cæsar pontem curauit ex nauibus fieri:sed quòd latior esset fluuius, quàm vt naues ab ipso allatæ sufficerent, milites hortatur, vt hostium cõcisum pontem capiant. Atque eccè confestìm decem Hispani pedites vestes deponunt, gladios transuersos ore modicùs compræhendunt,flumen tranant, inter tela hostium innumera scaphas arripiunt cæsis aliquot hostibus,& ad citeriorem ripam pertrahunt incolumes. Saxo tum concioni intererat. sed Cæsaris audito aduẽtu, concio silet, conclamatur ad

Cæsareani in Saxones.

Audax facinus 10. Hispanorũ.

ad arma,& miles ripæ defendendæ adesse iubetur. At Cęsar incredibili celeritate equites vadum tentare,pontemque ex scaphis cõiungere monet. Erat tum illic rusticus quidam iuuenis robusto corpore,cuius equos bijuges hostes pridiè eius dìei abstulerant.Is Cæsari vadum ostẽdit. Primi trajciunt Hungari equites,humeris tantummodò & pectore eminentes,& cum eis leuis armaturę equites,quibus singulis singuli milites sclopetarij, à tergo equis insidẽtes,adiuncti sunt.Indè cataphracti equites subsequũtur.Cæsarem vehebat equus Hispanus,coccino serico villoso,cui ex auro fimbria erat,instratus.Ipse armis inauratis cõspicuus, conchiliata fascia bombycina,auro distincta,superindutus, cassìde Germanica capiti aptata,breuem hastam venabulo similem manu tenebat. Et sic ille princeps, rustico præeunte,Albim ingreditur, & incolumis in vlteriorem pertendit ripam,atque cum eo equitatus omnis saluus in terram euadit. Rusticũ autem centum donat coronatis & equis duobus.

Albim trajiciunt equtes.

Cęsar Albim equo transmittit.

Peditatus ponte nondùm perfecto tardiùs traducebatur. Itaque Cæsar omnia in celeritate posita cernens,solo equitatu hostem adoriri cõstituit. In ipso autem itinere,dum hostes insequitur, incidit in statuam Christi è cruce pendentis,cuius pectus tormenti globulo traiectum erat. Id ille pius Princeps conspicatus, magno animi dolore correptus, suspicit in cælum,& O Deus,inquit,modò velis,facilè potes tantum scelus vlcisci:sicq; cœptum prosequitur iter.Interìm Albanus oblata rei benè gerẽdæ occasiõe,Cæsari indicat se iã in hostes irruere: tum acris à Cæsareanis in hostes fit impressio,ità vt mox in fugam incitati equites,peditatum prędæ & cędi obijcerent.Iam ad Locheranam syluam ventum erat,quæ paulùm tanta armorum multitudine constrata visebatur, vt insequentibus Cęsareanis moram adferrent.Sed & occisorum & sauciorum multus erat numerus: maior verò captiuorum, ità vt plerosq; Cęsaris milites viceni & ampliùs captiui circunsisterent.Cæsareanis verò Saxonicos summa contentione insequentibus,breuì ad Cæsarem,qui in media circiter sylua constiterat, nuncius de capto Saxone adfertur.Erat is in equo Phrisio armatus:cumq; ad Cæsarem peruenisset,velletque ex equo descẽdere,& dextræ chirothecam detrahere,Cæsar mitissimum secutus ingenium suum,neutrum permisit.Tum ille capite nudato,ego,inquit,potentissime & clementissime Cęsar,me tibi captiuum reddo.Ad ea Cęsar,Nũc ità quidem me compellas,ait,cùm anteà secùs feceris. (Saxo enim & Lantgrauius hoc rerum tumultu,non Cęsarem eum,sed Carolum à Gandauo,qui se falsò Cęsarem diceret,in literis publicis scribebãt.) Addidit quoquè Cęsar, optimo merito suo ad eiusmodi fortunam ipsum esse redactum.Quo audito,ille subticuit:humerisq; pressis & capite demisso terram intuens ingemuit, vultu sanè miserabili. Indè iterùm petit à Cæsare,vt ipsum sic tractare velit,vt solent capti Principes. Ego verò,inquit Cęsar, te vt meritus es, tractabo. Mox in castra abducitur.

Capti multi.

Saxo captus fit supplex Cęsari.

Eo die Mauritius princeps in summo periculo fuit. Cùm enim hostes persequeretur, quidam ex illis à tergo eum adortus, bombardam dorso

Mauritij periculum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

admouit,sed inani conatu,quòd ignis non emicaret. Verùm ille temerarius mox à Mauricianis discerptus est.Capta sunt in eo cõflictu tormenta quindecim, & magnus bellicarum rerum apparatus: postridiè quoq; sex alia tormenta in itinere intercipiuntur.Multa quoquè præda,impedimẽta,signa legionaria & equestria.Captus etiàm est Ernestus Brunsuicensis. Cæsar non ampliùs quinquaginta equites amisit.Victoria hac potitus est 8.Calendas Maij. Iulius Cęsar olìm Pontico triumpho trium verborum titulum prætulisse fertur,*Vèni,Vidi,Vici*.Ijs verbis nonnihìl immutatis sic noster Cęsar longè illi ob veram pietatem præferendus,vsus est: *Vèni,Vidi,Deus vicit:* vt ostenderet,se non suis viribus,sed diuino auxilio eam victoriam acceptam ferre. Saxõis & Ernesti deindè custodia Alphonso Viui mandata est. Porrò in deditionem Torga vrbe accepta, Cęsar ad Vuittenbergam occupandam cum omnibus copijs procedit. Eam vrbem Saxo continuos vigintiquinque annos adeò communiêrat, vt facilè etiàm diuturnam obsidionem passura videretur.

Nota Cęsaris modestiã & pietatem.

Obitèr prętermittendum non est,qua in parte Albim Cæsar vado traiecit,postera die non nisì natando & ægrè quidem,id fieri potuisse. Graues quidam scriptores sic sentiunt,non sinè miraculo & præsenti Numinis ope Cæsarem illud latissimum flumen cum tãtis copijs vado trãsijsse. Quo autem die Saxo captus est,æstus fuit longè grauissimus, & sol velut sanguinolentus apparuit,non in Germania dũtaxàt,sed etiàm in Gallijs.

Iam Cęsar oppugnare decreuerat Vuittenbergam, cùm ecce interuẽtu Ioachimi Electoris Brandeburgici,& Cliuensis principis, cuius soror in Saxonis matrimonio visebatur,precibus flexus,capitali sententia Saxonẽ absoluit,vitamq; ei his cõditionibus donauit: Electoria dignitate & agris oppidisque omnibus ad Electoris ditionem pertinẽtibus exuitur.In Duringia tãtùm arces aliquot & agros retinet:Arma & ænea tormenta oñia cum vniuerso rerum bellicarum apparatu tradit. Eorum ingens erat numerus,ità vt ex sola Vuittenberga,prętermiores machinas complures, 120.bõbardæ exportatæ sint:Gotha nullis viribꝰ expugnabilis solo ęquatur.In ea fuêre centum tormenta maiora,minora quamplurima: ænearũ pilarum centum millia,& multa alia.Sunt & aliæ conditiones, quas prætermimus studio breuitatis. Accepta in deditionem Vuittemberga, biduo pòstSaxonis coniunx cum multis nobilibus in Cęsaris tabernaculum venit ex vrbe,atque ad Cęsaris aduoluta pedes,ab illo manu alleuatur,& humanissimè in amplexum recipitur. Ea res omnium animos ad summam commiserationem flexit.Cæsar vbì multis eius precibus mitissimè respõdit,mariti adeundi copiam ei facit,& honorificẽtissimè à se dimittit, atq; altera die intra vrbem in arce ipsam inuisit.

Cęsar Saxonem vita donat.

Gotha munitissima.

Per id tempus partìm à Scythica quadam gente ad Borysthenis ripam, partìm à Tunetano rege ex Africa,Cęsari oblata sunt ad octo millia equitum:verùm legatos Cęsar liberaliter dimittit, quòd iam bello propemodùm confecto,ijs copijs non esset habiturus opùs.

Scytha & Afer parati militare Cæsari.

Lantgrauius vbì de Saxonis captiuitate & Cęsaris victoria cognouit, non

non immeritò consternatus,per Mauritium de pacis conditionibus tractare cœpit.Mauritio deprecatori Ioachimus Elector Brandeburgicus se coniungit: qui tum plurimùm apud Cæsarem gratia & authoritate valebant.Cæsar quidem illorum preces audit,& quid à Lantgrauio fieri velit, ostendit:sed cùm Lantgrauius ad postulata semper aliquid vel adderet vel demeret, Cæsar tandèm respondit, nihil se cum Lantgrauio velle agere, rebus ille suis vt vellet consuleret.Id responsum nõ mediocriter eius perterruit animum,& ab vna iam Cæsaris peruulgata clementia salutis sibi pũsidium petendum sentiens,datis ad Mauritium literis, compositionis cõditiones à Cæsare pręscriptas, manu sua descripsit & tradidit, ijsdemque paulò pòst apud Halam Saxonicam in deditionem acceptus est.

Lãtgrauius se permittit Cęsari.

Verùm antequàm isthæc transigerentur, Ferdinandus rex cum tribus ferè millibus equitum & sex peditum Vuittẽberga celeriter Pragam proficiscitur,& Cæsar cum omnibus copijs suis ad Lantgrauium edomandũ contendit.Pridiè verò, quàm Ferdinandus discederet,Hungarici equitatûs præfecti Cæsari valedicunt,orantque supplices,vt Pannoniæ à Turcis oppressæ afflictis rebus opem ferre velit. Cæsar eis liberaliter respondet, & singulis præfectis ac decurionibus trecentorum coronatorum torquẽ donat:reliquis turmis vltra emerita stipendia in singulos equites alterum gratuitum largitur.Eam liberalitatem omnes mirificè prædicârunt. Hispanos etiàm illos,qui gladijs mordicùs ore correptis hostiũ scaphas nando apprehenderant,singulos veste holoserica ornat,triginta donat coronatis,& inter duplares armaturas adscribit.

Liberalitas Cęsaris in Hungaros.

Item in 10. Hispanos.

Cęsar indè Halam abit,expectaturus illic Lantgrauij aduẽtum.Ibì tum repentè oritur seditio inter Germanos & Hispanos, hauddubiò tristem habitura euentum, nî Cæsar non sinè periculo inter duas acies, furore & amentia cęcas,medium se opposuisset.Erant adhuc apud Cęsarẽ Boemorum legati:eos ad se vocat,hortatur vt ad officium & sanitatem redeant,se alioquì fratri Ferdinãdo minimè defuturũ.Eadem ad Boëmos perscribit.

Seditio militaris.

Dum hęc geruntur,Lantgrauius cum 100. equitibus Halam venit,postridiè à Mauritio & Ioachimo in regiam deducitur. Aderant frequentissimi nobiles,qui se id nunquàm visuros putârant. Lantgrauius corã Cæsare in genua prouoluitur,& eius nomine Cancellarius supplex Cęsarem honorificentissimè appellat,veniam petit,& obseruantiã ac fidem in posterum pollicetur,ac iureiurando confirmat. Cęsar per oratorem respondet,se licèt grauissimè læsum,tamen supplici noxam condonare, capitis pœna,proscriptione & carceribus perpetuis absoluere. His alijsq; nonnullis dictis,Lantgrauius surgit,sed Cæsar ei neque dextram dedit,neque vllum beneuolentiæ genus exhibuit.Intererat huic spectaculo Henricus Brunsuicensis,quem hactenùs captiuum Lantgrauius detinuerat.Postèà Albanus Lantgrauium secum in arcem ducit, Electores ad cœnã inuitat, & Lantgrauiũ cœna facta apud se detinet.Id verò prętèr spem accidit Lãtgrauio,qui se lõgè maiori libertate vsurum putârat. Conditiones quibus se dedidit,ex multis hę ferè sunt:Lantgrauius & eius clientes omnes Cæ-

Lantgrauij supplex veniam precatur.

Lantgrauij captiuus tenetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sari iurent,& vltrò eius voluntati se permittant. Ipse ex omni ditione quatuor delectas vrbes cõtinuò dedat. Loca aliquot munita diruat. Centum quinquaginta aureorum millia pendat. Tormenta omnia rhedis imposita(ea erant amplius ducenta)Cæsari tradat. Henricum Brunsuicensem restituat. Vitam Cæsaris beneficio habeat. Perpetua custodia nõ asseruetur, &c. Hanc vltimam conditionem neque Lantgrauius ipse, neq; Principes intercessores satis considerâsse videntur, qua vtiquè in Cęsaris arbitrio custodiæ vel breuiandæ vel prorogandæ facultas constituta est. Tulit principiò grauiter captiuitatem suam Lantgrauius: sed cùm suis ipsius scriptis reuinceretur, eam fortunam cœpit ferre moderatiùs. ad hanc verò calamitatem vtrunque Principem,& Saxonem & Lantgrauium, importuna Luteri & seditiosorum concionatorum consilia adduxêre.

Cęsar totã domat Germaniam.

Is igitur vtriusque Germanici, quorum alterum potest Saxonicum dici, belli cuctus fuit,& Cæsar tota Germania, quod nulli vnquàm Romanorum Cæsari obtigerat, feliciter edomita, à Paulo Pontifice Maximo in Diplomate, quod Halæ accepit, Maximi & Fortissimi cognomine ornatur. Olim Carolus Magnus, multis bellicis rebus clarissimus, triginta annis Saxones ægrè domare potuit: noster Carolus Maximus intra tres ferè menses Saxoniam omnem sibi parére coëgit. Post demolitas Lantgrauicæ ditionis arces, Cæsar tormenta omnia, quæ vtroque hoc bello ceperat, Francophordiam conferri iussit, eaque hunc in modum distribuit: Mediolanum 50. totidèm Neapolim, trecenta in Belgium, reliqua in Hispaniam mittit. Posteà Noribergam contendit, vt è loci propinquitate Ferdinandi rebus apud Boëmos neruos maiores sua authoritate adderet. Breui pòst certior fit, Boemos iussa facere paratos, ad officium redijsse. Dum Noribergæ moratur, à Lubeco ampla ciuitate & nobili, legati ad eum veniunt, qui doceant se nunquàm cum fœderatis cõsensisse, neque, vt pro certo etiàm constat, omninò contra eum conspirâsse. Bremẽses quoquè per Danorum regem in fidem Cæsaris recipi vehementer orant. Idem contendunt Pomeranus & Lunęburgicus. Hamburgenses primi omniũ in deditionem venerant missis Noribergam ad Cæsarem legatis, qui magna pecuniæ summa mulctæ nomine persoluta, vrbem, quod nunquàm anteà contigerat, in Cæsaris clientelam conferrent. Ità iam Cęsar latè rerum in Germania potiebatur: sed pro mitissimo ingenio suo ea vbiquè in dedititios hostes vsus clementia & lenitate, vt non defuerint posteà, q dicerent illum non ea vsum fuisse seueritate, quã res postularet. Verùm prudentissimus princeps, qui suæ felicitatis æmulos non defuturos minimè ignoraret, & longè lateque omnia circunspiceret, non est putandus in ea amplissimæ victoriæ prosperrimis successibus quicquã temerè statuisse. Cùm autem tantæ fuerint tamque instructæ hostium copiæ, & Cęsar cõtrà in primis Germanici belli initijs adeò imparatus, vt nihil minùs quàm de bello cogitare videretur, ac nihilo seciùs tamen omnem hostium impetum & inuictas vires mirabili ac propè incredibili felicitate perfregerit, & de tota Germania mirabiliter triumphârit: facilè, qui volunt, animaduer-

Cęsar tormẽta capta vt distribuerit.

Lubecenses alieni à cõspiratione.

Cęsar victor fauore Numinis.

maduertere possunt, à pio Principe stetisse Deum: hostes verò, tum quòd ab auita Patrum suorum religione sanctissima ad noua seditiosorum dogmatistarum commenta desciuissent, tum quòd in Principem ac dominum suum arma temerè sumpsissent, diuina ope destitutos fuisse, atque ideò nihil vsquàm ferè feliciter gessisse.

Iulius Pflugius.

Eo tempore, quo Cæsar è Vuittemberga excessit, & Mauricius, septemuirali dignitate auctus, suos milites in vrbem immisit, clarissimus vir Iulius Pflugius in Episcopatum Numburgensem missus est, quem tum occupabat Nicolaus Amsdorffius egregiè Luteranus. Is Amsdorffius post colloquium Vuormatiẽse vltimum, quod anno Christi 1557. habitum est, vbi sectarij inter se conuenire non potuerunt, scriptum edidit, quo acerrimè inuehitur in Melanchthonem, Brentium, & quosdam alios, qui in illo Colloquio Zuinglium & Osiandrum damnare noluerunt: atque hoc ipso nomine, quòd hos & eorum sectatores damnare noluerint, eos ab Augustana cõfessione discessisse ait. Eodem scripto apertè damnat Zuinglianos atque etiàm Adiaphoristas, quorum parens fuit Melanchthon. Quod ideò commemorare obiter volui, sicut etiàm id genus alia non rarò iam suprà memoraui, vt lector intelligat, quàm præclarè inter se in hoc nouo Euangelio conueniant doctores Euangelici: caueatq; sibi à talibus, modò suæ velit saluti consultum.

Boëmi cum rege suo in gratiam redeunt.

Cùm Ferdinãdus rex in Boëmia esset Lætmeritiæ, Cęsar ei auxilio misit signa octo peditum Germanorum. Allata autem fama de capto Lantgrauio, literas dat Ferdinãdus ad Pragenses, quibus eos sibi præstò esse iubet in arce Pragensi ad 6. Iulij diem. Veniũt illi, & supplices ab rege offenso veniam petunt, & eius se voluntati permittunt. Intercedebant pro illis Ferdinandus, regis Ferdinandi filius, & Augustus Mauricij frater, & nonnulli alij proceres. Itaque sub conditionibus quibusdam à rege pacem impetrârunt: porrò in nobiles quosdam, qui ad diem citati non venerant, seuerior sententia pronunciata est. Aliæ quoquè nonnullæ ciuitates & nobiles instàr Pragensium absque conditione sese dedunt. Caspar Pflugius quem fœderati sibi caput constituerant, læsæ maiestatis damnatur, & promittuntur aureorum millia quinq; in caput eius. Ità illud quoquè regnũ breuì tranquillatum est, punitis seditionis authoribus.

Conuentus Augustan⁹.

Ad Iulij tertium diem Cęsar Bambergæ, vbi tum erat, imperij conuentum indixit: iubetq; ad Calendas Septembres conuenire omnes Augustam. Ipse sub finem Iulij eò venit cum Saxone captiuo. nam Lantgrauium Danouerti reliquerat. Ad Cæsarem Augustę morantem venit à Solimãno Gerardus Veltuuichus, quem Cęsar legatum miserat Byzãtium, pactis cum Turca quinquennalibus inducijs. Fuit hic Conuentus frequentissimus, tametsi non sinè morsu eum Sleidanus armatum vocat ob Cæsaris copias, quæ tum intra & extra vrbem tenebantur. Aderant electores omnes, & præter alios Imperij principes etiàm Cæsaris soror Maria Belgij prudentissima gubernatrix, & neptis, Lotharingiæ vidua. Maximilianus Austriacus Cæsaris nomine paucis præfatus est, ac deindè Cæsar

Inducię cũ Turcis qnquennales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per ſcribam, vt moris eſt, propoſuit, quę vellet ijs Comitijs tractari.

Petrus Aloyſius perimitur.

Menſis Septembris die decimo quorundã coniuratione Petrus Aloyſius Pauli Põtificis filius, Placentię domi ſuæ confoditur, & Ferdinãdus Gonzaga, qui per id tẽpus Mediolanẽſi ditioni Cęſaris nomine præerat, vrbem Placentiam occupat. In hac cæde commemoranda Sleidanus more ſuo acerbè perſtringit non Aloyſium modò, ſed ipſum quoquè Pontificem, quem non ſolùm Aſtrologię, ſed & Necromantię admodùm ſtudioſum fuiſſe ſcribit. Ità iſti miſeri nuſquàm ſibi tẽperare poſſunt à ſummo ſacerdote carpendo, in quo ſi nollent perſonam, ſaltem officium venerari deberẽt. Certè de Paulo Pontifice multi honorificè ſcribũt, & eius virtutes prędicant. Qualisqualis autem fuerit, Sleidanus ſacramentarius
2. Reg. 19. hęreticus dignus nõ fuit, qui illum repręhenderet. In veteri lege capitale fuit, ſi quis principi gentis eius maledixiſſet. Hodiè nihil æquè familiare & ſolenne eſt, præſertim apud Euangelicos, quàm atrociſſimè in Pontificem Eccleſię paſtorem inuehi, & omnibus maledicentię generibus debacchari. Qui autẽ in Catholica religione benè inſtituti ſunt, in Pontifice Chriſtum ſuſpiciũt & venerantur, nec tam vitam & mores, quàm muneris authoritatem & amplitudinem attendũt, nè in Pontifice carpendo Chriſtum ipſum laceráſſe videantur. Olim longè ante mille annos Conſtantinus pijſſimus Imperator, cùm in Nicena Synodo oblatæ illi eſſent querelę aliquot Epiſcoporũ, quibus ſe inuicèm accuſabant: Mihi, inquit, homini errori obnoxio nefas eſſe videtur, Eccleſiaſticorum virorũ accuſationes recipere & audire. Atque his & paucis alijs dictis, querelas oẽs, quas nec legere quidẽ voluit, corã Epiſcopis cõbuſſit: addiditq; & illud: Si in Epiſcopũ incideret alienũ coniugiũ violantẽ, ſe purpura ſua piaculum illud obtecturum eſſe, nè tam fœdum facinus ſpectatoribus occaſionem mali crearet. Sed hęc propter inſolentes dixiſſe ſufficiat.

Cõſtantini Magni memorabile exemplum.

Anglorum de Scotis victoria.

Hac tempeſtate Angli Scotos prelio ſuperant ductore Somerſeto regis auunculo. Pugnatũ eſt ad Muſſelburgum. Scotis pręerat Iacobus Hamiltonus, Arranæ comes & regni Scotię gubernator. Dubio aliquandiù marte acriter certatum eſt, ſed paulò pòſt multis nobilibus viris cadentibus, victoria penès Anglos fuit. Cauſa belli fertur, q; Edouardo regi ſponſa nõ daretur, quemadmodùm ex pacto oporteret, & Scoti ſe facturos receperant. Poſt eam pugnam Angli longiùs progrediuntur, & ſuæ ditionis fines in Scotiam proferũt. Porrò domum reuerſi, cum ſtatuis & imaginibus ſacris bellum gerunt, è templis eas profligant, & ſacerdotibus ineundi matrimonij faciunt poteſtatem. Prędarum ſanè Euãgelium, quod à contumelia Chriſti & ſanctorum eius, atq; à ſacris Veneris amplexibus ſua fundamenta orditur. Sed hęc quandoquè vindicabit Chriſtus, & ſuas ſanctorumque ſuorum iniurias egregiè vlciſcetur, Veneriſque putidos ſacerdotes mittet in ſtagnum pice & ſulphure in omnem æternitatem arſurum.

Principes omnes concedunt in

In Auguſtano, quem diximus, Conuentu Principes omnes Concilij Tridentini decretis ſe ſubmittunt, Cæſare plurimùm eam in curam incum-

incumbente, vt religio collapſa in Germania poſſet inſtaurari, & hęreſes profligari. Porrò verò, quòd Lantgrauij captiuitas præter quorundã ſpem accidiſſet, multùm his comitijs laboratum eſt pro eius impetranda liberatione. Vxor eius Auguſtam venit, & cum ea Ordines omnes ad Cæſarẽ intercedunt, ſed nihil tum impetrari potuit. Priuſquàm intercederetur, Cęſar rem omnem, vt cum Lantgrauio actum eſſet, paucis ordine ad ſtatus omnes expoſuit, nec erat quiſquam, qui eius factum improbaret, licèt Mauricius & Brandeburgicus nonnulla allegarent. Error omnis indè accidiſſe videtur, vt antè dictum eſt, quòd neque hi duo principes, neque Lantgrauius ipſe ſatìs perpenderint conditionem illam, de non perpetuo carcere Lantgrauij.

Sententiam Synodi Tridentinæ.

Poloni legati in Comitijs.

ANno 1548. in comitijs Auguſtanis rex Polonus ſuos habuit Legatos, qui illius ius in Pruſſiam Ordinibus Imperij declararẽt, & Proſcriptionem Camerę Spirenſis in Albertum Pruſſię quõdàm Magiſtrum, abolerent. Is Albertus mutata Pruſſicæ Reip. forma, in Poloniæ regis fidem & clientelam ſe dederat, nomenque Magiſtri in Ducem mutârat. Cæſar vbi Poloni regis poſtulata cognouit, Vuolfgango Pruſſię Magiſtro dat orationis exemplum, qui die 23. Ianuarij reſpondet. Tãdèm & Poloniæ legatorum & Vuolfgangi rationibus auditis, cùm negocium cognoſcendi quibuſdam datum eſſet, communi omnium conſilio deliberatum eſt, ſententiam à Cameræ iudicibus in Albertum latam, eſſe proſequendam. At cùm difficilis eſſet executio, in Cęſarem omnia reijciunt.

Mors Sigiſmũdi regis.

Non diù pòſt obijt Sigiſmundus Poloniæ rex valdè Catholicus, & iam ætate grauis. Natus ex patre Caſimiro anno Domini 1467. prima Ianuarij, electus in regem 1506. Nam ante eum ordine regnârunt fratres eius natù maiores, Iohannes, Albertus, & Alexander. Coronatus eſt 1507. Mortuus 1548. prima Aprilis. Fuit eius obitus pernicioſus ampliſſimo Poloniæ regno. Nam eo extincto, hæreſes abominabiles, etiàm Arrianorum & Neſtorianorum, illic paulatìm criſtas erexerunt. Succeſſorem habuit filium Sigiſmundũ Auguſtum, excelſo animo principẽ, & paternis veſtigijs in catholica religiõe inſiſtentem. Teſtatur enim de illo ampliſſimus Cardinalis Vuarmienſis Staniſlaus Hoſius, cuius apud oẽs peruulgata eſt pietas & doctrina, eum, cùm peterent nonnulli in comitijs Vuarshauienſibus, vt de cauſa religionis cognoſceret, cõſtanter admodùm recuſâſſe, dixiſſeq; non ſui id eſſe muneris: regem ſe, nõ pontificem, agere velle: ſatis ſibi negocij eſſe cum prophanis cauſis. Eadem fuerat & Sigiſmundi patris eius vox. Erant enim quandoquè, qui Syrenarum mortiferis cautionibus dementati, peterẽt ab illo, vt puram Luterici euangelij doctrinam in ſuo regno prędicari pateretur. Tum ille animo verè heroico pureq; ac germanè Chriſtiano, Non eſt meum, inquit, de puritate verbi cognoſcere: munus hoc epiſcoporum eſt, quorum iudicio etiàm egoipſe libens me ſubmitto, quorumque iuriſdictionem in oẽibus ſaluam eſſe volo. Vtinàm hanc tanti regis conſtantiam plerique alij ſecuti eſſent politici magiſtratus, quibus ab impoſtoribus iſtis noui euangelij buccinatoribus peſtifera

Vox digna rege catholico.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adulatione persuasum est, ad ipsos pertinere, vt de fide & religione sibi iudicium vsurpent: quæ res magnas non vno loco calamitates attulit. Sed vt sibi faciliùs deuincirẽt principum & potentum animos, homines nequissimi hoc illis muneris detulerunt, immò illorum esse sceleratè asseuerârunt, vt de religione ipsi cognoscant: quanquàm hac in re non idem sentiunt fratres euangelici, sed alij hanc, alij diuersam sententiam propugnant.

Concilij patres partim Bononiæ, partim Tridenti.

Erat hoc tempore Concilium nonnihil distractum, Patribus alijs ob aëris incommoditatem Bononiam profectis, alijs Tridenti remanentibus. Interìm Cæsar veritus, nè tardiùs, quàm expediret, Concilium religionis negocium absolueret, quibusdam negocium dat formulæ cuiusdam conscribendæ, qua per Germaniam vterentur vsque ad Concilij definitionem. Conscribit Interim. Hi fuére Iulius Pflugius Episcopus Numburgensis, Michael Sidonius Moguntini Electoris Suffraganeus, & Iohannes Islebius. Princeps Ioachimus Elector Brandeburgicus, conciliationis cupidus, curauit Bucerum Argentorato acciri. Is vbi clàm venit, à principe librum de religione à tribus illis, quos diximus, conscriptum accepit & legit. Rogatus à principe, vt subscriberet, recusauit, q; magis esset Catholicus, quàm Buceri Euangelium ferre posset. Ea re grauiter principem offendit. Porrò ipse domum redijt. Eo tempore Colonien sis Archiepiscopus Adolphus primitias, vt vocant, seu primum sacrificium fecit Augustæ, præsentibus Cæsare, Ferdinando rege, & reliquis principibus maximo numero, quibus posteà epulũ dedit magnificentissimum.

Primitiæ Coloniẽsis Archiepiscopi.

Per hos dies Augustam venit Muleasses Tunetanus rex, proprij filij, vt suprà dictum est, in se expertus crudelitatem, vtroque adempto lumine. Secutus est eum paulò pòst etiàm alter filius. Is rex in tanta calamitate pristinam visus est retinere animi excelsitatem, erecta ceruice inambulãs, & insigni plerũquè cultũs & gestũs grauitate veteris fortunę maiestatem repręsentans.

Muleasses Augustam venit.

In libello, quem diximus iussu Cæsaris conscriptum, inter cętera pacis tuendæ causa permittebatur, vt qui apud Protestantes ex sacerdotum ordine vxores duxissent, vsque ad Concilij determinationem non cogerentur eas relinquere: itemque qui vtranque speciem Eucharistiæ hactenùs sumpsissent, non compellerentur calice carere. Hæc duo multos Catholicos offenderunt, quòd non posset Cæsar tale aliquid statuere. Verùm optimus princeps nihil sibi sumebat in eiusmodi rebus authoritatis, sed quàm posset commodissimè cupiebat res in Germania nimiùm exulceratas, sensìm in pristinum gradum reuocari, salua semper Pontificis & Tridentinæ Synodi authoritate, quam ille prorsùs inuiolatam voluit: facileque videbat, si vi adhibita inuitos ad omnia subitò mutãda cogere voluisset, nihil nisi grauissimos Reipub. motus expectãdos esse: quanquàm ego hac in re nihil velim statuere, sed libenter sequi rectiùs sentientium iudicium. Hoc quidem eo rerum statu nimìs fuit insolens & intolerabile, quòd cùm libellus hic passìm vocaretur, INTERIM, quidam scriptores

Interim

Euan

Euangelici miris modis in eam vocem luderent, & sannis atq; conuicijs petulanter proscinderent. Verisimile est, iam tum agitari cœpisse cõsilia, quibus se sperarent breui in pristinum gradum restitutum iri. Vuittembergę quidem Mauricius Philippum Melãchthonem, Pomeranũ, Crucigerum restituit. Antequàm autem Cęsar libellum memoratum Imperij Ordinibus proponeret, priùs eum Romam Pontifici misit, hocipso sanè animi sui religionem testatus, quòd in religionis negocio nihil ipse per se vellet cõstituere. Pontifex verò qd eo in libro displiceret, nõ tacuit: quemadmodùm aũt Pontifex rescripsit, sic est à Catholicis libet receptus.

Cæsaris erga Põtificẽ obseruatia.

Per hoc tempus Maximilianus Ferdinandi regis filius, Augusta in Hispanias proficiscitur, habens apud se Cardinalem Tridentinum. In multa trepidatione tum fuêre prędari Euangelici concionatores, qui sibi vix vsquàm tutum superesse locum viderent: & mirabili metamorphosi, qui priùs acerbissimè inter se contendissent, in hac publica, vt ipsi scribunt, Ecclesię calamitate, priuatarum offensionum obliuiscebantur. Et ridiculum sanè fuit spectaculum, quosdam egregiè Luteranos, tum videri apud Zuinglianos sibi latibula quærere, quosdam etiàm Helueticis ministris amantissimè scribere, cùm tamen animis alij ab alijs dissiderent acerrimè, & Luterus iampridèm Zuinglianos hæreticos appellâsset. Brentius quoq; insignis Luteranus Hala Sueuica pulsus, Basileę aliquandiù moratus est. Petrus Martyr, anteà ex Italia profugus, nunc Argentina relicta, migrat ad Anglos. Vuolfgangus Musculus ex Augusta ad Heluetios se recipit. Andreas Osiãder, relicta Noriberga, fit prutenorum infaustus apostolus. Erasmus Sarcerius à Guilhelmo comite Nassouio discedit. Erardus Sneppius cum multis alijs Ecclesiastis ex Vuirtenbergẽsis Principis ditionibus exulare iubetur. Iam periculum erat, nè Euangelium in tota Germania occumberet, nisì quòd horum Euangeliũ eiusmodi est, vt votis omnibus optandum sit, vt ex toto orbe terrarum tanquàm certa quædam Reipub. pernicies, penitùs proscribatur. Saxo captiuus induci non potuit, vt Concilij decretis & editi libelli doctrinę subscriberet, dicens, si hoc faceret, se contra conscientiam facturum, & admissurum peccatũ in spiritumsanctum, quod sit prorsùs irremissibile. Sic iam persuasi erãt aliquot Germanię principes à versutissimis apostatis. Sed si illi tam perniciosum putârũt discedere ab hominum fãnaticorum, & inter se tam pertinaciter & odiosè dissidentiũ commentis, quàm nos cõstantes esse debemus in ea retinẽda religiõe, quã oñibus seculis, quibus Christũ agnouit, Germania coluit, & totus vbiq; terrarũ Christianꝰ orbis semper retinuit? Scilicèt grãde piaculũ est deserere, quod ab apostatis monachis didiceris, & pietas est, pueriliter ab eo deficere, quod indè ab Apostolis Catholica Christi Ecclesia tenuerit.

Maximilianus Austriacꝰ it in Hispaniam.

Euangelicꝰ prædones. quærunt latibula.

Saxo non potest deduci à sententia.

In Anglia hoc tempore sub puero rege Missa abrogata est, & non diù pòst Stephanus Episcopus Vuintonien sis, vir longè doctissimus, custodię mandatur. Porrò Concilium Tridenti continuatur. Eo tempore Veneti edicto cauent, vt libri à Catholica religione discrepantes, ad certos

Edictũ Venetorũ de

homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

libris hæreticis. homines adducantur, idque intra dies octo, quibus elapsis, inquisitum iri aiunt, & qui deprehensi fuerint, non impunè abituros: ijs, qui deferant huius edicti contemptores, munera promittunt. Hæc molestissimè ferũt homines, sed si saperent, gauderent magistratus ipsorum saluti maturè consulere: atque vtinàm vbiquè terrarum proscripti essnt libri omnes, ex hereticorum hominum officinis profecti. Nam sermo eorum, quod verissimè dixit Apostolus, vt cancer serpit.

2. Tim. 2.

Constantienses, quòd nollent Cæsari obtemperare in quibusdam, ab illo proscribuntur. Id illi nõ ferentes, quòd res plena esset periculi, habita deliberatione, Cæsaris de religione libellum recipiunt, & Clerum in vrbem admittunt. Porrò ministri Euangelici, & in ijs facilè primus Ambrosius Blaurerus apostata monachus, aliò se conferunt. Lindauienses paulò antè pertinaciores, Constantiensium exemplo territi, libellum & ipsi recipiunt.

Cõstantiẽses Cæsari obtẽperãt.

Augusti mensis die tertio Cæsar senatum Augustæ exauthorat, in quo multi etiàm ex plebe essent, nouumque constituit: Tribus quoquè similiter abrogat, & ciuium conuenticula, nè deincèps fiant, interdicit. Religionem quoquè ad libelli præscriptum vt mutent, senatui nouo grauiter imperat: sicque relicto præsidio, Vlmam petit, atque illic itidèm Senatum loco mouet, alium subrogat, & Martinum Frechtum ministrum Euangelicum cum socijs concionatoribus, quòd nollent libellum recipere, in custodiam duci iubet. Senatus libellum recipit. Ex concionatoribus istis quatuor pertinaciter in suo permansère errore, duo saniora sunt consilia secuti.

Senatus Augustæ mutatur.

Itemq; Vlmæ.

Argentinenses legatos ad Cæsarem Spiram mittunt. Ibi non inuento Cæsare, Moguntiam vsque sequuntur: sed propter consiliarios quosdam absentes, iubentur Coloniam Agrippinam vsque cum ipso proficisci. Hîc Cęsari literas offerunt, petunt sibi decreti, quod libello sępè dicto contineretur, gratiam fieri, aut illud mitigari: se enim de sua salute valdè esse solicitos, nec audere contra conscientiam agere. Ità mirum in modũ trepidabatur vbiquè in Germania, cùm ad viam reuocarentur, vndè malorum concionatorum fraude exciderant, cùm nihil quicquam trepidàssent, quandò ab auita & catholica religione auocabantur. Contrà oportebat cunctantissimè ad res nouandas accedere, immò nouitatem omnem prorsùs suspectam habere: porrò ad religionem omnibus seculis & toto orbe excultam, etiàm vltrò & incunctanter reuerti. Itaque illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Tandèm Argentinenses hoc à Cęsare responsum accipiunt, vt cum Episcopo suo transigant. Iam enim obtulerant se ad permittenda aliquot templa Catholicis, dies festos & ieiunia obseruanda, & alia quędam.

Trepidatio prępostera.

Psalm. 13.

Paulò suprà de Constantiensium proscriptione dictum est. Erant hoc nomine in summis angustijs, nec humanũ apparebat auxilium, Cæsare tunc longè lateque in Germania triumphante. Tandèm igitur multis diuexati modis, quod proscriptis euenire solet, Austriacæ domui sese dedunt

dedunt in perpetuum. Ferdinandus rex in fidem eos recipit certis conditionibus, quas illi per iusiurandũ accipiunt. Est Constantia vel sola Constantiensi Synodo vbiquè notissima, vrbs non admodùm magna, sed elegans & amœna. Habet Episcopum, cuius diœcesis amplitudine reliquos ferè Germanię Episcopatus excedit. Habet enim supra mille & octingẽtas parœcias vel parochias, & quadringẽta monasteria. Obitèr huc adscribere libet, quod de Rhenanis Episcopatibus quidam dicunt: Curiẽsis est summus, quia iuxta Rheni fontes. Cõstantiensis amplissimus, Basileensis amœnissimus, Argentinensis nobilissimus, Spirensis religiosissimus, Moguntinus authoritate venerabilissimus, Colonienſis opulentissimus, Treuirensis vetustissimus.

Diœcesis Constantiẽsis amplissima.

Apud Burdegalenses in Aquitania fit tumultus ob salinarium vectigal & tributa extraordinaria. Res nõ multùm à defectione abesse visa est: sed Rex Henricus tempestiuè occurrens, misso cũ exercitu Anna Mommorantio, seditionis authores tollit è medio, & Burdegalenses egregiè castigatos, cogit in ordinem. Ademptæ sunt illis campanæ omnes, nè ijs ad turbas ciendas abuterentur, priuilegiorum literæ exustæ omnes, & quia regis præfectum occiderant, coguntur humum, vbi conditum eius cadauer erat, digitis & vnguibus fodere, donèc ad corpus ventum esset &c.

Seditio Burdegalensis.

Grauis castigatio seditiosorũ.

Cæsar tandèm in Belgium redit, seruato apud se Saxone, Lantgrauio verò Andernandam, quod est Flandriæ oppidum, misso. Paulò antè ad Calendas Octobris Camerę iudicium constituit, aduocatos tres de Lutherismo suspectos remouet, cęteris omnibus inter alia præscribit, vt catholicę Ecclesię dogmata sequantur, aut loco moueãtur. Ad Cęsarem in Belgium, relicta Gallia, venit eius soror Eleonora Francię regina, idque Hẽrico rege annuente.

Cæsar Cameram cõstituit.

Hoc ferè tempore Philippus Hispaniarum rex ad patrem Cæsarem, relicto in Hispanijs Maximiliano fratruele, annorũ 21. iuuenis ex Hispania Genuam proficiscitur cum quinquaginta triremibus & totidem ferè nauibus onerarijs. Apud Genuam primò, & indè alijs Italię locis magnificentissimè excipitur. Mediolanum ingredienti præstò fuêre Sabaudiæ princeps, Veneti, Florentini, Ferrarienses, Senẽses legati. Interea Bruxellis moritur comes Buranus Maximilianus anginę morbo.

Philippus rex in Italia accipitur honorificẽtissimè.

Theologi Protestantium Vuittẽbergenses & Lipsenses per hoc tempus inter se de voluntate Principis Mauricij conueniunt aliquot locis, & nonnihil ad Cesaris scriptum sese accommodãt, edita religionis formula in Mauricij ditione ab omnibus seruãda. Indè grandis posteà inter Luteranos orta tempestas est & altercatio. Ij posteà dicti sunt molles Confessionistę, quorum facilè princeps fuit Melanchthon. De his scribunt in prefatione septimæ Centuriæ authores historię Magdeburgicæ, rigidi Confessionistæ: An non ex ipsis scholis, (Vuittembergensem & Lipsensem intelligi volunt) vbi hæresiarchæ in altis pulpitis, cincti clypeis politicorum sedent, prodeunt complures iam annos libelli famosi, tetros

Molles Cõfessionistæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tetros errores continentes? quibus quales pulli excludantur, & qualem posteritatem habiturus sit filius Dei, luculenter demonstratur: nempe vt reuersus ad iudicium, sicut prædixit, fidem vix sit reperturus. Ità illi Stoici Luterani ornant Melanchthonem & socios eius molles Cõfessionistas, quos etiàm alijs locis egregiè lacerant, & rursùs mirificè lacerãtur & proscindũtur ab illis. Quæ res profectò mouere debet homines Christianos, vt à taliũ communione & doctrina quamprimùm recedant.

ANno 1549. Cæsaris filius Philippus ad Patrem venit in Belgium, & cum eo, præter alios, Cardinalis Tridentinus. Cæsar aduentanti insignem equitatum in Germaniam vsque honoris causa obuiàm misit. Mauricius Princeps Tridentum vsque processit ei obuiàm, & pro Lãtgrauio captiuo plurimùm orat, vt apud patrem velit intercedere. Philippus suam ea in re operam liberaliter pollicetur.

Magdeburgensiũ pertinacia.

Magdeburgenses iam anteà proscripserat Cæsar, cumque nollent decretum religionis Augustæ euulgatum recipere, maiorem in eos concipit indignationem. Hæc vrbs fere prima amplexa fuit Luteri infaustum Euangelium, erantque hoc tempore illic aliquot strenui Luterani concionatores, Nicolaus Amsdorffius, quem Cæsar ex Numburgensi Episcopatu eiecerat, & Matthias Flaccus Illyricus. Isti videntur commouisse ciues, vt pertinaciter Cęsaris decretum repudiarent. Illyricus diù fuerat Melanchthonis discipulus. Sed cùm videretur Melanchthon cum Vuittenbergensibus & Lipsensibus nõ prorsùs à Cæsaris decreto abhorrere, multa quoquè concedere, scripsit vnà cum socijs Magdeburgicis, qui nec latum vnguem vlla in re à Luteri placitis discedendum putabant, contra Melanchthonem & eius assecłas. Scripsit in eos etiàm Nicolaus Gallus, qui, nisi fallor, id temporis Magdeburgi erat, postèà verò factus est superintendens Ratisbonensis. Hæc verò rigidorum & mollium Confessionistarum (Sic enim Catholici quidam eos vocant) contentio tandèm eousquè progressa est, vt miser Illyricus tota ferè Saxonia proscriptus, Ratisbonam vsque ad Nicolaum Gallum profugerit. Vehemens est enim Illyricus, & in quibusdam libellis supplicatorijs mirabiliter vrget & instat, vt in Germania vel potiùs Saxonia Synodus congregetur, cui tamen non interfint nisi Synergistę, Maioristę, & Adiaphoristæ, cum quibus solis sibi rem esse vult, ac mirum in modum quiritatur de Confessione Augustana, quæ multis sit locis deprauata: crimenque falsi alicubì Melanchthoni præceptori impingit, quòd & confessionem Augustanam, & libros Luteri plurimis in locis adulterauerit. Nec planè mentitur Illyricus, cùm in confesso sit, Augustanam confessionem nõ semèl à Melanchthone mutatam. Tales ergò cùm essent Magdeburgi buccinatores, pertinaciter diù sese Cæsari opposuerunt pessimo quidem obstinatæ rebellionis exemplo.

Illyricus falsariũ vocat Melãchthonem.

Hoc anno prodijt in lucem scriptum quoddam contra septimam Synodum Niceæ habitam, sub nomine Caroli Magni. In eum librum præfatur quidam Eli Phili. vt Oedipus meritò adhibendus sit, qui illud nobis nomen

nomen interpretetur. Deindè nec loci, nec typographi vlla fit mentio, vt librum alioquì vel maximè suspectum, isthæc omnia magìs etiàm suspectum reddant. Verebatur Eli Phili, nè quandoquè aliquid à Catholicis reperiretur, vel proferretur, quo liber ille falsò tãto Principi adscriptus doceretur. O quantùm laborat perfidia, vt vel per fraudem aliquid contra sanam fidem moliatur, quandò cum veritate non potest. De libro illo nihil admodùm dicere attinet: nam non multùm facit pro istis nouis dogmatistis, qui apertè doceat, sanctam Romanam Catholicam & Apostolicã Ecclesiam, cęteris Ecclesijs à Domino prælatam, pro causis fidei, cùm quæstio surgit, (sic enim loquitur) omninò esse consulendam. Et id quidem hoc scripto sibi oblato fecit Carolus Magnus rex verè Catholicus. Ea igitur tempestate, qua Niceæ habita synodus est contra Iconomachos, quidã in eius acta inciderunt, & vt appáret, quæ ab illa synodo de imaginibus venerandis prolata sunt, isti de cultu diuino adorãdis intellexerunt. Ad oppugnandam ergò eam Synodum se conferunt, conscribunt quatuor libros, eosque Carolo Magno, vt probabilis est coniectura, dedicant. Is verò mittit eos examinãdos Adriano Pontifici, cuius & amantissimus & obseruantissimus fuit. Porrò Adrianus eos confutat, sicut testatur prolixa illius hac de re ad Carolum ipsum epistola, quæ iam in Cõciliorum Tomis habetur, quam ego pulcherrimis characteribus in membrana descriptam ex Gallijs habui, sed aliquot locis mutilam. Habetur autem etiàm Romę, vndè eam expectamus. Cùm sit autem certissimum, in Synodo Nicena Adriani legatos non adfuisse modò, sed præfuisse etiàm, quî fieri potest, quod Eli Phili in sua præfatione confingit, vt Carolus in Synodo Francophordiẽsi, cui æquè legati Adriani interfuêre, Nicenam Synodum damnandam curauerit, aut contra eam quicquam scribere voluerit? Sed benè habet, quòd Adriani scriptum extat, quo libri illi quatuor grauiter confutantur, idque ea verborum seueritate, vt perspicuum sit, non à Carolo, sed ab alijs eos esse elucubratos. Hanc plagam verebatur Eli Phili: itaq; & suum, & loci, & typographi nomẽ suppressit, vt in illum quoquè quadret illud Euangelicum, Qui malè agit, odit lucem. Mirum autem in modum Caluinus & Illyricus cum suis hos quatuor libros iactitant, nec vidẽt stulti longè plura in ijs haberi, quæ illorum impia cõmenta destruant, quàm quæ illis fauere videantur. Sed hoc apud hæreticos in more positum est, vt vndecunquè arripiant occasionem infestandi catholicam Ecclesiam. Vt imagines oppugnent, cogunt religiosissimum & inprimìs Catholicũ Principem fieri iconoclastam: nec pudet eos pro se allegare illum eximiũ regem, qui tot olìm Episcopatus, monasteria, collegia, aliaque sacra loca fundauit, & amplissimis reditibus auxit & donauit, quæ isti perditi homines hodiè destruunt, diripiunt & euertunt, non impunè tot sacrilegia laturi, si ille Carolus verè Magnus hodiè supereſſet. Paucis hęc annotare volui, vt videat pius Lector, quãta sit istorum hominum improbitas, qui cùm è diametro pugnent cum religione & pietate Christianissimi illius regis Caroli, tamen audent Ecclesiæ Dei illius nomine insultare, qui fuit

Liber sub Caroli Magni nomine editus.

Lib. 1. cap. 6.

Ioan. 3.

Hęreticorũ vesana impudentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Catholicæ Eccleſiæ vindex acerrimus, & fidiſſimus atq; conſtantiſſimus defenſor ac propagator. Quòd autem fingunt in Francophordienſi Synodo, aſſentiente Carolo, damnatam eſſe Synodum Nicenam, tam eſt pudendum & inſolens mendacium, vt eorum impudentiam nemo ſatis admirari queat. Vt enim iam antè dixi, vtriq; ſynodo interfuêre legati Adriani Pontificis, à quo hi libri prolixè cõfutati ſunt, nec dubium eſt eius legatos non diuerſa, ſed eadem de re vna ſtatuiſſe. Tum verò decretum ſynodi Francophordienſis, quod proferunt, eorum os impudens planè contundit. Sic enim habet, quẽadmodùm ab ipſis profertur: Allata eſt in medium quæſtio de noua Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Conſtantinopoli fecerunt. Iam efferebant ſe hæretici, putabant ſe planè victores abiiſſe: & quauis talpa cæciores, non videbant nullam hîc Nicenæ, ſed Conſtãtinopolitanę, Synodi mentionem fieri. Habita enim non longè ante Nicenam Synodum, fuit Conſtantinopoli pſeudoſynodus de imaginibus profligandis, eamq; hîc intelligi oportere certum eſt. O quàm ſunt iſti ad nocendum intenti, quorum tamen improbos conatus diuina prouidentia miris modis eludit, & plerunquè ità fraudes illorũ palàm retegit, vt mirum ſit, illos vnquàm auſos prodire in publicum: magìs etiàm mirum ſit, non ſibi cauere homines ab iſtorum inſidijs & malis artibus. Citant etiàm pro ſe Abbatis Vrſpergenſis teſtimonium, ſed iuſto Dei iudicio occæcati, non vident ibi quoquè non Niceni Concilij, ſed Conſtantinopolitanæ pſeudoſynodi, nomen expreſſum.

De Synodo Frãcophordiẽſi.

De aduentu regis Philippi in Belgium, paulò ſuprà memini. Ingreſſus eſt ille egregius Princeps Bruxellas ſumma patris Caroli Imperatoris gratulatione, & ingenti Belgarum ſtudio. Quæ deindè ſecuta eſt æſtas, ea ferè omnis incredibili erga iuuenẽ principem mirificis exhibendis pompis, dum is inaugurandi cauſa circunducitur, liberalitate conſumpta eſt, adeò vt nõ deſint, qui annotârint ſolos Antuerpienſes in publica hac cõgratulatione ſupra centena tricena coronatorum aureorum millia expẽdiſſe: quos reliquæ ſanè quàm opulentę vrbes, pro ſua quęque virili & facultate, imitatæ ſunt. Eſt enim omnis illa ditio prędiues certè, & mira in ſuum Principem beneuolentia.

Philipp⁹ rex in Belgio vt exceptus

Erat interim etiàm in Gallijs ſumma lætitia, rege & regina maximis regni eius opibus honorificentiſſimè Pariſijs acceptis: & poterat Reipublicæ certa pax & tranquillitas diù optata tandèm cumulatè etiàm obtingere, ſi inter hos potentiſſimos reges, Carolum Imperatorem, eiusque filium Philippum, & Galliarum regem Henricum, firma & ſyncera concordia conſtitui potuiſſet. Sed eam necdùm merebantur corruptiſſimi hominum mores, & effrenis peccandi licentia, cui caſtigandæ noua parabantur flagella, non multò pòſt exardeſcente bello inter Imperatorem & regem Henricum, de quo pòſt dicemus.

In Anglia hac tempeſtate feruebant inteſtinæ animorum diſſenſiones & acerbitates, atque in religionis negocio pugnantes opiniones & fœda diſſi-

Diſſenſiões in Anglia.

diſſidia, quæ parit hoc nouum Euãgelium ab hominum monſtrificis ingenijs ab inferis excitatum, in quo tum proponendo, tum propagando mirum in modum feruent importuni homines: ſed cùm à veritatis ſtudio & ſpiritu ſint alieni, in multas repentè factiones diſtrahũtur, & habẽt ſingulæ malè detorta quædam ſcripturæ loca, quibus imperitæ concioni vera ſe docere perſuadeant: ſed impudẽtiſſimam eorum vanitatem ipſa doctrinæ varietas & pugnãtia coarguit, quæ nihil poteſt cum veritate habere commercij. Porrò Senatus Anglicus armata manu ortas ſeditiones cõpeſcuit, ſumptumque ſupplicium eſt de illarum authoribus. Ceſus autem eſt etiàm Thomas Semerus Britanniæ Amiralius, quòd in affectati regni ſuſpicionem veniſſet apud germanum fratrem ſuum, qui tum regni protector erat, & regis Edouardi auunculus. Dum autem inter ſe Angli tumultuantur, rex Galliarum ea arrepta rei gerendæ opportunitate, in maximas annonæ & rerum neceſſariarum anguſtias adduxit Bolonię arcem, ademptis Anglis partìm vi, partìm deditione Ambletula & Monlamberto, quę ſunt loca Bolonię vicina, & ab Anglis munita tum erant. Et vt hoſtem alibì quoquè diſtineret, exercitum in Scotiam mittit, qui Scotis iunctus, egregiam ex Anglis profligatis victoriam reportat commiſſo pręlio, reginæque reſtituuntur, quæ Angli Scotiæ regno ademerant.

Thomas Semerus cędi-tur.

Idem Henricus rex cùm eſſet Pariſijs, ſeueriter animaduertit in quoſdàm hęreticos, habuitq; ſolennem & publicam ſupplicationem ad Deũ & ſanctos eius. Deindè ſcripto quodam typis excuſo teſtatur ſe Catholicę fidei, authoritatis Apoſtolicę, & cleri ſuſcepturũ patrocinium: palamq; declarat, quàm ex animo deteſtetur noſtrorum temporum hæreticos & hæreſes, partìm è cineribus excitatas, partìm recèns inuẽtas à Lutero, Carolſtadio, Zuinglio, Oecolampadio, Melanchthone, Bucero, Caluino & id genus alijs hæreſiarchis, hominibus monſtroſis & peſtiferis, quas etiàm velle ſe ait è ſuis ditionibus extirpare, & in reos grauiſſimè vindicare. Hæc quidem ille rex Catholicè, & vt decebat regem Chriſtianiſſimum: atque ea in re ſecutus eſt patrem Franciſcum, qui noua dogmata ferre nõ potuit, & ſæpè acerba ſumpſit ſupplicia de hęreticis. Videbant ſanè illi reges, quàm nihil ferè niſi tumultus & ſeditiones, diuinarũ humanarumq; legum contemptum, magiſtratûs odium & faſtidium, & multa alia horrẽda mala pariat nouum iſtud Euangelium. Et felices ſanè atque florentes illæ ſunt reſpublicæ, in quas exitioſa dogmata minimè irrepſerunt. Speramus autẽ fore quandoq;, Deo benè propitio, vt omnes intelligant, quàm nihil niſi meræ fraudes & impoſturæ fuerint, quæ ſub puri verbi Dei & ſynceræ doctrinæ ſpecioſis titulis, nouorũ dogmatum architecti & ſatores orbi venditârunt. Sed hęc & id genus alia alibì diximus, quãquàm etiamſi crebrò repetantur, non poſſunt videri ſuperflua, quòd expediat horum ſępiſſimè admoneri homines, vt relictis errorum tenebris, redeant in viam, & ad pacem ac vnitatem Catholicæ Eccleſiæ, extra quam nulli poteſt eſſe vera ſalus.

Henricus Francię rex ſe catholicũ declarat.

Menſe Maio in Anglia diſputatũ eſt Oxoniæ ab eius Academię Theo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Disputatur in Anglia cũ martyre.

ologis cum Petro Martyre, monacho apostata, profugo ex Italia. Disputationi præerant legati regij, quo posteà scripto edito, visi sunt palmam tribuere Martyri. Is Martyr aliquãdiù Bucerano more solebat de cœna Domini, vt ipsi vocant, loqui: sed vbi aduertit eum loquendi modum à sua mente alienum esse, quod Bucerus nõ magnoperè curâsse videretur, noluit ampliùs Buceri imitari simulationem, sed apertè professus est Zuinglianismum. Iuit autem in Angliam etiàm Bucerus, vt nè quid ad eius regni infelicitatem deesset.

Octobri mense Argentinenses cum Episcopo suo transigunt: tria templa Catholicis permittunt, & quędam alia inter vtrosque componuntur.

Solimanni filius ad Persas pfugit.

Hoc anno primogenitus Turcæ Solimanni filius ad Persas confugit. Erat Solimannus propensior in secundæ vxoris liberos, è quibus alterum Mustaphæ primogenito, hortatu vxoris, prælaturus videbatur. Id indignè tulit Mustaphas, Persarumq; fretus copijs, aliquot Persis loca finitima expugnat. Solimãnus cum quingentis hominum millibus pergit obuiàm, Persas in fugam conijcit: sed cùm Persę longè lateq; omnia incenderent, è Solimanni exercitu rerum inopia pressi, ad centum millia periêre, coactusque est Solimannus re infecta discedere.

Paulus 3. excedit è viuis

Decima Nouembris die, anno ætatis suæ 82. moritur Paulus Pontifex III. In hunc Sleidanus scribit suo more, & vt vita functum acerbissimè & odiosissimè traducat, citat librum Italicum Bernardini Ochini, longè cõtumeliosissimum. Si quis ità scriberet in principes Euangelicos, quemadmodùm liber ille perstringit Põtificem, nemo æquo ferret animo. Et hic visus est dignus Sleidano Sacramentario, è quo nõ pauca in defuncti Põtificis contumeliam suis illis præclaris commentarijs infarciret. Sanè qui talium commentariorum lectione delectantur, illi facilè quoquè Mahometis Alcoranum & id genus alia commenta non admodùm recusaturi videantur. Fuit ille Pontifex à luxu & crapula alienus, & temperantię inprimìs studiosus: quę res illi tam raram conciliauit senectutem. Porrò qui stupris, libidinibus, comessationibus & largioribus poculis assiduè vacant, vix possunt ad eam pertingere senectutem. Fuit idem Pontifex multa rerũ peritia ac prudẽtia, & apud oẽs plurimùm gratia valebat, Italiamq; diuturno liberauit bellorũ tumultu, & perpetuã seruãs pacẽ, vulgò dictus est pater patrię, bonus pastor, bonus Reip. Sleidan. & tota nouorũ dogmatistarũ cohors, non nisì mordere nõrunt summos illos Ecclesiæ pastores.

Missa rursùs Argentinæ celebratur.

ANno 1550, ipso Purificationis die solenni Argentinensis Clerus Missam in tribus templis rursùs celebrat, iam plusquàm viginti annis intermissam. Ibì itidẽm Sleidanus mirè est facetus, & cęremonias ecclesiasticas haud secùs atquè Turcus aliquis aut Scytha irridet. Eo autem die excitatus est Argẽtinæ tumultus occasione quadã, & vsqueadeò res periculi plena fuit, vt indè vsq; ad Pentecosten rursùs diuina officia intermissa sint. Oderãt Clerum pleriq; vrbis incolæ, nec alio q̃ idololatriæ loco habebãt pleraſq; omnes Catholicæ Ecclesię cęremonias: porrò apostatæ Buceri identidẽm repetitæ incestæ nuptiæ, horrendæ in Eucharistiam & alia sacramenta blasphemiæ, diuinarum ac humanarum rerum plusquàm Babylonica confusio, purum putum Euangelion videbãtur. Hæc quidem faciunt, vt minorem apud nos admirationem habeant, quæ Antichristi temporibus futura creduntur. Habebit ille plurimos, qui eius impietati consentiant: sed habent etiàm horum temporum prodigiosi dogmatistæ, qui cupidè illorum absurditates amplectãtur, idq; adeò, vt non desint, qui scribere ausi fuerint, nec adorandum Deum, nec præsidium ab eo expectandum. Et hoc quidem dogma est Ochini. Quid verò deterius ex ipsa Antichristi schola prodire poterit? Neque verò multo tolerabilior eorum doctrina est, qui Missam vsqueadeò execrantur, nec ferre possunt vt in Eucharistia Christum adoremus.

Pax inter Gallos & Anglos.

Galliæ & Angliæ reges pacem faciunt, Boloniam Angli reddunt Gallis, à quibus certa illis pecuniæ summa numeratur. Quòd Angli Boloniã restituerent, plerique non mediocriter admirati sunt. Et vt maior sit inter reges necessitudo, Gallus ordinis Anglici, Anglus Gallici fit eques.

Edictum in Lutheranos.

Huius anni mense Ianuario senatus Burdegalẽsis in Gallia restituitur. Hoc tempore Cęsar grauissimum in Lutheranos suis in hæreditarijs ditionibus promulgat edictum. sed antè quàm promulgaretur, vnà cum Philippo filio Augustam ad comitia proficiscitur, Saxone quidem sibi adiuncto, Lantgrauio autẽ Mechliniæ, munitissimo Brabantię oppido, relicto.

Iulius 3. Põtifex.

In defuncti Pontificis Pauli locum subrogatur Februarij die 7. Iohannes Maria Montanus, & vocatur Iulius 3. Erat tum ob Iubileum magnus Romæ hominum cõcursus, qui Luteri & eius similium blasphemijs surda aure prętereritis, pia animi deuotiõe loca sacra Romanæ vrbis inuisebãt, & largissimarum cõdonationum, quas Indulgentias vocamus, participes sese reddere studebant. Luterani & eius farinę alij non indigent Indulgẽtijs, quia sua sterili fide securi, rectà proficiscuntur in Orcum. De indulgentijs possent multa dici, sed istis nouis Euangelicis nunquàm possunt satìs multa dici. Si tamen audire dignantur, dicam quid Tridentina synodus amplissima de his statuerit. Verba Synodi hęc sunt Sessione 25. Cùm potestas conferendi indulgentias à Christo Ecclesiæ concessa sit, atque huiusmodi potestate, diuinitùs sibi tradita, antiquissimis etiàm temporibus illa vsa fuerit, sacrosancta synodus Indulgentiarum vsum Christiano populo maximè salutarem, & sacrorum Conciliorum authoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet & pręcipit, eosq; anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas cõcedendi in Ecclesia potestatem esse negant. His contenti sunt Catholici. Sectarij nec his nec alijs opùs habent, sola fide sua migraturi quò digni sunt. In hunc quoquè Iulium Pontificem Sleidanus impura & flagitiosa iactat conuicia: vt aduertamus, ex abundantia cordis os illius talia euomere obscœna & pudenda. Parceret saltem lectoris pudori, si nollet parcere Pontifici. Verùm impunè, immò & cum multo huius infelicis seculi applausu, ab istis quiduis iactatur in Pontificem: sed mendax Sleidanus fidem non meretur.

Synodi Tridentinæ de Indulgẽtijs sententia.

comitia Augustana.

Iulij mensis die 26. Cæsar Comitia auspicatur Augustæ. Et hęc quoquè Sleida-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sleidano armata dicuntur, quòd Cęsar vrgeret quædam, quę id genus homines nollent. Mauricius, qui anteà Cęsari se submiserat, ad hunc Conuentum mittit legatos, per quos ostendit se non aliter probaturum Concilium Tridentinum, nisi etiàm Augustanæ Confessionis theologi habeant definiendi potestatem, & Pontifex non obtineat locum prędis in Concilio. Hęc absurda è suis absurdis habuit Theologis. Scilicèt rei, immò iam olim damnati, nõ vnius, sed multarum hęresum, in Concilio sententiã ferent. Quis vnquàm audiuit eiusmodi absurditates? Videtur Mauricius iam tum coxisse bellum in Cęsarem, de quo pòst audiemus.

Granuellanus occumbit. Extremo Augusto mense Granuellanus, qui iam totos viginti annos apud Cęsarem summum obtinuerat dignitatis locum, migrat à corpore. Eius functionem Antonius filius, tum quidem Atrebatensis Episcopus, posteà verò Mechlinien sis Archiepiscopus & Cardinal. multę vir literaturæ obtinet. Erat is quoquè in magna apud Cęsarem familiaritate, in magna quoquè posteà gratia apud Philippum Cæsaris filium, potentissimũ Hispaniarum regem, ob multas egregias dotes, multamq; in rebus dexteritatem.

Aphrodisiũ expugnatur. Per hoc tempus Aphrodisium Africæ munitissimum oppidum, Siciliæ prorex magna vi expugnat. Obtinebat in ea vrbe nidũ suum insignis archipirata Dragutus, qui maria suis excursionibus adeò habebat infesta, vt nulla ratione diutiùs tolerari posset. Capta sunt in ea vrbe à Cæsareanis & in seruitutem abducta ad octo circitèr barbarorum millia. Ea res vehementer offendit Solimanni animum, nouisque bellis materiam prębuit. Coniunxerat se enim illi non ità pridèm Dragutus. Imperator deindè ablatis omnibus quæ in naues cõijci poterant, Aphrodisium funditùs euertit, quòd parùm vtiles in eo, militari prędio firmando ac tuendo, sumptus poni viderentur.

Magdeburgensium clades. Hoc quoquè tempore Magdeburgenses magnis afficiuntur damnis à Georgio duce Magnopolensi, & in acie non sinè multorum hominum cæde vincuntur, capti sunt plurimi, & tormenta, currus, & instrumenta militaria omnia in Ducis Georgij potestatem veniunt. Ea ex Magdeburgicis parta victoria, multi ad bellum illis faciendum sese accingunt. In ijs obsidio Magdeburgi. fuère Mauricius & Elector Brãdeburgicus cum Alberto patruele, itemq; Henricus Brunsuicensis, cœptaque est vrbs obsideri Octobris 4. die. Imperij quoquè ordines in id bellum auxilia pollicẽtur, & Mauricius rerum summæ prędicitur. Decernuntur autem in bellum aureorum millia sexaginta menstrua, & pro sumptibus factis centum millia.

Sub Idus Nouembris Iulius Pontifex, qui Paulo III. successerat, annos natus duos & sexaginta, Concilium indicit Tridenti continuandum, iubetque vt adsint omnes ad Maij Calendas, ad quos pertinet interesse. Interìm Mauricius fortiter rem gerit contra Magdeburgicos, multa illis clade illata, & noua vrbe (est enim vrbs ipsa tripartita) multis cęsis ciuibus occupata. Porrò rursùs cum Brandeburgico instat apud Cæsarem de dimittendo Lantgrauio. Cæsar respondet, non ipsum modò, sed & filios

eius & consiliarios ità se gerere, vt nondùm possit in libertatem restitui. Instabat verò Cęsar, vt edictum religionis omnes executioni mandaret, & videbantur omnia posse in tanta Cęsaris fortuna paulatìm in Germania ad pristinum statum reduci, nisi satan impediuisset bello Gallico, de quo pòst dicemus.

Lãtgrauius fugã meditatur. Lantgrauius captiuitatis valdè pertęsus, consilia fugę cum suis ex Hassia euocatis init. Erat ingentis res periculi, Hispanis attentè vigilantibus. At tamẽ reperti sunt duo, qui suam ei operã addicerẽt. Hi toto itinere ab Hassię finib⁹ Mechliniam vsq; celeres disponũt equos, & iam parùm aberat, quin res prosperos haberet successus: sed ad Hispani pfecti notitiam perfertur, & in ipso propè fugę momẽto duo ex Lantgrauianis cõfodiuntur, nõnulli comprehensi capite plectũtur, & Lantgrauius arctiori custodię mandatur. Cęsar hos conatus indignissimè tulit.

In Augustanis Comitijs multùm fertur Carolus Cęsar egisse cum Ferdinando fratre de Philippo filio ad Imperij successionem admittendo. Sed nihil ea in re effici potuit. Non dubium quin Cęsar, qui sciret Philippi amplissimas ditiones & vires, Reipublicæ Christianæ illo promouẽdo consulere voluërit, quandoquidem & Turcę vicini, & alij Imperij hostes non nisi summa potentia arceri possint. Cur autem Ferdinãdus ea in re, vt aiunt, Cęsari nõ acquieuerit, me latet, nec est nostrum, Principum cõsilia scrutari.

Osiandri nouum dogma. ANno 1551. in Prussia Andreas Osiander nouum de iustificatione dogma è suo cerebro fabricat, videlicet, hominem Christianum eadem prorsùs iustitia, qua Deus essentialiter iustus est, iustum esse oportere: hanc verò iustitiam homini inseri &c. Cõtra hunc, licèt alioquì strenuus esset Luteri propugnator, multi Euangelici aliquot Principum & ciuitatum Luteranarum præcones acriter scripserũt, sed ità, vt & illi Osiandro, & illis rursùs Osiander multas execrandas hæreses impingat: Inprimìs autem Vuittembergenses, & in his Melanchthonem perstringit. Sic illi fratres Euangelici non contenti turbare Ecclesiam DEI, etiàm mutuò se egregiè lacessere & perturbare nõ desinũt. Et quãuis tam multos haberet Osiander cõtradictores Euãgelicos, tamẽ in suam sentẽtiam ptrahere potuit Albertũ Prussię Principem, q eius aduersarios, & in his Ioachimũ Merlinũ insignẽ Euangelicũ, è suis finibus exegit. Quis nõ rideat, apud istos infaustos rerũ nouatores Euãgelij sui doctrinã totiès in nouas mutari formas, easq; tã diuersas, atq; inter se mirè discrepantes? Sed dolendum maximè est, dum isti ità in rebus grauissimis ludunt, miseræ plebi tam miserabiliter ac nimiùm exitiabiliter illudi.

Luterani contra Osiandrum.

Merlinus proscribitur.

Bucerus extinctus. Die 27. Februarij perijt in Anglia Martinus Bucerus, monachus apostata, & qui contra omnium sęculorum & Christianarũ gẽtium morem, cùm esset sacerdos, ad tertias vsque nuptias progressus est. Audiui ego ex quodam graui longeq; doctissimo viro, fuisse eum Iudæum, & cùm quãdoquè puerũ quendã nescio ex qua fœmina sustuliisset, eum circũcidisse. Vtrùm aũt hęc prorsùs certa sint, nõ possum affirmare, pśertim quòd ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoquè qui hæc referebat, se ab alijs accepisse diceret. Vnum hoc certum est, fuisse hominem pestilentissimum. Facessant importuni quidam, qui talem virum pacis & pietatis studiosum prædicare non dubitant: nam seipsos satis produnt, quàm sint parùm syncerè catholici, & veræ pietatis amantes. Si qua in eius viri toto pectore hæsisset scintilla veræ pietatis, nunquàm ausus fuisset tantæ sibi turpitudinis conscius, præsertim post publicitùs DEO nuncupatum perpetuæ continentiæ votum, in cuiusquam boni viri prodire conspectum. Sanè inter Euangelicos buccinatores haud temerè inuenias, qui vafricie & calliditate Bucerum superet. Multa arte conatus est præclaram Coloniensem diœcesin in suos errores pertrahere, & iam aliquousque progressus erat, sed DEVS præpotens illius conatus citò dissipauit. De eius horrenda morte multa tum dicta fuére, sed quia non satis constant, nolim ea huc adscribere.

Statua crucifixi sudat

Mensis Martij die 14. in oppido Bernburgensi sub concionem statua Christi in cruce pendentis, magno & stupendo miraculo ad quatuor horas largiter sudauit. Erant qui sudorem illum subindè abstergerent, sed rursùs magna copia manauit. Multæ hac nostra ætate, dum regnant passim hæreses, statuis & imaginibus iniuriæ & cõtumeliæ petulanter illatæ sunt, nec adhuc cessatur, licèt non desint id genus prodigia, quibus possent importuni homines absterreri. Videntur valdè sibi Euangelici, si ab hominum oculis imagines & statuas Christi & diuorum remoueant, nec pudet eos Iudæorum & Turcarum aliorumq; Mahometanorum imitari vecordiam & impietatem. Sed hac quoquè ratione via sternitur Antichristo.

Robertus Vuaucop cæcus, fit Archiepiscopus.

Hoc anno obijt Robertus Waucop Scotus Lutetiæ Parisiorum. Is à puero cæcus, vsque eò Parisijs in literis processit, vt Theologiæ doctor creatus sit. Indè Romæ fit sacerdos, ac paulopòst Archiepiscopus Armachanus in Hybernia, & posteà sub Iulio 3. Legatus à latere. Interfuit quoquè Synodo Tridentinæ. De Didymo Alexandrino, quem D. Hieronymus suum videntẽ appellat, constat, à praua ætate captum oculis, ad summam eum euasisse eruditiõem, atq; adèò etiàm geometriam, quę vel maximè visu indiget, ad perfectum didicisse.

Parma Gallicũ præsidium accipit.

Galliæ rex Henricus in suam fidem & clientelam recipit Octauium Farnesium, & Parmæ imponit Gallicum præsidium inuito Pontifice & Cæsare. Ea res initium præbuit calamitosissimo & diuturno bello Gallico, quo totius Germaniæ, immò & Europæ in pristinum statum restitutio, prorsùs impedita est. Pontifex Cęsaris, tanquàm defensoris Ecclesię, opem implorauit contra Farnesium, nec eam Cęsar Pontifici negare potuit, quòd Parma tum esset ditionis Pontificię.

Sub Maij finem Philippus Cęsaris filius Augusta discedit in Italiam, indè in Hispaniam, comitante Maximiliano, quem patruus Imperator & parens Ferdinandus ad Comitia euocauerant.

Exiliũ concionatorũ

Augusti die 26. Ecclesiæ Augustanæ ministri Euangelici, Cęsaris voluntate intra diem tertiũ ex vrbe decedere iubẽtur, nec vsquàm omninò con-

concionari intra Cęsaris ditiones. Intra Augustam vetat Cęsar Luteri dogmata doceri. Eodem modo actum est cum Memmingẽsibus & alijs Sueuiæ concionatoribus. Erat in ijs quidam, cuius Dalila iam proxima esset partui. Is petit sibi copiam fieri vxoris, vt ipse vocabat, inuisendæ. Tum Atrebatensis Episcopus cumprimis eruditus, ad suos conuersus, vxorem iste vocat, ait, quę scortum est. Et reuerà non nisi scorta, immò scortis peiores sunt, quę vel sacerdotibus, vel monachis iunguntur. Horum autem profligatio magnum omnibus vbiquè terrorem incussit, qui hauddubiò idem sibi quoquè formidarent: potuissetque hac ratione facilè populus miserè seductus in viam reduci, expulsis prauis & seditiosis doctoribus, cùm eccè in tanta publicę pacis & tranquillitatis expectatione, Gallię rex Cęsari bellum mouet. Mauricius deindè cum Gallo fœdus ferit, eam gratiam pro maximis beneficijs Cæsari repẽdens: Cæsaremque vehementer & Gallus & Mauricius afflixerũt, tam inopinato nec vsquàm indicto bello: immò cùm Cęsari Mauritius omnem interìm obsequẽtiam polliceretur, & Gallus videretur nullas belli iustas causas habere. Quicunque autẽ huius in Cęsarem inexpectati belli authores fuêre, non diù posteà superuixêre, & plerique omnes in ipso ætatis flore dura morte periêre. In Gallię Christianissimo rege mirum fuit, quòd se eo quoquè nomine scriberet bellum Cæsari facere, vt Saxonem & Lantgrauium, qui erant præcipui Luteranæ doctrinæ patroni, in libertatem assereret, cùm tamen ipse in sua ditione Luteranos & aliarum sectarum homines seuerissimè persequeretur.

Augustæ, itemq; aliorum.

Bellũ Gallus Cæsari facit.

Tripolis à Turcis capta.

Hoc tempore Turcica classis, Melitæ arce frustrà tentata, Tripolim Aphricę vrbem expugnat, & Gallus naues aliquot Belgicas capit & diripit. Per Pedemõtium quoquè aliquot vrbes occupat. Dolebat regi, quòd Cæsar Pontifici ferret opem contra Octauium, quem, vt diximus, ipse in suam fidem accepisset. Cæsar eius facti publico scripto ratiõem reddidit. Quod de captis nauibus Belgicis diximus, ità ferè accidit: Viginti & duæ naues onerarię multis mercibus onustę, fretę inducijs, vt quidam scribit, è Belgio tendebant in Hispanias. Eius rei per nauem speculatoriam certior factus Polinus Gallus, adnauigat ad naues, ait se vehere reginam Scotię, orat vt recepto nautico more, congratulationis & honoris causa tormenta omnia displodant. Faciunt id nimiùm crediti. & eccè repentè ille in exarmatas naues impressionem facit, & nouem duntaxàt euadẽtibus, reliquas cum mercibus, quarum precium quingentiès mille aureis scutatis æstimaretur, Rotomagum pertraxit, magna quidem nauiculatorũ iniuria, & incomparabili damno mercatorum.

Continuatio Cõcilij.

Ad Calendas Septembris Tridenti Concilium rursùs continuari cœptum. Aderant magna omnium gratulatione tres Germanię Archiepiscopi Electores, Moguntinus, Coloniẽsis qui paulò pòst aduenit, & Treuericus: & præter hos etiàm aliquot Germaniæ antistites. Rex Galliæ eò misit Legatum, excusauitq; se coram Patribus Concilij, cur ipse hac vice sue ditionis Episcopos nõ esset passus ire ad Synodum. Erat tum propter

Parmen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Parmenſe bellum nonnulla offenſio inter Pontificem & Regem. Teſtabatur nihilominùs per legatum Rex, ſe erga Religionem & Romanam Eccleſiam animo futurum ſyncero & integro. Et certè Catholicam religionem in ſuo regno egregiè tutatus eſt, & ſi illi longior contigiſſet vita, nunquàm eas hæretici in eius regno turbas excitàſſent, quibus poſt eius obitum Gallia miſerabiliter quaſſata eſt. Atque hoc ipſo tempore, quo propter Parmẽſe bellum alieno in Pontificem viſus eſt animo, edictum longè grauiſſimũ contra Luteranos in ſuo regno ꝓpoſuit, prẽmia etiàm magna delatoribus pollicens.

Magdeburgenſes ſe dedunt.

Nouembri menſe Magdeburgenſes, longa iam obſidione preſſi, in gratiam his conditionibus recipiuntur: Supplices à Cæſare veniam petant, in Auſtriacam & Burgundicam familiam nihil faciant, Cameræ ſe ſubmittant, Auguſtano decreto poſtremo pareant, aureorum quinquaginta millia perſoluant in vſum fiſci pro belli ſumptu, tormenta maiora duodecim Cæſari tradant, & quædam aliæ duræ ſatis. Sleidanus hãc eorum laudat conſtantiam, quòd illi Cęſari & toti Imperio tam pertinaciter reſtitiſſent, qua re dicit eos ſummam nominis gloriam apud exteras nationes adeptos. Verùm nemo ſanæ mentis dixerit eos laudem vel gloriam mereri, qui ob pertinaciam & rebellionem proſcripti à Cęſare, ſuo exemplo alios quoquè ad rebellandum inuitent. Sed Sleidanus ad tam prẽclarum facinus audendum etiàm alios, dum laudat, inſtigat & accendit. Porrò Mauricius Magdeburgum in Cęſaris, Imperij & ſuam fidem adigit, & relicto in vrbe prẽſidio, abſcedit.

Intercedit pro Lantgrauio.

Sub Decembris initium Mauricius, Elector Brãdeburgicus, & multi alij Principes partìm per literas, partìm per legatos apud Cæſarem pro Lantgrauio rursùs intercedunt. Cęſar, qui de Mauricij cum rege Gallorum fœdere & bellicis conſilijs nihil ſciret, (adeò tectè & diſſimulanter à Mauricio gerebantur omnia) reſpondet ſe expectare in dies Mauricium, cum illo ſe ea de re ità coràm acturum, vt intelligant Principes, ipſorum interceſſionẽ apud ſe pondus habuiſſe. Paulò pòſt Lantgrauij filius Guilelmus venit ad Mauricium, ait Cęſaris hoc dubium eſſe reſponſum: Patrem ſuum tabeſcere ſqualore carceris, (licèt non ſit veriſimile, Cęſarem tam duriter egiſſe cum Lantgrauio) hortatur vt patri opem ferat. Ità Mauricius, qui ſua conſilia mirificè celârat, hoc Cæſaris non incommodo accepto reſponſo, ſtatìm ad bellum gerendum animum adijcit, tempusq́ue anni idoneum expectat. Habebat iam exercitũ quo Magdeburgum obſederat, cui adiunxit eos milites, qui vrbem defenderant. Hi per Duringiam hyemabant, & multa, præſertim Eccleſiaſticis, atq; in ijs Mogunti no Epiſcopo, damna dabãt. Ea res permouit tres Electores Epiſcopos, vt domum cogitarent.

Mauricius bellum parat.

Bellum in Cæſarem ſuſcipitur.

ANno 1552. Germanicum in Cæſarem bellum ſuſcipitur, Galliæ rege cum Mauricio & alijs quibuſdam ſeſe coniungente, & defenſorem Germanicę libertatis palàm ſcribente. Cæſar necdùm quicquam comperti habuit de Mauricij machinationibus, quippe qui omne

omne ſtudium Cęſari per literas & legatos polliceretur, & etiàm legatos dimos ad Concilium mitteret, Cęſari quoquè perſuaderet milites ob non ſoluta ſtipendia tumultuari, cùm tamen eius ſacramento tenerentur. Hęc quidem in illo principe, quem Cæſar ampliſſimis auxiſſet honoribus & beneficijs, minimè probantur. Nam ad Lantgrauij liberationẽ nihil opùs erat tam pernicioſo bello, quo Germanię plerique principes diriſſimè afflicti, ciuitates magna damna perpeſſæ ſunt. Noriberga in primis, cui Albertus Brandeburgicus Mauricij ſocius tantum damni dedit, quantum credi vix queat: & quo deniquè latiùs ſerpẽte, ipſe Mauricius florẽte ætate extinctus eſt. Si acceſſiſſet Cęſarem, vt & ſe facturũ dixerat, & Cęſar per literas petebat, hauddubiè illius animum flexiſſet, & Lantgrauium longè faciliori via liberâſſet. Sed non vna Lantgrauij captiuitas, verùm multò magìs, vt eſt veriſimile, importuna Luteranorum dogmatiſtarum inſtantia, eum ad hoc bellum Cæſari prẽter omnem expectationem faciendum induxit.

Concilium bello diſſipatur.

Cùm Tridentũ crebris nuncijs de bello allatum eſſet, paulatìm Concilij patres domum abeunt: neq; enim tutum erat, cum armato milite de religione diſceptare. Ità tot Cæſaris conatus, tot ſumptus & labores eo importuno bello periêrũt. Iam Mauricius cum exercitu progreditur: priùs tamen ad Ordines Imperij ſcribit, facti ſui rationem reddit: Cæſarem, non tamen nominatìm, acerbè perſtringit, & moderatiſſimo Principi multa impingit, quę in illũ minimè quadrant. Appáret, illas literas non à Mauricio, ſed ab aliquo impuro apoſtata vel Melanchthone conſcriptas, prẽſertim quòd ad primam earum partem attinet. In altera agit de Lantgrauio, vbi rursùs imputat Cęſari, licèt obliquè, ſtudium arripiendæ Monarchiæ. Sed dum ſic ſcribit, videtur optimo Principi propemodùm nimiam improperare clementiam, qua nisi ille in Germanos vti voluiſſet, non valdè difficile fortaſsis ei fuiſſet, tale iugum imponere Germanorum ceruicibus, quod non facilè excutere potuiſſent. Sed & hoc ex alicuius virulenti apoſtatæ Monachi officina profectũ videtur. Scilicèt Carolus Cæſar apud ingratos & in tot ſectas diſſectos Germanos Monarchiã affectauit. Habuit ille longè potẽtiſſimus Princeps, hodieq́ue habet Hiſpaniarum ſereniſſimus rex Philippus filius eius tãtam, tamq́ue amplam & ꝓpotentem in nouo Orbe Monarchiam, vt tota Europa vix digna ſit, quę illorũ in eo Orbe ditionibus comparetur. Deindè laudat Gallię regẽ, & cum eo ſe peuſſiſſe fœdus ſcribit, aitq; Cęſari decretũ eſſe, Galliæ regẽ omnibus fortunis euertere. Hoc quidẽ Cęſarẽ voluiſſe, hucuſquàm appáret, nec hoc quiſquam facilè credet, qui Cæſaris res geſtas inſpexerit. Sed vt dixi, talia Mauritius non ſuo, ſed alieno calamo ſcripſiſſe putatur.

Cæſaris in nouo orbe potentia.

Albertus Brandeburgicus cõtra Cæſarem.

Edidit etiàm ſcriptum quoddam Albertus Brandeburgicus, focius Mauritij, quem Cæſar captiuum in libertatem reſtituerat. Is inter cætera in hoc ſcripto ait, Cæſarem induxiſſe militem externum in Germaniam, qui & plurimum det damni per agros, & complures ad inopiam redigat, & omne genus inſolentiæ exerceat. Hoc aũt vtrùm veriùs in externos milites,

Universidad de Deusto
Biblioteca

milites,quàm in eum ipsum Albertũ Principem competat, qui tot modis vexauit Germaniam,testes esse possunt multę amplæ Germaniæ prouinciæ. Valdè etiàm perstringit Commentarium Ludouici ab Auila clarissimi viri Hispani de Cęsaris bello Germanico, ipsumque Ludouicum vocat hominem impurum & mendacem, quod quidem in eum virum nõ competit,quem Cęsar admodùm habuit multis annis familiarem. Et ipse quidem Ludouicus etsi vno loco nonnihìl insimulat Albertum negligentię,idq; eo tẽpore quo captus fuit,tamẽ alibì honorificam eius mẽtiõem facit,& dicit Cęsarẽ vel maximè lętatum fuisse, cùm eum sibi videret ex captiuitate restitutum,magnisq; eum affecisse beneficijs.

Ludouicus ab Auila perstringitur.

Gallię quoquè rex, cur hoc bellum susceperit, publicis literis declarat. Is nominatìm perstringit Cęsarem non semèl. Iam omnes isti erãt ad bellum instructissimi,& ingentes post se militum turbas trahebant, cùm interìm Cęsar omnia ferè tuta putaret. Ità verò necopinatò à tam multis non vno loco hostiliter appeti, & iam propè in ipsas hostium manus incidere, tam est humanę infirmitati molestum, vt nõ pauci etiàm ex longè minoribus casibus legãtur subitò vel apoplexia, vel alio morbo extincti:& est verisimile, Carolo Cęsari hanc inopinatam persecutionem nõ paucos vitę annos detraxisse: quanquàm nec illi diù superuixerunt, qui in eum tam hostiliter incurrerunt. Scriptum istud Gallię regis, typis fuit excusum lingua populari, & in fronte pręferebat pileum inter duos pugiones. Subtùs erat titulus regis, qui se libertatis Germanię & principum captiuorum vindicem appellabat. Sunt qui dicant hoc symbolum repertum in antiquis numismatìs, & ab illis, qui Iulium Cęsarem occiderunt, vsurpatum. Historici interdùm scribũt, seruos ad pileum vocatos, hoc est, ad libertatem, cuius insigne est pileus. Iam antè dixi, multos fuisse admiratos, ꝙ ille rex, qui diceretur Christianissimus, eos principes ex Cæsaris Catholici manibus vi extorquere voluit, qui essent Luteranorum præcipui patroni, cùm tamen ipse in suo regno hocipso ferè tempore decretũ seuerissimum in Luteranos promulgàsset.

Gallia rex perstringit Cæsarem.

Mauritius cum socijs progreditur, multas Germanię vrbes occupãt, abrogant magistratus à Cęsare institutos, ipsi nouos creant: nec hoc contenti, etiàm pecuniam & tormenta exigunt: & hoc erat Germaniæ restituere libertatem, cùm ipsi non essent illarum ciuitatũ domini, immò bellum facerent suo Principi. Augustam quoquè paruo prędio munitam deditione capiunt. Interìm Gallię rex cum maximis copijs Tullum, Virdunum, Metim Imperio subtrahit, Lotharingiam occupat, ducem puerum nouem annorum in Gallias mittit. Metensibus durũ est iugum impositum, nec præter meritum, vt quidam putant, quòd Luteri dogmata non admodùm respuere viderentur. Ità rex Galliæ, qui se libertatis Germaniæ vindicem scribebat, breui tempore ab Imperio tres abstraxit Episcopatus, adiutus Germanorum auxilijs. Visus est etiàm Galliæ rex tentare Argẽtinam munitissimũ Germanię oppidum, sed id frustrà fuit. Mauricius Augustę mutauit Senatũ, à prudẽtissimo Cęsare constitutũ, & veterem

Mauritius occupat Germanię vrbes

Imperio tres Episcopatus adimuntur.

rem vnà cum tribubus restituit. Indè sex diebus Vlmam oppugnant, sed oleum atque operam perdunt: quanquàm Albertus Brandeburgicus Vlmensium vicos & oppida vastauit incendijs, pecuniam extorsit, eodem instituto vtens apud Vlmensium vicinos.

Vlma frustrà oppugnatur.

Est Vlma potens & nobilis Sueuię vrbs, quã tamen ipsam constat olìm à Carolo Magno Christianissimo Imperatore, attributam fuisse amplissimo illi monasterio, quod Augiam maiorem vocant. Et vt videat Lector, quanto studio quõdàm sanctissimi Imperatores, Reges & Principes, exędificandis & ditandis Ecclesijs & monasterijs incubuerint, adscribam hoc loco fragmentum literarum Caroli Magni, quibus Vlmam largitur monasterio iam dicto, idque sanè longè maiori pietate, quàm hodiè infames apostatæ incitant reges & principes atque magistratus ad expilanda & destruenda monasteria. Est verò hoc literarũ exemplar: CAROLVS diuina fauente gratia Imperator Augustus: Si sanctorum monasteriorũ loca, nè labantur, frequenter sustentamus, sustentãdo ditamus, non solùm Deum per hoc nobis placamus, sed etiàm nostri totius regni statum corroboramus. Quapropter omnium præsentium ac futurorum comperiet industria, qualiter Vlmam nostram regalem villam, pro animæ nostræ ac parẽtum nostrorum remedio, ad monasterium quod constructum est in insula, quæ in Alemanniæ partibus sita, Sintleohesuna nuncupatur, vbì venerabilis pręsul Hetto spirituali turmæ præest, cum omnibus appendicijs suis & locis adiacentibus tradimus atque transfundimus: vt fratres ibidèm regulariter subsistentes, & diuino operi die noctęque iugiter insudantes, dum sumptibus alacriter procurãtur, assiduis eorum precibus Deum nobis propicium facere dignentur. Et vt prædictus Hetto cum fratribus suis monachis & clericis in prędicta insula, exterioribus curis remotis, Deo seruire liberiùs atque securiùs insistere valeat, cum ipsius Abbatis desiderio, suorumque monachorum rogatu, Adelbertum cognatum nostrum in supradicta Vlma aduocatum ac defensorem constituimus &c. Datum anno salutis 813.

Vlma datur monasterio Augiensi.

Ex quibus literis inter cætera obitèr licet animaduerti, quàm vanum sit istorum nouorum hominum commentum, qui monasteria olìm non nisì Christianas scholas fuisse somniant, in quibus pueri instituerentur. Nam etsi etiàm in quibusdam monasterijs habebantur monachi doctissimi, qui iuniores fratres in humanis ac diuinis literis instituerent, at tamẽ præcipua monasteriorum occupatio fuit, diuinis vacare officijs & ministerijs. Pudet sanè pigetque referre, quàm multa & impudenter & petulãter, atque etiàm imperitè & stolidè hac de re à quibusdam sectarijs confingantur. Scripsit quidam Guilielmus Radensis epistolam dedicatoriam in Chronicon Hirsaugiense Ioannis Tritthemij Abbatis. Is multus est in laudando illo Abbate, sed quædã tamen illius obliquè perstringit. Cogor esse breuis, alioquì in breui epistola multas illius hominis ineptias, nè qd grauius dicam, ostenderem: & tamen videtur sibi bellissimus euangelicus. Ait satìs liquere, monasteria olìm nihil aliud fuisse, quàm Christianas

Monasteriorum prędia studia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scholas ad ætatem iuuenilem in omni genere literarum & bonis moribus vsque ad annos maturioris ætatis instituendam. Itaq; putat posteà sic institutis licuisse indè discedere, & abire quò vellent: nam mox subiungit: Quæ quidem nunc tristissimi sunt carceres. Sed vel ex vno illo Chronico, quo se vult tueri, abundantissimè hominis vecordia confutatur. Nam in monasterijs monachi instituebantur iam monasticen professi, aut certè professuri, tametsi fortassis etiàm admittebãtur honestorum virorum id petentium pueri nonnulli, vt cum literis vnà etiàm pietatem apud monachos imbiberent. Nec tamen sic dabatur opera literis, vt nihil prętereà aliud fieret ab eis. Immò poterat delirus iste ex Regula Diui Benedicti, de cuius monachis potissimùm agit Tritthemius, id perspicuè discere, non licuisse monachis quicquã diuino operi, hoc est, precibus horarijs & cultui diuino in tẽplo absoluendo anteponere, nisi id fortassis certas ob causas rationi consentaneas alicui permitteretur. Itaque monasteria eò potissimùm spectabãt, vt in ijs ex monasticæ regulę prescripto in castitate, paupertate & obedientia (cuius obedientiæ votum iste miser vocat impijssimum) viueretur, vt diuinis laudibus vacaretur, & tempus omne religiosè expenderetur, idque ex Regulæ & Obedientiæ præscripto. Hoc verò isti tenebriones vocant tristissimum carcerem, nõ vtiquè sic dicturi, si vel micam haberent Christianæ pietatis. Nõrunt enim homines in vera pietate exercitati, quantã animi libertatem & iucunditatem pariat eiusmodi propriæ voluntatis abnegatio & studium obedientiæ: contrà verò, quàm verè misera & dira sit seruitus suæ obsequi voluntati, suis indulgere affectibus & desiderijs, quemadmodùm faciũt hoc tempore apostatę monachi, qui pertæsi Euangelicæ illius vitæ, quæ in monasterijs benè institutis cernitur, ad ollas Aegypti & seculi atque carnis voluptates rediêrunt: cumq; suam turpitudinem & fœdissimam apostasiam in sacco & cinere plorare deberent, è diuerso in reprobum dati sensum, criminantur vitã monasticam, & vbiquè magistratus instigant ad abolenda monasteria, eorumque reditus & facultates in pios scilicèt vsus conuertendas. Ità factum est, vt multis locis monasteria destructa sint, quædã verò mutata in scholas, vbi pueri instituantur, contra ipsam monasteriorum primam institutionem & fundationem. Porrò reditus eorũ & facultates sic distribuuntur, vt non exiguam indè atque etiàm ex alijs bonis Ecclesiasticis portionem ad se adducant viles apostatæ, qui cum suis incestis Dalilis viuunt ex eis nõ paulò suauiùs, quàm olim eis in ipsis monasterijs licuisset. Sed veniet ille dies, quãdò diuitias quas deuorant, euoment, & de ventre illorum extrahet eas Deus. Luent quæ fecerunt omnia, nec tamen cõsumentur: iuxta multitudinem adinuentionum suarum sic & sustinebunt. Et quarè tandèm? Sequitur apud Diuum Iob: Quoniam confringentes nudauerunt domum pauperis. (Sunt enim monachi ex professo pauperes, & licèt pleraque monasteria habeant non paruas facultates, tamen necessarijs contenti monachi, reliqua lõgè meliùs quàm isti desertores expendunt, nec qequam priuatìm indè sibi ceu proprium vendicant) rapuerunt, & non ędifi-

Nihil operi Dei prępo-nendum.

Monasteria in scholas à quibus mutata.

Iob 20.

Ibid.

ædificauerunt eam, nec est satiatus venter eorum. Reuelabunt cęli iniquitatem eorum, & terra consurget aduersùs eos. Certè omnium harum turbarum caput & author Luterus, sibi vendicauit Augustinianum monasterium, quod fundatum erat pro monachis triginta: nec id quidem in scholam publicam conuertisse eum legi, sed cum sua Catharina vixit ibì genialiter, idque non modò non repræhendente, sed summè etiàm applaudẽte cæco hoc mundo. O fœdissimam rerum mutationem. Olìm sanctissimi & potentissimi reges & principes innumeris extruẽdis & ditandis monasterijs exatiari nõ potuerunt, & ea re, vt paulò antè ex literis Caroli Magni didicimus, deum se placare, & totius regni statum corroborare credebant: hodiè cõtrà, ad scelleratorum apostatarum suggestionem, passìm excinduntur & euertuntur, hauddubiè non sinè euidenti regnorum & ditionum multarum euersione. Nam certè in monasterijs instabatur precibus nocturnis atq; diurnis, & erant in illis permulti, quorum preces Deus contemnere non potuit: & tum florebat Resp. & erant opes & copiæ in regnis, magna annonæ vilitas, vberes rerum prouentus. Conferantur sanè ea secula, quibus in precio fuêre monasteria, cum hoc nostro reuerà miserrimo & infelicissimo seculo, quo nihil ferè est contemptius monastica vita, & re ipsa vtrorunque mirabilem atque ferè incredibilem diuersitatem cõperiemus. Non volunt attendere homines, tanto semper omnia rebus in humanis feliciùs succedere, quanto maior impenditur cura, studium & opera in cultum diuinum. Sed Luterus & sui aiunt eum Dei cultum, qui est in monasterijs, esse impium & idololatricum. Quid verò aliud diceret Luterus cum toto grege suî similium apostatarum? Longè aliter de monachis senserunt omnium ætatum & seculorum optimi quiq; & doctissimi homines, atque etiàm pijssimi & inuictissimi principes. Et certè nisi suæ impietati vel maximè obsistere videret malus dęmon vitæ monasticæ professores, nunquàm tam atrociter per Luterum & id genus pestes, eos esset insectatus. Verùm ab eius farinę hominibus vituperari, id demùm eximiè laudari est: maximè cùm isti non solùm ea vituperent, quę ab omnibus bonis prædicantur, sed interìm etiàm palàm impudentissimè mentiantur. Ità ille bonus vir, cuius suprà memini, Guilielmus Radensis in illa sua Epistola hoc quoquè addit: Nunc nemo ferè est, (aut saltem paucissimi) qui vel à limine sacras literas in monasterijs, ab Antichristi fermento nõ repurgatis, salutârit, nedùm profiteatur. Immò si quis sit, qui Bibliorum lectioni intendat, inque vsum transferre vel saltem cogitet, hunc statìm hęreticum, schismaticum, inobedientem, apostatã ac Luteranum proclamitant &c. & rursùs: Authores, inquit, bonos exurũt &c. nam nimis longum est eius nugas & calumnias referre. Obsecro, quid in his hominibus vel mentis vel frõtis est, quos non pudet tam turpiter mẽtiri? Vt nihil dicam de alijs monasticis ordinibus, quorum mihi non tam nota sunt exercitia & studia, atquè nostra. In Carthusiano instituto, quod ego me amplexum lætor, quotannis tota sacra Biblia publicè in omnium fratrum auribus perleguntur, partìm in templo, partìm alijs certis locis:

Luterus occupat monasterium.

Resp. quãdò floruerit.

Calumnia hęretici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mendaciũ potissimus spem nostrã

psalterium totum hebdomadis singulis recitatur, vt cætera priuata studia prætercam: & tamen non verentur isti scribere, arceri monachos à Bibliorum lectione, & qui Biblia legant, eos hæreticos vocari. Et hæc quidem & id genus alia plurima, licèt sint impudẽtissimæ vanitatis, tamen persuaserunt permultis: & hoc illis sufficit, potuisse scilicèt id ipsos efficere, vt quanuis sceleratè & prodigiosè mentirentur, tamen vera dicere putarentur. Et videas sanè hodiè perplures, qui huiusmodi multa petulanter confingant, aut ab alijs horum temporum nouatoribus hausta, admodùm cõfidenter iactitent, & in hoc sibi bellè scioli & pręclarè religiosuli videantur, si possint insultare monachis. Ità noster Guilielmus Radensis, cuius semèl atq; iterùm memini, rursùs ait, ordines quosdam Peruersis suis (sic enim vocant, quos nos Cõuersos dicimus) omnium librorum lectionem aliquot seculis penitùs interdixisse. Scripsit iste egregius vir suã hanc epistolam Magdeburgi anno 1559. cuius vrbis concionatores quidam Luterani, in quibus & Illyricus, mirabiliter oppugnârũt Vuittenbergenses & Lipsenses theologos, & fortassis iste Radensis fuit vnus ex illis. Talibus verò tam profligatis & deploratis tenebrionibus prolixè velle respõdere, non nisi bonas horas perdere est. Audiant miseri illi, multos hodieque in monasterijs inueniri monachos, qui se à talibus humani generis pestibus irrideri & vituperari, in magno lucro ponant. Vtinàm verò præpotens Deus quandoquè pectoribus hominum, malè ab istis fascinatorum, adspiret lumen gratiæ suæ, vt videant quorum hominum prodigiosa commenta sequãtur, malintq; similes esse Caroli Magni, & innumerabilium aliorum religione & pietate præstãtium Maiorum suorum, quàm istorũ reuerà miserorum hominum, quorum horrendam cæcitatem tanto magis execrabitur posteritas omnis, quòd eam ipsam pro magna Euangelij luce iactitârint. Scio hęc non admodùm cõmodè hoc loco inseri: sed candidus lector boni consulet, quòd interdùm istorum insolentiæ respõdemus, quorum alioquì amentiam & stultitiam itridendo & contemnendo prętergredi mallemus, nisì nos simplicium minusque peritorum periculum, quippe qui horum fraudulentis mendacijs non rarò euertantur, cogeret veritatis suscipere patrocinium. Verùm his obitèr commemoratis, iam ad narrationis ordinem reuertamur.

Magdeburgici oppugnant Vuittebergicos.

Conuenitur interea Lincij, quod est Ferdinandi regis oppidum, atque ibì cum Ferdinando Mauricius de pace tractat, nec Cęsar se valdè difficilẽ prębet, certis tamen cõditionibus, quas cùm Mauricius sinè sociorũ consensu se diceret per omnia accipere non posse, ità disceditur, indicto rursùs conuentu Passauij. Cęsar iam militem conscribebat. Episcopus Augustanus non mediocri ab Mauritij socijs damno afficitur. Cameræ Iudices Spira excedunt non sinè causa. Magna est in Germania, pro cuius libertate isti se dicebant arma cepisse, rerũ confusio & perturbatio, multis etiàm Protestãtibus ad summã inopiã redactis. Vndecimo die Maij veniũt literę ad regẽ Gallię à Mauricio de pace cum Cęsare cõponenda. Ijs acceptis literis, Rex, q nihil minùs sperâsse putat, biduo pòst redit in Lotharingiam.

Gallus redit in Galliam.

Et

Et hæc fuit merces, quòd Mauricium Cæsari bellum mouentem tam magnis impẽdijs adiuuerat. Mauricius quidem paulò pòst redit cum Cęsare in gratiam, & militem suum in Hungariam contra Turcas ducit, rege Gallorum posthabito. Sed dum Galliæ rex in Germania versatur, Cęsareani duce Martino Rossemio Gallias inuadunt, & Cãpaniæ Gallicæ fines lõgè lateque vastant incendijs. Mouit hoc quoquè regem, vt suos potiùs limites tueretur, quàm in Germania hæreret.

Mauricius Cęsari conciliatur.

Mauricius Lincio digressus, victoriam obtinet apud Alpes, capta arce Erebergo, vbì non longè abfuit à supremo vitę discrimine, nisì celerrimè ex militum stipendium poscentium manibus elapsus esset. Vbì Cęsar cognouit de capto Erebergo, mox Oeniponte discedit festinabundus, & cũ eo Ferdinandus rex. Paulò antè Saxoni captiuo libertatem restituerat, sed is à Cæsare discedere noluit, abeuntemq; secutus est Villacum vsq;, quod est in Carnis oppidum. Vix Cæsar abiêrat, cùm Mauricius adest cum suis, ingressusque Oenipontem, res omnes Cæsaris, Hispanorum & Cardinalis Augustani diripit, rebus Ferdinãdi & ciuium nihil læsis. Augustæ paulò pòst scriptum edunt, quo à Cæsare fugatos concionatores Luteranos reuocant, & eos iureiurando, quo Cæsari se obstrinxerant, absoluunt nescio qua authoritate. Ità permissum est, immò & mandatum illis pręclaris noui Euangelij præconibus redire ad Luteri confirmandam & amplificãdam doctrinam: & hoc quoquè erat libertatem Germaniæ restituere. ô miseram libertatem.

Mauricij periculum.

Oenipontẽ Mauricius obtinet.

Per hoc ferè tempus Albertus Brandeburgicus Vuolphgango Teutonici Ordinis Magistro, direptionibus & incendijs plurimùm dat damni, atque insupèr pecuniam extorquet. Indè verò in Noribergẽsium agrum sese confert, & tam immaniter eorum omnia vastat & populatur, vt vicos cẽtum, castella & ciuium villas septuaginta, & cum his templa, postquàm ea spoliâsset, atque ter mille iugera syluæ ad eos pertinentis combusserit. Bambergensis episcopus durissimis conditionibus pacem ab eo redimit. Vuirciburgicus aureorum millia ducẽta numerare cogitur, & prętereà in se eius debita recipere, quæ erant circiter trecenta quinquaginta aureorũ millia. Sueuicæ ciuitates numero ad vigintisex, & in ijs Augusta, per legatos hortabãtur Noribergenses ad pacem cum Alberto faciendam: sed illi præter alia, quæ eos ab hac pace absterrerent, à Cęsaris & Ferdinandi fide discedere noluerunt. Tum verò Albertus lõgè etiàm maiori impetu Noribergam oppugnat, & tandèm his conditionibus cum eo pacem facere compulsi sunt: Aureorum ducenta millia dependant, licèt iam antè Mauritio & socijs eius centum millia dedissent: tormenta magna sex instructa rebus omnibus tradant: principes cõfœderatos fauore prosequantur &c. Et hæc ipsa ciuitas Augustanæ erat Confessionis. Hoc successu fretus Albertus, Vlmensibus quoquè dira minatur: sed illi respondent negatiuè ad ea quæ postularet. Si Romanus aliquis Pontifex, vel alius quiuis Catholicus Episcopus ità diuexâsset vrbem aliquã, nullum Sleidanus & eius similes sectarij scriptores, eius atrocitatis exaggerandæ finem facerent. Et mul

Noribergẽsium clades.

Item Bambergenses & Vuirciburgici.

Noribergẽses afflicti grauissimè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus est Sleidanus in commemorādis pecunijs,quæ è Germania & alijs regnis Romam exportentur. Et hæc facit vir bonus, vt inuidiā conflet Pontificibus. Verùm sub hoc nouo Euangelio tātam rerum ferè omnium iacturam fecit Germania,totq; damna & clades perpessa est,vt pecunię cōs Romam exportatæ,pro nihilo habendæ sint:nec adhuc calamitatū vllus appáret finis. HOC verò bonus Sleidanus non videt,& libēs patitur hęrere in calamo,nō passurus,si ad Pōtifices exagitādos isthuc pertineret. Tales nimirùm sunt pleriq; omnes scriptores sectarij, qui se Euāgelicos vocāt.

Gallus vastat Lucemburgenses.

Galliæ rex Lucemburgēsem ditionem inuadit,populationibus & incendijs grassatur, Danuillerium oppidulū deditur,& posteà Iuodium valdè munitū,in quo erat Ernestus Mansfeldius comes, qui cum multis alijs in regis potestatem venit. Porrò Mauricius ad constitutam diem Passauium aduolat,vbi & Principes aliquot coràm aderant,& absentium multorum legati. Aderat & Galliæ regis legatus. Mauricius tria vrgebat: Lantgrauij liberationem, & vt cognosceretur in illo ipso Passauiensi cōuentu de illis rebus,quæ essent contra Germaniæ libertatem: deniquè vt religionis causa nemini fiat molestia,donèc lis omnis composita sit. Albertus Brandeburgicus egregiè pergit Moguntinum, Treuirensem,& alios per Germaniam multis illatis damnis affligere. Volebat ab Argentinensibus milites suos quouis tēpore intra vrbem recipi, & prędidium quoquè admitti,& quędam alia. sed nihil impetrauit. Non tulissent impunè,nisi eo ipso temporis puncto,quo hęc ferè exigebat,rumor allatus esset de Mauritio ad pacem spectante. Iam Vuormatiam & Spiram occupārat. Relicto autē Spiræ prædidio,cum copijs Francofordiam repetit, & indignè ferens pacem cum Mauritio confectam,noluit subscribere, sed pergit oppugnare Francofordiam. Reuerà dici non potest,quàm multos per Imperij ditiones ille Albertus mirabiliter flagellārit. Mauritius pace facta cum Cæsare, exercitūs sui partem, vt iam antè attigimus, ducit in Hungariam contra Turcas. Pacem illam rex Galliæ fertur non æquo tulisse animo.

Conuentus Passauiēsis.

Cæsar venit Augustam.

Iam Cæsar ingenti coacto exercitu Oenipontem redibat. Indè 20. diè Augusti Augustam venit,Senatum à Principibus institutum remouet,& priorem,quem ipse creārat,restituit. Per hoc verò tempus in Italia Senenses Gallorum ope Hispanos milites è sua vrbe eijciunt. Lantgrauius è custodia dimissus,vbi ad Traiectum superius venit, rursùs ob Rifebergi copias cum Alberto recèns coniunctas,Hispanis custodiendus traditur,donèc Cæsar consuleretur. Albertus Brandeburgicus primò Moguntiam, mox Treuirim occupat. Moguntię arcem episcopi & quædam alia loca flāma vorax absumpsit. Treuerica quoquè ditio ignes & dira multa pertulit,& cum aliquot monasterijs arsit etiàm quędam Episcopi arx, haud procùl à Treuiri. Episcopus Treuirensis erat in arce munitissima apud Confluentiam,quò etiàm se contulit Colonienſis Episcopus. Facilè ex ea arce prohiberi poterat,si Albertus (vt ferebatur) militem nauibus per Rhenum deuehere voluisset. In hoc Principum Confœderatorum bello, Vlmenses in Cęsaris fide constantissimè permanserunt, licèt sex dierū (vt di-

(vt diximus) obsidione premerentur, & Albertus dira eis comminaretur.

Cæsar intrat Argentinam.

Cęsar Septembri mense venit cum omnibus copijs Argentinam,sed non nisi cum paucis vrbem ingreditur, quod Galliæ rex impetrare non poterat: sumptoque illic prandio, rursùs egreditur. Tandèm iam appetēte hyeme,importuno tempore cœpit oppugnare Metim,22. Octobris die. Vrbem illam Galli mirum in modum communiērant. Albertus Brandeburgicus hoc tempore,cùm non posset cum Gallię rege de stipendio cōuenire, quorundam precibus cum Cęsare redit in gratiam. habebat apud se 50. signa peditum,nec paucos equites. Aumalius Guisij Principis frater,cognita eius à rege defectione, cùm iam ei legionem vnam peditum, cui Rifebergus præerat, Galli detraxissent, in eum magno impetu irruit: sed Albertus,licèt lōgè pauciores haberet equites, magna vi Gallos in fugam conijcit, multos etiàm nobiles cædit, Aumalium ipsum capit,& in Germaniam mittit custodiendum: moxque ad Metim se cum Cęsaris exercitu coniungit. Fuit hoc Nouembris quarta die. Cæsar 20. die Nouembris venit in castra. Tum verò tanta vi vrbs oppugnata est,vt tormentorū horrenda tonitrua vltra vigintiduo Germanica milliaria sint audita: sed q; sęua esset hyems & tēpus omnino importunū,obsidio soluta est sub Decembris finem. Ex exercitu multi frigore & cōtagione periērūt. Guisius princeps,q; vrbē oppugnauit,egregia in milites Cęsaris,morbo aut vulneribus,nè exercitū seq; possent,impeditos,vsus est humanitate & liberalitate,benignè eos excipiēs,& rebus omnibus necessarijs adiuuās. Fuit hoc sanè facinus Christiano principe dignū, & merita apud oēm posteritatē laude celebrandū. Et certè idē ille princeps religiōis catholicę fuit cōstantissimus oppugnator, q; res illi tādem mortē cōciuit, vt posteà indicabimus.

Metis obsidetur.

Terribilis oppugnatio.

Ab alia parte Cęsaris Belgicę copię vastant Galliam,& Hesdinum expugnant. Interìm ex Hungaria Mauricius domum redit. Porrò Henricū Brunsuicensem hoc ferè tempore non mediocriter afflixit Volratus comes Mansfeldius,qui Alberti militabat auspicijs,cùm is Gallicarum esset partium.

Germaniæ clādes & damna.

Magna omninò & incredibilia hoc anno damna tulit Germania, idq; ab ipsis Germanis, qui se Germanicæ libertatis vindices profiterentur, præterquàm quòd etiàm tres Germaniæ Episcopatus Gallus sibi vendicauit. Videbantur iam Euāgelici præcones restituti,cùm eccè Ioachimus Vuestphalus,Ecclesię Hamburgensis pastor,classicum canit,nec sinit pace gaudere Zuingliani Euāgelij fratres. Libellum enim emisit hac inscriptione, *Farrago confusanearum & inter se dissidētium opinionum de Cœna Domini, ex Sacramentariorum libris congesta.* Hoc telo præter spem Tigurini & reliqui eius generis symmystæ,in primis Caluinus percutitur: Vult Ioachimus hoc libello ostendere, Zuinglianos in varias & pugnātes inter se opiniones scissos esse: quę sit propria nota seductorum. Certè ipse quoquè Luterus 8. Zuinglianorum sectas in breui sua Cōfessione enumerat. Hortatur quoquè Ioachimus doctiores, vt nocentissimum Zuinglianorum errorē opprimant: Deniquè dicit esse dignas Zuinglianorū blasphemias,

Lutherani instārāt bellū in Zuinglianos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ potiùs ſceptro magiſtratûs,quàm ſtylo refutentur.Paulò antè Caluinus Tiguri oſtenderat, idem ſe cum Tigurinis de cœna ſentire: ſed hoc Ioachimus per ſimulationem factum dicit. Nemo quidem contra hoc Vueſtphali ſcriptum quicquam hoc anno edidiſſe viſus eſt,ſed non ſemper impunè feret,quòd auſus eſt tanta cõtumelia afficere Caluinum cum ſuis.Obitèr hîc obſeruanda ſunt occulta Dei iudicia.Gaudebant iam hæretici, Mauricij opera ipſis aliquam eſſe redditam libertatem & Cæſarem grauiſſimis bellis teneri implicatum: ſed eccè dum ſibi à Cæſare tuta ferè omnia pollicentur, in mutua ſe bella transferunt, & tam dirè inuicèm ſe lacerant & inſectantur,vt parùm à Catholicis paſſi videri poſſint.Hoc tamen dubitandum nõ eſt, qui Cæſarem impediuerunt,nè poſſet cœptam Germanię ab hęreticis contaminatæ reſtaurationem proſequi,eos Chriſtianæ Reipub. cladem haud vulgarem attuliſſe. Sed de his alij fortaſsìs ſcribent copioſiùs.

Giapan inſula apud antipodes.

Hoc anno Giapan inſula,in extremæ Aſiæ finibus à Luſitanis,quorum eſt longè lateque prolatum Imperium,etiàm in remotiſſimis ab orbe noſtro regionibus,de amplectenda Chriſti religione ſedulò pertentatur.Eſt ea gens in pararello Germaniæ & Galliæ ad Antipodes ſita,diſciplinarumque omnium gnara.Itaque difficiles ſe prębent,nec volunt Luſitanis morem gerere,niſi id priùs faciãt Sinarum populi, de quibus iam magna ſpes eſt, quòd poſſint ad fidem Chriſto benè propitio traduci, vtì infrà paucis attingemus. Sinarum rex perpetuum gerit bellum cum Cathainis Tartaris,quorum eſt ampliſſimum imperium,ferturque idem rex aliquot milliarium murum contra Tartaros exędificâſſe,vbì perpetìm in armis habeat cętum millia hominum,nè qua à Tartaris fiat irruptio.Giapan inſula vergit ad Septentriones, & vt Hiſpani numerant, à Sinarum regione versùs Aquilonem diſtat leucis ſexcentis: & corporum quidem colore,linguæ accentu,veſtimętis & cultu corporis, eius incolæ Germanis perquàm ſimiles ſunt. Habet inſula in longum leucas ſexcentas,alicubì in latum trecentas.

Libri hæretici cõburũtur Meti.

ANno 1553. menſe Ianuario Galli apud Metenſes inquirunt libros Lutericos per ciuium domos,inuentos tradunt carnifici publicè exurendos. Mirum profectò eſt, cùm Germani Principes, qui Gallum contra Cæſarem ſibi adiunxerunt, id eo partìm nomine ſe feciſſe teſtati ſint, nè Auguſtana Confeſſio, hoc eſt, Luteri doctrina opprimeretur, tamen cum eo rege percutere fœdus voluiſſe, quem ſcirent Luterano dogmati eſſe infeſtiſſimum:nec minùs mirum eſt, regem Hęricum Gallum,eorum voluiſſe principum amplecti fœdus & amicitiam contra Cæſarem,quos & ipſe odiſſet religionis nomine,& quos non dubitaret à ſe quoquè animis eſſe alienos cauſa religionis.Venit etiàm Metim Robertus Metenſis Epiſcopus,Galliæ regi valdè addictus,& nouum conſtituit Senatum.

Fœdus cõtra Albertũ.

Albertus Brandeburgicus rursùs conſcribit militem. Fœdus contra eum vel potiùs ſuî defendendi cauſa aliquot principes ineunt. Mauritius cum

cum Henrico Brunſuicenſi fœdus percutit,& Epiſcopis Vuirceburgenſi & Bambergẽſi atq; Noribergicis ſuam pollicetur opem. Albertus coactis copijs in Epiſcoporum & Noribergenſium fines ſęuit incendijs & direptionibus,Bambergam & Suinfurtũ Imperij vrbẽ capit & præſidio munit,quędam Noribergenſium caſtella & oppida occupat.

Terouenna euertitur.

Cęſar oppidum Morinorum munitiſſimum Terouennam Gallis vi eripit,diripit,incendit,euertit. Captus in eo fuit Coneſtablij filius. Turca hoc tempore aut circiter mare Iõnium & Tyrrhenum infeſtum habet. Sunt qui ſcribant Gallos ſe eis coniunxiſſe.Ego nihil huius affirmare velim. Nimiùm enim turpe eſt, Chriſtianos cõtra Chriſtianos cum Turcis Chriſti atrociſſimis hoſtibus ſe cõiungere. Dum Albertus in Frãconia graſſatur,Mauritius & ſocij exercitum eò mittũt. Albertus magna exacta pecuniæ vi,multis abductis captiuis obſidibus è Noribergica ditione, in Saxoniã celerrimè aduolat,multos Erphordienſis agri vicos diripit. Mauritius eius repentino aduentu commotus,omnes ſuos ad arma vocat. Albertus eius finibus nihil nocet, Halberſtatenſi Clero magnam pecuniæ vim imperat,Henrici Brunſuicenſis agrum incendijs vaſtat.Ferdinandus rex & Mauritius bellum ei denunciant.Noribergenſes eius ditionem inuadunt,editoque libro inter alia hoc ei obijciunt ceu ſingulare quoddam inauditę crudelitatis exemplum, quòd cùm Altorfum atq; Laufum ditionis Noribergicę oppida occupâſſet, & oppidanos & ruricolas & pecudes incluſerit eo animo,vt omnes exureret:eo incendio pueros,mulieres aliquot grauidas,& nõ paucos ægrotos conflagrâſſe.

Albertus graſſatur.

Eduardus rex decedit.

Iulij ſexto die in Anglia obijt Eduardus rex,circiter annorum ſexdecim adoleſcens, magno quidem dolore Euangelicorum fratrum, qui nihil non illo viuo ſibi polliciti eſſent:nec minori illorum dolore ſucceſſit ei Maria Catharinæ illius, quam Henricus à ſe ſeparârat, filia, virgo prudentiſſima,& Catholicę religionis amantiſſima.Sleidanus Eduardi mortem non parùm deplorat,aitq; tantę expectationis regem ſeculis aliquot Europam non habuiſſe, quippe qui noui euãgelij doctrinam vehementer amâſſet. Sed Sleidani encomia plus vituperationis quàm veræ laudis adferunt, nempe ab hęretico ſacramentario profecta,qui non laudet nisì ſuî ſimiles.

Prælių Saxonicũ immane.

Nona die Iulij committitur in Saxonia prelium cruentiſſimũ à Mauritio & Alberto,atque vtriuſque copijs.Mauritius cum ſuis victoria potitur, ſed ipſe lœtali accepto vulnere, paulò pòſt moritur,Albertus incolumis effugit. Periêrunt in eo bello duo Henrici Brunſuicenſis filij, & permulti comites, prętęr alios. Multa eo die millia periêrunt, illis inter ſe infeſtiſſimis ſignis concurrentibus, qui ſe Germanicæ libertatis aſſertores ſcripſerant. Hoc quidem in bello videre erat Mauritium, Lantgrauium, Brunſuicenſem Henricum & Epiſcopos Vuirciburgicum ac Bambergenſem,in ijſdem verſari caſtris: Porrò Alberto ſtudere Ericum Brunſuigium, Mauritij ſororium. Fertur Mauritius duriſſima obijſſe morte, & ſe mirum in modum ob nimios dolores velut in

Mira rerũ metamorphoſis.

ſpiras

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpiras contraxiſſe. Sed nihil huius pro certo aſſeuerare velim. Sunt qui ſcribant eum noua cum Gallo rege conſilia tum agitâſſe. Vtcunquè ſit, Cæſarem illa inopinata ad Galliæ regem defectione & bello præter ſpem illato adeò afflixit, vt eius valetudinem alioquì non bonam, non mediocriter perturbâſſe videatur, cùm ipſe in ſe Cæſaris ſummam eſſet expertus beneuolentiam.

Sub hoc tempus ſanguineæ guttæ repertæ ſunt in folijs arborum, auditi canũ importuniſſimi latratus, & mutuę dilaniationes, equorum velutì fremitus, & concurſationes armorum. Fuerat inter Mauritium & Albertũ maxima neceſſitudo, quæ tandèm hunc habuit euentum.

Heſdinum rursùs expugnatur. Superiori anno Heſdinum, arcem munitiſſimam diximus, Cęſareanos expugnâſſe. Eam Galli recuperauerant. At hoc anno, menſe Iulio, rursùs Gallis eam vi extorquet Cęſaris exercitus, cæſo Horatio Farneſio Galliarum regis genero, multisque captis nobilibus, & in ijs Galliæ Mareſchallo Marchiano.

Mauritio ſucceſſit Auguſtus frater eius, qui regis Danorum ſororem habet in matrimonio. Per id tempus maximus terræmotus concuſſit Miſniam Auguſti oppidum. Saxo, quem Cæſar captiuũ duxerat, electoriam dignitatem & poſſeſſiones ablatas, ab Auguſti optimatibus, itemq; à Cæſare repetebat: ſed Auguſtus manſit in poſſeſſione.

Epiſcopi Vuirciburgicus & Bambergenſis cum Noribergicis, Alberti oppida oppugnant. Lugduni nouem Euangelici fratres iuſſu regis rapiuntur ad ſupplicium. Bernates pro ijs apud regem intercedunt, ſed fruſtrà.

Iohanna Suffolcia. Eduardus rex Angliæ hoc anno, vt diximus, moritur. Is ſibi ſubſtituit Iohannam Suffolciam, Henrici regis proneptem ex ſorore: porrò Mariam & Elizabetham ſorores ſuas exhæredat. Aſſentiũt proceres plerique, ſed populus & nobilitas omnis fert indigniſſimè. Erat enim Maria legitima Henrici filia, & ipſam Henricus moriens Eduardo voluit ſuccedere. Maria ſuccedit Eduardo. Multùm Northumbrius Dux conatus eſt impedire, nè Maria in regno ſuccederet: at ſucceſſit tamen, DEO illam benè iuuante, & multis ad eam confluentibus. Porrò Iohanna ducitur in cuſtodiam, captusque Northumbriæ Dux, Londinum adducitur, mira in eum conuicia iactante populo. Capti ſunt etiàm eius liberi, & frater, & nonnulli alij proceres, & Eduardi præceptor Iohannes Checus, qui tamen poſteà dimiſſus eſt. Deindè Maria regina Londinum venit in arcem, atque ex carcere liberat locoque reſtituit Stephanum Vintonienſem & Tonſtallum Dunelmenſem, doctiſſimos Epiſcopos, ducemque Norfolciæ, & quoſdam alios Catholicos. Vintonienſi addit ſummæ dignitatis munus, nempè Cancellarij. Northumbrius Auguſti die 22. capite plectitur: multi Euangelici ſuperintendẽtes in carcerem conijciuntur. Northũbrius cùm iam ſupplicio afficiendus eſſet, palàm ſuum errorem confeſſus eſt, & quia Edouardo regi puero ſuaſor fuerat mutandę religionis catholicæ, coram tota populi frequentia hortatus eſt omnes ad Romanæ Eccleſiæ amplectẽda dogmata:

gmata: ſimul etiàm commemorauit turbas & tumultus, qui ex ſectis naſci ſoleant, quales etiàm Anglia iam vidiſſet inteſtinis exagitata diſſidijs, & Germania fœdiſſimè confuſa. Adextremum ait, ſe velle mori catholicè: atque ità ceſſus eſt. Petrus Martyr, monaſtici inſtituti deſertor, inſignis Zuinglianus, ex regno excedit. Calendis Octobris Maria regno inauguratur, annos nata ferè 38.

Albertus vincitur. Henricus Brunſuicenſis Albertum, nouas conſcribentem copias, in pugna vincit. Turcica claſſis Corſicam inſulam Genuenſium capit, aliquot demptis oppidis. Cęſar Heſdinum ſolo æquat, & cùm vellet Dorlanum tentare, eius exercitus à Gallis in fugam compellitur, nõ paucis occiſis & captis. Galli Cameracũ tentant, ſed fruſtrà: & cùm vſqueadeò propè Cęſaris ad Valencenas caſtris ſe cõiunxiſſent, vt res ad prælium ſpectare videretur, plurimis deſideratis abeunt 18. Septębris die, in reditu longè lateq; oĩa vaſtantes incendijs. Lutetiã ſeuiſſima vaſtat peſtis, & rex multos Euãgelicos cõburit. Brũſuicenſis Hẽricus cum exercitu proficiſcitur cõtra Albertum in Franconiam, & licèt nõ deeſſet ei occaſio quoſdam Principes, à quibus læſus fuerat, egregiè diuexandi, tamen commodum & humanum ſe præbet, & ſinè maleficio exercitum per eorum fines ducit.

Caluinus Seruetũ afficit ſupplicio. Geneuæ Caluinus Seruetum Hiſpanum, valdè impiè de ſacroſancta Trinitate ſentientem, extremo curat ſupplicio affici. Mirum hoc erat. nõ ſolùm quòd Caluinus nihilo eſſet illo melior, ſed etiàm quòd iſti Euãgelici nolunt morte affici hæreticos. Porrò verò Caluinus ſuum hoc factum vſqueadeò illuſtre eſſe voluit, vt totam hiſtoriam ſcripto cuulgato comprehenderit, & in hæreticos gladio vindicãdum docuerit. Tanta eſt nouæ huius Euangelicę doctrinę conſtantia.

Sleidanus hanc Seruети necem non improbat, nõ probaturus, vt appáret, ſi Pontifex aut Catholici eam hæretico illi intuliſſent. In ſumma: quicquid facit Luterus, Caluinus, Zuinglius, & id genus peſtes, id nõ poteſt non eſſe euãgelicum: ſi quid eiuſdem generis faciat Pontifex Romanus, ſæua tyrannis eſt & facinus Antichriſtianum. O cæcas hominum mentes. Certè Caluinus non minùs cõmeruerat mortem atquè Seruetus ille: nec refert ſeeùs de illo ſentire miſeros, quos ille miſer euertit. Luterani ſanè ſi habuiſſent illum, tractâſſent illum haud aliter, nì fallor, atquè hæreticum.

Alberto Brandeburgico aliquot oppida eripiuntur ab hoſtibus. Galli Vercellas ex improuiſo capiunt, factaq; direptione, indè recedũt, quòd Gonzaga Cęſaris præfectus ſuperueniret.

Claſſis turcica vexat Chriſtianos. Turcica Solimãni claſſis multa damna infert ditionibus Cęſaris, quę ad mare vergerent, Siciliæ, Calabriæ, Corſicæ quoquè, quam (vt dixi) occupárunt, permultis cæſis Corſis & Genuenſibus. Interìm diuina vltio Solimannum illum domi perſequitur. Erat ei filius natù maximus Muſtaphas. Hunc ſuſpectum habens de regno ipſius inuadẽdo, ad ſe eum accerſit Alepiam in Syriam, vbì tum regiam habebat Solimannus. Muſtaphas patri ſtatìm obtemperãs, ad eum cum magnis properat muneribus.

Vbì

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbi se de equo dimisit, nullas suspicatus insidias, in Solimanni tabernaculum ingreditur, iussusq; acinacem deponere, ad Solimannum eius manum osculatur: propiùs accedit: sed ô crudelem patris animũ, antequàm accessisset, à regijs ministris, vt eis imperatum erat, subitò compræhenso funis in collum injcitur, & inspectante patre strangulatur. Eadem hora signifer eius, ex nobili Michaëlium familia Venetijs ortus, capite plectitur. Fertur posteà Solimannus eam filij necem multis lachrymis prosecutus.

Solimãnus suum iugulat filium.

Albertus Brandeburgicus à cameræ iudicibus proscribitur, tanquàm publicæ quietis & tranquillitatis perturbator. In Angliæ regno catholica religio magna ex parte restituitur: Regina Philippo, Caroli Cæsaris filio, despondetur, & Euangelici malè mulctantur. Multos martyres numerãt Euangelici in solo regno Anglię, & quidam Iohannes Foxus, de quo infrà fortasis plura, martyrum istorum Angliæ historiam conscripsit. Sed ab horum martyrum consortio libera nos Domine. Ne Luterani quidem istos dixerint martyres, cùm Zuinglij potiùs, quàm Luteri dogma secuti videantur. Ineptus quidam scribit, exules Anglię priuatìm in Germania multos de vera sententia verborum cœnæ priuatìm docuisse, ijs verbis non solùm catholicos, sed etiàm Luteranos perstringens. Et certè hoc eodem anno Ioachimus Vuestphalus Luteranus, libellum edidit hoc titulo, Recta fides de Cœna DOMINI: quem libellum ideò se scribit dedicâsse Ecclesiæ Hamburgensi, vt eam instrueret aduersùs Sacramentarios.

Iohannes à Lasko Polonus nobilis, sed sacramentarius, permissu reginæ Mariæ, ex Anglia cum duabus nauibus in Daniam se confert cum multis socijs sacramentarijs. Putabat se illic per hyemem latitaturum: sed quòd aliam à Lutero sententiam de sacramentis adferret, non potuit obtinere hospitium. Luterani enim non ferunt sacramentarios, vti nec sacramentarij Luteranos. Venitur ergò ad maritimas Saxoniæ vrbes, Lutero addictas: sed ibi quoquè Laskus cum suis repellitur. Culpam illam inexpiabilem non tam in magistratus, quàm Luteranos cõcionatores, Sacramentarij conferunt. Tandèm post longos errores & pericula, in Phrisiæ Orientalis oppido Embdano inueniunt nidulum vbi refocillarẽtur. In eos acriter inuecti sunt etiàm publicis scriptis Saxonici quidam ecclesiastæ, ità vt compulsus sit Iohannes Vtenhouius historiam scribere, De instituta ac demùm dissipata peregrinorum in Anglia Ecclesia, quam tamen etiàm ipsi Sacramentarij vellent non euulgatam. Et quis nõ rideat, dum ista legit? Prodijt etiàm, Iohanne Stoltzio authore, defensio Luteri contra Sacramentarios, in qua narrat Lutero, Sacramentarios œstro percitos, ipsum scribendo nunc vincere, & quibus possint sannis commentarios eius & versionem Bibliorum carpere: illum, qui à caluitie nomen habet, (Caluinum intellige) eius sanctissimos commentarios in Genesim singulis propè folijs explodere, & cachinnis amarulẽtis excipere &c. scripserat enim Caluinus commẽtarios in Genesim à Lutero diserepantes.

Ioannes à Lasko, à Luteranis vbiquè repellitur.

Embdæ recipitur.

tes. O miseros, qui tales sequuntur duces in rebus grauissimis, ad animarũ vel salutem vel exitium sempiternum pertinentibus.

Hoc anno fuit quidam Parisijs, qui se Iohannis Apostoli & Euangelistæ mẽte perfusum diceret. Porrò & Basileæ & Parisijs visus est, qui genio Petri Apostoli se duce frui contenderet. Alius quoquè Basileæ afferere nõ dubitauit, se Mosis angelum habere, prædixitque regem Galliæ ante mensis Iunij initium Protestantium dogma recepturum. Multos ille quidem initiò commouit, sed vbi vidit regem Franciæ constanter in auita religione permanere, subduxit se, veritus laqueum, furcifer. Non finxissent isti, opinor, talia, nisi vidissent homines plerosque incredibili stoliditate quibuslibet commentis facilè commodare fidem.

Homo portentosus Parisijs.

Item Basileę & Parisijs.

ANno 1554. Cęsaris amplissimi legati in Anglia matrimoniũ Philippi & Mariæ reginæ omninò conficiunt, inuitis seditiosis quibusdam, qui authore Viato rebellionem excitârunt. Regina turbãm ad arma concitatam mira dexteritate sedat: Viatus capitur, & in carcerem ducitur: Dux Suffolcius, seditionis non minima pars, Londinum captiuus adducitur. Northumbrij filius Guilfordus & Iohanna vxor eius, quam Eduardus rex puer sibi substituerat, capite mulctantur. paulò pòst etiàm dux Suffolcius capite plectitur die 21. Februarij. Eodem die moritur Vinariæ Sibylla Cliuensis, Saxoniæ ducis cõiunx, & vndecimo post eam die dux Iohannes Fridericus maritus eius.

Conficitur matrimonium Philippi & Mariæ.

Hoc tempore religio Catholica in Anglia prorsùs restituitur, & multi Euangelici indè aufugiunt, sedesque suas apud Germanos diuersis locis captant. Elizabetha reginæ soror, quòd anteactæ seditionis conscia putaretur, in custodiam datur. Hęc religionis mutatio molestissima fuit Euangelicis, qui sibi illo in regno certum perfugium collocârant, si quid alibi aduersi accideret.

Religio restituta in Anglia.

Albertus Brandeburgicus omni ditione sua ejcitur, & Blasieburgum, pręcipuum eius propugnaculum, obtinet rex Ferdinãdus. Interea Brunsuicensis Henricus per inferiorem Saxoniam aliquot principes & vrbes, multos quoq; nobiles & illustres pecuniam poscit. Alteræ eius & Episcoporum ac Noribergensiũ copiæ, pulso Alberto & expugnato Suinfurto, quosdam alios mulctant in Germania superiori. Porrò Carolus Sabaudię princeps moritur, relicto Philiberto, qui Cęsari militabat. Gallię rex Cæsaris vexat ditiones, inter alia Bouinum oppidum & Dinantum capit, diripit, arces ibi demolitur, Marięburgo pręsidium imponit. Cęsare illi occurrente, in Hannoniam deflectit, Binsium oppidum & arcem, vbi regina Maria res magni precij & cultissimos hortos habuit, fœdissimè diripit, inflammat, & omnia longè ac latè populatur & incendit. Eodem verò tẽpore Gallicus exercitus in Italia à Cæsareanis profligatur, & Senenses grauissima premuntur obsidione.

Galli vexãt Burgundos

Philippus Caroli Cęsaris filius 9. Iulij venit in Angliam: quarto pòst die Vuintoniam, vbi ad summam cum multa nobilium turba progressus

Philippus rex in Angliam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ædem,ab Episcopo Vuintonienſi & quibuſdam alijs excipitur. Luce altera reginam adit. Porrò ſequenti die, ipſis ferijs D. Iacobi, regali magnificentia nuptiæ celebrantur. Cæſar eò miſerat legatum, qui ſuo nomine regnum Neapolitanum filio nuptiarum cauſa cõcederet. Poſteà cum multo ſplẽdore Londinum cum regina ingreditur. Sub finem Octobris, Mediolanenſis quoquè principatũs poſſeſſionem Cęſar ei tradit per legatos. Ipſe interìm iuxta Heſdinum, ſuperiori anno ab ipſo captum & euerſum, nouam munitionem & oppidum contra Gallos condit.

Nuptiæ.

Comitia Angliæ.

Nouembris die 12. Londini in Anglia publica inchoantur Comitia. Aderat rex Philippus & regina. Venit etiàm eò Cardinalis Polus, vbiquè ſummo honore exceptus. Is in publico conuentu hortatur omnes ad eccleſiæ Catholicæ amplectẽdam communionem & vnitatem. Ibi ſanè regni Ordines petunt veniam ſchiſmatis cõtra Pontificem admiſſi, orantq́; vehementer, vt à cenſuris Eccleſiaſticis abſoluti, recipiantur in Eccleſiæ ſinum. Altero die inter alia, quæ narrare longum eſt, Rex & Regina cum cæteris procumbunt in genua, & Cardinalis in omes abſolutionem pronunciat. Hæc irridentur ab iſtis nouis Euangelicis: ſed quantumcunquè procaces ſint & inſolentes, niſì abſoluantur horrendi illius anathematis vinculis, quibus velint nolint conſtricti tenentur, nunquàm Dei vultum cõſpicient. Olìm ſolebat plerunq; malus dęmon inuadere eos qui eſſent excommunicati: quod cùm hodiè rarò fieri videatur, Excommunicatio, qua nulla eſt pœna ſeuerior, & formidanda magìs, in contemptum abit. Interìm tamen, etſi cõrpus non videtur obſidere, animam certè anathemate percuſſi malus dæmon obſidet. Et indè eſt, quòd in ſummum Pontificem adeò atrociter incurrunt plerique omnes hęretici, quia ſciunt illi datas eſſe claues regni cælorum, & ligandi atque ſoluendi primariam in terris poteſtatem, quam, licèt eis rumpantur ilia, tamen eripere ei non poſſunt.

Anglia Eccleſiæ cõciliatur.

1. Cor. 5.

Matth. 16.

Vueſtphalꝰ in Sacramẽtarios.

ANno 1555. Ioachimus Vueſtphalus pręco Hamburgenſis, nouum edit ſcriptum contra Sacramentarios. In præfatione ſcribit, Regẽ Daniæ & Senatum Hamburgenſem edicto prohibuiſſe, nè quis ciuium Anabaptiſtas, Sacramentarios, vel alios ſectarios hoſpitio reciperet. Hoc edictum renouatum eſſe ob grauiſſimum periculum, quod Luteranis Eccleſijs à ſacramentarijs ad maritimas vrbes confluentibus immineret. Aliæ quoquè eius littoris vrbes ſub graui pœna vetuerunt, nè qs Zuinglianos hoſpitio reciperet. Iſthuc quidem eſt ſapere, lupos arcere à grege, niſì quòd ſatanas ſatanam expellit, dum Luterani pellunt Zuinglianos. Vtinàm verò ea ſeueritate erga ſectarios omnes vſi eſſent Catholici, non tam latè ſerpſiſſent tot monſtroſæ hereſes.

Caluinus in Vueſtphalũ.

Diù tacuerat contra ſuum genium Ioannes Caluinus, ſed nunc tandèm primam contra Vueſtphalum defenſionem euulgat. Vueſtphali quidem nomine abſtinuit, ſed eo conſilio, vt ipſe ſcribit, vt ſi fortè ſanabili eſſet ingenio, tacitè eius ignorantia ſepeliretur. Verùm ſenſit Caluinus non edentulum Vueſtphalum. Mox enim libellum conſcripſit contra

contra Caluinum, hoc titulo: *Aduersùs cuiuſdam ſacramentarij falſam criminationem.* Prodijt eodem tempore Timanni Luterani, Bremenſis paſtoris, Farrago contra Sacramentariorum diſſentientes inter ſe opiniones. Terrebant hęc Luteranorum fulmina Iohãnem à Lasko egregium Zuinglianum. Itaq; menſe Aprili ex Embda migrat Francophordiam, vbì ei permiſſum eſt conſtituere Eccleſiam peregrinorum. Sic vocari voluit illa nõ admodùm magna ſynagoga. Sed quàm miſerũ eſt, quamq́; horrendum, ea ratione dici peregrinos? Quanto conſultiùs feciſſent, ſi ad Catholicam Chriſti Eccleſiam ſe adiunxiſſent, futuri deincèps ciues ſanctorum & domeſtici Dei? Eſt tamen hîc quoquè non negligenter obſeruandum iuſtũ Dei prępotentis iudicium, quo factum eſt, vt qui eam profiterentur ſectã, quæ multos Catholicos è ſuis ſedibus expuliſſet, multisque modis diuexâſſet, ipſi iam ferè nuſquàm poſſent certam & tutam obtinere ſedem.

Vueſtphalꝰ contra Caluinum.

Menſis Martij die 18. moritur Sebaſtianus ab Hauſenſtain Archiepiſcopus Moguntinus, & ei ſubſtituitur Daniel Brendel ab Homburg, multa doctrina & inſigni virtute conſpicuus.

Eiuſdem menſis die 23. obit diem ſuum Iulius Pontifex eius nominis tertius. Eius morte comperta, Moronus Cardinalis, itemque Auguſtanus & reliqui Cardinales Romam celeriter aduolant, noui Pontificis creandi cauſa. Eligitur autem ab omnibus Marcellus Ceruinus, retẽto ſibi nomine Marcelli, multa & eruditiõe & probitate venerabilis. Sed quod dolendum eſt, eius Pontificatus vix paucorum fuit dierum. Ab eius obitu die viceſimo Senenſes ad ſummam rerum omnium egeſtatem redacti, Cęſari tandèm ſe dedunt poſt diuturnam obſidionem. Marcellus ſucceſſorem habuit Iohannem Petrum Caraffam, ſenem propè octogenarium, qui ex more mutato nomine dictus eſt Paulus Quartus.

Iulius 3. moritur.

Marcellꝰ 2.

Senę dedunt Cęſari.

Paulus 4.

Sub vêris initium apud Heluetios nata eſt diſſenſio propter quoſdam Locarnorum ſubditos, qui trans Alpes poſiti, Zuinglianiſmum cõplexi erant. Id Quinquepagici cum cęteris Catholicis Heluetijs nullo pacto ferendum putârunt, alijs Zuinglianarum partium rem approbãtibus. Tandèm cõpulſi ſunt illi, qui religionem mutârant, extra eâm regionem cum familijs & facultatibus ſuis diſcedere. Eorum bonam partem Tigurini in ſuam vrbem & agrum receperunt.

Diſſenſio apud Helueticos.

Sub finem Octobris Carolus Imperator Philippo filio, euocatis ad ſe legatis prouinciarum, dominiorum & ciuitatum Burgũdicæ domûs, poteſtatem regnandi & gubernandi terras ipſi ſubiectas vltrò tradidit. Eo tẽpore ſedentis Cæſaris dextrum latus Philippus filius, ſiniſtrum Maria ſoror eius ità claudebant, vt terna ſedilia triangulari ferè linea eſſent conſtituta. Enarrabat tum ad eos qui aderant, labores ſuos & annos Regni ſui, idque viua voce, & valdè oratoriè, grauiter, & copioſè. Lachrymabatur autem Cęſar ipſe. Porrò filius Philippus rex, & Maria Regina Pannoniæ, & plurimi proceres mirabiliter doluerunt, & multi in profuſiſſimas lachrymas eruperunt, etiàm illuſtres aurei velleris equites. Inter cætera dixit palàm optimus Imperator, quòd nemini ſciens & prudens iuſtitiam negâ-

Carolus V. Philippo filio permittit Burgundię adminiſtrationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit. Aderat inter alios Hannoniæ Seneſcallus, podagræ morbo vexatus. Illi Cæſar ſemèl atque iterùm humaniſſimè iuſſit ſedem poni, quam tamen ille modeſtiſſimè recuſabat. Finita oratione, Guilielmi Principis Auraniæ, & Burenij comitis humeris ſe ſuſtentans, ex conſpectu ampliſſimi theatri abſceſſit.

Zuingliani reſpondent Luteranis.

ANNO 1556. aliquot Sacramentarij dogmatis ſigniferi Luteranis egregiè reſpondent. Principiò Henricus Bullingerus Apologiam edit, qua oſtendere nititur, Tigurinos miniſtros in Orthodoxa & Catholica fide ſanctè perſeuerare. Crede, ſi vis. Deindè Bernardinus Ochinus contra Vueſtphalum defenſionem conſcribit & euulgat. Et vt nullus Luteranis hoſtis non eſſet moleſtus, etiàm Caluinus ſecundam ſuam defenſionem, piam ſcilicèt & Orthodoxam de Sacramentis, contra Vueſtphali calúnias euulgauit. Si Romanus Pontifex & tota Chriſti Ecdiſſidia ſuã gelicorum. cleſia, auſi eſſent, inuitis Zuinglianis iſtis, hoc pacto calamum ſtringere in Luteranos, omnia illorum ſcripta non aliter acciperentur, quàm Papiſtica cómenta, quibus conarentur opprimere lucem euangelij. Sed vt iſthęc calumnia faceſſeret, viderentq; homines ab iſtis noui euangelij præconibus non ipſum verbum dei, quod tam impudenter iactitant, ſed priuatas quorunque opiniones pro Dei verbo imperitis obtrudi, permiſit ſapientiſſimo conſilio etiàm inter ſe atrociſſimè & pertinaciſſimè digladiari miſeros & omni lachrymarum fronte plangendos, vt qui necdùm eorum laqueis implicati ſunt, caueant, nè quandoquè irretiantur: qui autem irretiti ſunt, ocyſſimè ſeſe explicare nitantur. Acceſſit his Luteranorum hoſtibus auctarij loco Iohannes à Lasko, qui ad Poloniæ regem & eius regni ordines omnes ſcribit Epiſtolam, qua & Zuinglianum dogma tuetur, & Luteranos ait cum mente totius ſcripturæ & Catholicæ Eccleſiæ conſenſu pugnare, neque citra Dei cõtumeliam, eorum doctrinam retineri poſſe. Poterant tot hoſtes miſeris Luteranis ſufficere, ſed iritati crabrones non tam facilè conquieſcunt. Angli exules apud Geneuam edunt Latinè Nicolai Ridlæi libellum de Cœna Domini. Hunc Ridlæum hæreſcos nomine in Anglia flammis tradidit regina Maria. Porrò Zuingliani eum in martyrum Album retulerunt. Hunc in modum iſti prędari Euangelici noua bella atrociſſimè inſtaurârunt, immò potiùs ſimulatam cõcordiam in apertiſſima bella verterunt. Multi libri, orationes, dialogi, cõfeſſiones, epiſtolę, theſes, præfationes vtrinquè à doctis pariter & indoctis euulgaLuterani in Zuingliãos ſæuiunt. bantur, & maiori, quàm vnquàm anteà, impetu res agitata eſt. Luterani Zuinglianos apud omnes in odium & inuidiam vocabant, & multas habuêre ſynodos, quibus de opprimendis Sacramentarijs iactitârunt. Atq; hæc & multa alia ſcribunt ipſi Zuingliani: adduntque Luteranos pleroſq; ſe iũxiſſe Papiſtis, vt Zuinglianos faciliùs opprimerent. Verum quidẽ eſt, nõ paucos Luteranos ad Catholicos ſeſe recepiſſe, agnito errore ſuo: ſed ij nõ minùs oppugnãt Luteranos, q̃ Zuinglianos. Ex iſta em̃ mutua diſſenſiõe, cùm vtrinquè nõ nisi verbũ Dei creparent fratres euãgelici, cõplures ad ſanitatẽ rediêrũt, nec cum talibus quicquã voluerunt habere cõmercij,

quos

quos non minùs à ſe inuicèm, quàm à Catholica Chriſti Eccleſia diſſidere viderent. Erant in hoc negocio vehementes Saxonici miniſtri, Heluetij viſi ſunt moderatiùs agere cum Luteranis. Habet Saxonia multis locis cereuiſiam mouẽdo cerebro, ſi nimiùm bibas, valdè idoneã. Porrò Euangelicos per Saxoniam fratres veriſimile eſt pro more gentis potare largiter: Indè tot fumi & craſſi ſpiritus, qui cerebrum pertentant, immò obruunt, faciuntq; nihil ferè ſobriè ab iſtis vel dici vel ſcribi. Heluetij cùm vinum non habent, non inuiti aquam potitant. Hoc Saxones cane peiùs & angue oderũt. Hæc poſſit forſan ratio reddi, quòd miniſtri Saxonici egérunt tumultuosè, Heluetici paulò ſedatiùs. Sed vtcunquè ſit, optimè dixit Sapiẽs, Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Quin & Erardus Snepffius Lu- Prou. 13. teranus confeſſionem de Euchariſtia hoc tempore edidit, qua Zuinglianos perſtringit.

Intereà moritur Conradus Pellicanus, ex Franciſcano apoſtata Zinglianus. In eius locum Argentorato à Tigurinis accitus eſt Petrus Martyr Florentinus, qui ex Italia profugerat. Prodijt quoquè ſcriptum quoddam Eraſmi Alberi Luterani contra Carlſtadianos, Sacramentarios, fanaticos & Anabaptiſtas &c. Accidit quoquè ridiculum quiddam Francophordię. Caluinus publicè diſputat cum Iuſto Velſio (qui apud Coloniam Agrip- Diſputatio Caluini cũ Velſio. pinam parùm fauſtus hoſpes aliquandiù hæſerat, quin & in carcerẽ coniectus fuerat) de libero arbitrio: cumq; ille magnus Sophos, qui apud Geneuenſes tantùm non deus aliquis habitus eſt, cum miniſtris eius loci de cauſa Sacramentaria conferre vellet, tanquàm Zuinglianus reiectus eſt, non ſinè crimine læſæ maieſtatis, ſi penès Geneuates ſit ſententię pronũciandæ poteſtas & authoritas. Sunt qui in ſcriptis ſuis indicare videantur, Velſium, abiuratis erroribus, reuertiſſe ad Catholicam Eccleſiam. Res mihi necdùm penitùs comperta eſt: ſed ſi ità tamen eſt, gratulandum eſt homini docto, quòd magno & raro Dei beneficio potuit agnoſcere lapſus ſuos. Vtinàm eius exemplum reſipiſcẽtiæ, ſi modò certa eſt, plurimi imitentur, & redeant in viam dum adhuc dies eſt, priuſquàm illa æternę noctis tetra caligine inexplicabiliter inuoluantur.

Inter Carolum Cęſarem, filium eius Philippum & Gallię regem, quinquennales non ità pridèm erãt pactæ induciæ, ſed hoc anno rurſùs ruptæ ſunt, & ad arma vtrinquè magna miſerorum hominum, qui interìm opprimebantur, infelicitate concurſum eſt. Moritur quoquè 4. Calendas Martij Fridericus Elector Palatinus: & paulò poſt eum Iohannes Treui- Mors epiſcopi Treuerici renſis Epiſcopus ex Comitibus Eiſenbergicis. Eius ſedem obtinet Iohannes à Ꝟaich, cuius inter alias corporis & animi dotes, eximia prudentia & in Catholica religione conſtantia prædicatur.

Exceſſit è viuis per idem tempus 3. Nonas Iulij Reuerend D. Epiſcopus Cyrenenſis Iohannes Nopel à Lippia, Reuerendiſſimo archiepiſcopo Colonienſi à ſuffragijs, magna eruditione & facundia vir, longioriq́ue vita digniſſimus, probitate vitæ & ſtrenuo concionandi labore de Eccleſia & fide Catholica per annos aliquot optimè meritus: atque eare inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

illustres Dominos Capitulares summi templi Colonienſis, haud procùl à ſacello, vbi trium Magorum corpora aſſeruantur, honorificè ſepultus.

Obit⁹ Adolphi Archiepiſcopi colonienſis.

Moritur etiàm Adolphus Archiepiſcopus Colonienſis die XX. Septembris, & ei ſuccedit germanus frater eius Antonius ex Comitibus Schauuenburgicis. Ità breui tẽpore quatuor Rheni electores è medio ablati ſunt. Menſe Februario viſus fuit in cælo cometes, qui plerunquè terris dira minari ſolet.

Eſt in Caluini diſcipulis quidam non poſtremus, Theodorus Beza. Is quondàm Iuris licentiatus, Pariſijs ex opulentis ſacerdotijs vltra ſeptingentos coronatos aureos percipiens, vitam viuebat turpiſſimam, ac varia libidinum ſpurcitie contaminatam. Erat hæc quædam ad deteriora paraſceue, talesque mores nihil merebantur aliud, quàm vt homo impurus prorsùs à DEO reiectus, in inexplicabilis perfidiæ & hæreſeos labyrinthos detruderetur: quod & factum eſt. Nam ad Caluinum defecit, venditis priùs Simoniaco ſacrilegio ſacerdotijs vel beneficijs Eccleſiaſticis. Sed quemadmodùm in Caluino alijsque hæreſum architectis multa fraus & dolus, miraque inconſtantia fuit, ità & in hoc Beza, quemadmodùm vel vnũ hoc preclarũ facinus, quod ſubijcimus, declarabit. Anno hoc 1556. venit ille ad electorem Palatinum Ottonem Henricum, qui erat Luteri placitis addictiſſimus, cum Farello homine peſtilente, qui Geneuam infecerat, & Caluinum, Seruetum, Viretum, aliosque id genus habuit diſcipulos, atque ob metum ſeditionis, à Baſileenſibus proſcriptus & in exilium abire iuſſus fuit. Obtulit autem is Beza illi principi arte veteratoria & multa cum ſimulatione confeſſionem quandam, aitque illi non modò Allobroges, ſed etiàm Heluetios ſubſcribere. Fecit hoc ille bonus vir, vt Principis ſibi beneuolentiam conciliaret, qua tum opùs habebat, maximè quòd rex Francorum ſeuerè in Caluiniſtas animaduerteret, quem eo nomine apud Principem accuſabat tyrannidis, orans vt regem à propoſito precibus & minis deduceret. Porrò hæc Confeſſio ad verbum habebat, verum & reale ac ſubſtantiale corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſpecie rerum viſibilium repræſentari & exhiberi. Dixiſſes Caluiniſtas & Zuinglianos prorsùs mutatos in Luteranos: ſed quid non fingit deplorata nequitia? Princeps quidem & qui aderant, ea Confeſſione lætabantur, & quòd putarent conuerſos eſſe ſacramentarios, communis gratulationis ergô miſerunt eam Duci Vuirtembergico. Is quoquè tam inſperatam metamorphoſim miratur & laudat. Spargitur mox rumor in Germania, agiturque de Zuinglianis triumphus ante victoriam. At Tigurini vbi de re tota certiores fiunt, tanta hominis impoſtura acriter dolent, & eam Confeſſionem magna contentione oppugnant, Bezamque falſi reum peragunt. Nihil enim Zuinglianiſ illi volebant minùs, quàm à Zuinglio ad Luterum defeciſſe videri. Nam tametſi in quibuſdam Luteri placita non inuiti ſequuntur, at in re Sacramentaria errâſſe Luterum, plùs Lutero vidiſſe Zuinglium contendunt.

Facinus veteratorium Theodori Bezæ.

Confeſſio Bezæ ſimulata.

Quid

Quid verò interìm Beza? num ſe deſerit? Minimè. Audi artem talí artifice dignam. Vult perſuadere Tigurinis, dolum aliquandò bonum eſſe, & aliud agere atquè ſimulare. Nec dubium eſt, quin nouum hoc Euangelium his artibus ſit inſtructiſſimum, ijsque & ortum, & auctum, & propagatũ ſit. Et id quidem mortales necdùm vident: vbì autem Deo benè propitio quandoquè viderint, repentè vt fumus iſtorum preſtigię, quibus homines dementant, euaneſcent. At Tigurini tamen hoc paradoxo minimè contenti, non priùs in gratiam recipiunt Bezam, quàm ſuam ille culpam agnoſceret. Redit indè vir optim⁹ ad ſuos Heluetios & Allobrogas, & vt priorem fraudem poſteriori expiaret, atq; re ipſa teſtatũ efficeret ſe Germanis illuſiſſe, in Vueſtphalum & Heshuſium ſtringit calamũ, palamq; profitetur, nõn aliam in Cœna Domini eſſe corporis & ſanguinis præſentiam, quàm in baptiſmo, in cõcione, in Lectione Sacræ ſcripturę, atq; in priuata meditatione quotiès mens fidelis ad Chriſtum aſſurgit. Et rurſùs tamen, vt à Germanis non prorsùs diſcedere videatur, fatetur in Cœna Domini ſubſtãtialiter ac realiter verum & naturale Chriſti corpus eſſe & exhiberi: ſed Cœnam nõ vult eſſe id, quod inter homines ex Domini præſcripto geritur: eius verò precipuam partem in cęlis peragi, cui nos fide interſimus & ſpiritu. Ità iſti infelices ſibì inprimis, deindè etiàm alijs portentoſis verborum ſtrophis illudunt, atque in ſanctiſſimis religionis negocijs haud aliter atquè in ſcena verſantur, in alias atque alias ſubindè transformati formas, vt cùm ijdem perpetuò loquantur, diuerſos loqui putes. Et tamen is idem Beza multas poſteà in Gallijs turbas excitauit, opima è locis ſacratis ſpolia abegit, & tantùm non apud homines miſerè faſcinatos principatum & regnum obtinere viſus eſt. Faxit clemens & bonus Deus, vt tamẽ vel tandèm nobis pateſcãt oculi, & videamus quàm ſplendidè iſti nobis imponãt, quàm omnia in ſummã & ſempiternam animarum noſtrarum perniciem machinẽtur, quàm nihil ſpectent minùs, quàm vt rebus ſalutique noſtrę conſulant.

Nota fraudem.

Beza ſcribit in Luteranos.

Rex Ferdinandus neceſſaria contra Turcarum irruptiones præſidia comparare volens, petit à ſubditis ſuis eam in rem ſubſidia. Auſtriaci inferiores apud Viennam conueniunt, ſeque imperata vltrò facturos recipiunt, modò ipſis permittatur Euangelium. Id ſi fiat, ſperare ipſos omnia contra Turcas ex ſententia ceſſura. Nihil tum impetratum eſt, quòd facilè videret ſapientiſſimus Rex, nunquàm adeò infeſtos fuiſſe Turcas Germanis, quàm his annis, quibus Luteri Euangelium miſeri homines amplectũtur. Et reuerà niſi aliqua ratione tandèm Germanię ſua priſtina religio reſtituatur, & noua dogmata, quę tot nobis pariũt ſectas & hęreſes, atq; inteſtinas animorum acerbitates & ſimultates, prorsùs eliminentur, fieri nõ poteſt, quin vel Turcico vel Moſcouitico aut certè Tartarico quãdoquè ferro vaſtetur, & duriſſima ſeruitute oppreſſa, leuitatis & temeritatis ſuę meritas pendat pœnas. Vtinàm vel Græcię ſumma calamitas doceret tandèm Germanos maturè ſapere. Sed fortaſsìs peruenit in nos quoq; ira Dei vſq; in finem. Magnũ profectò eius irę argumentũ eſt, tam

Auſtriaci cupidi nouæ doctrinæ.

1. Theſſ. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

horrenda cæcitas & vasta caligo, vel potiùs insania quędam, q̃ nos non sinit noui huius Euangelij fructus longè pessimos intueri. Luterus visus est nouam mundo lucem inuehere: eius doctrinam multi è vulgo cupidè statim complexi sunt, cordatiores cunctantiùs eam admiserunt, permulti penitùs respuerunt. Vbi animaduersum est, eius conatus, dum non initiò reprimuntur, suos habere successus, mox alij super alios existunt homines importunis ingenijs, & ipsi quoquè nouam mundo lucem venditãt, aiunt se vidisse, quod Luterus necdùm viderit. Ità repentè intra vnã Germaniam multiplex nimiùm credulę turbę Euangelium obtruditur, & incredibili stultitia ab imperita concione arripitur Luteranum, Carstadianum, Anabaptisticum, Zuinglianum, Zuencfeldianum, Osiandrinum, &c. Nec vident miseri & cæci homines, dum ab vna, vera, Catholica religione abduci se sinunt, se in tam varias & mirabiliter inter se pugnãtes sectas seduci, vt iam permulti sint, qui prorsùs ignorent, quid potissimùm sequi debeãt in tanta nouorum dogmatum varietate. Hoc verò iure meritoque patiuntur, quòd stultè & pueriliter quibuslibet nouatoribus primò aures, mox etiàm fidem commodârunt, cùm in ea debuerint religione constantissimè perseuerare, quam tot perpetuis seculis vniuersa Germania & Catholica Christi Ecclesia coluisset, quam hodieq; tot amplissima regna & prouinciæ colant. Interìm verò dum seductoribus obtemperant, qui non Christi, sed suam gloriam quęrunt, & miserorum animas negociantur, in multas discinduntur factiones: indè animorum existunt dissidia, & pernicio sissimæ dissensiones, simultates, inimicitiæ, vndè necesse est Germaniæ vires prorsùs eneruari & sensìm collabascere, dum inter se Germani tam miserè distrahuntur. Atque ità Turcis, qui hæc nõ ignorant, crescit animus, crescunt vires: nec dubitare quisquam sanę mẽtis potest, quin illi in omnem occasionem sint intenti, & vbi eis commodum visum fuerit, totis viribus nos sint oppugnaturi, & certè nullo negocio etiàm oppressuri, quod quidẽ illi nunquàm vel sperare ausi essent, si apud nos Maiorum nostrorum sacrosancta religio inuiolata & inconcussa permaneret. Sed de his satìs, quippe quæ & superiùs nõ semèl haudquaquàm temerè inculcata sint. Ferdinandus Rex, vt dixi, hoc tempore non est passus mutari religionem: at nihilominùs misit exercitum contra Turcas & aliquotiès feliciter cum illis pugnatum est, multis cęsis, multa quoq; pręda abacta.

Cæcitas horum temporum.

Discordia religionis perdit Germaniam.

Accidit hoc ipso anno in Poloniæ regno res memorabilis. Fœmina quædam vilis, Dorothea Lazezka nomine, Christiana quidem professione, in oppidulo Sachazeto, non longè ab arce Louitz, cuidam Iudæo annis aliquot seruiebat. Interìm verò Iudæus ille sæpiùs eam solicitat, vt sacrosanctum Christi corpus, more Christiano cum cæteris acceptum, ipsi perferat. in eius flagitij præmium promittit ei daleros tres, & vestem sericis fimbrijs ornatam. Et quid nõ mortalia cogis pectora auri sacra fames? Fœmina scelerata conditionem accipit, tantillo illecta munusculo, & in ipso Paschatis peruigilio abit ad pagum Cotzo dictum, ibì cum cæteris acce-

Sacrilegum & horrendũ facinus.

accedit ad aram, & instàr Iudæ accipit Eucharistiam, ac paulò pòst ex ore extractam in sudariolum reponit, & tertia Paschatis feria Iudęo hero suo illam tradit: ad quem tres alij Iudæi huic oppidulo vicini, putà, Michalecus, Sachaus, & Iosephus veniunt, fortasis ab illo inuitati, sacrosanctam Eucharistiam in suam synagogam deferũt, pugionibus & cultris confodiunt. Et eccè repentè ex illa hostia multus emánat cruor, quem perfidi Iudęi cochleari in vitreum calicẽ transfundũt. Non diù latére potuit tam atrox facinus. Ante omnes mulier scelesta Sachazeti compræhenditur, indè Iudęus eius herus. Hi confitentur rem gestam omnem. Per id tempus Poloniæ rex Sigismundus Vilnę erat, quæ est Letuaniæ metropolis, & erãt tum in Polonia, qui Eucharistię vtranque speciem necessariò putarent porrigi oportere. Vbi Rex quid esset actum cognouit, mandat oppiduli prefecto secundario, vt rem eam diligenter inuestiget, & si ità factũ sit vt narratur, in omnes eius flagitij complices extremo supplicio animaduertat. Itaque Dorothea & Iudęus, priùs habita quæstione, die Veneris post Christi ascensionem flammis exuruntur. Reliqui Iudæi sceleris socij, vno dempto qui aufugerat, Calendis Iunij comburuntur. Voluit omnipotens Deus hoc insigni miraculo, qualia sępè etiàm aliàs circa sacratissimam Eucharistiam cõtigêre, eorum castigare incredulitatem, qui perindè ac si non sit totus Christus sub vtralibet specie, ità prorsùs infideliter & insipienter calicem efflagitãt: qui si essent in ijs, quæ sunt Christianæ religionis, benè instituti, scirent nunquàm posse Christi corpus, postquàm è sepulcro rediuiuũ surrexit, ab anima, à sanguine, à diuinitate separari, sicq; libentissimè vnius speciei perceptione cõtenti forent. Commodissimè quidem isthuc eo tempore in Polonia accidit, quandò & plerique illic calicem expetebant, & Romanus Pontifex eò miserat Aloysiũ Lipomanum Veronensem Episcopum, virum multa probitate & eruditione spectabilem, qui gentẽ Polonam in Catholica religione confirmaret. Et ipse sanè Polonię rex fertur hoc miraculo non mediocriter in Catholicę Ecclesię retinenda cõmunione confirmatus, & propensiùs etiàm Romani Pontificis legatum admisisse.

Iudæi sæuiunt in Eucharistiam.

Iudæus capitur.

Iudęus exuritur.

Item alij Iudęi.

Carolus Cæsar, postq̃ ditiones oñes filio Philippo regi tradiderat, in Selandiam abit. Indè cùm duab⁹ sororibus reginis, Eleonora & Maria, cõmodam nactus tẽpestatem, in Hispaniam vento admodùm propitio nauigat. Quò postq̃ puenit, quodam in loco saluberrimo atq; amœnissimo, qui Iustus vocatur, vbi Hieronymitanũ est sodalitiũ, Deo se & rebus diuinis, quod sæpè antè concupierat, tradidit, diuinis vacans & incumbens cogitationibus, magna cõtinentia vitę, magna morum temperantia, magna vini cibiq́ abstinentia in illo relucente. Ità pijssimus Princeps re ipsa declarauit, quàm iniuria sæpè esset à quibusdam insimulatus immodicæ regnandi libidinis & ambitionis, dum se sponte sua omni ditionum suarum amplissimarum administratione abdicauit, & à toto mundo sese auertit, & in quandam solitudinem DEO vacaturus inclusit. Non fuit dignus hic mundus tali principe: & est sanè verisimile, prudentissimum princi-

Carolus V. nauigat in Hispaniam.

Vacat soli Deo & sibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

principem nimiæ pertæsum ingratitudinis, tandèm priuatum omninò vitæ genus delegisse, vbi soli DEO & sibi vacaret. Non desunt qui putent magnæ cuiusdam infelicitatis fuisse, ab Augusto imperio ad tantam vitæ priuatæ humilitatem descendisse: sed hoc mundi huius spiritus suggerit hominum pectoribus. Nam qui benè in sancta Christi religione sunt instituti, optimè nôrunt, DEO seruire, id demùm regnare esse, nec quicquam esse gloriosius, quàm omnem mundi gloriam, tanquàm rem caducam & vanam, generoso & excelso animo CHRISTI amore contempsisse.

Religio mutatur in Palatinatu.

Per hoc tempus aut circiter Otto Henricus Palatinus Elector, & Carolus Marchio Badensis, è suis ditionibus veterem profligât religionem, & nouam introducunt. Non est mirum, vt etiàm aliâs dixi, populum libenter amplecti noua hæc dogmata, quia plausibilia sunt & suauia veteri homini: permittunt direptiones rerum Ecclesiasticarum & cœnobiticarum: ieiunia, vigiliæ, preces, mortificationes carnis, mundi contemptus, studium cõtinentiæ, sobrietatis, pudicitiæ, & id genus virtutum, papistarum sunt commenta. Sola fides iustificat. Confessio peccatorum & pœnitentia, nugæ sunt & carnificinæ papisticæ. Quis non hęc libenter audiat? quis non cupidè amplectatur? Et tamen longè secùs docet scriptura omnis, & ipsa quoquè, quantunuis dissimulemus, longè diuersum nobis testatur conscientia. Qui autem sunt Christi, ait Apostolus, carnem suam crucifixerũt cum vitijs & cõcupiscentijs. Hoc fac, & viues. Eant Euangelici cum suo isto blandissimo Euangelio, quò volent. Vbi ad Christi tribunal venerint, sentient se toto cælo errâsse.

Galat. 5. Luc. 10.

Tempestas horrida apud Locarnenses.

Torrens ex pluuia.

Mense Septembri horrenda tempestas Locarni vltra Apes in finibus Heluetiorum desęuijt. Summo manè turbo vehemens è nubibus descẽdens, quædam ædificia subruit. Indè à meridie pluuia, tonitrua, fulgura & fulmina per horas quatuor tam immaniter sæuiërunt, vt eius loci homines supremum mũdi diem adesse putarent. Ex ea pluuia torrens quidam adeò excreuit, vt & arbores & domos secum raperet, nec vllum tandèm, quò se euolueret, haberet exitum. Totum itaque circuniacentem agrum occupat, & tanquàm lacum efficit. At posteà reperto exitu, magno erumpens impetu, multa secum iumenta, pecora & homines abripit, & magna clade adiacentẽ regionem afficit.

Sleidanus peste moritur.

Pestis hoc anno multis locis plurimos extinxit, præsertim Argentinæ, & in locis Rhenanis, & inter alios etiàm Iohannem Sleidanum, qui suis commentarijs magnam orbi Christiano pestem inuexit. Decreuerant contra illum scribere viri duo longè clarissimi, Coloniæ Agrippinæ præclara lumina, Iohãnes Gropperus designatus Cardinalis, & Eberhardus Billicus Carmelitanus Prouincialis, si & Sleidano & ipsis vita prolixior contigisset. Nemo me putet hominis illius odio sæpiùs illum perstringere. Mihi ille nec de facie vnquàm notus fuit. Mendacia & errores tetros illius detestor. Multi, immò plurimi, nôrunt Iulium Pflugium Nũburgensem Episcopum, quo ob multam ętatem nemo ferè meliùs nouerat

rat res Imperij. Is Sleidani Commentarios volebat sibi à quodam mihi notissimo, qui tum in eius aula versabatur, legi. Porrò verò inter legendũ, cùm aduerteret res ipsi notas mala fide à Sleidano narrari, sępiùs exclamabat: Ibi nebulo ille scelerate mentitur. Quin & Carolus V. integerrimus & potentissimus Imperator, cùm ipsi quoquè legerentur Commentarij Sleidani, itidèm subindè exclamabat: Nebulo ille mẽtitur, nebulo ille mẽtitur. Et sanè datum erat ab eodẽ Imperatore negociũ cuidam, vt comitiorum acta, ob Sleidani mẽdacia cõfutanda, syncerè excuderẽtur. sed nescio quo casu res illa impedita fuit, & omnia in Hispanias transferri iussa feruntur. Certè hęretico homini nunquàm tutò credi potest.

Dauidis Georgij historia.

Hoc anno obijt Basileæ Dauid Georgius, pestilentissimus hęreticus, cuius suprà mentio facta est. Fertur is Delphis apud Batauos ortus. Porrò cùm Cęsar in inferiori Germania eius dogmata psequeretur acerrimè, Basileam se cõtulit Calendis Aprilis, anno salutis 1544. cum aliquot comitibus. Ibi ciuitatis statu diligenter explorato, questus de suis calamitatibus, quas Euangelij causa perferret, à Senatu supplex petit, vt Christi Iesu & Euãgelij causa in ciuitatem cum familia satìs ampla recipiatur: Senatus liberaliter respondet, copiam illi facit cum suis Basileam commigrandi. Erat homini corpus quadratum, barba flaua, oculi glauci & micantes, sermo grauis & sedatus, totius corporis motus, status, incessus decens, & ad omnem, vt videbatur, probitatẽ compositus. Senatûs accepto responso, octauo Calendas Septembris redit Basileam cum multa familia, vxore, liberis, clientibus & seruis, reliquoq; comitatu, & in ciuitatem adscribuntur. Deindè intra vrbem domum sibi comparant, extra vrbem arcem & prędia quędam opima emunt, connubia contrahunt, & modis omnibus ità se comparant, vt viri boni & religiosi viderentur, nec quisquam de eis sinistrè suspicaretur. Huiusmodi artibus id homo versutus effecit, vt à plerisque magno in precio haberetur. Hanc autem falsam opiniõem augebat magna vis auri, & precioſę res quas secum attulerat, & ex inferiori Germania quotidiè adferebantur: præterea regalis propè splendor & apparatus, sed cum quadam modestia & tranquillitate coniunctus. Habebant in ampla illa familia singuli quique suas functiones, nec quisquam supra vires aut inuitus ad aliquid faciendum cogebatur. Porrò callidus homo non Dauidem Georgium, sed Iohãnem à Bruck se nominabat, triaque ab illis diligenter curabantur: primùm, nè Dauidis Georgij nomen proderetur: deindè, cuius in patria conditionis fuisset: postremò, nè dogma suum vlli vel Basileensi vel Heluetio aperirẽt. Interim in Germania inferiore & alijs semotis locis, literis, libris, nuncijs sectam suam continenter fouebat, apud Heluetios incredibili silentio tegebat. Sed qd humana possit versutia contra consilium præpotentis Dei? Ex ipsis familiaribus eius de eiꝰ doctrina quidã dubitare cœperũt. Ex ijs facilè principẽ ad se vocat, cui alioquì plurimùm confideret, nec sinè stomacho ex illo pcontatur, cur de re certissima dubitare voluerit: an non credat, se verũ esse illũ Dauidẽ à Deo missum, vt his extremis tẽporibus regnũ Israeliticũ restituat,

Admittitur Dauid Basileæ.

Domum & arcem sibi emit.

Ampla familia.

Mutuat suũ nomen.

Deficit ab illo quidam coniunctiſſimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtituat, Iacobiq́ue tabernaculum inſtauret? Sed poſt multam diſputationem iſte mãſit in ſententia, & à Dauide illo fertur abalienatus, monuiſſe etiàm permultos, vt à pernicioſiſſima ſecta quamprimùm diſcederent.

Diuinitùs in eum animaduertitur.

Ad huius admodùm coniuncti viri defectionem acceſſit, quòd è duabus, quas intra vrbem habuit, ædibus altera fulmine tacta eſt: altera, quam in paſcuis magnificè extruxerat, cum precioſa ſupellectile conflagrauit: nec diù pòſt domûs, in qua ipſe habitabat, tabulatum repentè concidit. Omnium verò moleſtiſſimè tuliſſe fertur aduentum cuiuſdam viri grauis ex Germania inferiori, qui Baſileæ Dauidem ipſum totamq́ue eius familiam deſcripſiſſet. Eo percepto nuncio, primùm eius coniunx morbo correpta moritur, & mox ipſe quoquè excedit è corpore, qui ſe CHRISTO Domino prætulerat, & immortalem finxerat. Fuit hoc anno CHRISTI 1556. 8. Calendas Septembris. Sepultus eſt honorificè in æde Diui Leonhardi. Eius mors non mediocriter perturbauit diſcipulorum animos, qui eum nunquàm moriturum putârant: niſi quòd homo veteratorius falſa perſuaſione eorum ſuſtentabat ſpem, quòd pollicitus eſſet ſe intra triennium reuicturum, & præſtiturum ea, quæ ipſis ampliter promiſiſſet. Poſt obitum eius paulatìm cœpit latens fraus aperiri, ità vt plerique iam ſentirent eum, qui ſe Iohãnem à Bruck/atq; etiàm ab arce, quam Baſileę emerat, Iohannem à Beuningen falsò appellârat, Dauidem Georgium eſſe, ſectæ peſtilentiſſimæ authorem, qui ſe regem & Chriſtum ſceleratiſſimè aſſeruiſſet. Hæc fama permouit Senatum Baſileenſem, vt rem diligentiùs inueſtigandam ſuſciperet. Itaque 4. Idus Maij anno 1559. (libet enim hîc totam hiſtoriam vnum in locum congerere, nè poſteà ſit neceſsè per partes abſoluere) Dauidis Georgij iam mortui, filij & quotquot in eius erãt familia mares, quidam extra familiam clientes & amici, in curiam accerſuntur. Vbì eò venerunt omnes, Tribunus plebis, nonnulla præfatus de illorum ſimulatione & diſſimulatione, poſteà interrogat, num Iohannes à Bruck, ſit proprium hominis defuncti nomẽ, an vnquàm ſiue priuatìm, ſiue publicè docuerit, & quæ eius doctrina fuerit. Ibì à nonnullis reſponſum eſt, nullam ipſos propriam habere ſectam: à nonnullis verò, non aliam ſe tenere religionem, quàm quæ Baſileæ doceretur. Nec ſe aliud nôſſe viri nomen, quàm Iohannis à Bruck, quod à patria haberet: priuatìm quidem illum non tam docendi, quàm adhortandi cauſa quædam inter ſuos dixiſſe, nihil à Baſileenſium concionatorũ dictis diſcrepantia. Erant homines vndecim: cumque hac ratione nihil eſſet compertum, iubentur ſecedere, & ſinguli reuocantur, & ſeparatìm interrogantur. At nec ſic quicquam repertum eſt. Itaque iubentur omnes iſti in carceres abduci, & haberi in vinculis. Mittuntur interìm à Senatu, qui in illorum ædibus ſcripta omnia conquirant, ſi quid fortè indè cognoſci queat. Facta conquiſitione, permulti libri & literæ repertæ, cum ipſius Dauidis ad viuum picta imagine abſportantur, danturque Theologis & Iuriſperitis quibuſdam examinandæ, num quid in ijs ſit diuerſum à religione recepta. Faciunt illi diligenter quod iuſſi erant, & Dauidica ad ſenatum referunt. Senatus

Moritur impius.

Fit inquiſitio in defunctum.

Perquiruntur ſcripta illius.

natus porrò mittit ad eos, qui in vinculis erant, Septemuiros rerum capitalium, qui ſeuera primùm interrogatione nihil ab illis impetrant. At tamen cùm quidam nonnihìl titubare viderentur, accuratiùs inquiritur: & ibì tum quidam fatentur, qui ſe Ioannem à Bruck dixiſſet, eum eſſe Dauidem Georgium, cuius nomine in Germania inferiore tot eſſent turbæ excitatæ. Porrò cùm eis nonnulla doctrinę eius decreta proponerentur, fatebantur ſe illam doctrinam nunquàm ex eo audiuiſſe, nec in libris eius inueniſſe, ſed ſe prorsùs eam deteſtari. Quòd ſi tamen in aliquo errârint, vel etiamnùm errẽt, cupere inſtitui rectiùs. Hęc vbì ad Senatum Septemuiri retulerunt, miſſi ſunt certi concionatores & theologi, tam ad eos qui in carcere erant, quàm ad eiuſdem familiæ fœminas omnes. Vbì ad eos ventum eſt, vno ore tam viri quàm fœminę reſpondent, ſe deteſtari ea quæ ipſis tanquàm Dauidis Georgij inuenta eſſent propoſita, & eam cõplecti fidem, quæ Baſileę tradatur. Deindè Senatus Dauidicę doctrinæ capita quædam Academię & concionatoribus cenſenda proponit. Omnes igitur à Rectore Academię cõuocantur, veniunt ad Concionatores, cunctiq́; ea capita damnãt. Poſteà Senatus iubet homines è carceribus educi, & ſub certis aliquot conditionibus dimitti. In ijs conditionibus etiàm illa fuit, vt Dauidicos libros omnes, ſiue typis excuſos, ſiue manuſcriptos, q vllo modo Dauidicum fermentum redoleãt, quos apud ſe habeant, mox in curiam apportent, nec vllum Batauica lingua ſcriptum librum apud ſe retineant. Hac quidem ratione poſſent facilè extingui hæreſes omnes, ſi ſic cum omnium damnatorum dogmatum ſcriptis ageretur. Sed hanc legem in ſuis ſcriptis non facilè tulerint dogmatiſtæ Zuingliani & eorum ſimiles.

Prodit nomen impij.

Biduo pòſt Iudices rerum capitalium de Dauidis Georgij cadauere, libris, & reliquis ad eum pertinentibus, in arcam productis, extremum iudicium inſtituunt. Inter alia obijciunt, quòd ob eius pernicioſam ſectam multi vtriuſq; ſexûs, atq; etiàm propria mater eius, in inferiori Germania vita mulctari fuerint, atque ea cauſa ipſe indè aufugerit, licèt aliud Baſileæ prętexeret. Deindè pronunciant, eius ſcripta omnia flammis exurenda, eius cadauer ſiue oſſa, & quicquid reliquum in eius ſepulcro fuerit, effodiẽdum, extra portam in ſupplicij locum, vnà cum libris & imagine eius ad viuum ficta, à carnifice trahendum, illicq́; ſimul omnia in cineres redigenda, ſicut cum ipſo Dauide fieret, ſi ſupereſſet. Porrò bona eius omnia in ærarium publicum inferenda. Poſtremò, ſi quis contra hoc iudicium quicquam dixerit, fecerit, eadem pœna plectendum. Sic illius inſani hominis memoria prorsùs abolita eſt. Cùm carnifex cadauer eius cõburere voluit, priùs illud ità erexit, vt ab omnibus, qui hominem nouiſſent viuum, facilè agnoſceretur. Nam ſatìs adhuc integrum erat, pręſertim flaua barba. Erat autem hoc modo ornatus: In capite villoſum è ſerico pileum purpura ſuffultum habebat, & è roſmarino corollam: caput puluini non ignobiles fulciebant: ipſe vndulata toga, quod camelotũ vocant, veſtitus, ac ſindone munda inuolutus: Sic enim hæredes eum ſepeliendum curauerant.

Iudicium in defunctum.

Cadauer vt ſepultum fuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exuritur cadauer & scripta eius.

uerant. Combustus est autem cum scriptis suis coram maxima hominum frequentia. Fuit ille Dauid magno vir ingenio, (licèt patre, vt aiũt, ludione natus, & ipse in prima ętate pingendi vitri artem sit secutus) sed malo prauoq;, quod ex plurimis eius libris, Hollandica lingua cõpositis, potest animaduerti. Linguæ Latinæ & omnium aliarum, nisi patrię, rudis fuit. Eius autem doctrina multos continet execrabiles errores, è quibus paucos huc adscribam: Ausus est scribere, omnem doctrinam Moseos, prophetarum, ipsius Christi, & Apostolorum ac discipulorum esse imperfectam, & inutilem ad absolutam consequendam felicitatem, atq; in eum tantùm vsum traditam, vt homines quasi pueros ad hoc vsq; tempus coêrceret: suá verò doctrinam esse perfectam, & quæ hominem beare queat. Asseruit se verum esse Messiam, patris charissimum filium, non ex carne, sed spiritu sancto natum: se restauraturum domum Israëlis, verosque Leui filios, & verũ Dei tabernaculum, idque non cruce, vel morte, aut rebus aduersis, vt alter Christus, sed clementia, & spiritũs Christi, qui ipsi à patre sit datus, amore & gratia. Se dixit habere potestatem soluendi peccata, & remittendi & retinendi, seque in extremo die totum mundum iudicaturum: se maiorem esse Iesu Christo, quòd hic ex muliere in carnem natus sit, se verò è Spiritu sancto cælestem Christum natum & vnctum. Multa alia absurda nimis & impia scripsit homo perditus, & tamen hæc omnia conatus est adstruere sententijs scripturæ diuinæ. Ità nullus ferè est tam scelestus & abominandus hæreticus, qui non iactitet Dei verbum. Cur igitur tandèm non cauent sibi homines ab istis noui Euangelij in tot sectas distracti prœconibus, sub prætextu puræ doctrinæ & verbi Dei & synceri Euangelij horrẽdos in orbem errores inuehentibus, & innumeros in tartara abducentibus? Obitèr autem obseruanda est seueritas iudicij, quo cadauer hominis impij & eius imago flammis addicta sunt, idemque supplicium intentatũ ijs, qui quippiam contra hoc iudicium dixissent, fecissent. Nos quidem, qui Catholici Deo fauente sumus, satis nouimus iurè animaduerti grauiter in hæreticos. At tamen cùm Pontifex & Catholici magistratus id faciunt, quàm bellè audiant apud sectarios, scripta eorũ probant. Scilicèt cùm Zuingliani vel Luterani, aut alij id genus homines puniunt hæreticos, in virtute & laude ponendum est: cùm Catholici, in vitio & vituperatione. In Anglia, vt mox dicam, cremata sunt cadauera Buceri & Fagij. Id indignissimè ferunt Foxus & eius complices. Sed rectiùs illi stomacharentur in Geneuenses suos, apud quos traditur ante annos non admodùm multos cadauer cuiusdam, qui ritu Catholico sacramenta sibi ministrari petierat, in crucem actum. Omnia licent prœconibus euangelicis, Pontifici & catholicis nihil licet. Vna eademque res cùm fit à Lutero, Zuinglio, Caluino, vel eorum similibus, purum putum euangelion est & eximia virtus: cùm fit à Pontifice aut catholicis, facinus est Antichristianum, impium, execrabile.

Impia eius dogmata.

Cadauer in crucẽ actũ Genevæ.

Mors Alberti Brandeburgici.

ANno 1557. octauo die Ianuarij mortuus est Albertus Brandeburgicus, q intra paucos annos mirabiliter afflixit Germaniã: Primò cum

cum Mauritio persecutus est Cæsarem, indè Noribergenses, quos maximis affecit damnis, & Episcopos Herbipolensem atque Bambergensem. Posteà à Gallo rursùs defecit ad Cæsarẽ, cæsis multis Gallis & capto egregio Gallorum duce Aumalio. Deindè cum Mauritio acerrimè conflixit, in quo multa Germanorum millia periêrunt vna die, & Mauritius ipse cum duobus Henrici Brunsuicensis principis filijs, multiq; comites. Nisi Deus maturè eum abstuliſſet, putatur maiora fuisse moliturus. Per id genus homines solet Deus interdùm castigare peccata mortalium, quemadmodùm veteres narrant historiæ, Attilam Hunorum crudelissimum tyrannum se appellâsse flagellum Dei, quo scilicet hominum scelera corriperentur. Obijt Albertus anno ætatis suæ 35.

Moritur etiàm Bona Sforcia, huius, qui nunc apud Polonos rerum potitur, Sigismundi regis mater, cùm antè esse Bariũ in Apuliã, relicto Polonię regno, in quod sensim teterrimę hęreses irrepere cœperũt, cõtulisset.

Die 21. Februarij in Anglia combusta sunt cadauera Martini Buceri & Pauli Fagij, & templum, vbi condita fuerant, more Christiano expiatum, & denuò consecratum est. Et quidni Catholici sic tractent damnatorum dogmatum assertores, quãdò idem, vt suprà dictum est, Dauidi Georgio fecêre Basileenses? Nihil debet Christianis commercij esse cum damnatis hæreticis, ne in sepultura quidem. Olim D. Iohannes Apostolus, (quemadmodùm Irenæus martyr ex Polycarpo eiusdem Apostoli discipulo se accepisse testatur lib. 3. cap. 3. contra hæreses) cùm balneo cum vti oporteret, atque in eo Cerinthum hæreticum cerneret, quanta potuit celeritate indè se proripuit non lotus: Fugiamus, inquiens, nè balneum concidat, in quo veritatis inimicus Cerinthus lauat. Videat, qui volet, Historiam Nicephori Ecclesiasticam lib. 3. cap. 14.

Cadauera Buceri & Fagij exuruntur.

Eodem ferè tempore, cùm fames & inedia Germaniã inferiorem premeret, Rex Philippus, paternæ pietatis æmulator, aliundè curauit frumẽta apportari in vsum multorum, & idemipse supra tria millia pauperũ suis sumptibus in ea fame aluisse dicitur.

Liberalitas Philippi regis.

Hoc tempore recruduit bellum inter Galliæ & Hispaniæ reges. Anno superiori orta erat contentio quædam inter Pontificem & Philippum regem. Iamque dux Albanus nomine Philippi multo conscripto milite, nõ pauca in Italia loca & in ijs ostia Tiberina occupauerat. Ea res mouit tam Romanis trepidationem attulit. Erant tum inducię inter Galliæ & Hispanię reges. At Gallus opem laturus Pontifici, duo millia peditum Romam misit, qui iuncti Põtificis copijs, ad magnam annonę inopiam Philippi exercitum adegerunt. Porrò hoc anno 57. Gallus inuasurus Neapolim, & Mediolanum tentaturus, Guisium in Italiam misit cum 12. millibus peditum & 2. millibus equitum, qui in itinere nonnihil lacessiti à Valentię vrbis incolis, eam hostiliter expugnârunt, præsidiumque firmissimum imposuerunt. Ea vrbs fœderata erat regi Philippo. Eodem verò tempore alius Galli exercitus Artesiam vexabat, adeò vt circa Epiphaniã alicuissimo anni tẽpore Duacum frustrà tentârint, Lensam autem vrbem vi ceperint,

Galli in Italiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multa præda absportata,& oppido inflammato. Ità quinquennales induciæ,vix integro seruatæ anno,resciſſæ ſunt,& ſequiſſimum deintegrò bellum exarſit. Verùm interìm dum Galli exercitus hæret in Italia, Philippus victor. Hiſpaniarum rex inſigni potitur victoria apud D. Quintinum Gallię oppidum. Miſerat Philippus Philibertum Sabaudiæ principem cum inſtructo exercitu,qui in hoſtium terras irruens,tandèm deimprouisò ad oppidum D. Quintini deflectit,caſtraque illic figit,vrbemq; obſidet. Gallię rex eò mittit Annam Mommorantium Coneſtablium cum triginta duobus ſignis peditum Germanorum,duce Reingrauio,& vigintiduobus ſignis peditum Gallorum,& quinq;,vel(vt alijs placet) quatuor millibus equitum,cum quatuordecim maioribus tormẽtis. Eos Mommorantius iubet hoſtem leuibus prælijs diſtinere,ipſe interìm in oppidum conatur alimẽta inuehere. Verùm Philibertus princeps,quem Philippus rex ſuis copijs præfecerat,ad eos contendit. Erant in eius exercitu,præter alios,equitum Germanorum circiter decem millia,quorum ſinguli præter haſtas & gladios,quatuor aut quinque vel plures etiàm ſclopetos, rotulæ circumactu ignem concipientes,geſtabant. Hi vnà cum alijs in Gallos irruunt. Galli, equitatûs tanti impetum non ferentes,in fugam vertuntur: pedites, turbatis ordinibus,à Philippicis cæduntur,plurimi capiũtur,reliqui abiectis armis ſeſe dedunt. Captiuorum ingens fuit numerus,& in ijs multorum principum & nobilium. Coneſtablius ipſe captus eſt vnà cum filio ſuo. Captiui omnes ad Philippum regem,qui nondùm in caſtra venerat, perducti ſunt. Signa militaria Gallorum ferè omnia atq; tormenta bellica capta ſunt,& ingentia ſpolia reportata. De exercitu Philippi vix quinquaginta eo in certamine perijſſe putantur. Incidit hęc memorabilis victoria in decimum Auguſti menſis diem. Aliquot pòſt diebus Philippus rex venit in caſtra, & quòd ſe dédere nollent Galli, qui in S. Quintini oppido erant, vrbs ipſa validè oppugnata,& die xxvj. Auguſti vi expugnata & direpta eſt. In ipſa vrbe captus eſt Amiralius Francię,cum multis alijs nobilibus. Non eſt hîc prętermittẽda inſignis pietas regis Philippi. Ante ipſam vrbis expugnationem pręconis voce edixit, nè Sacramenta & ſacra milites prophanent,nè quid in reliquias ſancti martyris Quintini, quę illic reuerenter aſſeruabantur, committãt,nè ſacerdotes iniuria afficiant, vt parcant ſenibus,cœnobitas & virgines Deo ſacratas nè lædant. Ex ipſa deindè vrbe imbellem turbam curribus per media caſtra in Gallias duci iubet, Germanos milites eo bello victos in gratiam recipit,adhibitisque contra vim cuſtodibus,in patriã reduci curat,ſingulis aureis in ſingulos pro viatico diſtributis. Porrò victoria parta ingentes Deo gratias egit. Capto ſancti Quintini oppido, arces aliquot proximæ, Han & Caſtelletũ, victori Philippo regi cedunt. Erat tum Franciæ rex in non mediocri trepidatione, coactusque eſt ſuos ex Italia reuocare, & nouum repentè conſcribere militem.

Vt autem eſt hęreticorum in omnem occaſionem mirabiliter intenta verſutia,dum ſic bella feruent in Gallia, & rex alijs negocijs diſtenditur, ipſi

ipſi ſua agunt clàm conuenticula, & ſpargunt in illo Chriſtianiſſimo regno peſtilentiſſima Caluinianæ impietatis dogmata. Die 5. Septembris ſummo manè in cuiuſdam priuati hominis ædibus,qui tũc procùl aberat, Lutetiæ deprehenduntur permulti viri & fœminę, qui illuc ad concionem nouorum dogmatum conueniſſe dicebantur,& ferè omnes in vincula conijciuntur,demptis illis,qui nocturnis freti tenebris, fuga dilapſi erant.

Initio huius anni Iohannes à Lasko Polonus Sacramentarius, ſcripto edito conatus eſt teſtatum facere,Zuinglianum dogma non diſcrepare ab Auguſtana Confeſſione. Philippus Melanchthon eam Confeſſionem ſubindè mutauit:& tandèm etiàm Zuinglianis feneſtram, qua in eam irreperent,aperuit,cùm alioquì etiàm teſtatus eſſet, de cœna Domini magis ſibi placere Zuinglij,quàm Luteri,doctrinam: immò etiàm cõqueſtus eſt quandoquè de Luteri tyrannide,quam diù paſſus eſſet. At prima Confeſſionis Auguſtanæ editio, quam Cęſari Auguſtæ Proteſtantes exhibuêre anno 1530, nulla ratione admittit dogma Sacramentarium.

Porrò ex Anglia profugi Zuingliani,qui Embdæ nidulũ obtinuerant, libellum edunt ſancti Chriſti martyris & reuerendi patris Thomæ Cranmeri Archiepiſcopi Cantuarienſis,quem regina Angliæ Maria ob impiã hęreſim vita mulctârat. Sic enim viſum eſt illis profugis ornare hominem impium,non Chriſti,ſed ſatanæ martyrem,pſeudoepiſcopum, non Archiepiſcopum. Et quid non audent iſti? Inuenti ſunt olìm hęretici, qui & Cain & Iudam venerarentur, quin & Core, Dathan & Abiron & Sodomitas colerent. Tanta eſt hæreticorum inſania. Cranmerus hic à Reginaldo Pe diligenter admonitus fuit,vt ad ſanitatem rediret: cumq; eius reſipiſcentiæ ſpes non modica initiò apparéret, Polus à regina Maria veniam impetrauit homini,licèt ea non religionis duntaxàt, ſed etiàm ſua cauſa meritò illi eſſet infenſa. Verùm poſteà animaduerſa eius ſimulatione,ad quam fictus eſſe videbatur,& qua omnibus in rebus tota vita,vt gravis quidã vir ſcribit,vſus ſemper fuerat,flammis abſumptus eſt. Et is quidem ex Catholico primùm Luteranus, mox ex Luterano factus fuerat Zuinglianus,homo incõſtantiſſimus, quem oblata quælibet vitę ſpes facilimè immutaret.

Atquì Ioachimus Vueſtphalus Luteranus Epiſtolàm edit contra Caluini conuicia: breuẽ quoquè reſponſionem ad ſcriptũ Iohannis à Lasko, in qua oſtendit Iohannem à Lasko cum ſuis,à Confeſſione Auguſtana in cœna Domini diſſentire,etiamſi aliud callidè ſimulet. Idem Vueſtphalus Confeſſiones Eccleſiarum Saxonicarum collegit,& in libellum redactas edi curauit contra Caluinum. Et quanuis Eccleſiæ Saxonicæ ſtrenuè defendunt,& mordicùs retinent ſanctiſſimi patris ſui Luteri doctrinã,tamẽ libellus,quo earum confeſſiones continebantur, diuerſis compręhenſæ Epiſtolis,à Zuinglianis,ô rem indignã,per iocum dictus eſt Epiſtolę obſcurorum virorum. Itáne etiàm Luterani iam obſcuri vocantur,& quidè à ſymmyſtis Zuinglianis,cùm apud eos orta ſit mundo noui Euãgelij lux?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm.118. Iustus es Domine,& rectum iudicium tuum. Qui Ecclesiam tuam, quæ non nisi vna est, & sola rectè Catholica dicitur,sibi irridẽdam & lacerandam sumpserunt,iurè se inuicèm irridẽt & lacerant, & omnibus cordatis hominibus irridendos propinant.

Caluini scriptum contra Vuestphalum. Mense Augusto Caluinus librum euulgat hoc titulo: *Vltima admonitio ad Ioachimum Vuestphalum, cui nisi obtemperet, eo loco posthàc habendus erit, quo pertinaces hæreticos haberi iubet Paulus.* Refutat etiàm hoc scripto,vt titulus habet,superbas Magdeburgensium & aliorum censuras,quibus cęlum & terram obruere conati sunt. Sic isti Euangelici fratres omnibus ostendũt,quid ex mutuis aliorum de alijs iudicijs sentire de ipsis debeant: atq; vtinàm puderet nos cęcitatis nostrę,quòd nolumus vel serò animaduertere,quàm miserè nobis imponãt sub purę doctrinę prętextu infausti tenebriões isti.Romanus põtifex cùm istos hęreseos damnat, cẽsuram eius cõtemnimus,& tamen illi ipsi inuicèm se condemnãt & hęreticos vocant, idq; tãtum pondus habet, vt hoc nomine & Luterani Zuinglianos, & Zuingliani Luteranos ferre nequeant.

Zuinglianus contra Luteranos. Mense Septembri Martinus Micronius sacramentarius Apologeticum scriptũ euulgat, quo partim Vuestphalum, partim Suerinẽses ministros Luteranos confutat, & suos symmystas tuetur. At rursùs Paulus Eizenus, Ecclesię Hambugensis superintendens,scribit defensionem veræ doctrinę de Cœna,nempe Luteranę.Eo consilio se scripsisse dicit,vt cõtradicentibus veritati Dei, & multas simplices animas suis imposturis in perditionem seducẽtibus resistat:manifestè Zuinglianos indicans. Nam & eadem ferè habet, quę Vuestphalus & Timannus iam antè contra eos attulerant.Et quidem impostores & seductores eos vocat. Porrò quidam Adamus Christianus(appáret nomẽ esse fictitium)libellum edit,quo farciendę inter Euangelicos concordię viam ostendere molitur: sed oleum & operam perdit. Inter superbos enim semper sunt iurgia. Nolunt isti à Christo discere,mites esse & humiles corde. Putabat forsan Caluinus,se sua postrema terribili admonitione Vuestphalũ prostrauisse penitùs:sed eccè tibi nouum Vuestphalus librum cudit hac inscriptione:*Iusta defensio aduersùs insignia mendacia Ioannis à Lasko &c.* Librum dedicat Francofordiensi Senatui,hortaturq; vehementer, nè Zuinglianos foueãt: nec dubitat inexpiabili(si in Caluini foro disceptet)blasphemia eos Zuinglianos, q supremo supplicio affecti sunt,martyres diaboli dicere. Vsq;adeò nihil cõmouit Caluinus sua admonitione Vuestphalum.

Prou.13. Matth.11. Vuestphalus contra Laskum.

Colloquium Vuormatiense. Hoc anno colloquium indictum est Vuormatię inter Catholicos & Luteranos. Accidit ibi quiddam longè fœdissimum,quod operęprecium sit ad posteritatis notitiam transmittere.Erãt Euangelicarũ partium duodecim theologi. Ab his Catholici theologi petiêrunt, quandoquidem multijuges Sectæ sub Augustana Confessione se compræhendi volunt, quæ tamen etiàm in maximis rebus inter se dissideant, vt tamẽ declarare velint,quas ipsi sectas Augustanę Confessioni vel cõsentaneas,vel dissentaneas statuant. Nam decretũ erat,inter eos solos colloquiũ habendum, qui

essent vel religionis veteris,vel Augustanæ Confessionis: exclusis reliquis sectis omnibus.Ibi in diem vsq; decimumsextum certatum est inter Euangelicos theologos, nec tamen res componi potuit, quòd alij ex ijs Sectas quasdam,tanquàm à Confessione Augustana discrepantes, excluderent & damnarent,alij retinendas,eisque parcendum censerent. Ea contentio & altercatio eousq; progressa est, vt ex duodecim quinq; reiecti sint,nec eos deinceps Collegarum & symmystarum loco habere voluerint reliqui septem.Itaque quinque illi à suis socijs excommunicati, relicto Colloquio,domum abiêrunt. Erat expectatio magna alicuius inter Catholicos & Euangelicos conciliandæ concordiæ: sed ea vsqueadeò iniri non potuit,vt ipsi Euãgelici in duas propemodùm æquales partes turpissimè dissecti, Catholicis non immeritò dubitationem attulerint, vtra pars Confessionem Augustanam sequatur. Nec leuibus de rebus isti Euãgelici theologi inter se rixabantur,sed de præcipuis capitibus:putà, De libero arbitrio,De Iustificatione, De Operibus, De Sacramentis, præsertim de Eucharistia.Et certè quinque illi excluſi theologi literas sigillis suis munitas nostris theologis tradidêre, quibus testantur, omniuarias hactenùs sectas & corruptelas irrepsisse, & earum authores Confessiõi Augustanę se immiscuisse,& sub Augustanæ Confessionis prętextu, tanquàm eiusmodi hæreses illi consentaneæ sint,eas defendere voluisse, &c. Quandò verò ipsi quinque eas à Confessione Augustana excludere & specificè cõdemnare voluerint,à suis reliquis septem Collegis & socijs ex eorum consortio extrusos esse &c. Itaque istis ità inter se distractis, & quòd à septem reliquis,qui Vuormatiæ remanserant,nũquàm impetrari potuit, vt multiplices [illegible] à Confessione Augustana specificè separarent atq; damnarent,ne[illegible]rà cum Euangelicis Colloquij labor omnis insumeretur,necessariò h[illegible]vice Colloquium intermitti & suspendi oportuit.Prodierũt postea s[illegible]ra acerbissima,præsertim Nicolai Amsdorffij & Nicolai Galli, quibu[illegible]irabiliter lacerant illos septem,qui alios quinque reiecerunt. Interalia ne habet Amsdorffius in libello,cui titulum fecit,Publica Confessio puræ doctrinæ Euangelij,& confutatio pręsentium Suermerorũ: Brentius,inquit,& Adiaphoristę(Philippum Melanchthonem & socios intellige)iam in Colloquio Vuormatiensi Zuinglium & Osiandrum, ob linguarum & artium insignem peritiam,condemnare noluerũt: nostros autem,qui in colloquium illud consentire recusârunt,nisi illi damnarentur,sannis & contumelijs laceratos,è Colloquio excluserũt & abire compulerunt. Nos Zuinglianam & Osiandrinam hęreses tranquilla conscięntia amplecti non possumus.Et quanuis Theologi,q in Vuormatiensi colloquio post nostrum discessum permansêre,publicè editis scriptis testati sint,se ab Augustana Confessiõe nolle discedere, re tamen ipsa diuersum planè faciunt.Cùm enim Zuinglianos & Osiandrinos execrari nolint,nõ possunt Augustanę Confessioni adhęrere,&c.Posteà nominatìm sex damnat Sectas ac diris deuouet,quę tamen ferè oẽs ad Augustanã Confessionẽ se referunt. Nicolaus Gallus pręco Ratisbonensis,in suis Thesibus &

Mira inter Euangelicos concertatio

Reijciuntur quinq; Luterani.

Nota literas quinque exclusorum.

Lutherani in Lutheranos debacchanĩ

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nō leuibus de rebus cō flictantur Euangelici.

Hypotypoſibus inter cætera diſertis verbis ità ſcribit: Non ſunt leues inter nos (Euangelicos) concertationes, nec de rebus leuibus, ſed de ſublimibus doctrinæ Chriſtianæ articulis, de Lege & Euangelio, de Iuſtificatione & bonis operibus, de Sacramentis & vſu Cęremoniarum: nec vlla ratione componi & tranſigi poſſunt &c. Sic nimirùm iſti ſcribūt, & verum eos hac in parte ſcribere, cùm alia multa, tum præſentis anni Colloquiū declarat. Quarè verò permittit DEVS iſtorum pudendos errores & priuatas atque ab animi cæca arrogantia profectas opiniones, in eiuſmodi fœda abire diſſidia, & implacabiles animorum diſſenſiōes ac acerbitates, niſi vt vel manibus ac pedibus tandèm palpare poſſimus, ab iſtis hominibus non verbi DEI veritatem, quæ ſemper vna eſt & vbiquè ſuî ſimilis, ſed ſub prætextu verbi DEI, mendacium (quod varium ſemper eſt & inconſtans ac multiplex, & ſubindè in alias atq; alias formas transformatur) miſeris mortalibus obtrudi, & tam multos horrendos errores in orbem noſtrum inuehi? Qui iſthuc non videt, planè cæcus eſt & excors: & cui non dolet tot animarum, quæ his erroribus implicantur, ſempiterna apud inferos damnatio, is dignus non eſt qui Chriſtianus vocetur.

ANno 1558. Henricus Gallorum rex, paulò antè non mediocriter afflictus amiſſiōe exercitûs ſui ad S. Quintini vrbem, ſuos ex Italia reuocatos cum alijs recèns cōſcriptis, duce Franciſco Guiſio, mittit contra Philippum. Guiſius primò ità ſe comparat, tanquàm ſit S. Quintini oppidum oppugnaturus. Erat anni tempus longè alieniſſimum: atque eccè per exploratores certiōr factus, Caletum nō ſatis firmo Anglorum præſidio teneri, derepentè conuerſo itinere, eò cum exercitu contendit, vrbemque omnium opinione inexpugnabilem, ſexto mo obſidionis die, hoc eſt, 9. Ianuarij, aut circiter, in regis Gallorum poteſtatem redigit, cùm iam annis ducentis Angli eam obtinuiſſent. Fuit hoc facinus audax & propè incredibile, præſertim tam iniquo anni tempore. Mox etiàm Guiennam vi expugnat, caſtellum munitiſſimum, direptumque incendit. Hoc quoquè oppidum Angli ſupra ducentos annos Gallis ereptum poſſederant. Ijs inopinatis victorijs Galli, iam propè conſternati, animos recuperant. Horrendum in modum tormētis diuerberatum fuit Caletum: nec præſidium militū arci & vrbi impoſitum, eam quam oportuit, præſtitit in defendendo conſtantiam, multumque, amiſſo loco illo munitiſſimo, Angliæ rebus deceſſit. Vrbs ipſa deditione ſub certis conditiōibus venit in Gallorum manus. Eduardus tertius eius nominis Anglorum rex, anno Chriſti 1346. Caletū vndecim menſes obſeſſum, è Philippi ſexti Franciæ regis manibus extorſerat: ſolebantque dicere Britanniæ reges, donèc Caletum haberent, claues Galliæ ſe in cingulo circunferre.

Caletū expugnant Galli.

Itē Guiēnā.

Menſis Februarij die 24. quo die in hanc lucem editus fuit, & anno 1530. Bononię à Clemente VII. incredibili ſplendore Imperij inſignia acceperat, miſſa inſigni legatione ad Principes Electores, qui Francofurti conue-

Carolus V Imperio ſe abdicat.

nenerāt, Carolus Cęſar Imperium in fratrem ſuum regem Ferdinandum transfert, & vt Septemuiri id gratum & ratum habere velint, orat. Indè 13. Martij die principes electores Ferdinādo maximi Imperij dignitatem deferunt, & tandèm Imperator ipſe & Principes omnes domum repetūt. Vt in multis alijs, ſic in hoc quoquè facto Caroli V. Cęſaris. longè optimi ſumma apparuit modeſtia & humilitas, qui ſua ſponte ſe Imperio abdicârit, cùm interìm non deeſſent, qui illi ambitionem & regnādi libidinem improperarent. Vtinàm digni eſſemus multos tales habere Imperatores. Deincèps priuatus in multa pace vixit aliquot menſes optimus Princeps, quod etſi miſerum & inglorium videtur pleriſque huic mundo deditis, vt iam antè dixi, tamen ſpontè renunciâſſe tanto Imperio & omnibus quę ſunt huius mundi, in primis glorioſum & multa laude ac prędicatione digniſſimum eſt. Non enim debemus nos, qui Chriſtiana religiōe initiati ſumus, id genus in rebus hominum ethnicorum, aut etiàm huic mundo nimis deditorum opinione duci, ſed oculos habere defixos in Chriſtum verū Deum ac Dominum noſtrū, qui cùm in forma Dei eſſet, nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualē Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Phil. 2.

Huius anni initio Vueſtphalus, minimè Caluino ceſſurus, aliquot ſcriptis Apologeticis fœdiſſimas, vt ipſe ait, Sacramentariorū calumnias diluit, & Lutheri de Euchariſtia doctrinam tuetur. Edidit etiàm Confutationem aliquot enormium mendaciorum Iohannis Caluini, ſequuturæ Apologiæ aduersùs eius furores premiſſæ, &c. Hic eſt enim eius confutationis titulus. Mox ſecuta eſt Apologia illa ad vltimam Caluini admonitionem. Ioachimus quoquè Magdeburgicus librum euulgauit, de vetere & nouo Chriſto: aitq; veterem Chriſtum prędicari à Luteranis, nouum, à Berengario excogitatum, annunciari à Sacramētarijs. Non poſſunt dicere Euangelici hęc eſſe Papiſtica commēta, ſed ſunt purum putum verbum Dei, vt quidem ab vtraque parte iſti miſeri iactare ſolent. Cur igitur tandèm alij alijs nō cedunt, & hactenùs ſe errâſſe confitentur? Sed hoc nō ſinit ſpiritus ille, quo reguntur. Vueſtphalus in Caluiniſtas, &c. Nota.

Menſis Aprilis die 16. Melchior Zobel, ex antiqua & nobili familia, omnibus charus Princeps & Epiſcopus Herbipolēſis, nefando latrocinio in ipſa vrbe Herbipolenſi & Mœni ponte crudeliter interficitur. Epiſcopus Herbipolē. interfectus.

Rex Gallię duce Guiſio Theonuillam oppidulum munitiſſimum, multis ſuis deſideratis, expugnat, ſed Lucemburgum fruſtrà oppugnat. In Theonuillæ expugnatione glande ictus P. Strozza interijt. Eius morte & rex ipſe, & exercitus omnis Gallorum, & vniuerſa Francia non mediocriter indoluit. nam multis in rebus ſtrenuam Gallię operā nauauerat. Alius verò Gallorū exercitus ad Grauelingam à Philippicis partìm deletus, partìm captus eſt. Multa peditum & equitū vexilla Gallis ablata ſunt: omnes machinę, quas partìm ex vrbibus nupèr occupatis abſportârât, recuperatę ſunt: aliquot belli duces, Comites, nobiles, & quinq; Gallici ordinis equites capti ſunt. Paulò pòſt Dunckerca vi expugnatur, & Gallorū ad Theonuilla expugnatur Gallorum ſtrages.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad tria millia cęduntur. Aegmondanus Comes, vir ſtrenuus & bellicę rei peritiſſimus, huius prælij dux fuit.

Epiſcopus Coloniēſis obit.

Die 18. Iunij moritur Antonius Colonienſis Archiepiſcopus, è Comitum à Schauuenburg familia, habuitq; ſucceſſorē Iohannem Gebhardum è Manſfeldicis Comitibus.

Obitus Eleonoræ.

In Hiſpanijs obijt Eleonora Caroli Cæſaris ſoror, Franciæ regina. Eius exequiæ Lutetiæ Pariſiorum diebus 13. & 14. Aprilis in ſummo beatiſſ. Mariæ virginis templo celebratæ ſunt. Et 24. Aprilis Henricus Galliarum rex, Mariam Stuardam Scotiæ reginam, Franciſco Delphino filio ſuo Pariſijs dat vxorem, nuptijs regia magnificētia celebratis.

Diem ſuum obit Carolus V.

Die 21. Septembris, cùm iam aliquot dies acutiſſima febre tertiana laborâſſet, è viuis feliciter exceſſit pijſſimus & celeberrimus Princeps Carolus V. Romanorum Imperator potentiſſimus. Ante mortem in illa ſua optata ſolitudine dies ac noctes precibus ad Deum fundendis conſumebat, mundo ſe iam, immò & DEO deincèps in vita hac inutilem dicebat: itaque cupiebat liberari mortali corpuſculo, vt in æterna vita Deum perpetim laudare poſſet. Cùm eſſet in precibus ardentior, ſæpè & valdè piè pro Eccleſiæ concordia DEVM orabat, inquiens, *In manus tuas Domine tradidi Eccleſiam tuam.* Sæpè lapſus ſuos publicè ingemiſcens lamentabatur, & toto vitæ ſuæ ſpatio nullum diem ſe dicebat DEI ſeruitio dignè & vt par erat, impendiſſe. Crucifixi Seruatoris imaginem per multos dies vlnis, oculis, oreque complexus, ſeptimo à tranſlato Imperio menſe, præſente Archiepiſcopo Toletano, omnibus Sacramētis Eccleſię imbutus, maximam vim lachrymarum effundēs expirauit, anno ætatis ſuæ 59. Ante mortem poſt ſacram vnctionem, licèt iam antè corpus Domini accepiſſet, iterùm illud ſibi dari petijt, dicens, *In me manes, ego in te maneam.* Sic mortuus eſt pijſſimus & ſempiterna memoria dignus Princeps Carolus V. de quo, ob totius Eccleſiæ ædificationem, hoc loco viſum eſt breuem hiſtoriam annectere, vt pro multis & maximis eius in Eccleſiam beneficijs, hanc qualemcunque illi impendamus grati animi ſignificationem, & cognoſcat poſteritas omnis, qualem noſtra ætas, alioqui longè calamitoſiſſima ob hęreſum & nouorum dogmatum prodigioſam fertilitatem, habuerit Imperatorem.

Precatio eius.

Hiſtoria Caroli V. optimi & religioſiſſimi.

Et quidem, vt iam initiò dictum eſt, natus eſt Gandaui, idque anno ſeculari, anno Iubileo, anno gratiæ. Nimis eſſet longum, omnia ſingulatim perſequi, quæ in huius Principis tota vita viri grauiſſimi obſeruārūt. Porrò verò ſingulari quadam Numinis prouidentia hunc Principem orbi labenti datum dubitari non poteſt. In eum enim ſtatum, cùm ille ad Imperium prouectus eſt, iam res Chriſtianæ in Germania reciderant, vt niſi tanta ille & authoritate, & potentia & Numinis indubitato perpetuoque fauore præditus Imperij habenas accepiſſet, de Germania propemodùm deſperādum fuerit, præſertim in dies magis ac magis increſcentibus ſectis & erroribus, atque Turcis eam ob cauſam Germaniæ extrema minitantibus. Poſtquàm enim in Germania mutata eſt priſca & auita religio,

ligio, vires quoq; Germanię labefactatę ſunt, & multa Imperio detraxerunt Turcę, Moſcouitę, & pleriq; alij, idq; paruo negocio, ob animorum diſſenſiones, quas noua religio peperit. Statim poſt natum Carolū multa omni in re præclara hominū ingenia extitēre: multos Italia, Germania, Gallia, Hiſpania, Britannia, Sarmatia, Hungaria doctiſſimos viros protulit: poteratq; eo nomine hoc ſeculū longè feliciſſimū videri, ſi nō pleriq; ſuis ingenijs in Dei cōtumeliam abuti voluiſſent.

Cęſaris forma externa

Quòd ad corpus Caroli attinet, erat illi cutis candida, capillus flauus, oculi glauci & pęti, in quibus cum ſumma grauitate mira inerat amabilitas: genę ſucculentæ, brachia & femora carnoſa, venter ſubactus, rotundum, neruoſum & compactum tergum, graciles ſuræ, naſus aquilinus, labra rubricantia, lata, craſſa: pedes, manus, auriculę breues: digiti vtrinquè longiores, neruoſum collum, humeri lati, pectus latū & frons lata, vultus ſerenus, placidus, mitis: ſtatura media. Atque hanc corporis formā, vſque ad annum ætatis quadrageſimum, incolumem retinuit, multa omnium admiratione. Patrem habuit Philippum Auſtriacum, regem Caſtellę & Legionis: matrem Iohannam, filiam Ferdinandi & Elizabethę Catholicorum regum Caſtellæ & Aragoniæ. Philippi pater fuit Maximilianus

Genus Caroli V.

Cęſar, Maximiliani Friderici tertius, Friderici Erneſtus, Erneſti Leopoldus, Leopoldi Albertus, Alberti Albertus Romanorū rex, & huius pater Rudolphus, æquè Romanorum rex.

Ingenium.

Ingenio fuit Carolus V. humano, miti, candido, diſciplinarum capeſſendarum auido, taciturno, tractabili, pio, pietatis maximè ſtudioſo, clemente, honeſto, magnanimo, forti, recōciliabili, multùm amicitiæ appetente, vindictæ nō cupido, liberali, largo, amabili, dulci, verſatili, prudente, ſapiente, prouido, cunctabundo, non precipiti, non effreni, modeſto, moderato, æquo, iuſto, bono, veraci, triſtitię & grauitati magis quàm leuitati aut lętitiæ dedito, rarò hilari, ſemper cōſtante atq; trāquillo, vbiquè ſuî ſimili, nuſquàm & nūquàm diſſimili, aut ſuî immemore.

Educatio.

Mechliniæ à puero educatus eſt apud Margaretam Maximiliani Cęſaris filiam. Primam eius pueritiam gubernauit Pontifex Biſontinus Vergiacus Sequanus, vir grauis, & poſt hūc Guilielmus à Croia Marchio Ariſcotię. Porrò Maximilianus Cęſar, Caroli auus & tutor, cupiēs eum optimis & literis & moribus imbui, Adrianum Florētium Vltraiectinum, virum grauem & eximium theologum, ei præceptorem adhibuit. Adrianus Caroli ingenio benè perſpecto, nihil ſui officij in eo optimè inſtituendo prętermiſit. Carolus verò optimę indolis iuuenis, morigerum ſe prębuit promptiſſimè, & lectioni, ſcriptioni, alijsque literarijs exercitationibus grauiter incubuit. Guilielmus à Croia Marchio, rebus militaribus, luctationi, iaculationi quę fit arcu, equitationi, ſaltationi, armorum vſui & venationi operam dare eum permittebat. In oīnibus facilè ſuperabat commilitones ſuos, nè tamen eos contriſtaret, victorię brauium illis impertiebat. Multa ei quotidiè proponebantur veterū heroum ex ſacris & prophanis hiſtorijs fortia facta, quin & Maximiliani aui paterni & Ferdinādi

Adrianus Florentius Caroli præceptor.

Guilielmus à Croia.

aui

Universidad de Deusto
Biblioteca

aui materni bellica facinora: quibus fiebat, vt literarũ ſtudia ſenſim refrigeſcerent, præſertim dicente Adriano Florentio, virum principem magis bonos mores, quàm bonos colores complecti debere, eumque iam vltrò pietati deditum, ad ſtudia pietatis amplectenda extimulante. Interim Adrianus legationis nomine abit in Hiſpaniam, & Carolus totum ſe confert ad Rempublicam.

Adrianus it in Hiſpaniam.

Anno ætatis ſuæ 15, ſui iuris factus, Belgicis ditionibus inauguratus eſt, ſumma cum Belgarum omnium gratulatione, maximis illi exhibitis triumphis, idque non rarò. Deindè magnoperè ſtuduit regum & principum ſibi affinitates, quòd eæ plurimùm faciant ad pacem publicam, conciliare: & primò quidem totum ſe ad Frãciſci Gallorum regis amicitiam contulit, qui tum recèns regni titulum obtinuerat. Luſitano regi Eleonoram, Daniæ regi Iſabelam, Pannoniæ Mariam ſorores ſuas collocauit. Henricus Anglię rex eius materteram Catharinam, Ferdinãdi Hiſpanię regis filiam, iam antè coniugem acceperat. Anno ætatis ſuæ 17. primò in Angliam, mox in Hiſpaniam nauigat, matrem & regni proceres humaniter & piè tractat, dum regnis Hiſpanię inauguratur. Interim verò adfertur ad eum de obitu Maximiliani Cæſaris. Habebat tum ſecum quoſdam principes viros, qui eum cuperent in Imperio ſuccedere Maximiliano. At Carolus veritus, nè Franciſcum Galliæ regem, qui putaretur Imperiũ petiturus, ea re offenderet, ſuam illi mentem aperuit. Franciſcus rex reſpondit, nihilo magis ſe offenſum iri, quàm ſi duo vnam virginem expeterent: pergeret bonis auibus, Deum feliciori adfuturum. Itaque imperiũ Carolo defertur 19. die menſis Iulij: quę illi cauſa fuit maturiùs in Germaniam redeundi. Relicto igitur Adriano iam Epiſcopo Dertuſenſi, præceptore quondàm ſuo, eiq; ſumma in Hiſpanijs poteſtate tradita, in Belgium redit, & Aquiſgrani in regem Romanorum coronatur & vngitur. Eo tempore conſtans inter Carolũ & Franciſcum regem pax fuit.

Inauguratur Carolus Belgio.

Conciliat ſibi reges.

Abit in Hiſpaniam.

Eligitur in Imperatorẽ

Coronatur Aquiſgrani.

Indè ad Conuentum Vuormatienſem abit anno ætatis ſuę 21. vbi Lutherum damnauit, & graui edicto paci publicæ cõſulere voluit. Erant tum Principes quidam in ea ſententia, vt dicerent, Lutero, licèt fide publica Vuormatiam accerſito, non eſſe ſeruandam fidem. At Carolus eum iuſſit in Saxoniam reduci, dicens Fidem rerum promiſſarum, etiamſi toto mũdo exularet, tamen apud ſe conſiſtere oportere. In his Comitijs dum eſt Cæſar, bellum ei mouetur in Belgio, in Italia, in Hiſpania. Et ille quidem palàm teſtatus eſt, ſe ad bellũ & arma capeſſenda prorsùs inuitum deſcendere: porrò rem omẽm Deo cõmittere: ſibi verò id maximè dolere, quòd interim Turcis in Germaniam via ſterneretur.

Conuentus Vuormatiæ.

Bellum ſit Cæſari.

Multa per omnem viam vir mitiſſimus & clementiſſimus bellà geſſit ſemper ferè adeò propitio Numine, vt hoſtibus ſuis, ipſique adeò potentiſſimo Turcarum principi, ob perpetuam in conficiendis bellis felicitatem, terrori fuerit. Fuit autem hoc in illo admirabile, & eximiæ virtutis euidens argumẽtum, quòd neque tum, cùm rex Gallorum Franciſcus in pugna Ticinenſi captus, neque cùm Clemens Pontifex & Roma ſuperata

Virtus eximia.

rata nũciaretur, vllum dedit lætitiæ ſignum nec publicè nec priuatìm, ſed Deo ſupplicationes ſeptem dierum decreuit: porrò pro Pontifice ex ſæuiſſimi militis manibus liberando, dierum quadraginta. Nam certè Pontificem Romanum, vt verè Catholicus princeps, ex illa ſumma voluntate ſua non amauit tantùm, ſed coluit etiàm. Itaque quamprimùm militum efferos animos, qui Pontificem obſidebant, pecunia placari iuſſit. Nec diù pòſt Galliæ rex, Italicis quibuſdam illi ſe coniungentibus, Neapolim inuadit: ſed eccè tibi præpotens Deus abſentis Caroli Cæſaris curam gerens, fœda lue illas hoſtiles copias adeò attriuit, vt plurima ſanè & peditũ & equitum millia Gallus ſe amiſiſſe quereretur. Inter hos autem Chriſtiani orbis inteſtinos motus & bella ciuilia, valdè ſe pius princeps conſolabatur, quòd in nouo orbe ab ipſius prefectis ſubacto, innumeræ gentes Chriſtianam fidem in dies amplecterentur.

Obſeruãtia erga Pontificem.

Et quidem inter cæteros eius præfectos Ferdinandus Corteſius, in regno Mexicano, & Frãciſcus Pizarrus in regno Peruaco, octodecim reges & prouincias totidèm acerrimis prælijs ſubiugârunt, & Chriſtiana religione initiari curârunt, alijs etiàm eò ſuam operam accommodantibus. Eſt autem hoc notatu dignum, quòd noui orbis incolæ Temiſtitani nullis literis ſiue characteribus vtuntur: ſed res geſtas Maiorum, imaginibus quibuſdam auium ac ſtirpium annotârunt: Peruaci autem, chordarum coloribus & nodis. Aiunt cęlum & terram poſt certa ſpatia peritura, & animas immortales rectè & malè factorum pręmium & ſupplicium apud cęlites laturas. Porrò ante cęli & terrę interitum, Solem priùs & Lunam occubituros, quos interìm pro dijs coluerunt. Credunt quoquè Peruaci carnis reſurrectiõem: ſed planè barbarum eſt, quòd eam ob cauſam mariti cum vxoribus & familia magìs chara ſepeliri ſolebant, & quidem eodem momento, eodemque in loco, vt tanto citiùs ſimul reſurgerent.

In nouo orbe multi reges ſubacti.

Peruacorũ opiniones.

Tale qd de Gallis narrat & Cęſar 6. bel. gal. 9.

Tot autem hominum millia in illo nouo orbe Carolino (ſic enim vocant) Chriſti fidem complexi ſunt, quantum eſſe poſſit in hoc veteri orbe noſtro. In ſolo regno Mexicano iampridèm fuêre octoginta ſanctiſſima monaſteria, & in dies plura fiunt. Sunt ibi magni vbiquè populi, multæ & validæ vrbes, pulcherrima ædificia & palatia ex latere & cãdido quoquè marmore: incredibilis frugum, auri, argenti, æris, & aliorum metallorum copia. Vnica vrbs Mexicana centum viginti millia ędium habet: vicina autem municipia, alia ſeptem, alia quindecim, alia viginti, alia triginta, alia quadraginta, alia ſexaginta, alia ſeptuaginta domorum millia obtinent: Marchionis Ferdinandi Corteſij palatium ſolùm tanta eſt amplitudine, vt cùm ipſe, & ſenatus Caroli Cæſaris, & multi prefecti & tribuni militares illic omnes laxiſſimè habitarent, ſeptem tamen ducatorum millibus partes ędificij vacuæ quotannis elocarentur.

Multitudo hominũ in orbe nouo.

Amplitudo vrbis Mexicanæ.

Palatiũ amplitudo.

In regno Peruaco quanta fuerit regum Cuſconiorum potentia, antequàm Caroli armis domiti eſſent, vel indè facilè cõſtare poteſt, quòd duas illi vias militares è ciuitate Cuſcone in ſeptingentas Leucas direxerant, quarum vna per alpes, altera per valles ducebatur: atque in his vijs ad

Potentia regum Cuſconiorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulas septenas leucas diuersoria, quas ipsi tumbas vocabant, constituerant, in quib⁹ singulis semper nudus, exarmatus, famelicus quadraginta aut ampliùs millium hominum exercitus, subitò appellens, vestiri, armari, pasci in longum tempus posset. Et quidem Atabaliba vltimus Cusconij rex, q multos sub se habebat reges, Cęsaris Caroli subactus armis, septuaginta milliones aureorum Carolinorum (id est, septuagiès dena centena millia aureorum Carolinorum) intra diem septuagesimum se spopondérat appensurum, si libertati suæ restitueretur. Sed duorum Tribunorũ Cęsaris dissensione & auaritia factum est, vt post septiès quadraginta auri vasa appensa, morte violenta ablatus sit, non minima Caroli Cęsaris iactura. Miranda quidem sunt hæc, sed id multo mirabilius, quòd tam opulentæ gentes sanctè, piè & castè Christi religionem colunt, quod vtiquè sinè præsentissimo Numinis fauore & summo miraculo fieri non potuit: vt nos meritò gaudere debeamus, nostro æuo gentes amplissimas & opulentissimas, relictis dæmonum cultibus, ad vnius viui & veri DEI cultum traductas esse, dum interim in his Europæi orbis angustijs, in mille sectas distracti, sensim ad atheismun quendam & paganismum relabimur.

Atabaliba immensum auri põdus offert.

Idioma Mexicanorum.

Est hoc quoquè admiratione dignum, quòd plerisque Imperij Mexicani locis coloni & incolę idiomate vtuntur eiusmodi, quod valdè affine & simile sit Flandrico, præsertim Gandauensium idiomati. Nec verò sinè maximo sudore & multis periculis nouus orbis in Caroli Cęsaris ditionẽ redactus est. Sunt nanque ibi multę amplissimæ ciuitates, multi altissimi montes, rupes inaccessibiles, profundissimæ voragines, densissimæ syluę, frequentes hominum turbæ, multæ & in terra & in mari horrendę beluę: sed hæc omnia, Deo benè fauente, Caroli Cæsaris virtuti & pietati cessêre, Hispano veterano milite nullos pro Cæsare & Christi fide propagandalabores recusante.

40. vrbes Cęsar cõdit in regno Peruaco.

In solo regno Peruaco, quadraginta nouas vrbes Carolus Cęsar exædificari curauit: porrò in regno Mexicano vrbem Mexicum, (in qua, vt diximus, ter quadraginta sunt millia amplissimarum ædium) quam Corthesius ob seditionem totam iusserat cõcremari, augustissimè totam nouam ædificari voluit, vndè etiàm Palatium Caroli vocatur vrbs ipsa. In nostro quoquè orbe (vt id obitèr dicam) multas & vrbes & arces construxit Carolus Cęsar, putà Carolomontium, Philippopolim, Hesdinfertum vrbes, Cameraci, Gandaui, Vltraiecti arces validissimas in Belgio, atque alibi complures alias.

Structuræ Cęsaris in nostro orbe

Legatus Indicus noui orbis Anno Domini 1555. ter septem milliones aureorum Carolinorum coronatorum siue ducatorum (million significat deciès centena millia) Carolo Cęsari obtulit, vt priuilegium & legem quandam Carolinam abrogaret. Totidem milliones eorundem ducatorum etiàm Philippo Caroli Cæsaris filio alter legatus posteà obtulit. Ex ipso nouo orbe septem decades millionum auri feruntur in Hispanias relatæ, & totidem decades millionum auri ex margaritis, gemmis,

Opes ex nouo orbe allatæ.

vnionibus & reliquis lapidibus & rebus preciosioribus noui orbis: quæ summa si ritè supputetur, penè incredibilis euadit: sed sunt magnę opes illarum regionum. At multò maior summa pecuniæ, demptis tamen his auri summis, in milites & prefectos Cęsaris annis quadraginta in nouo orbe subigendo & muniendo consumpta est. Per hos autem auri milliones hoc loco accipi debet purum putum aurum Castellanorum ducatorum Carolinorum.

Orbis nouꝰ vbi repertꝰ.

Et quidem in Australiori veteris orbis nostri plaga, trecentis quinquaginta leucis vltra caput Bonæ Spei, nouę noui orbis Carolini plagæ & vastitates repertæ sunt, quæ magnitudine spatiorum lõgè apud fretum Magellanicum in Orientem & Occidentem & Austrum porrigantur, adeò vt nouæ quotidiè terræ noctu & interdiù emicârint in mari.

7. Senatus noui orbis.

Porrò in nouo orbe septem Carolus Cęsar esse voluit amplissimos senatus, quorum quidam Cancellariæ vocantur: nempè, in Fano Dominici, in Mexico, in Guatimala & Nicaragua, in noua Granata, in Regibus ciuitate Peruaca. In Cuba est Gubernator, & in noua Gallicia sunt quatuor Prętores, qui vocantur Alcaldes maiores. Constituit quoquè duos Proreges, alterum qui præsit mari meridionali & eius littoribus & locis mediterraneis, habitatq; Regibus in prouincia Peruaca: alterum qui dominetur mari Aquilonari & eius latissimis littorib⁹, & locis ac prouincijs mediterraneis, habitans in Mexico. Sunt quoquè Gubernatores plurimi siue proconsules, vt in Boriqueno, Panama, Cartagena, Venezuela. Sunt Adelantadi prędides prouinciarum. Sunt & prędides vrbium, itemq; Consulares prouinciæ, qui in maioribus ciuitatibus habitant, quorum electio ad duos supradictos Proreges pertinet.

Duo proreges.

magistratus varij.

In Fano Dominici est Archiepiscopus, & habet septem sub se Episcopos, videlicet, Xalisconium, Mechauacanum, Guaxacam, Tascalam, Guatimalam, Chiapam & Nicaraguam. In Regibus, quæ est vrbs regni Peruaci nobilissima, est Archiepiscopus, cui inter cæteros subsunt Episcopi, Cusconus, Quitonus, & Charcas: & quotidiè plures creabantur. Porrò rex Castellæ est patronus omnium Archiepiscoporum, Episcoporum, dignitatum & beneficiorum Ecclesiasticorum noui orbis: & ipse illos designat permissu Romani Pontificis.

Archiepiscopus Fani Dominici. Item in Regibus.

Nouus ille mundus Carolinus in mari Boreali, in dimensione littorũ obtinet septem millia leucarum communium Gandauensium, quarum ter septem leucę, conficiunt vnum latitudinis siue altitudinis gradum, sr̃à septentrione Boreali in Australem plagam metiaris. Singulis autem gradibus Ptolemæus attribuit septuaginta millia passuum, quæ efficiunt septuaginta milliaria Italica. Porrò vetus orbis noster habet trecentos sexaginta gradus: & totidem dies numerant noui orbis incolæ in anno vno: sed illis interserebant dies quinque, quos habebant toto anno celeberrimos, vt nos Pascha nostrum.

Magnitudo noui orbis.

In mari autem Australi, noui orbis dimensio continet in se ter mille quingentas leucas communes. Noster vetus orbis, quacunquè eas, cõficit

Magnitudo orbis nostri

Universidad de Deusto
Biblioteca

septem millia leucarum communium. Si singulis climatibus mille leucas attribuas, septem erunt orbis climata. Si decem parallelos singulis climatibus inijcias, & singulis parallelis singulas leucarum cẽturias adijcias, septuaginta parallelos & septuaginta centurias leucarum orbis habebit. Vndè conficiuntur 360. gradus Ptolemaici, quorum singuli cõtinent ter septem leucas communes Gandauenses, in quos Ptolemæus orbem partitus, spatia telluris marisque distribuit. Est autem omninò verisimile & ferè necessè, in Australi noui orbis plaga, hoc est, ad polum antarcticum & fretum Magellanicum, vbi aræ & columnæ Caroli Quinti cõstitutę sunt, esse latissima, vastissimaque terrarum spatia.

Sebastiani à Cano nauigatio stupenda.

Fuit quidam Sebastianus, à Cano appellatus, qui vltra æquinoctialem egressus cum naui Victoria dicta, triennio vndè egressus fuerat nauigans, in Hispanias reuertit, ac in tellure vtrorunque Antipodum ancoras fixit. Atque ille quidem multa Asiæ, Aphricę, Europę littora circunnauigauit, vltra lineam æquinoctialem se extendens, quam veteres inhabitabilẽ ob æstûs nimietatem falsò putabant: sed vltra vtrosque Septentriones, Boreales scilicet & Australes, noluit aut non potuit tantillo tẽporis spatio progredi. Certè non desunt viri grauissimi, qui contra veterum opinionem dicant, mundum totum non solùm habitabilem, sed etiàm habitatũ, idq; multis modis probant. Aiunt verò alimenti inopiam, & libertatem itinerum intercluſam, magis vitæ hominum impedimento esse, quàm solis ardores, aut polorum frigora & hyemes: constanterq; affirmant, esse antipodes & antœcos & periœcos, nec dubitant dicere orbem nouum Carolinum comprehẽdi altero mundi hemisphærio, & nostro esse æqualem, illique in æquilibrio respondere.

Terra omis habitata.

7. Prouinciæ maiores noui orbis.

Eius orbis septem sunt prouinciæ maiores siue Consulares, quarũ maximè borealis est Florida, cuius latera extrema amnem Neuadum & terrã Laboratoris attingunt, & Gronlandiam, Islandiamque ad ducentas leucas respiciunt. Altera prouincia, est Hispania noua: Tertia, est Terra firma: Quarta, Andalousia noua: Quinta, Bresillia, quæ páret Regi Lusitaniæ: & hæ prouinciæ omnes positæ sunt ad mare Boreale. In mari Australi, vnica est Peruaca, prouincia sexta, in qua sunt Chile, Quito, Cusco, Reges, Platana, Loxa, Portus vetus, Guayaquilæ, Guanucum, Pax, Valles, & similes vrbes ac dynastiæ. Septima prouincia est, quæ nupèr reperta est, contra Caput Bonæ spei obiecta, & freto Magellonico longissimè respondet, veterem & nouum orbem respiciens.

Ortus solis in Mexico.

Porrò septem horis antè luceſcit sol apud Hispalim Hispaniæ vrbem, quàm in Mexico, & ijsdem septem horis priùs eclipses, solstitia & æquinoctia appárent in limite nostri veteris orbis, quàm noui Carolini. Et q. demanno salutis 1524. venit in ciuitatem Mexicanã frater Martinus Valentinus cum duodecim monachis, tanquàm vicarius Papę à Carolo Cęsare illuc cum authoritate eiusdem Pontificis missus: eodemq; anno prædicauit ille in noui orbis terra continente Euangelium CHRISTI, & magnos illic progressus magnaque incrementa fides CHRISTI

Martinus Valentinus Christũ annunciat nouo orbi.

accepit,

accepit, & quidem eaipsa fides, quam Germani & plerique alij Europęi, à Martino Lutero & alijs sectarijs malè persuasi, vt Papisticam reijciunt. Baptizabantur illic multa hominum millia, & cùm anteà plures simul vxores habuissent, dubitareturq; quam ex omnibus retinere deberent, eodẽ anno Mexicana habita est synodus solennis, cui tanquàm Papæ Vicarius præsedit Martinus Valentinus, in qua tandèm definitum est, quòd qui fidem Christianam cum omnibus Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ ritibus complecterentur, ex omnibus vxoribus vnam tantùm quam vellent, ducerent ritu Christiano.

Synodus Mexicana.

Idola omnia ex templis exturbabantur, crux Christi & sanctissimę Mariæ virginis imago in templis reponebantur, Eucharistia populis ostendebatur, Missæ sacrificium à Martino & collegis duodecim patefiebat, Euangelium Catholico more piè & purè annunciabatur. Indè verò paucis annis tot baptizabantur in ea noui orbis plaga, vt alij septiès dena centena millia, alij quaterdeciès dena centena hominum millia in solo illo Mexicano regno baptizata retulerint. Magna etenim in eo noui orbis tractu est hominum copia, adeò vt in insula Fani diui Dominici, quindeciès centena hominum millia fuisse reperiantur, & quandoquè in processione cẽtum millia hominum se Christiano more cecíderint virgis. Eodem anno 1524. misit Cortesius ex Mexico Carolo Cæsari per Diegonem de Soto septuaginta millia Castellanorum ducatorum aureorum, vnamque colubrinam argenteam, quadragintanouem millibus aureorum Carolinorum æstimatam.

Multitudo baptizatorũ

Colubrina argentea.

Et ô diuinam prouidentiam, ô terribilem Deum in consilijs super filios hominum, septimo anno post natum in Germania dogma Luteranũ, in nouo orbe Martinus Valentinus vitæ sanctitate & miraculorum operibus inclaruit, & cæcis gentibus Euangelij lucem synceram, quam Germania Martino Lutero apostata infami duce fastidiuit, inuexit. Quade re Catholici quidam hos versus scripsêre:

Psal. 65.

Inuito potuit Romano præsule Luter
Sacramenta Dei vellere, non premere.
*Septem post annos *Validus Martinus in orbe*
Illa tuo repetit Maxime Carle nouo.
Iste duodenis sociatus fratribus, ipsum
Prototypum sequitur legis Euangelicæ.
Hunc sequitur (quemnam sequitur Germania?) Cæsar.

* Alludit ad Valentiam, Martini huius patriam.

Et certum est, omnes Indos & noui orbis Carolini incolas & accolas, fieri quotidiè magis ac magis Christianos. In archiuis Caroli Cæsaris lectum est, vnum quendam sacerdotem septiès centena hominum millia baptizâsse: alium tèr centum millia, alium cẽtum millia: alios plures, alios pauciores. In solo Mexico referunt multi summa fide dignissimi triginta fuisse dynastas, quorum quilibet habuerit sub se centum millia hominũ, aut circitèr: & tria millia toparcharum, qui & alios sub se haberent clientes fidutiarios, & beneficiarios Vasállos, valuasores & valuasinos: qui

30. dynastæ regis Mexicani.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dynastæ certa anni parte familiam suam alebãt in ciuitate Mexicana curia regis Moteczumæ: & ex ea non licebat illis discedere ad suas prouincias, nisi regis permissu, ac relictis siue filijs siue fratribus suis in ciuitate obsidum loco: &, quod dictu horrendum est, mille plerunquè homines vno die in ciuitate Mexicana immolabantur. Sed omnia idola exturbata sunt, dæmonibus silentium indictum, oracula & præstigię conticescere iussæ sunt, pluralitas vxorum in vnius consortium redacta, septem illis Sacramenta & cæteri Romanæ Ecclesiæ ritus reuerenter traditi sunt, nobis interim in Europa de horum contemptu & nouorum dogmatum cõplexu petulanter nobis applaudentibus, & tãquàm mirifica reperta luce gratulantibus. Sed Deus prępotens, spretis nobis contemptoribus, suam gratiã offert illis barbaris & ignotis gentibus, & vt hæretici tabescant, omnes illas facit Romani Pontificis obseruantissimas, & veteris religionis studiosissimas. Solent iactare isti temulenti noui Euangelij prędones, se Romano pontifici modis omnibus velle incommodare: nec vident miseri, vt ipsos irrideat qui habitat in cælis, & tantò Romanum Pontificem in remotissimis noui orbis regionibus faciat maiori studio ac veneratione affici, quantò in Europa apud plerosq; minori in precio est. Nostrum erat, iuxta Pauli doctrinam, obedire præpositis nostris, permanere in ea religione, quam à sanctis Maioribus nostris accepimus, exercere nos in operibus bonis, sobriè & iustè & piè viuere in hoc seculo, & omnia peregrina dogmata vitare. At dum ista nos negligimus, eccè Christus se confert ad Indos & antipodes, offerturque regnum Dei gentibus facientibus fructũ illius, & nos hîc in tot sectas & errores distrahimur, vt referre pudeat. O nos miseros, qui in summa quoquè miseria nos felices & beatos putamus.

Horrenda sacrificia.

Psal. 2.

Hebr. 13.

Matth. 21.

Quòd autem in nouo orbe vsqueadeò propagata est fides Christi, vel maximè illustrem reddit Carolum Cęsarem, cui vtiquè id prędipuè studio fuit, vt fides catholica illic modis omnibus disseminaretur. Dicebat autẽ peccata nostra meruisse, vt Ecclesia discinderetur, & vt authorem ostenderet, Vnus homo, inquit, nobis scribendo perdiderat rem, Luterum videlicet significans. Vt enim ab vna interdùm scintilla vastissimum oritur incẽdium, sic ab vno Lutero faces subministratæ sunt, quibus totus apud nos conflagraret orbis Christianus. Quàm autem hoc sit verum, tędet referre, cùm res ipsa id plus satis testetur. Sed noster Carolus non solùm nouum sibi subiugauit orbem, sed etiàm nominis sui fama celeberrima, ex multis rebus feliciter gestis comparata, & Mauritanorum, & Libycorum, & Tartarorum, & Scytharum, & Sophi regis Persarum, & Prętoianis, qui est potentissimus Aethiopum rex, legationibus perquàm honorificis affectus est. Fuit autem idemipse magnæ temperantiæ in cibo & potu, vt plerunquè ad mensuram & certas vncias biberet, & ad pondus comederet. Nec vnquàm vestitui nimio indulsit: nusquàm purpura Tyria, nusquàm preciosa & regalis vestis in vsu vitæ eius quotidiano apparuit: sed atra lanea veste & diù lugubri, prędertim à coniugis obitu, est vsus, vt &

Dictũ Cęsaris de Sectis

Legationes ad Cęsarem

Cibi & potùs parsimonia.

Vestitus.

vt & in re omni familiari attentus, nusquàm immodicus esset. Nusquàm prędter modum lauta vtebatur supellectile, nusquàm mirifici incendebãtur odores, nusquàm mensis epulę conquisitissimę inferebãtur, nisi certa ratio aliud hortaretur. Et in mẽsa plerunquè solus & tacitus sedebat, ità vt conuiuia eius sinè conuiua, moderata, solitaria, honesta, non opiparè apparata, esse cõstaret. Nunquàm pecunię prędter causam prodigus fuit, cuius expendendæ magnam semper rationem habendam censuit, non ignarus, quantam pecunię vim bella absumerẽt.

Supellex.

A vinolentię, vanę gloriationis, & voluptatum vitijs adeò semper fuit alienus, vt qui illum & à puero optimè nouerant, eandem illi tum indolem, quę nunc in sene & extrema ætate apparuit, etiàm infanti, & ephebo, & adolescenti, & iuueni, & viro fuisse affirment, semper in eo pudore ingenuo mirificè relucente. Fuit humanitate, morum suauitate & clementia in omnes singulari. Familiam suam omnem præcipuè charam habuit. Erat natura valdè placabilis & exorabilis, idque sua lenitate & bonitate assecutus est, vt sępiùs ipse ab hostibus laudatus sit, quàm alij Principes ab amicis & ciuibus suis. Cùm ad Solimannum Turcarum principem quidam Christianus dynasta trãsfugisset, & ab illo interrogatus, cur relicto Cęsare ad ipsum perfugisset, ille tribus de causis, putà auaritię, libidinis & iniustitię Cęsaris fecisse responderet, Solimannus ait, nihil horũ sibi posse de Carolo persuaderi, quippe qui diù percõtando & indagando cognitam haberet Cęsaris vitam, nec posse horum vitiorum labem in illo hęrere, qui tam sanctè & piè leges cęremonias que Dei & Maiorũ suorum obseruaret; iussitq; hominem Solimãnus à suo conspectu remoueri, & posteà etiàm odijs & proscriptionibus eum est persecutus, & ex tota Turcia exturbauit. Est hoc insigne testimoniũ ab eo redditũ, qui non Caroli tantùm, sed totius Christiani nominis hostis infestissimus esset.

Pudor ingenuus.

Lenitas & placabilitas

Nota Solimanni de Carolo V. testimoniũ.

Multas Cęsar callebat linguas, quod illi ad multa magnas attulit commoditates. Itaque in bello diuerso vtens milite, cum Germanis Germanicè, cum Hispanis Hispanicè, cum Belgico equitatu Gallicè, cum Italis Italicè, cum Neapolitanis equitibus mixtìm loquebatur: ad Hungaros, Boëmos, Dalmatas, Macedones varijs sermonibus vtebatur. Imperiũ & imperiale diadema semper non vt patrimonium se suum possidere, sed vt magistratum gerere profitebatur, idq; quàm humaniter & benuolè accepit, tam liberaliter ac munificè reddidit à quibus acceperat. A risu fuit abhorrens, quod idem de Carolo Magno legitur: interìm tamen in apophthegmatibus, & acutè, falsè, breuiter, facetè dictis valdè elegans fuit, sic vt Atticus quidam lepos in eius sermone & Nestorea eloquentia apparéret. Ità enim labijs cõpressis sua verba distinctè, articulatè & tractìm pronunciabat, vt singulę & syllabę, & consonantes, & vocales, & diphthongi audirentur. His adiungebat pronũciationis dulcedinem, cum summa modestia & grauitate coniunctam. In ipsis autem apophthegmatis suis ità se comparabat, vt essent sinè ioco ioci. Atque ex ipsa natura magis ad condolendum & collachrymandũ, quàm ad subsannandũ aut irridẽdum

Peritia idiomatum.

A risu abhorret.

Cõdolẽtia erga miseros.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitam aut mores hominum procliuis fuit, quæ quidem rara est virtus. Indè accidit, vt non rarò in lachrymas solueretur, cùm pro hominibus calamitosis ei preces offerrentur, & plerunquè magis ipse fleret, quàm pro quibus rogabatur.

Preces quotidianæ.

Quotidiè suas manè horas Canonicas, vt vocant, legebat, easque ità extendebat, vt bis tãtum ferè, quantum presbyteri, semper manè legerit. A cœna semper redibat ad longissimas preces suas, quæ duarum plerunquè erant horarum, sicut & matutinæ. Non enim suis viribus fidebat potentissimus Princeps, sed totus à summi Numinis ope & auxilio pendebat, quod sibi precibus tam longis quotidiè conciliare studebat. Et hinc tanta illi in rebus gerẽdis felicitas, tam insignes victoriæ: adeò vt ob multa fortissimè gesta, Galli eum Herculi, Germani Carolo Magno, Itali Dauidi, Siculi Africano, Hispani Alexandro Magno, Turcæ Iulio Cæsari, Afri Hannibali comparârint. Multi cùm aduertissent eum & domi & militiæ æquè continuum & prolixum esse in precibus suis, dicere solebant:

Preces in bellis.

Carolus sæpiùs cum Deo, quàm cum hominibus loquitur. In singulas bellorum expeditiões, nouas sibi preces ipse & componebat, & sua manu conscribebat, quæ prolixitate ferè æquarent septem illos Psalmos vsitatissimos, easque priùs examinandas dabat suis Confessarijs, & ab eis approbatas, quotidiè etiàm in agmine & acie dicebat, nonnunquàm per speciem exonerandæ vesicæ aut alui ab agmine secedens, vt prolixiùs & feruentiùs oraret.

Fortitudo & magnanimitas in bellis.

Cùm bella gereret, ipse primus semper suo in agmine fuit, nonnunquàm quindecim horas, nonnunquàm diutiùs in equo iugiter residens. In omnibus expeditionibus bellicis audacissimus fuit, vt ità mortem planè contemnere videretur: adeò se ad omnia pericula impauidum offerebat, vt nusquàm ob bombardarum ictus caput inclinaret, nusquàm pedem moueret, nusquàm expalleſceret. Et in castris ità se audacter supra humanum modum contra hostes gerebat, vt occídi velle in militia videretur. In omni quoquè ætate nunquàm cupidus vitæ, semper mortis auidus fuit.

Philip. I.

Sæpè etiàm in castris, & in ipso iuuentutis flore dicebat, Cupio dissolui & esse cum Christo. Eam verò inusitatam animi fortitudinem indè partim habuit, quòd nullam expeditionem in hostes susceperit, nisi animo tranquillo & optima cõscientia.

Dictum Cæsaris.

Plerique viri militares dicere solebant, Cæsarẽ vincere quidem nôsse, sed victoria non perindè vti nôsse aut velle: quibus Cæsar respondit, Iulium Cæsarem, quem illi obijciebant, & alios veteres ethnicos vnum tantùm habuisse finem, videlicet honorem: nobis Christianis duos esse propositos, putà & honorem, & animæ salutem. Sæpè etiàm dixit: Etsi totum expugnâssem Franciæ regnum, redderem illud regi, modò id exiguum, quod meum esse contendo, mihi relinqueret.

Castitas in matrimonio.

In seruandis matrimonij legibus semper castissimus fuit: & licèt non deessent, quæ eum ad libidinem illicerent, eas tamen semper constantissimè respuit. Sæpè ipsemet fenestram clausit, nè inspiceret prætereuntes formosiores fœminas.

Sæpè

Sæpè dictitabat, nunquàm se ducturum vxorem, si fratrẽ Ferdinandum tam fœcundum fore sciuisset.

Nunquàm choreis aut tripudijs delectatus est, nisi decoris & honesti respectu. Nunquàm per aliquod numen iurare auditus fuit, nisi cùm fœdera inijt, aut regnis inauguratus est.

Ingenij acumen & prudentia.

Supra modum acuto & perspicaci fuit ingenio, ità vt eius iudicij acrimoniam, prudentiam & sapientiam præstantissimi viri sæpè mirarentur. Sæpè suam sententiam scripto comprehensam, ad aliquot suos principes & duces mittebat, & illorum tamen iudicio, vt erat mirabili modestia, se submittebat: sed illi ferè semper eius subscribebant sententiæ, eumq; meliùs quàm sese rem perspexisse fatebãtur. Hinc cõstans fama fuit semper,

Elogiũ Cæsaris.

Carolum sapientissimum senatorum, fortissimum centurionum, pientissimum iudicum fuisse: quam iudicij pietatem nõ semèl in illo experti sunt potentissimi satrapæ, cùm illis grauissima essent crimina intẽtata. Tres belli neruos

Nerui belli.

dicebat, Commeatum, pecuniam, militem: ex ijs si aliquo carẽdum esset, militem veteranum se potissimùm electurum, cuius promptitudine reliqua duo se ex hoste comparaturũ confideret. Cùm esset in cubiculo cum suis familiaribus & domesticis, nusquàm quisquam vel lęta vel tristia ad eum esse perlata, ex eius vultu aduertere potuit: tanta erat oris, oculorum, & totius vultûs Cęsarei constantia, & quasi perennis quędam serenitas.

Constantia oris.

Quotidiè tres quartas horę partes genu flexo orabat manè, longa talari supra subuculam indutus veste: actum nemini in cubiculum patebat ingressus. Posteà patebat ijs, quibus ius ingrediendi erat, actum preces Ecclesiasticorum Horarias dicebat. Indè se vestiebat. Pòst ad Rempublicam gerendam se componebat. Hinc ad Sacrum audiendum se conferebat, quod in omni vita semper audiuit, prętęrquàm in bello Africano semèl. A Sacro rectà ad mensam, nũquàm ad negocia ibat, nisi grauis accidisset casus. Cùm Missę sacrificium ad medium perductum esset, mensa parabatur: cùm ipse è sacro egrediebatur, cibi ex culina efferebantur. Halecibus, salsamentis & piscibus naturaliter delectabatur, sedità tamen, vt haberet rationem valetudinis. In mensa etsi parùm aut nunquàm loquęretur, audiebat tamen libenter aliquid nõnunquàm, pręsertim ex sacris depromptum.

Vt diem transegerit.

Auditor.

A prandio omnes prolixissimè audiebat etiàm infimæ fortunæ homines, vir humilis & misericors, supplicesque omnium libellos accipiebat.

Largitas in eleemosynis.

In pręstandis eleemosynis per omnem vitam admodùm liberalis fuit, adeò vt cùm puer esset, quadragenos aureos in loculis habẽs, sępè septiès vno die eos erogârit, nescientibus pręfectis & œconomis suis. In virili ætate & senili in largiendis eleemosynis ad puellarum matrimonia, iuuenum studia, senum vitam sustentãdam, captiuos ab hoste redimendos, ægrotos curandos, omnium regum, principum, Cęsarum liberalissimus ac munificẽtissimus est habitus. Quæcunq; aũt ei⁹ generis donabat, clanculùm faciebat, tum accipientium pudori; tum suę modestię cõsulens. In Germanos, ab hęreticis reb⁹ suis spoliatos aut vexatos, sacros & seculares,

libe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberalitate ſua pientiſſimè vtebatur: ſed nunquàm ferè tales dedit eleemoſynas, quin lachrymas multas profunderet, grauiterque doleret, non ſe poſſe egenis omnibus ex æquo ſubuenire. Habuit autem œconomos ſemper circùm ſe attentiſſimos, quorum ſeueritate fiebat, vt princeps natura liberaliſſimus, non eſſet profuſus in eos, quos non eſſe egenos putaret.

Miraculum naturæ Carolus.

Quidam ſapientiſſimi proceres, Cæſari intima familiaritate coniuncti, ſæpè eum admirati ſunt, atque planè ſui temporis miraculum naturæ Carolum fuiſſe confitebantur: tanta erat in Carolo & morum, & ſapientiæ, & pietatis præſtantia. Tandèm optimus princeps ſentiens ſe viribus deficere, & multam erga ſe multorum ingratitudinem expertus, toti mũdo & omnibus mundi honoribus valefecit, & in ſolitudinem ſeſe contulit, nauigãs ex Belgio in Hiſpaniam. Sed in ipſo itinere nunciatum ei eſt, Ouranum Africę promontorium liberatum obſidione Turcarũ & Afrorum, ac multa illic Turcarum & Afrorum millia conciſa ab Hiſpanis: atq; etiàm in auro quinquagiès centena millia aureorum Carolinorum, & in lapidibus precioſis viciès cẽtena millia aureorum ex orbe nouo Carolino Hiſpalim eſſe allata. Per id tempus ſtupẽdę auri copię ex Peruaca & Mexicana plaga tum expectabantur. Deniquè feliciter ex hac luce in lucem ſempiternam migrauit optimus, pijſſimus, potentiſſimus princeps Carolus V. cui parem per oñia Imperatorẽ multa ſecula non viderunt.

Aurum & gemmæ allatæ ex nouo orbe.

Atque interim tamen non deſunt, præſertim aliquot Gallici ſcriptores, qui tantum principem nõ ſemèl acerbè perſtringant, & apud oẽs traducere conẽtur: quos oportebat modeſtia vti, præſertim in principem religioſiſſimum, cui ipſi ſuis ſcriptis apud cordatos omnes non ſolùm nihil detrahent, ſed eoipſo efficient etiàm, vt tantò in maiori precio & veneratione habeatur. Atq; hæc quidẽ in Caroli V. lõgè potentiſſimi & pientiſſimi Impatoris commẽdationẽ, p noſtri inſtituti breuitate dicta ſint ſatis. Caroli Cæſaris mortem paulò pòſt ſecutus eſt obitus Mariæ ſororis eius, fortiſſimæ & prudentiſſimæ heroinæ, quæ multis annis Belgio prę-

Maria regina exceſſit è viuis.

fuerat. Sub finem Nouembris mortua eſt etiàm Maria Angliæ regina lõgè pijſſima, cuius incredibili virtute intra breue tempus in Anglia reſtituta fuit religio Catholica. Non mediocriter illã afflixerat Caleti & aliorum oppidorum expugnatio: tum etiàm quòd videret Philippum regem bello implicatum teneri: nec huius doloris exiguum auctarium fuit mors Caroli V. ſoceri ſui. Accedebat his omnibus hydropiſis, quæ cùm initiò eius intendiſſet ventrem, creditum eſt, eam è Philippo rege concepiſſe: nec adhibebantur matura remedia, nec ipſa eam quam oporteret, ſectabatur victûs rationem. Indè in febriculam incidit, quæ ſuis ſenſim aucta incrementis, longiori vita ob multas excellentes animi dotes digniſſimã heroidem extinxit. Habuerat illa germanum fratrem Henricum nomine, ſed quem non niſi trimeſtrem mors præpropera enecârat, pro regno terreno fruiturum regni cæleſtis immenſa gloria. Itaque cùm Henricus rex & Catharina Mariæ parentes, inter quos tum mutuus vigebat amor,

Item Maria Anglici.

ſolam

ſolam Mariam ſibi ſupereſſe cernerent, ad quam regni ſucceſſio deuoluebatur, hoc vnum ſummoperè curârunt, vt ea piè & honeſtè educaretur, & optimis moribus imbueretur. Erat tum Margarita, Edouardi 4. Anglorũ regis fratris filia, Reginaldi Poli mater, cuius etiàm ſuprà meminimus, tũ ipſi Henrico regi ſanguine iuncta, tum ſingulari prudentia & in Deum pietate fœmina. Ea prę omnibus viſa eſt vel maximè idonea, cui Maria quàm rectiſſimè inſtituenda committeretur. Et ea quidem in ſuam eam curam & diſciplinam recepit, & moribus ſanctiſſimis, omniq; virtutum genere, vt pòſt res ipſa ſatis declarauit, excoluit: verùm poſteà cùm nulla poſſet ratione adduci, vt à Catholicę religiõis integritate deflecteret, hoc præmij tulit ab Henrico rege, quòd plùs quàm ſeptuagenaria iuſſa eſt capite plecti, vt iam antè dictum eſt: nec ipſa ſola, ſed etiàm filius eius natù maximus, & duo alij eius conſanguinei, religionis cauſa, eodem rege iubente, cęſi ſunt.

Mariæ reginæ educatio.

Mortua Maria Angliæ regina, eodem anno Reginaldus Polus Cardinalis & Archiepiſcopus Cantuarienſis, multa & virtute & eruditione, & regio quoquè ſtemmate clariſſimus, eam tam breui ſecutus eſt, vt inter vtriuſque obitum, quod mirum videri queat, non niſi ſedecim horarum ſpatium interceſſerit. De cuius inſigni viri vita & virtutib? pauca hoc loco commemorâſſe operęprecium fuerit, maximè quòd Sleidanus non vno loco in hęreſeos ſuſpicionem eum vocare videtur, tanquàm is à nouo hoc Euangelio non abhorruerit; quę quidem eſt iniuria non mediocris in talem virum. Et vt breuiter genus eius attingamus, patrem habuit Richardum Polum, qui frater cõſobrinus fuit Henrici 7. Anglorum regis: mater eius Margarita ex Georgio Clarentię duce orta eſt, qui fuit germanus frater Edouardi 4. Anglorũ regis. Is verò Edouardus filiam procreauit Elizabetham, quæ nupta Henrico 7. peperit eidem Henricum 8. Angliæ regem. Itaque & paternum illi & maternum genus fuit longè clariſſimum. Natus verò eſt anno ſalutis 1500. menſe Martio, non diù poſt Carolum V. cui fuit inprimis charus, adeò vt cùm quandoquè de Romana curia loqueretur, dixerit ſe quidem nouiſſe neminem, qui Polo eſſet melior. Mater Margarita puellum piè inſtituit, adoleſcentulum miſit ad gymnaſium iunctum Carthuſię, haud ità procùl à Londino d. ſtanti. Indè abijt ad Oxoniẽſem academiam. Porrò annos natus 19. Patauium in Italiam profectus eſt, nõ mediocri iam tum literarum cognitione prędituς. Habebat pro generis ſplendore ſic ſatis honeſtam familiam, morumque ſingulari venuſtate facilè omnium erga ſe amorem & beneuolẽtiam demerebatur. Alebat domi ſuæ aliquot doctrina præſtantes viros, in ijſque Chriſtophorum Longolium Belgam, qui apud ipſum mortuus eſt: quorum ille opera & conſuetudine vſus, in omni ſcientię genere & linguarũ cognitione maximos progreſſus fecit. Quinto anno poſtquàm in Italiam venerat, exacto, iuſſus domum redire, priùs Romam adijt, præſertim quòd tum annus Iubileus ageretur, locaque ſacra, quæ in ea vrbe plurima ſunt, pia animi deuotione inuiſit, non id vtiquè facturus, ſi

Obitus Reginaldi Poli.

Genus Reginaldi Poli.

Natiuitas.

Studia.

Familia.

Lute-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reditus in Angliam.

Luteri fermento infectus fuisset. Reuersus deindè in Angliam, summa omnium volũtate & gratulatione, quòd ob mores amabilissimos & multam doctrinã omnibus esset gratissimus, à rege & petijt & impetrauit eam domum, quam Iohannes Coletus ad Carthusiam, cuius suprà memini, vbi puer vixerat Polus, exædificauerat. Ibi sanè delectatus Carthusianorum sodalitio & instituto, (quemadmodùm etiàm per omnem vitam loca solitaria & monasteria, quotiès opportunum fuit, libẽter expetijt, magis ab ipsa natura literarum studijs & cõtemplationi, quàm actioni deditus) biennium permansit, donec rege malè persuaso Catharinæ reginæ repudium meditante, copia à rege petita, Parisios profectus est, vt impendẽtes Angliæ calamitates declinaret. Sed anno absoluto, reuocatus à suis in Angliam, iterùm duos annos in sua illa Carthusiensi habitatione religiosè & piè exegit. Tum verò per quosdam rex conatus est illum eò permouere, vt in Catharinæ repudium cõsentiret. Hæc res illum vehementer anxium cùm haberet, tandèm visus est sibi eam inuenisse rationẽ, qua nec regi aduersaretur, nec suæ cõscientiæ prorsùs deesset. Orabat autem obnixè Deum, vt in tãto animæ periculo minimè se desereret. Ingressus indè ad regem, vt illi mentem suam explicaret, mirabili DEI prouidentia & volũtate ità obmutuit, vt aliquandiù ne verbum quidem edere potuerit. Quæ enim ipse sibi reperisse videbatur, non tam veritati solidæ, quàm humanæ prudentiæ, innitebantur. Deindè reddita loquendi facultate, summa cum modestia, in nullo prorsùs regi assentatus, humanissimè eum admonuit, vt à diuortio, quo pristinam esset gloriam obscuraturus, & animam perditurus, sese maturè reuocaret. Hoc quidem euidens miraculum, & insigne erga Polum præpotentis Dei beneficium fuit, qui passus non est, vt aliqua ex parte suam conscientiam regiæ machinationis qualicunque approbatione contaminaret. Ea responsione rex, qui sperârat Polum, quod ipse magnoperè optaret, approbaturum, ità commotus est, vt eum inter loquendum tantùm non occídere cogitârit. Neque tamen vnius regis duntaxàt, sed etiàm aliorum in se animos hoc responso concitauit. Itaque facilè animaduertens quo in discrimine versaretur, per quosdam regi charos obtinuit, vt ipsi è regno abscedere liceret.

Polus obmutescit.

Henrico 8. mẽtem explicat suã.

Abit in Italiam.

Venit igitur primò Auenionem, mox Patauium: cumque virorum doctissimorum amicitia delectaretur, ijs tamen vtebatur familiariùs, quorũ esset spectata pietas in Deum. Venetijs cùm esset, Caspari Contareno & Petro Caraffæ, qui posteà fuit Paulus 4. Pontifex maximus, atque tum temporis cum nonnullis sanctius quoddam & seuerius vitæ genus, cuius sectatores Theatini dicti sunt, instituerat, familiaris admodùm fuit. Non multò pòst, licèt inuitus, à Paulo 3. in Cardinalium est collegium cooptatus anno 1536. Multa studiosè prætereo, nè longior sim, omnibus optimi viri virtutibus commemorandis. Missus deindè est legatus à Pontifice in Galliam & Belgium, & cùm Parisijs esset, à rege & omnibus honorificè acceptus, tamen quòd Henricus Angliæ rex apud Galliæ regẽ vehementer instaret, vt Polum sibi traderet, iussus est postridiè indè abire: id quod pro-

Fit Cardinalis.

propterea Gallus fecit, nè vel tradendo Polo, Pontifici de seruãdo illo fidem datam falleret, vel etiàm diutiùs retinendo Anglum irritaret. Etsi verò id permolestum accidit Polo, tamen mox Cameracũ petijt, & quidem non absque magno discrimine. Interìm Angliæ rex eum tanquàm Maiestatis reum proscripsit, & qui eum tulisset è medio, illi quinquaginta millium aureorum præmium constituit. Indè verò non difficilis coniectura capi potest, quibus ille nullo non loco obiectus esset periculis. Vnus tum Erardus Cardinalis & Episcopus Leodiensis, cum ad se interposita fide publica euocauit, & sex menses summa humanitate tractauit. Et quia bellum erat inter Cęsarem & Gallum, Anglus in quatuor millia peditum cõtra Gallum decem mensium stipendia Belgico senatui, in quo erat etiàm Leodiensis Cardinalis, pollicitus est, si Polum in suam potestatem traderent. Reuocatus pòst à Pontifice Polus, Romam est reuersus. Omitto hoc loco legationem aliam à Pontifice illi demandatam ad Cęsarem & Gallię regem, qua tamen nihil potuit effici. Ab ea verò legatione ex Hispanijs & Gallijs reuerso aliam, sed multo tranquilliorem, putà Viterbiensem, Pontifex ei detulit, in qua multos annos magna cum laude versatus est. Indicto autem Tridenti Concilio, pontifex illum cum duobus alijs Cardinalibus suum voluit esse legatum, qui Concilio Pontificis nomine prędideret: idque bis idem Pontifex Paulus 3. fecit, cùm prima vice ob antistitum absentiam nihil potuisset effici. Et fuit sanè inter illos legatos summa animorum charitas & consensio, & Polum omnes plurimi faciebant. Pontifex quoquè ipse si quid in religionis negocio, & cum regibus & principibus agendum esset, atque etiàm in id genus scribendis literis Poli opera perlibenter & crebrò vtebatur. Mortuo Paulo III. duos & eo ampliùs mẽses maior Cardinalium numerus Polum delegit, quos tamen ille orabat, raro sanè insignis continentiæ & modestiæ exemplo, nè qua humana affectione duci se paterentur, sed ante omnia Dei gloriam & Ecclesiæ vtilitatem spectarent. Erat tum ex cardinalium numero, qui ei ambitionem obijceret. Cui ille grauiter admodùm respondit, summi illius sacerdotij onus non tam sibi leue videri, vt non reformidandum potiùs quàm appetendum existimaret. Per id tempus apparuit sanè in illo eximia virtus & animus benè firmus, quandò neque certa ferè Pontificatûs expectatio, neque aliquorum atroces calumniæ eius constantiam perturbârunt. Deniquè fuisset ille tum proculdubiò creatus Pontifex, si se à Farnesio eiusq; socijs Cardinalibus de more adorari permisisset. Cùm enim illi auidè ad eum properarent, reiecit eos, dicens non nocturnum se velle tempus: differrent rem in crastinam lucem, Deum non tenebrarum, sed lucis amantem esse. Postera die mutata sunt Cardinalium studia, nec deerãt, qui tantam animi virtutem ignauiæ & stupiditati tribuendam putarent. Creato deindè Iulio tertio cùm bellum contra Gallos ad Mirandulam moueretur, Polus Maguzanum profectus, quod est Benedictini instituti cœnobium, in summa illic tranquillitate vixit. Postquàm verò Maria in Anglia rerum potita est, pontifex primò quidem Polum legatum in Angliam

Proscribit à rege Anglię

manet apud Leodien. epiſc.

Prędidet in Concilio Trident.

Recusat sũmum Pontificatum.

Viuit apud monachos Benedictinos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittere voluit, ſed ob certas cauſas ea re dilata, legationem aliam ei decernit, de pace inter Cęſarem & Gallorum regem concilianda. Venerat tum Polus Dilingam vſque ad Cardinalem Auguſtanum, ſed ibi hęrere iuſſus eſt à Cæſare, ad quem ibat, donèc accerſeretur. Fecit id quidem Polus, ſed interim tamẽ datis ad Cæſarem literis, oſtendit quàm parùm deceat pontificis Legatum eius aditu prohiberi, quàm ea res hęreticis magnam ſit allatura voluptatem. Nec verò id faciebat Cæſar contemptu pontificis aut Legati, ſed quòd tum ageretur de contrahendo Philippi & Mariæ matrimonio, cui rei verebatur nè quam moram adferret Poli in Britãniam aduentus. Eo matrimonio breui pòſt contracto, Polus ad Cæſarem Bruxellas venit, acceptus ab illo Principe perhumaniter. Multa illic ſapienter locutus eſt ad Cæſarem de pace cum Galliæ rege facienda, & Cęſar ſanè libenter eum audiuit, nullaſque ſe pacis cõditiones honeſtas & quibus minimè dubia pax confici poſſet, recuſare teſtatus eſt. Ijs auditis, adijt Polus etiàm Galliæ regem, cum quo itidèm ea ratione de pace egit, vt rex eum non ſinè ſpe pacis dimitteret. Eo autem abeunte, plurimùm ſe dolere rex ait, quòd non rectiùs eum antehàc nouiſſet. Nam ſe nullum alium quàm ipſum maluiſſe creari Pontificem. Reuerſus ad Cæſarem Polus, in cœnobio quodã prope Bruxellas degebat. Iam verò celebratis in Britannia Philippi & Mariæ regum nuptijs, regina Maria Polum miſſis legatis ad ſe accerſit, abrogatis priùs legibus, quas contra illum & eius familiam Henricus rex tulerat, & Edouardus ratas habuerat. Tum ille, Cæſare annuente, in Britanniam abijt menſe Septembri anno 1554. ſecundiſſimo vſus vento, cùm diù antè contrarius perpetuò flauiſſet. In Britannia vbiquè honorificè inprimis exceptus eſt, ab ipſo etiàm rege & regina. rex ſanè illi proceſſit obuiàm, & perhumaniter eum amplexus eſt. Regina quoquè tantam ſe ex eius conſpectu voluptatem capere teſtata eſt, quantam tum cepiſſet, cùm regina eſſet declarata. Manſit verò aliquandiù cum regibus, deindè in ædes magnificè reginæ iuſſu inſtructas, multis primarijs viris comitantibus, deductus eſt. Tertio indè die cum rege, qui illi extra cubiculum obuiàm proceſſit, de rebus quarum cauſa venerat, tractaturus, ab eo literas perplures Roma miſſas, quibus legationis authoritas nõ parùm expetita augebatur, accepit, hoc ipſo ſanè mirificè lætatus. Poſtera luce rex ad eius domum acceſſit, diuque cum illo familiariter locutus eſt de Britanniæ regno ad Eccleſiæ vnitatem reuocando. Sequenti die conuentus fuit in ipſa regia, pręſente quoquè Polo legato, qui in eo conuentu benè longam habuit orationem, gentis eius vſus idiomate. Ea oratione gratias egit, quòd ipſi aditum in regnum, legibus antè præcluſum ab Henrico latis, patefeciſſent: ait ſe propterea veniſſe, vt eos cum DEO & Eccleſia in gratiam reſtitueret: quas eſſent calamitates perpeſſi interim dum ab Eccleſia ſe ſeparâſſent, & quanta omni tempore Sedis Apoſtolicæ in eos extitiſſent beneficia, commemorauit: hortatus eſt, vt oblatam ipſis modò gratiam amplecterentur & aſſeruarent, pluraque dixit alia, quæ ab illis omnibus non abſque ſignificatione pro-

Venit ad Cęſarem.

Itẽ ad Gallię regem.

Abit in Angliam.

Habet orationem ad Anglos.

penſæ erga ea voluntatis audiebantur. Indè regni Cancellarius Epiſcopus Vuintonienſis regũ & totius conuentûs nomine Legato gratias egit, ſeq; de ijs quæ propoſuiſſet, in deliberationem ituros ait. Abeũte verò legato in proximum cubiculum, idem Cancellarius paucis repetijt quę erãt dicta à Legato, & hortatus eſt vt in viam, à qua ſe quoquè deflexiſſe fatebatur, hac oblata opportunitate redirent. Ità conuentus eo die ſolutus eſt. Altero manè magno omnium conſenſu decretum eſt amplecti Eccleſiæ Catholicæ concordiã & vnitatem. Die ſequenti, in quem feriæ S. Andreę apoſtoli inciderant, omnes iterùm in regiam cõuenerunt, miſſiq; à regibus ſunt ad Polum Legatum Epiſcopi ſex & totidem viri proceres, & cum ijs Arondelli Comes, regiæ domûs prefectus, qui legatum in regiam deducerent. Is venit eò Legati ornatu atque omnibus inſignibus, multumq; honorificè à regibus acceptus eſt. Ibi Cancellarius repetit priùs dicta, rogat num permaneant in ſententia, cupiantq; ad Eccleſiæ vnitatem & Põtificis maximi redire obedientiam. Mox ab omnibus acclamatum eſt, id planè ſe velle: ſimulque à Cancellario ſupplex libellus porrectus eſt regibus, quo vniuerſi ſe fatebantur pręteriti ſchiſmatis & quæ in Romanam ſedẽ peccâſſent, ex animo pœnitere: orabantq; reges, qui ab hac labe alieni eſſent, veniam ipſis à Pontifice per Legatum impetrarent, vtque in matris Eccleſiæ gremium benignè reciperentur. Lecto eo libello a regibus, redditus eſt Cancellario, qui eum palàm recitauit. Indè ſurgẽtes reges Legatum adeunt, eumque ipſis occurrentem regina & ſuo & regis nomine orat, vt quod ſupplici libello petebatur, pręſtare nè grauaretur. Mox cùm omnes reſediſſent, Legatus multa quę ad rem pertinere viſa ſunt locutus, quibus illos apparebat non mediocriter permoueri & affici, ſurrexit, & cunctis in genua procumbentibus, vniuerſos abſoluit, vixq; ab eo dictũ eſt, In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, cùm omnes acclamarent, Amen Amen. Proferente autem Polo abſolutionem, regina & plerique alij præ gaudio & ſtudio pietatis illachrymârunt. Poſt abſolutionem oẽs inuicèm ſe amplexabantur, mutuoque gratulantes ſæpiùs dicebant, Hodiè renati ſumus. Deindè in regię ſacello cantatum eſt, Te Deum laudamus. Altera die, petentibus id magiſtratibus, Polus Legati ornatu Londinum ingreſſus eſt, obuiàm procedente tota ciuitate, quę illum ad D. Pauli templum deduxit, vbi præſente rege & vniuerſa regni nobilitate, Miſſa ſolenniter celebrata eſt, & Legatus omnibus Pontificalem benedictionẽ & indulgentiam de more impertiuit. Poſteà data opera eſt, vt religio inſtauraretur, religioſi viri reuocarentur, hęretici qui ex locis omnibus ceu ad aſylum quoddam eò confugerant, expellerentur, Epiſcopi Catholici, doctrina & pietate pręſtantes inſtituerentur. Regina quoquè tres ad Pontificem legatos miſit, qui ei ſuo, regis, regni totiius nomine obedientiam deferrent. Ij Legati Iulium Pontificẽ paulò antè obijſſe inuenerunt. Eius ſucceſſor Marcellus paucorum dierum pontifex cùm fuiſſet, magno Poli dolore extinctus eſt. Ità factũ eſt, vt Paulo 4. hęc obedientia exhiberetur. Regina deindè Polo Archiepiſcopatũ Cantuariẽſem, licèt multùm anteà relu-

Angli petũt conciliationem.

Abſoluũtur Angli à Polo.

Religiõis in Anglia inſtauratio.

Angli obedientiã præmittunt Pontifici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reluctanti, attribuit. Eum ille ità recepit, vt Pōtifici Romano rem omnem perscriberet, à quo sanè in Cardinalium cōfessu vnà cum regina mirificè laudatus est. Post hæc sacerdotij ordinem suscepit, & pallio Londini accepto, ibidèm primum Sacrum peregit. Absoluto sacrificio, ad frequentissimum auditoriū concionatus est, vti etiàm aliâs non rarò. Iam verò vt posset adesse gregi sibi credito, apud reginam instabat, copiam ipsi faceret ad suos Cantuarienses se conferendi. Regina sentiens eius operam ad multa sibi cumprimis necessariam, maximè quòd non deessent etiàm in ipsius aula, qui Catholicę religioni occultis machinationibus detrimenta afferre conarentur, quibus opponenda erat Poli prudentia & integritas, non est passa illum à se discedere. Et theologi quoquè, alijque viri optimi in ea erant sententia, vt dicerent non posse illum, salua conscientiæ pietate, eo rerum statu reginā deserere: sed & rex ipse Philippus iturus in Belgium, omninò voluit illum manere apud reginam, & consilijs omnibus administrandæ Reip. non interesse modò, sed etiàm præesse. Hoc verò initiò ille modis omnibus à se amoliri conatus est: sed regibus in sententia permanentibus, ità tandèm assensit, si Pontifex id gratum & ratum haberet.

Polus Pont. Rom. obseruantissimus

Nam pontificis authoritati semper plurimùm ille detulit. Egit tum cum regina de restituendis bonis illis, quæ ecclesijs Henricus rex ademerat, regijsq; vectigalibus adiunxerat, & ad regias possessiōes pertinere voluërat. Ea in re promptissimum inuenit reginæ animum, quæ ablata omnia Romani pontificis & eius Legati Poli arbitrio permisit, quæ Polus adhibito Episcoporum consilio, prudentissimè Ecclesijs distribuere instituit. & ea ferè dimidia pars erat prouentuum, quos ijs in locis habuerant ecclesiastici florente catholica religione. Quæ verò ab alijs passìm obtinebantur, ea consentiente Pontifice tum quidem exacta non sunt, quòd spes esset refloreſcente in eo regno religione, plerosq; sua sponte ea reddituros. Atq; hîc obiter obseruanda est versutia & malus dolus nouorum huius temporis dogmatistarum, quorum parens Luterus fuit, quòd illi persuadent magistratibus, res ecclesiasticorum iure illis auferri posse, & tum in priuatos, tum alios vsus conuerti. Id enim propterea illi facere videntur, vt magistratus hac ratione arctiùs implicatos retineant. Et solet hęc res magnas parere difficultates, cùm ad Ecclesiæ vnitatem redire cupiunt, qui se ab illa separauerāt. Sciunt enim multa esse Ecclesijs ablata, quæ æquum sit restitui, & tamen plerunquè non appárent vndè possint restitui. Itaque illi quidem prudentissimè sibi consulunt, qui id genus fraudulentas persuasiones non audiunt, nec sibi vsurpare volunt, quæ semèl Deo & Ecclesijs dicata sunt. Sed ad rem. Polus deindè cernens ob superiorum temporum perturbationes collapsam disciplinam Ecclesiasticam, Synodum habuit Angliæ Episcoporum omnium, cui etiàm permulti alij è clero interfuêre. In ea Synodo post multos tractatus cōscripta est totius Anglicanę Ecclesiæ reformatio, quæ illis temporibus maximè congruere visa fuit, quam tamen nō priùs edere voluit Polus, q̄ esset à pontifice approbata. Multùm p̄tereà illi negocij erat cum hęreticis, quorū permulti in regno supererāt.

Fraus & dolus hęreticorum.

Synodus Anglicana.

Et

Et ille quidem studebat leniter cum illis agi: sed quòd pleriq; pertinaciter suis erroribus inhærerent, locus miseri cordiæ non relinquebatur. Quosdam sanè in viam reduxit, & in ijs Iohannem Cicum, hominem doctissimum, & magni apud Anglos nominis, qui cùm corā regina multis omnium ordinum adstantibus, veniam erroris petijsset, etiàm impetrauit. Fuerat ille præceptor Edouardi regis. Crescebat interìm in Anglia catholica pietas, & tum Londini, tum alibì aliquot monasteria Poli opera & reginę pietate iam erant restituta. Et poterāt omnia paulatìm ad pristinum reuocari statum, nisì interìm obortis bellis, & multis alijs accidentibus incommodis, regina è rebus humanis dolore animi & morbis corporis cōfecta excessisset: quā paucis horis secutus est, vt antè diximus, Polus: qui duplici quartana correptus febre, cùm se vehemēter eo morbo exhauriri animaduerteret, testamentū scripsit, in quo prēter cętera etiàm fidem & erga Romanum Pontificem & sedem Apostolicā summam obseruantiam suam egregiè expressit. Ingraueſcente aūt in dies morbo, Ecclesiæ sacramentis se, vt pium & catholicum virum decebat, p̄muniuit: & licèt admodùm fractis esset viribus, tamen quotidiè, vt anteā semper fecerat, Missam audire voluit, & cùm ventum esset ad eum locum, quo solet sacra hostia eleuari, ministrorū auxilio è lecto surgens, flexis humi genibus, Christum in Eucharistia admodùm humiliter & reuerenter adorabat. Pridiè eius diei, quo è corpore migrauit, ipse vltrò à nemine admonitus, extremæ vnctionis sacramentum sibi ministrari voluit, sicq; ad vltimum vsq; spiritum mentis planè compos, tandèm ità leniter animā reddidit, vt non tam mori quàm obdormire videretur. Obijt annos natus 58. & 6. menses, eodē anno quo Carolus V. Ex his verò omnibus quæ bona fide à me scripta sunt, colligat prudens lector, quàm alienus fuerit summus ille vir ab omni hæreseos labe, quam tamen illi adspergere non veretur infidus ille Sleidanus. Obijt hoc tempore etiàm in Germania Otto Henricus Comes Palatinus Elector, & in Dania Christianus Danorum rex.

Ioannes Cicus resipiscit.

Nota pietatem.

Poli mors.

Eodem anno Moscouitarum Princeps potentissimus in Liuonię Torpatensem ditionem ingentem mittit exercitum, trecentorum milliū hominum, qui omnia longè & latè populantur, ferro & igni omnia vastant, & per multa milliaria omnia cędę, rapinis, fœdissima barbarie & immanitate complent. Nulli neque ętati, neque sexui parcitur. Pueri infra annum decimum necantur, intra decimum & vigesimum cōstituti, Tartaris feris hominibus venduntur: supra viginti annos, trucidantur omnes. Pecus omne, quod in Moscouiam abduci non potuit, mactatur: ingens ex tota Torpatensi prouincia prēda abigitur. Quadraginta dies hunc in modum sæuitum est, paucis arcibus & vna Torpatensi ciuitate vim hostilem euadentibus. In Germanos ille Moscouitanus exercitus præcipuè sęuiebat: deprehensos omnes, mares quidem brachijs truncatis, fœminas sectis vberibus dirè cruciant: plerosq; in frusta discindunt, & mēbra palpitantia hàc illàc dispergunt. Multa nobilium & popularium, immò infinita propemodùm turba cum vxoribus & liberis & rebus omnibus intra Torpatum

Moscouitæ populantur Torpatēses.

Exempla barbarę crudelitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrbem se recipiũt, etiàm ex ijs qui decem, immò & viginti milliaribus inde distarent: sed cùm nimiã multitudinem vrbs capere non posset, supra millia decem in oppidi fossas confugiunt. Erat videre miseria, alios asperrimo hyemis frigore, alios inedia, alios postremò hostili gladio cõfectos, passim ruere. Nam sæuissimi Moscouiorum milites, vbi miseros in fossis latitantes cõspiciunt, præcipites in eos irruunt: gladijs, lanceis, sagittis immaniter conficiunt, eratq; plurima mortis imago. qui intra vrbem erant, nimia hostium multitudine absterriti, non fuêre ausi miseris ferre opem: tandem multis in eos tormentis exoneratis, hostes abscedunt. Indè porrò in Teutonici Magistri ditionem per Leidẽse territorium proficiscuntur, eademq; illic horrendæ crudelitatis exempla edunt, adeoque populãtur omnia, vt ne vnum quidem tuguriolum incolume permanserit. eundem in modũ se gerunt in regione Neruiensi, quæ & ipsa páret Magistro Teutonico. Vbi satis tãdem cædibus, rapinis & incẽdijs grassatum est, in Russiam immensis aucti spolijs reuertuntur. Nemo illis Liuoniæ procerum ausus est ire obuiàm, ità vt impunè illi omnia vastarent & diriperent.

Perimunt multi.

Ditio magistri Teutonici vastat.

Fit deindè conuentus omnium Liuoniæ procerum in Vuendensi oppido, & post multam disceptationem in eam sententiam itum est, vt sexaginta aut septuaginta aureorum millibus pax ab hoste redimatur. Quod etsi turpe videri poterat, post tantam acceptam cladem, tamen in præsens non aliud occurrebat consilium. Interìm verò dum Liuoniensium legati longissimis viarum emensis spatijs ad Moscouiæ Principem contendũt, (abest enim vrbs Moscouia à Torpato centum quinquaginta milliaribus Germanicis) Liuones contra pactas quadrimestres inducias Ruthenicæ Neruiæ incolis vim adferunt, duabus colubrinis in eos displosis, & non paucis occisis. At tamen Moscouitæ, quibus religio erat violare inducias, nihil se commouent, sed celerrimo nuncio rem totam ad principem suũ referunt. Ità accidit, vt eodem tempore quo Liuoniensium legati Moscouiam vrbem perueniunt, etiàm hic nũcius ad principem perferretur. Legati, eius quod acciderat ignari, Principem adeunt, de pace tractaturi. Sed ille vehementer commotus, induciarum ruptam fidem eis improperat, cum nouo eodemq; impio Luteri dogmate, quod ab annis paucis complexi sint, omnem illos fidem, pudorem, constantiam abiecisse dictitat. Iubet redire ad suos, pecuniam reddere Magistro, se breui adfuturum, & egregiè acceptam iniuriam vindicaturum. Ad fines Moscouiticę & Liuonienſis ditionis, duæ erant vrbes cum singulis arcibus: vtraque Neruia dicebatur: sed altera Germanica, altera Ruthenica. Inter vtranque non nisi fluuiolus intererat. Itaque Liuones è sua Neruia duas, vt dixi, colubrinas in Ruthenorum Neruiam exonerârunt, alijsque prætereà Liuonibus vicinis, qui inducias ruptas putarent, confluentibus, aliquot Ruthenorum cædes ediderunt. Ea res animum Moscouiæ Principis ab omni pace prorsùs abalienauit. Rursùs ingens conscribitur è Moscouia & Tartaris exercitus, qui primò Neruiam Germanicam occupant vi, arcem deditione capiunt: ciues Neruienses Moscouiæ principi sacramentum dicunt.

Liuones violant inducias.

Duę Neruiæ.

Neruia Germanica expugnatur.

Capta

Capta Neruia, exercitus omnis Neruiense territorium longè lateque ad quindecim Germanica milliaria fœdissimè rursùs diripit & vastat, multaque in sui Principis ditionem redigit. Pòst in Torpatẽsem diœcesin aduolât, Episcopi arcem Nienhusium, octodecim à Torpato vrbe milliaribus distantem, obsident & deditione accipiunt, vita viris & fœminis donata: sed cùm ex arce ad duo milliaria excessissent, in aliud Ruthenorum agmen incidunt, qui raptis virginibus & fœminis, viros rebus omnibus spoliatos dimittunt. Habebat Magister Teutonicus aliquot equitum turmas, sed cùm audiret Moscouitam cum vniuerso agmine aduẽtare prælij committendi causa, deserto Torpatensi episcopo, ad vigintiquinque ferè milliaria aufugit. Porrò Rutheni equites ad triginta millia cœpto pergũt itinere, Germanos quosque obuios trucidant. Totius exercitûs Moscouitici dux Petrus Sisegaleider, strenuus olìm pirata, cum omnibus copijs, in quibus erât Tartarorum triginta millia, & sclopetariorum millia duodecim, ad Torpatum obsidendum progreditur. Erant hominũ ad trecenta millia. Interim Germanos quosdam appræhensos, crudeliter tractat: viris brachia, fœminis vbera & nares pręcidit: sicque fœdè deturpatos, in vrbem mittit: oppidanis, vt se dedant, imperat: nî faciant, eadem ratione se omnes mulctaturum edicit. Multi iam ciues ex vrbe discesserant, paucique qui vrbem defenderẽt, relicti erant, partìm Catholici, partìm Lutherani. Catholici intra Ecclesię cathedralis immunitatem, vt vocãt, suas habebant ædes. Neminem enim ciues Torpatenses apud se ferebãt, qui nõ catholicam religionem eiurâsset. Moscouitę vbi ad oppidum veniunt, horrendum in modum tormentis omnia concutiunt. Fit magnus fœminarum & puerorum eiulatus: & licèt Catholici vrbem constanter defensuros se reciperent, & Senatum atq; ciues Luteranos ad cõstantiam hortarentur, at nihilo minùs paulò pòst intolerandis conditionibus se dedũt Moscouitis. Modò vita & facultates ipsis saluę maneant, Pontifici & imperio Romano renunciant, & præstito sacramento, in magni Moscouiæ Ducis imperium concedũt. Pręclarè nimirùm, vt qui ex Catholicis facti erant Luterani, ex Luteranis fierent Moscouitę, qui ferè Gręcorum ritus & religionem sequuntur. Eam deditionem indignissimè tulêre Catholici, qui etiàm vitam cum sanguine potiùs se fusuros dicerẽt, quàm vrbem hostibus prodãt, & ab auita religione discedant. Ea re cognita, Dux exercitûs Moscouitici nũciat obsessis, neminem se cogere, vt abiurato imperio Romano in Moscouij Principis ditiõem transeat. Si qui id nolint, licere illis in Germaniam illęsis abire. Itaque cùm Catholici foris hostes, intùs ciues aduersos haberent, ab vrbe excedunt. Erant omnes viri & fœminę ad quadringẽtos. Fuit hoc quoquè tristissimum spectaculum, dum maritus ab vxore, frater à sorore, liberi à parẽtibus diuellũtur. Qui in vrbe remanserũt, Pontifici & imperio Romano valefaciũt, & Moscouitico iugo colla supponunt. Longum esset enarrare, quantam cladem Liuonię amplissimę prouincię dederit Moscouitic⁹ exercitus: sed oĩa recto dei iudicio, quia à prisca religione ad Luteri commenta dilapsi, cum religione

Nienhusiũ capitur.

Torpatũ oppugnatur.

Catholicorũ cõstãtia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virtus priscorũ Teutonicorum militum.

pariter pristinam virtutem & constantiam, atque robur inuictum perdiderant plerique Teutonici milites. Olim cùm catholici essent, religioni & pietati addicti, decem illorum millia, Moscouitarum 80. millia collatis signis in fugã vertere potuêre. At postquàm partim Luteri, partim Zuinglij, partim Anabaptisticum Euangelion amplexi sunt, Moscouitis prædę sunt. Et iurè quidem ferunt Moscouiticum iugum, qui Pontificis Romani ferre noluerunt. Quàm verò miserum est, non videre homines, dum sub Euangelij prætextu à Catholica Ecclesia se separant, mox in diuersas & pugnantes se sectas distrahi: Indè porrò existere animorum dissensiones, quibus necesse sit tandèm etiàm amplissimas Respublicas interire, cùm verissimè dictum sit, Concordia res paruæ crescunt, discordia maximę collabuntur? Sed hæc, Turcico demùm aut Moscouitico pressi iugo, intelligemus.

Salustius.

Elizabeth substituitur Mariæ.

ANno 1559. decimoquinto Ianuarij die in demortuæ Mariæ reginę locum Angli substituunt Elizabetham, quam Henricus rex ex Bolenia susceperat. Ea, religione vetere ex toto regno exulare iussa, Zuinglianismum aut Caluinismum restituit. Sed dum illud regnũ religionem mutat, Deus Optimus Maximus inter potẽtissimos planeq; Catholicos reges Henricum Galliæ, & Philippum Hispaniæ, pacem largitur multis conditionibus initam, quas nimis longum esset huc adscribere. Iam vtriusque regis prouincię tot annorum perpetuis bellis defessę erant, nec sinè grauissima Catholicæ religionis iactura diutiùs protrahi potuissent, hęreticis intereà suum virus clàm spargentibus, & multos inficientibus. In hac mutua tantorum principum cõciliatione, vt esset pax firma & stabilis, regi Philippo despõdetur Elizabetha Henrici regis maxima natù filia, & soror eius Margarita Emanueli Philiberto Allobrogũ clarissimo principi.

Pax inter Galliæ & Hispaniæ reges.

Exequiæ Caroli V.

Mensis Februarij die 24. in Principum & Procerum ex tota penè Europa frequentissimo Conuentu Augustæ exequiæ celebratæ sunt Caroli V. pientissimi & potẽtissimi Imperatoris: idq; singulari studio & solẽnibus cęremonijs, atq; magna animorũ commiseratione.

Iohannes Gropperus moritur.

Die 14. Martij obijt Romæ clarissimus vir D. Iohannes Gropperus, Ecclesiæ Colonien sis in tuenda Catholica religione singulare decus & ornamentum, quem Pontifex Paulus quartus in cardinalium ordinem ampliss imũ cooptàrat. Sepultus est in ecclesia Germanorũ ad pedes optimi pontificis Hadriani VI.

Eodem mense Martio quiddam prodigiosum accidit in ea regione Angliæ, quam veteres Cambriam, hodiè Vualliam vocant. Annosa quędam fraxinus vi tempestatis deijcitur, trunco ad septem pedes è terra extante. Is verò cùm media suî parte eo ventorum turbine dissectus esset, in eius parte interiori crucis admiranda effigies conspicitur humano pede longior, colore nucis auellanæ. Ager, in quo ea arbor fracta est, hominis fuit non vulgaris, sed torquati equitis: & quod maiori quoquè admiratione dignum est, ea arboris pars, quam ventorum impetus à trũco auulsam humi

Crux in fraxino.

humi strauerat, eandem omninò crucis figuram referebat. Et vt ad plurimorum notitiam rei stupendæ miraculum perferretur, aliquot annis in arboris trunco crux illa perdurauit, non sinè stupore eam adspectantibus hominibus, qui frequentes eò confluebant rei nouitate permoti. Porrò qui eò accedere commodè nequibant, precibus ab alijs contenderunt, vt crucis effigies ad viuũ pictoris manu & arte expressa, ipsis visenda deferretur: quod etiàm factum est, idque adeò, vt in exteras quoquè regiones multa eius exempla peruenerint. Successerat iam in regno Anglię Marię reginæ pijssimæ Elizabetha, quę religiõem, vt dixi, mutauit, permisitque Caluinistas & Zuinglianos illic nidificare, immò & primas obtinere. Ea verò hominum fæx vbiquè demolitur statuas & imagines, & nec ipsius Christi figuram & effigiem pati potest. Voluit autem præpotens DEVS illos Antichristi satellites hoc stupendo Crucis in arbore existentis prodigio admonere, vt ab impietate sua maturè animum reuocarent, desinerentque persequi Crucem illius, quę idcircò varijs modis figuratur & exprimitur, vt apud homines perpes sit memoria ineffabilis illius charitatis, quę filium Dei compulit ob nostra expianda peccata ad tam immane & ignominiosum vsq; supplicium se deijcere & offerre. Ipsa quidem regina Elizabetha, licèt admodùm molestè id ferentibus noui Euangelij in Anglia buccinatoribus, fertur in basilica aulę suę Christi crucem erectam retinere, nec æquis auribus ferre concionatores in eam impiè debacchãtes. Et quid tandèm aliud est ità passim deijcere & profligare sacras illas CHRISTI crucifixi imagines, nisi ab hominum memoria penitùs tollere omnem memoriam ineffabilis erga nos amoris & beneuolentiæ illius, qua redempti sumus? Sequitum porrò est immaniter in Anglia in statuas & imagines, & è templis ità illę exturbatę sunt, ac si nihil ab ethnicorum simulacris distarent. Nec tamen satis fuit impijs hominibus, eas è templis exegisse, sed in campum raptatas pro scopo collocârũt, ad quem sagittas & iacula contorquerent. sed neque hîc impietas sistere se potuit. Nam in vrbibus celebrioribus non diuorum modò, sed etiàm Christi ipsius imagines in ignem coniecisse ludus fuit. Alij eò amentię & furoris progressi sunt, vt Christi à cruce pendẽtis imaginem, ea potissimùm parte, sagittis è trunculo tereti & cauo magna vi spiritûs efflatis, cõficiendam sibi proposuerint, qua non absque singulari mysterio è latere sanguis profluxit & aqua, & in tam nefario & omni suppliciorum genere vindicãdo flagitio inter se contenderint, quis primus illud sacratum latus traijceret, aut telo cor transfigeret: idque in ipsis Londini suburbijs ità perpetratum, vir quidam grauis & fide dignus annotauit. Magna est interìm Christe Deus patientia tua, sed tarditatem supplicij quandoquè grauitate compensabis: quanquàm hocipsum omne fermè vincit supplicium, vt iusto tuo iudicio sinantur homines in tam horrendę impietatis barathrum ire præcipites.

Hęretici hostes crucis Christi.

Effigies crucis in basilica reginæ Angliæ.

Nota impietatem.

Paulò post illud in arbore apparentis Crucis inusitatum prodigium, nempe circiter Pentecosten, in Cantia, quæ est Angliæ pars alia, mulier

quæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Crucis effigies in fubucula.

quædam in fubucula fua Crucis vidit expreſſam effigiem. Erat ea fœmina non ignobilis, neque Crux illa aut colore aliquo ab homine efficta, neque acu vel filo intexta, ſed è Cæleſti quodam influxu nata cernebatur. Fruſtrà hæretici cum impijs Iudæis & Mahometanis Chriſti crucem abolere conantur. Obitèr hîc hæreticorum fraus quædam commoranda venit. Profertur ab illis edictum Valentis & Theodoſij de non effingendo ſigno Chriſti. Prima fraus eſt, quòd conſtat Valentem in imperio nunquàm conſociatum fuiſſe Theodoſio: altera fraus eſt, eaque apud hæreticos valdè ſolennis, quòd à Theodoſio quidem edicto cautum eſt, nè quis ſignum Crucis ſculperet aut fingeret, ſed additum eſt, humi. Hanc voculam illi impoſtores omiſerunt. Videbatur pio principi cedere in aliquam Chriſti iniuriam, quòd eius ſignum pedibus calcaretur: itaque nè deincèps humi exprimeretur, vetandum putauit. Vetuit hoc idem Romę fieri ante paucos annos Pius 4. Romanus Pontifex. Ità iſti malę fidei homines miſerandum in modum incauto lectori imponunt, nec timēt illos ęternos æſtuantis gehennę ſignes, quibus in oñem æternitatem ob tam nefaria mendacia cruciabuntur.

Inſignis fraus hæreticorum

Nuptię Philippi regis.

Viceſimaſecunda Iunij magnificentiſſimo apparatu celebrantur nuptiæ Philippi regis & Elizabethę filiæ Henrici Galliarum regis. Aderant Philippi nomine Dux Albanus, princeps Aurantius, & comes Egmondanus cum alijs proceribus & nobilibus. Cumque paulò pòſt etiàm Philiberti & Margaritę ſororis nuptias eſſet celebraturus Henricus rex, & interìm certamina equeſtria fierent publicè, ipſo rege omnium admiratione fortiſſimè ſe gerente, eccè repentè poſtremi diei concurſu, â quo tamē permulti eum retrahere conabantur, inprimìs regina coniunx, haſta in regis pectore frangitur, & eius fragmentum per galeam adactum, in cranium vſque altè defigitur. Ex eo vulnere intra paucos dies rex, annos natus quadraginta, ætate, opibus, gloria florentiſſimus, occumbit. Eius obitus Galliæ regno incommodiſſimè accidit, pleriſque res nouas molientibus, & praua dogmata complectentibus, quod illo ſuperſtite nunquàm auſi fuiſſent. Omninò ſtatuiſſe fertur, ſi ei ſuperuiuere licuiſſet, acerrimè in toto regno ſuo perſequi eos omnes, qui noui Euangelij commenta ſequerentur. Ei in regno ſuffectus eſt Franciſcus filius natù maximus. Eiuſmodi verò exempla admonent homines, vt meminerint nihil eſſe ſub ſole diuturnum: tum quoquè apud præpotentem DEVM non eſſe perſonarum acceptionem, ſed cùm ei viſum eſt, tollere eum è medio ſublimes & humiles, diuites & inopes: quarum rerum prudens & ſagax cogitatio id efficere apud nos debet, vt ſemper animus ſit erga Deum pius, & à rerum labentium atque fluxarum ſtudio & amore liber & abſolutus. Hęc enim magnam pręſtant pectoris tranquillitatem.

Mors Henrici regis Gallorum.

Paulus 4. decedit.

Die 18. Auguſti Paulus 4. Romæ vitam cum morte commutat. Moritur etiàm Hercules Eſtenſis Ferrarię dux: itemque Iſabela Hungarię regina, cui rara felicitate cōtigit, vt & regis eſſet filia, & regis ſoror, & vxor, & mater. In regno Scotiæ vnus atque alter temerarius & indoctus nebulo in-

lo inter populares religionis nomine ſeditiones excitat planè barbaricas, quę deindè quorundam nobilium adiutæ ſtudijs, eius regni ſtatum mirè perturbârunt.

Caluinus poſt vltimam ſuam Ioachimi Vueſtphali admonitionem, pro ſua maieſtate nihil deincèps contra eum ſcribere conſtituerat. Itaque Theodorus Beza impurus nebulo, hoc anno ſcriptum edit cōtra Vueſtphali calumnias. Prodit etiàm Petrus Martyr, ſed non martyr Chriſti, aduersùs Stephani doctiſſimi Vuintonienſis Epiſcopi librum, quo is Capernaitarum (ſic enim vocat Sacramentarios) cauillationes confutat. Eſt hoc Martyris ſcriptum longè peſtilentiſſimum, quo homo callidus mira arte & vafricie, ſummaq; vi audet ſacras literas & antiquos patres & Concilia ad ſceleratiſſimum dogma ſuum confirmandum detorquere, cùm certiſſimum ſit, hęc omnia ab illo vel maximè diſſentire. Sed huiuſmodi mendacijs miſerę plebeculę illi atrociter imponunt. Faciebat hoc homo verſutus, quia videbat tot teſtimonia Patrū cōtra Sacramētarios adferri à Vuintoniēſi, vt multi in Anglia egregiè in fide Catholica confirmarētur, & nō prorsùs à periculo abeſſent Sacramētarij.

Beza contra Vueſtphalū

Iuniores Saxoniæ principes hoc anno Latina & Germanica lingua ſcriptum publicum ediderunt, itemq; comites Manſfeldenſes aliud ſcriptum, quibus vndecim enumerantur ſectę, & vt execrabiles hereſes condemnantur. In ijs ſunt etiàm Melanchthonici, Maioriſtæ, Adiaphoriſtæ, & Sacramentarij. Porrò in Heidelbergenſi academia periculoſum ortum eſt certamen inter Tilmannum Heshuſium & Guilielmū Clebitium de cœna Domini. Princeps Palatinus, cui páret Heidelberga, in hac Euangelicorū funeſta altercatione à Melāchthone quęrit, quid ipſe hoc in negocio ſentiat. Melanchthon ſic reſpondet, vt nouū quoddam Sacramentarię impietatis genus effinxiſſe videatur. Sic iſti miſeri ex erroribus alijs in alios labūtur, ſemper ſeipſis deteriores. Nicolaus Gallus, præco Ratiſbonēſis Luteranus, huic Melanchthonis ſcripto egregiè reſpondet.

Luterani ſectas multas damnāt.

Contentio Heidelbergenſium.

Rex Danorum ſuis & ſociorum principum armis Thietmarſos liberos populos, vel qui libertatem ſibi vendicarēt, in duram redegit ſeruitutem. Solebat ille populus Archiepiſcopo Bremenſi parére, & Catholicæ religioni eſſe addictus, & eatenùs permanſit inuictus. At vbi Luterizat, & religiōem veterem abijcit, inſigni ſeruirute preſſus, dat ſuæ leuitatis pœnas. Atque hi ſunt pręclari fructus noui Euangelij. Nouum Euangelium docet libertati carnis ſtudere gnauiter, & interìm ſuos ſectatores vel turcicę, vel Moſcouiticę, vel alię moleſtiſſimę ſeruituti addicit. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Thietmarſi domantur à rege Danorum.

Pſalm 118.

ANno 1560. die 2. Ianuarij, Romæ Pontifex Maximus renunciatus eſt Iohannes Angelus Medices Mediolanenſis, & Pius 4. dictus, qui ſumma cum laude pontificatum adminiſtrauit. Eodem anno obijt in Polonia Iohannes à Lasko vir nobilis, ſed inſignis ſacramentarius. Obijt etiàm Philippus Melanchthō, Luteriſmi egregius propagator, licèt in Euchariſtiæ negocio Zuinglianiſmi quàm Luteriſmi eſſet

Pius 4 fit Pontifex.

Melāchthō exhalat ſpiritum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset studiosior. Multùm is vir nocuit Catholicæ Ecclesiæ, vel hoc solo nomine, quòd modestia quadam vsus, multorum sibi incautos animos conciliauit, cùm Luterus planè importunus & vehemẽs, inuisum se nónullis hoc ipso redderet. Fertur autem Melanchthon aliquot Luteri scripta limâsse & castigâsse, quæ alioquì in lucẽ sic emissa, vt Luterus impotenti quodam animi impetu & insolentia ea confecerat, plurimùm Luteri dogmatis detractura fuisse putantur. Fuit Melanchthon admodùm familiaris Sacramentarijs, quippe à quorum dogmate non valdè abhorreret. Iohannem Crispinum ad edenda denuò Oecolampadij scripta hortatus est, Bullingero & Caluino de reb⁹ suis sæpè scripsit familiariter: multis studiosis author fuit, vt Tigurum & Geneuam, ob cognoscendam liquidò de Eucharistia sententiam, se conferrent. Et quia illum non puduit à sanctissimi patris sui Luteri dogmate Eucharistico dissentire, ipsius quoquè discipuli & alumni & viuum & mortuum multis conuicijs, vt quidam scribit sacramentarius, lacerârunt. Et quídni illum lacerent sui discipuli, quandò ille totiès lacerauit matrem Ecclesiam Catholicam?

Melãchthõ familiaris Zuinglianis

Magdeburgenses ministri grandia aliquot volumina ediderunt Historiæ suæ Ecclesiasticæ. Hoc anno quarta Centuria eius præclaræ, immò pestilentissimæ & perniciosissimæ, vt grauissimi viri testantur, historiæ prodijt. Et vt magis mireris, Matthias Illyricus cum socijs eius Historiæ authoribus, eam reginæ Angliæ dedicãt, nec dubitãt in ea Epistola Nuncupatoria Zuinglianos acriter perstringere, vt qui philosophicis rationibus Testamẽtum Domini adeò euacuent, vt corpus & sanguinem Christi, quo ad præsentiam & Communicationem, iuxta clarissima, euidentissima & potentissima verba ipsius Christi, prorsùs remoueant, miraque verborum perplexitate fucum faciant. Porrò cùm Zuingliani iactitent vetustos Patres ab ipsis stare, isti contrà hoc prorsùs negant, & secum facere Patres, cum Zuinglianis verò pugnare affirmant. Quibus tandèm assentiemur?

Historia Magdeburgensis.

Hæc verbis ipsos quo què iugulãt

De hac Magdeburgensium historia operæprecium fuerit paulò accuratiùs agere, & quàm bona fide, qua religione & pietate in ea conscribenda versati sint, Lectori explicare. Iactitant illi se omnia ad solius veritatis amussim exigere, & hoc proculdubiò persuadent imperitis: sed qui alicuius sunt lectionis & iudicij, tot in illis fraudes & mendacia, tot in patres sanctissimos intolerãda conuicia, multaque alia nulla ratione ferenda comperiunt, vt facilè animaduertant, non hoc illis studio fuisse, vt nobis veram & Catholicã texerẽt historiam, sed vt veras historias patrumq; scripta in multorum perniciem deprauarent & contaminarent. Constat quidem, eos plurimùm & operæ & temporis in ea conscribẽda posuisse, nec vlli peperciisse labori, vt vndecunquè conquirerent, quę possent Catholicę Christi Ecclesię aliquid adferre detrimenti, illorumque praua dogmata vel in speciem cõfirmare: sed vtinàm illorum mala mens tam posset ab omnibus perspici, quàm illi sedulò mirabili astu & vafricie eam studeant celare. Erunt hauddubiò in Catholica Ecclesia, qui quandoquè prolixè

lixè illis respondeant, & impostura omnes producant in lucem: nec ità pridèm vir doctissim⁹ Alanus Copus Anglus sex Dialogos edidit, in quibus permultæ illorum calumniæ, fraudes, & mendacia reteguntur: cuius ego vestigijs insistens, pauca quædam indè contra istos infidos historicos mutuabor, meisq; ferè verbis nonnulla ex ijs efferam, quæ ibi copiosissimè & elegãtissimè habentur. Pro meo verò instituto breuis ero, ità tamẽ, vt lector exijs, quæ à me annotabuntur, de tota illa in multas Centurias distributa Historia, nullo negocio possit statuere. Hoc inprimis vel maximè deplorandum est, in ijs hominibus, qui semèl obstinato animo à Catholicæ Ecclesiæ castris ad sathanæ synagogas defecerunt, tantum inesse nocendi studium & conatum, vt nihil prorsùs prætermittere videantur, quod possit in miserorum mortalium certam perniciem cedere, qui si soli perirent, posset hominum deplorata malitia id iure meritoq; pati videri: iam verò quandò cõtenti non sunt sibi ipsis exitium attulisse, sed modis omnibus nituntur etiàm quàm plurimos secum in æstuãtis gehennæ æternum chaos pertrahere, hoc quidem tantam habet immanitatem & barbariem, vt nullus vnquàm pro dignitate satis id explicare queat. Et est sanè multùm formidandum, nisi Deus istorum machinationibus potẽti virtute sua finem imponat, & Ecclesiam ab hac hominum fæce repurget, non quieturos illos, donèc Patrum scripta corrumpant, quæcunque illorum opiniones destruunt, maximè cùm iam ante multos annos constet, Luterum harum turbarum authorem, in ipsis diuinæ scripturæ libris tam multa adulterâsse: certumque sit, & Luteranos Luteranis, & Sacramentarios æquè Luteranis, & Luteranos Sacramentarijs palàm obijcere, quòd scripturas deprauent. Quid enim non ausi erunt homines incredibili audacia & petulantia, qui etiàm in Deum ipsum, & in sanctos cum Deo in cęlis regnantes, palàm contumelioſi & blasphemi sunt? Porrò verò cùm non ignorent Romanos pontifices Christi in terra vicarios, pro suę sedis primaria authoritate hæreticis semper iuisse obuiàm, & eorum elatas ceruices fortiter compressisse, mirabiliter cùm cęteri hæretici omnes, tum isti Magdeburgenses centuriones in Romanos Pontifices incurrunt, illos etiàm, quos pro Christo suscepta mors, aut alioquì incomparabilis vitæ sanctimonia & eximia doctrina egregiè commendat. Hinc est, quòd non pudet eos in dubium vocare, num Petrus Apostolus vnquàm Romę fuerit, & cùm multorũ Patrum citent testimonia, quibus perspicuum fit Romæ Petrum fuisse, idque testetur orbis vniuersi consensus, tamen nó multùm referre existimant, quid in quamlibet partem credas: scilicet veteratoria arte in id intenti, vt si Petrum Romæ non fuisse hominibus persuadere possint, iam illud quoquè obtineant, Romanos Pontifices non esse Petri successores, nec alijs episcopis præferri eos oportere. Caluinus hac in re, vt in multis alijs, Proteus est. In Institutione sua scribit se propter consentiens antiquitatis hac de re testimoniũ nõ pugnare, quin Petrus fuerit Romę mortuus: at in Epistolam D. Petri scribẽs, Nisi, inquit, maria & terras momento trãsuolauerit Petrus, procùl ab Italia mortuum esse cõstat.

dialogi Alani Copi.

Hęretici Patrũ scripta corrumpũt.

Hęretici infesti Pontificibus.

Caluinus Proteus. Lib. 4. Cap. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Belliſſimè ſanè, in re apertiſſima tam pulchrè ſibi conſtant, vt agnoſcas mendacij ſpiritum iſtorum ſibi pectora vẽdicáſſe. Iam verò quòd Magdeburgici, & Caluinus, & hæretici omnes Romanum pontificem cogunt in ordinem, nec Romanam ſedem volunt alijs eſſe antelatam, id illorum malitiam & perfidiam egregiè coarguit, cùm nõ ſint neſcij, Romanis põtificibus non modò de omni antiquitate præcipuos ſemper eſſe delatos honores, ſed ipſum etiàm Carolinum librum, quem falsò illi religioſiſſimo principi Carolo Magno attribuunt, & de quo tam impotẽter Catholicæ Eccleſiæ inſultant, diſertis verbis affirmare, Romanam ſedem nullis ſynodicis conſtitutis cęteris eccleſijs eſſe prælatam, ſed ipſius Domini authoritate tenere primatum. Si tanti apud illos eſt ſcriptum illud, cur hęc & multa alia eius ſcripti non recipiunt? Sed improba verſutia ſatis habuit aliquid inueniſſe, quod ex illo ſcripto nobis obijceret, etiamſi nõ neſciat multò plura illic haberi, quæ illis à nobis poſſint rectiùs obijci, quàm quę nobis ab illis. Eſt ergò hoc magnoperè in iſtis infauſtis hominibus obſeruandum, quòd incredibili quadam animi calliditate in omnem occaſionem intenti ſint, & ſi quid vſpiàm in patrum ſcriptis occurrat, quod pro ipſis facere videatur, id mirum in modum exaggerent, cętera omnia floccipendant: quòd ſi eiuſmodi aliquid occeurrat, quod truncatum ſi ſit, incauto lectori fidem poſſit facere, cum illorum erroribus conuenire, ibi nihil eos pudeat mutilas & truncatas ſententias citare, quæ tamen ſi integrę proferantur, illorum opiniones deſtruant. Nec infrequens apud illos eſt, dum allegant aliqua ex patribus vel aliundè, ea omittere, quę ſi abſint, ab illis Patres ſtare videantur: ſi adſint, eos oppugnare certum ſit. Quæ omnia hominum ſunt flagitioſorum, & falſa pro veris imperito lectori obtrudere cupientium.

Lib. 1. Cap. 6.

Cent. 3. Cap. 6. & 7.

Recitant Magdeburgici Centuriones, qui illas mendacijs refertas centurias cõſcripſerunt, nefarium quoddam crimen ſanctiſſimi martyris & Romani pontificis Cornelij, (ſic enim illis collibitum eſt tantum tractare virum) voluntq; Cypriani teſtimonio docere, Cornelium cõtra Chriſti inſtitutionem populo non niſi aquam in calice porrexiſſe: addunt alias blaſphemias, in Romana ſede myſterium iniquitatis, vt in alijs rebus, ità & in Cœnæ Dominicæ deprauatione maturè laborare cœpiſſe. Hæc iam prima fronte illorum hominum in ecclesiam & pontifices romanos inexpiabile odium perſpicuè ſatis præ ſe ferunt: fitque illis iuſto Dei iudicio, vt odio & liuore occęcati, toti orbi conſpuendos & irridendos ſe propinent, nec id tamen animaduertant. Primò enim intolerabilem iſthæc narratio habet vanitatem, quaſi ille inſignis Epiſcopus & martyr, quem tam prolixè ipſe Cyprianus commendat, tam vel ſtupidus, vel impius fuerit, vt contra Chriſti inſtitutionem pro ſanguine meram aquam porrigeret. Deindè Epiſtola illa Cypriani, quam pro ſe allegãt Magdeburgici, non ad Cornelium ſcripta eſt, ſed ad Cęcilium Africę Epiſcopum, qui illi Carthaginenſi de rebaptizandis hęreticis Synodo interfuit: & audẽt impoſtores iſti contra omnium exemplarium fidem, pro Cęcilio Corneliũ ſubſti-

Lib. 4. Epiſt. 2.

Lib. 2. Epiſt. 3.

ſubſtituere. Facit hoc liuor & inuidia, de quibus, vt ait D. Hieronymus, ſcripſit B. Cyprianus librum valdè optimum: quem vtinàm iſti potiùs legiſſent, & ex eius lectione ſeſe corrigere maturâſſent, quàm falsò producerent Cypriani epiſtolam, nihil ad Corneliũ pertinentem. Colligat hinc prudẽs lector, qua fide iſti homines in rebus noſtræ religionis verſentur. O calamitatem temporum horum. Et tamen has hiſtorias multi cupidiſſimè arripiunt, eisq; auidiſſimè lectis putant ſe Crœſi opes inueniſſe. Vtinàm tales vel admoniti, ab horum fraudibus ſibi cauerent. Et nè puter lector me illos iniuria afficere, eodem ipſo ſexto capite tertiæ Centuriæ, vbi hanc Cœnæ deprauationem Cornelio affingunt, mirabili & incredibili ſtoliditate & cæcitate animi ſui prauitatem omnibus produnt, dum illam Epiſtolam, quam aliàs Cornelio ſcriptam nugantur, non illi, ſed Cęcilio ſcriptam, contra ſuam ſententiam affirmant. Ità repentè illi ſui immemores, de vna eademque re, pugnantia eodem capite loquuntur. Quis tãtam fraudem vnquàm pro dignitate vel deplorare vel deteſtari ſufficiat? Volebant illi Cornelium Põtificem & martyrem odio Romanæ ſedis ſumma ignominia afficere, & ſibijpſis ſempiternæ ignominię, dum ſuam ipſi malitiam produnt, apud omnem poſteritatem notam inurunt. Nec eſt iam quòd miremur iſtos Euangelicos, immò hęreticos homines, in noſtrę & aliquot ſuperiorum ætatum Romanos Pontifices tam petulanter incurrere, quandò nec illi tam antiquo & celebri pontifici & martyri parcunt. Omnis verò illa Pontificum iniuria in Chriſtum redundat, qui taliũ contumeliarum vindex acerrimus erit, immò etiàm nunc eſt, quãdò iſtorum nugatorum fraudes & mendacia non ab alijs magis, quàm ab ipſis aperiri ſinit. Eadem fide iſti viri egregij non raro vtuntur, tum in Cypriani, tum aliorum Patrum contra Romanæ ſedis principatum proferendis ſententijs: & ſi quidem par eſſet illorum voluntati facultas, iam pridèm ſuis mendaciorum cuniculis eam ſedem penitùs euertiſſent. Sed fruſtrà ſudãt miſeri. eſt autem hoc admirabile, quòd cùm patres omnes, vbicunque fert occaſio, virgula cenſoria notatos, nihil velint habere authoritatis vel ponderis, ſed impudenter & procaciter reijciant, rursùs tamen ſi quid apud illos ſit, quod ad ipſorum cauſam tuẽdam aliquid ſubſidij adferre poſſe videatur, id vel miſerè mutilatum, vel etiàm vi detortum, vel per capillos attractum, cogant ſuis ſeruire mendacijs. Ità cùm B. Cyprianus Eccleſiaſticæ vnitatis & concordiæ ſemper fuerit ſtudioſiſſimus, adeò vt etiàm qui diuerſam ab ipſo de rebaptizandis hęreticis ſequerentur ſententiam, illos à ſua noluerit communione ſeparare, nihilo minùs multa ex eo iſti præclari centuriones allegant, quibus vnitatem Eccleſiaſticam oppugnent, quę nulla eſſe poteſt, niſi cum Romana Eccleſia, quam idemipſe Cyprianus principalem, quam radicem, quam matricem, quam vnitatis originem appellat, cæteraę per orbem Eccleſiæ conſentiant. Porrò inſignem illam eiuſdem Cypriani ſentẽtiam, qua ait: Eccleſia vna eſt, quę vna intùs eſſe & foris non poteſt. Nam ſi apud Nouatianum eſt, apud Cornelium nõ fuit; Quòd ſi apud Cornelium fuit, qui epiſcopo Fabiano legitima ordinatione ſuc-

In Epiſtolã ad Galatas.

Cyprianus de Rom. Eccleſia.

Lib. 1. Epi. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Legitima epi scoporũ succ cessio.

Hier. 23.

Cent. 5. Cap. 10.

Johan. 21. Luc. 22.

succeſſit, Nouatianus in Eccleſia non eſt: hanc (inquam) ſententiam, quę non vnius Cypriani, ſed aliorum quoquè ſanctiſſimorum Patrum eſt, cõfidenter reijciunt. Sed quarè tãdèm? Vident hîc legitimę ſucceſſionis mẽtionem inijci, quam cùm ipſi in ſuis ſynagogis nullam proferre queant, cane peiùs & angue illam oderunt. Ad hos enim pertinet illud propheticum: Non mittebam prophetas, & illi currebant. Si exigas ab eis, quas habeant ſuarum eccleſiarum apoſtolicas & continuatas ſucceſſiones, ibi videbis aut obmuteſcere, alioquì nimiùm loquaces, aut atra bile pcitos ferri in rabiem. quam verò iſti vnquàm poſſint proferre ſucceſſionem, cùm neque ſibijpſis diù conſtent, nec idem ſemper doceant, ſed ſubindè in alias formas ſua paradoxa transforment? Porrò multùm ab illis ſudatur, vt oſtendant Romanos pontifices Concilij Niceni Canones deprauâſſe, vt ſibi ſupra alios authoritatem vſurparent: & hîc ſinè vllo pudore aut religione tantæ impietatis inſimulant Innocentium I, Zoſimum, Bonifacium, Cęleſtinum, tam vetuſtos & ſanctos põtifices, è quibus aiunt Zoſimum, vt falſum teſtem, poſt tres annos & nouem menſes diuinitùs extinctum eſſe. Mirum autem in modum hîc iactitant Synodum 6. Carthaginẽſem, cui Auguſtinus interfuit, quam etiàm ampliſſimam & ornatiſſimam vocant, aiuntq; eius Synodi patres, comperta Romanorum põtificum perfidia, nihil ab eo tempore Romano Pontifici iuris in Africanas eccleſias conceſſiſſe. Quæ omnia eiuſmodi ſunt, vt indocto lectori nimiùm pernicioſè imponant, doctos verò admirari cogant iſtorum hominum improbitatem & deterrimam mentiendi libidinem. Non opùs habebãt Romani pontifices vel Nicenę Synodi, quòd ad ipſorum primatum attinet, approbatione, vel eius deprauatione, quę incidere non poſſet, niſi in hominem longè ſceleratiſſimum, cùm in Euangelio extent Chriſti Dei ad Petrum verba, quibus ei ouium ſuarum paſcendarum & fratrum ſuorum confirmandorum attribuit poteſtatem. Nec Africani patres Romanæ ſedis authoritatem contempſerunt, aut illi quicquam detraxerunt: quod ſi vel maximè feciſſent, quod iſti hęretici nunquàm docere poterunt, tamẽ extat Synodus œcumenica Sardicẽſis, cui 300. epiſcopi ſubſcripſêre, quæ plurimum tribuit Romano põtifici, meritoq; antefertur illi Synodo Carthaginenſi, quę tamen nihil facit pro hęreticis, ſi propiùs inſpiciatur. Nã etſi nonnihil hæſitabant quidam epiſcopi, num eſſent Niceni Concilij canones, qui ab Apoſtolicæ ſedis legatis proferebantur, at nihilominùs profitebantur, ſe eos tantiſpèr ſeruaturos, donèc integra exemplaria Nicenæ Synodi ab Alexandria, Antiochia & Conſtantinopoli adferrentur. & cùm Legati Pontificis inter cętera dixiſſent, vt hac de re ad Romanum pontificẽ quoquè ſcriberent, Aurelius Carthaginis epiſcopꝰ, reliqs oĩbus approbantibus, ait in hęc verba: Neceſsè eſt, vt noſtrę paruitatis literis ſancto fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio ſingula, q̃ tractamus, pleniſſimè intimemus. Quibus verbis ſatìs indicant ſuam erga Pontificem obſeruantiam. Sed hęc oĩa diſſimulant verſuti hęretici, vt imperitũ lectorem fallant. Nec ignorant, etiamſi in Nicenis canonibus hodiè nõ leganẽ illa, quæ

Hęretici Synodos reijciunt.

Epiſt. 157.

Cent. 5. Cap. 10.

Cent. 4. Cap. 7.

Antilogiæ Cẽturionũ.

quæ à legatis Pontificis in hac Synodo Carthaginenſi proferebantur, tamen haberi ea in Synodo Sardicenſi, quæ certè authoritatis habet plurimum, cui etiàm magnus ille Oſius interfuit, quem conſtat Nicenæ quoquè Synodo interfuiſſe. Sed appáret (quod maximoperè dolẽdum eſt) in iſtis hominibus quædam animi malignitas, in hoc ſolùm intenta, vt errorem ſuum pertinaciter etiàm per fraudem & mendacia tueatur. Hinc eſt quòd hoc loco aliquid valet apud eos hęc Synodus Carthaginenſis, cùm alioquì etiàm ipſam Nicenam, & Chalcedonenſem, & in vniuerſum ſynodos omnes reijciant, vbicunquè illis collibitum eſt. Quid verò Pontifici Romano Africani epiſcopi tribuerint, cùm multa alia, tum tres illę epiſtolæ, quæ in Auguſtini Epiſtolis leguntur, putà 90. 92. & 95. ſatis declarant: in quarum prima, nempe 90. his vtuntur verbis epiſcopi Synodi Carthaginenſis ad Innocentium: Hoc geſtum domine frater ſancte, charitati tuę intimandum duximus, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis etiàm Apoſtolicæ ſedis adhibeatur authoritas. Hęc & id genus alia plurima fraudulenter celant centuriones noſtri, contenti fragmentum aliquod hincindè excerpſiſſe, quod prima fronte pro ipſis facere videatur, vt ſic incautum Lectorem decipiant. Pluribus hoc loco illorum de Pontificibus mendacia confutaremus, ſed eſt ab inſtituto noſtro alienum: hoc vnum addendum eſt, Auguſtinum diſertis verbis affirmare, ad Mauritaniam Cęſareenſem iniũcta à Zoſimo Apoſtolicæ ſedis Epiſcopo eccleſiaſtica neceſſitate ſe eſſe pertractum. Itaque ille tantus Africæ epiſcopus reuerenter agnouit Zoſimi authoritatem, quem tamen iſti Centuriones aiunt vt falſum teſtẽ poſt tres annos & nouem mẽſes diuinitùs extinctum: & vt magis eorum prodatur improbitas, eadem Epiſtola 157. idem aſſerit Auguſtinus Pelagium & Cęleſtiũ hęreticos à Papa Innocentio & Zoſimo toto Chriſtiano orbe damnatos eſſe: quibus verbis luculenter confirmat, Pontifices Romanos toti Chriſti Eccleſiæ prędidere. Sed de hîs ſatìs: atq; vtinàm vellent tãdèm animaduertere homines, quàm mala fide ab iſtis nouis dogmatiſtis religionis grauiſſima negocia tractentur. Prętereo hoc loco, quàm cõtumelioſè Centuriones noſtri proſcindant Leonem 1. & Gelaſium ſanctiſſimos atque doctiſſimos Pontifices, quamq; impudenter mentiantur, patres quinti ſeculi rara aut nulla edere teſtimonia de Romanorum pontificum præ alijs authoritate, & Iulium antiquiſſimum & ſanctiſſimum pontificem ſibijpſi canones de ſuo iure mentitum eſſe: quæ omnia nihil ſanè iſtis celeberrimis pontificibus derogant, ſed horum centurionũ produnt teterrimum in pontifices liuorem & odium, deploratamq; nequitiam & impietatem, quam etſi ad tempus fert magna Dei patientia, tamen quandoquè ſeueriſſimè caſtigabit. Quàm verò fœdum & probroſum eſt, quòd ijdem Centuriones ex Socrate & Zozomeno Canonem proferũt, quem modò vnà cum Muſculo deprauatè trãſlatum, eò pertinere volunt, nè eccleſiæ citra Romani pontificis conſenſum dedicentur, modò non hac de re, ſed de pontificum Romanorum prærogatiua, qua epiſcoporum cauſas ex remotiſſimis prouincijs ad ſuum tribunal reuocabant, agere apertè, p-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fitentur,idq; in eadē centuria?immò etiàm eodem oīnò folio de hoc Canone pugnātia ſcribunt.Porrò eius Canonis hęc ſententia eſt,non oportere abſq; ſententia Romani Pontificis Concilia celebrari,vt habet vetus Epiphanij Scholaſtici verſio,vel decreta Eccleſijs ſancire,vt quidā recèns vir doctiſſimus tranſtulit.qui ſanèCanon cùm ſit antiquiſſimus,p̄clarum Romanorum Pontificum authoritati reddit teſtimonium, quod Centuriones ferre non poſſunt,& citant tamen,vt ſeipſos turpiter pudefaciant. Et id genus fœdiſſimi lapſus crebri ſunt apud iſtos & alios noui euangelij p̄cones,quos diuino iudicio,dum aduersùs veritatem quaſi quibuſdam furijs agitati vndecunquè praua ſibi cōmenta conquirunt,mirabiliter oc̄ecari videmus,& ruere p̄cipites in fœdas antilogias & putidiſſimas abſurditates:nec tamen pudet ſuî homines perfrictæ frōtis, & leuiùs ferunt, quòd ſciant ab imperitis iſthæc non facilè animaduerti.

Et hæc quidem de oppugnatis fruſtrà à Centurionibus iſtis Romanæ ſedis Pōtificibus dixiſſe ſufficiat:iam veniamus ad ea, quibus illi ſacerdotum cælibatum euertere conantur. In ijs nō poſtremum locum obtinet epiſtola quædam,quam illi volunt eſſe Vldarici Auguſtani Epiſcopi.hoc quidem obſeruandum eſt,legem de cælibatu ab ijs incunctāter vocari doctrinam dæmoniorum:porrò quòd ipſi belliſſimi Euangelici fratres,plerique omnes periuri ſacerdotes,& votifragi monachi, ruptis omnis pudoris & religionis vinculis,perfractis oīnium diuinarum humanarumq; legum repagulis,blandiſſimę dominę Veneri ſe totos conſecrant,& alios vt idem hilariter factitent,verbis,ſcriptis,exemplis prouocant & extimulant,id verò purum putum eſſe verbum Dei: & hoc credunt, neſcio quo lethargo oppreſſi,mortales.Sed abſit,vt plus tribuamus iſtis cæcis & inſanis apoſtatis,quàm oīnium retrò ſeculorum ſanctiſſimis & eruditiſſimis patribus,& iudicio totius orbis Chriſtiani.Porrò videamus,quam iſti nobis pertexant fabulam ex epiſtola Vldarici ſcilicèt.Vldaricum vocant,quē Vdalricum dicuntalij, ſanctiſſimum Auguſtæ Vindelicorum quondàm epiſcopum.Huic iſti tenebriones quandam auſi ſunt affingere epiſtolam, vt nullius eos flagitij pudet,ſcriptam ab illo ad Nicolaum I. Romanum Pontificem.Sed impudens commentum,vtriuſq; & Vdalrici & Nicolai inſpecta ætate,inſtàr fumi diſſipatur.Nam Nicolaum Pontificem doctiſſimi viri ſcribunt obijſſe diem ſuum anno Chriſti 867. Porrò Vdalricus obijt anno Chriſti 973.Itaq; hinc colligat prudens Lector, quales nobis chimæras pro eccleſiaſticis hiſtorijs obtrudant Magdeburgici centuriones.Quorsùm verò attinebat ab iſtis citari Vdalricum,cuius tota vita è diametro cum iſtorum portentoſis dogmatibus pugnat? Sed verſutiſſimi homines, omni eius ſanctiſſima vita poſthabita, inuenerunt Epiſtolam, quam illi,non ſinè inſigni in tantum virum contumelia,attribuerent. Nam Vdalrico hoc tribuitur encomion, quòd fuerit paſtor & doctor Eccleſiæ fideliſſimus. Et vt paucis videat Lector, quàm nihil conueniat Vdalrico cum centurionibus & toto grege dogmatiſtarum Euangelicorum,fuit Vdalricus puer in monaſterio benè inſtituto ſancti Galli educa-

Hęretici vt oppugnent cælibatum ſacerdotū.

Epiſtola S. Vdalrico falsò attributa

S.Vdalrici vita.

educatus,indè à parētibus traditus eſt Adelberoni Epiſcopo Auguſtano, cui inprimìs ob morum integritatem charus fuit. Factus Epiſcopus Auguſtanus, tempus omne ferè orando & legendo tranſmiſit, rigidus caſtigator corporis ſui, ſemperabſtinuit à carnib⁹,& plurimùm delectabatur offerendo Miſſę ſacrificio. Viſitabat crebrò totius diœceſis ſuę clerum & populum, inquirebatq; diligenter,num populus ſanę doctrinę & Eccleſiaſticis præceptis obtemperaret.Profectus Romam,indè ſanctorum reliquias abſportauit, multaq; fecit miracula etiàm adhibito oleo benedicto.Tandèm obijt annos natus 84. Quis verò non totus obſtupeſcat, talis viri vel tenuem mentionem fieri à Centurionibus?Sed certè ità illi ad ſua mendacia tuenda intenti ſunt, vt parùm curēt etiàm illa proſecitare, quæ ipſorum paradoxa penitùs deſtruant. O quàm immanes & horrendi iſtos quandoquè angores corripient,vbi ventum erit ad extrema. Sed ad Epiſtolam veniamus.In eius parte quadam ſcribitur,Gregorium eius nominis primum Romanum Pōtificem, inueniſſe Romę ſex millia capitum infantilium in piſcina,à parentibus enecatorum ob cęlibatum,ad quem eos Gregorius compulerit, cuius eum poſteà vehementer pœnituerit. O verè prodigioſam iſtorum hominum mentiendi libidinem. Quis,oro, alicuius nominis vel exiſtimationis author,huius commenti in ſuis ſcriptis vel tenuem vnquàm mentiōem iniecit? Non tulit cęlibatûs legem primus Gregorius,ſed totus orbis longè ante Gregorium eam agnouit.Subdiaconos quidē in Sicilia Gregorius admitti vetuit ad hunc ordinem,nisi priùs caſtitatem promitterent: ſed ea caſtitatis lege etiàm Leonis I.tēpore,immò etiàm longè ante Leonem,vt ex Epiphanio lib.2. tom.1. hæreſi 59. & Concilij Elibertini Can.33. doceri poteſt, iam tenebātur ſubdiaconi. Et quid tam ridiculum, tam abſurdum, quàm credere, illis paucis annis,quibus Eccleſiæ p̄fuit Gregorius,ſubdiaconos Sicilię vnius tot procreâſſe pueros, eosq; & immani crudelitate priùs iugulare, deindè iugulatos per longa maris & terræ ſpatia ad Romanam piſcinam apportare voluiſſe, quaſi defuerint Siciliæ vel flumina, vel maria,in quæ multò & tutiùs & faciliùs infantes demergerētur?Et mirum ſanè,ſubdiaconos omnes hoc inter ſe tanta cōcordia potuiſſe reperire conſilium, vt infantes ſuos vniuerſos tam barbara feritate occiderēt, tamque ſtulta vecordia Romam vſque deferrent, nec tamen quiſquam eſſet qui tantum ſcelus efferret in publicum. Appāret ſanè quāta in his hominibus,quāq; meditata modis omnibus Catholicæ Eccleſię nocendi & labem aliquam adſpergendi inſit animorum contentio, qui ad huiuſmodi teterrima figmenta corradenda confugiūt, hocipſo ſatis ſuperque teſtatum efficientes,non ſe habere,quod in Eccleſię doctrina,nisii per fraudes,mendacia, calumnias,repręhendant.Et vt nihil pro illis facit tota, quam ſuccinctim expoſui, Vdalrici ſancti Pōtificis vita,ità ſi epiſtolam,quam ſceleratè illi affingunt,recipiendam velint,iam in multis cogētur damnare ſeipſos,& à ſuis dogmatis diſcedere. Hæc ipſa ēn Epiſtola,magna ſeueritate ſacerdotibus & monachis coniugio interdicit,& Romanū Pōtificem vt ſum-

O portētoſum figmētum.

Epiſtola cōmētitia pugnat cū hæreticis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mæ ſedis Epiſcopũ, vt omnium Epiſcoporum patrem, vt vniuerſalis Eccleſiæ caput, vt Apoſtolicum reuerenter agnoſcit. Verùm hæc iſti ſuauiſſimi dominę Veneris myſtę & iuratiſſimi Pontificum hoſtes, non admittent vnquàm, nè ſi miſeris abſq; Dalilis ſuis cubandum ſit, vel lemures patiantur infeſtos, aut frigore enecentur. Nam vt ſuis illis liceat frui inceſtis connubijs, hinc tantas illi turbas cient: & cùm non ignorent omnium ætatum ſanctiſſimos Pontifices & patres id genus ſcelerata damnare cõiugia, hæc illis cauſa eſt tam atrociter in Pontifices & patres debacchandi. Qui ſi aduersùm ſuas impuras & obſcœnas libidines bellum
2. Corin. 9. ſuſciperent, & cum Apoſtolo corpora ſua caſtigarent, & in ſeruitutem redigerent, iam & ſibi & alijs longè profectò meliùs conſulerent. Interìm verò, vt Apoſtolorum principis verbis vtamur, ſuperba vanitatis loquẽ-
2. Petri 2. tes, pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ eos qui paululùm effugiunt, qui in errore conuerſantur, libertatem illis promittentes, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis.

Et in hac quidem parte, vt probent ſacerdotum coniugia eſſe verbo DEI conſentanea, multam ponunt operam Centuriones noſtri, & tamẽ vbi multùm ſudârũt, non niſi oleum & operam ſe perdidiſſe non ignorant, oppreſſi omnium ſeculorum perpetuo conſenſu & grauiſſima authoritate. Nam & apud Græcos non licet ſacerdotio initiatis vxores ducere. Quid verò hic tantus conatus ſpirat, quàm pectus Veneri deuotũ, & ſpurciſſimis libidinibus miſerabili captiuitate & deterrima ſeruitute addictum? Volunt huic turpitudini adhibere patrocinium, & tamen etiamſi rumpantur, non poſſunt. Et hoc loco plurimum apud eos pondus habet vnius Paphnutij exemplum, quem volũt in Concilio Niceno patribus authorem fuiſſe non indicendæ continentiæ ſacerdotum ordini, cùm tamen hęc Paphnutij hiſtoria admodùm dubia & incerta ſit, & à Socrate ferè tota pendeat, qui Nouatianus fuiſſe videtur, à quo Zozomenus eam mutuatus eſt, quem iſti beliſſimi Centuriones, ſi cõtra ipſos faciat, totius ſuperſtitionis mancipium faciunt. Quòd ſi verò veteris Eccleſiæ & ſanctorum patrum hac de re conſentientem ſententiam & doctrinam inquiramus, inueniemus tantæ antiquitatis eſſe ſacerdotum continen-
Sacerdotum continentia perantiqua. tiam, vt qui eam oppugnare inſtituit, nihil niſi ſuam ſtultitiam & impudentiam prodat. Sed non eſt huius loci adferre omnia, tamen quandò illi, vt paulò ſuperiùs oſtendimus, ex 6. Carthaginenſi Synodo adferre nõ dubitârunt, quæ contra Pontificem Romanum facere viderentur, nos breuiter ex 2. Carthaginenſi Concilio, cuius authoritatem hîc iſti impudentes floccipendunt, annotabimus, quæ continentiam ſacerdotum vel maximè confirmẽt, vt videat etiàm hac in parte lector, quanta ſit horum centurionum improbitas & petulantia. Eius ergò Synodi cap. 2. hæc ſunt
Diſtin. 82. Cùm in præterito. verba: Epiſcopos, presbyteros & diaconos ità placuit, vt condecet ſacroſanctos antiſtites, & DEI ſacerdotes, necnon & Leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continẽtes eſſe in omnibus, quô poſſint ſimpliciter, quod à Deo poſtulant, impetrare, vt quod Apoſtoli docuerunt,

& ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoquè cuſtodiamus. Hæc illi patres vno ore omnes decreuerunt, ſed apud Centuriones & totum noui Euangelij buccinatorum gregem nõ habent pondus, quia libidinum mancipia doctrinam pudicitię ferre non poſſunt. Et interim non pudet eos pro ſe citare patres Africanos, quaſi apud illos vlli oñinò, nedùm Africani, patres aliquid habeant authoritatis, vbicunquè illorum teterrimis erroribus & ſpurcis libidinibus non conſentiunt. Verùm his dolis fallunt imperitam multitudinem. Fortaſsis autem dicturi ſunt, hunc Africanum Canonem accipiẽdum eſſe de miniſterij temporibus, quibus ſit abſtinendum à fœminis: ſed patres oñes huic interpretationi reclamant, perpetuamq; volunt eſſe eorũ qui in ſacris ordinibus ſunt, cõtinentiam, propterea quòd, vt ait D. Ambroſius, die noctuque pro plebe ſibi commiſſa eos oportet In 1 Timot. orare. Quid facient Orientis Eccleſię, inquit D. Hierony. contra Vigi- cap. 3. lantium quid Aegypti & ſedis Apoſtolicę? quę aut virgines clericos accipiunt, aut continẽtes: aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtũt. Verùm noſtri blandiſſimi centuriones cum Dormitantio (ſic enim eodem loco vocat Vigilantium D. Hieronymus) libidini frena permittunt, & naturalem carnis ardorem (vt ait idem) ſuis hortatibus duplicant, & cùm Chriſtus ſuũ Euangeliũ auſpicetur ab agenda pœnitentia, iſti etiàm homines Matt. 4. diuinis miniſterijs addictos vocant ad ſacrificia Veneris, vt nihil ſit quo diſtemus à porcis, quo differam⁹ à brutis animãtibus. Sed eãt ſanè, & ſtrenuam ſuę Veneri apoſtatę monachi & periuri ſacerdotes nauẽt operam: veniet illa dies, quãdò inceſtas libidines vltrices æſtuantis gehennę flammę egregiè cõcremabũt, & in oñem æternitatẽ diriſſimè excarnificabũt.

Habent verò noſtri Centuriones permulta, quibus monaſticę quoq; Hæretici vitę inſtituta infeſtiſſimè exagitãt, idque adeò, vt nulliam apud eos fidem oppugnant propemodùm mereri videatur, quicquid in eorum inſtitutorum appro- vitam monationem adferri poſſit. Et cùm monaſtica vita tot habeat ab omni anti- naſticam. quitate illuſtria teſtimonia, eximia encomia, innumeros eosque omni virtute, doctrina, miraculorum gloria clariſſimos ſectatores, tamen non verentur iſti impudẽtiſſimi nugatores paļàm aſſerere, monachatum verbo Dei aduerſari, eſſe genus vitę ſuperſtitioſum, & ad totos trecentos an- Cent. 2. nos à Chriſto nato, nullum reperiri monaſticæ vitę fide dignum teſtem, cap. 7. niſi Epiſtolas decretales Pontificum, & Vincentium, qui in Alexandria Aegypti mentionem monaſterij fecit, vbi fabulam ſeu Legẽdam Eugeniæ recitat: ſic eñ iſtis viſum eſt loqui. Cum huiuſmodi hominibus, immò potiùs Chimæris cõtendere, quid eſt (oro) aliud, q̃ bonas horas malè collocare? Et tamẽ propter ſimplices, quibus miſerandũ in modũ illudũt, detegẽdæ ſunt illorũ fraudes, idq; breuiter, nè nimiùm ab inſtituto deflexiſſe videamur. Obſeruet aũt Lector, ad quãtam impietatem iſti deuoluti ſint, q cùm plurima etiã ex vetuſtiſſimis ſcriptorib⁹ adferãt monaſticę vitæ teſtimonia & miracula à monachis edita, tamẽ oĩa aut ſceleratè irridẽt, aut malitioſè eleuant, aut prorsùs tanq̃ figmẽta reijciunt, cùm alioquĩ fragmentũ quoddã Epiſtolę cuiuſdã Vldarici, quẽ illi S. Vdalricũ eſſe voluerunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota vafriciem & impoſturam.

runt,tam impotenter nobis obijciant, àc ſi è medio Chriſti Euãgelio petitum ſit. Itaq; ſi quid vel parùm ipſis fauere, vel Põtifici & Catholicæ Eccleſię aduerſari videatur,id etiamſi ab obſcuro & ignoto homine editum ſit,tamen vrgent,obijciunt,exaggerant mirum in modum. Si verò ipſorum impijs commentis perpetuus reclamet omnium ſeculorum conſenſus,totusque orbis terrarum,prorsùs nihili pendunt,& incredibili temeritate reijciunt, aut ſaltem aliò impudenter detorquent. Habemus monaſticæ vitæ inſignes teſtes & encomiaſtas, Dionyſium Areopagitam, Athanaſium, Baſilium, Chryſoſtomum, Hieronymum, Auguſtinum,& innumeros alios: ſed quæ ab iſtis de monachis ſcripta ſunt, aut negãt eſſe illorum, aut fabuloſa videri volunt, aut egregiè proſcindunt & lacerant, & euidentiſſima Diuinæ Maieſtatis miracula eximiasque monachorum virtutes,dæmonum præſtigias & mandatorum DEI tranſgreſſiones vocant. Quid igitur iſtis cæcis & perditis ſycophantis ad ſummam impietatem reliqui eſſe poteſt? Quid facerent iſti, ſi res & geſta monachorum nõ nisi ab obſcuris & incertis authoribus prodita haberemus, cùm à grauiſſimis, doctiſſimis, ſanctiſſimis patribus conſcripta, vſqueadeò exibilent & proſcindant? Sed hac ſua impudentia id tamen quandoquè conſequẽtur, vt totus orbis intelligat, eos homines planè deploratæ & profligatæ nequitiæ fuiſſe.

Centuriões dati in reprobũ ſenſum.

Certè qui eorum hac de re(vt de alijs iam ſileam) ſcripta,& eas ipſas, de quibus agimus, Centurias legunt, perſpicuè animaduertunt eos datos in reprobum ſenſum,& plenos malo dæmone,ea ſcribere,quæ nullæ pię aures ferre ſuſtineant. Eius generis ſunt,quòd hiſtorias ſanctorum monachorum à grauiſſimis patribus ſcriptas,tanquàm fictitias & nugaces ac ſuperſtitioſas exibilant: quòd D. Gregorium incomparabilis ſanctitatis Rom.Pontificem,in Dialogis ſuis totum aiunt ad monachorum pręſtigias celebrandas effundi, cuius ea, quæ de D.Benedicto ſanctiſſimo viro ſumma fide & integritate conſcripſit, quòd plena ſuperſtitionis eſſe dicant,ne relatu quidem digna iudicant: interim tamen inter alia miracula, quæ (vt ipſi blaterant) ſuperſtitionem & idololatriam redolent, illud in ſuis illis mendaciorum & blaſphemiarum Centurijs recenſent,ex eodem beatiſſ. Pontifice Gregorio, vt iubente Benedicto vas vitreum continẽs pauxillum olei,fòràs proiectum in ſaxa,non ſit confractum. Multa præterea alia diuinæ potentiæ miracula, tum ex Gregorio Pontifice Romano, tum Gregorio Turonenſi & alijs, quæ pij omnes non ſinè admiratione & veneratione legunt,commemorant, eaque ſpeciali titulo his verbis compræhendunt: De miraculis ſuperſtitionem & idololatriam redolentibus. Non eſt iam certè,quòd horum temporum monachi doleant ſe ab iſtis noui Euangelij prodigioſis præconibus parùm commodè accipi, cùm ſic tractent priſcos illos longè ſanctiſſ.monachos: immò verò intelligant hinc, niſi monaſtica vita malis dæmonibus vel maximè inuiſa, Deo verò in primis grata foret, nunquàm ſatanam per hos ſuos adminiſtros tam atrociter eam inſectaturum fuiſſe. Sic iſti egregij Centuriones verbis

Cent.6. cap.13.

verbis D. Hieronymi recitant Hilarionem, ſummæ perfectionis monachum,à ſexageſimoquarto anno vſq; ad octogeſimum pane abſtinuiſſe, incredibili feruore mentis, vt eo tempore quaſi nouus accederet ad ſeruitutem (Hic addunt miſeri iſti, ſuperſtitioſam) Domini, quo cæteri ſolent remiſſiùs viuere. Cogitur ergò etiàm Hilarion eſſe ſuperſtitioſus, quem talem ac tantum virum fuiſſe ſcribit Hieronymus, vt ſi eius conuerſatio vitaque ab ipſo quoquè Homero conſcribenda foret, vel inuideret materiæ, vel ſuccumberet. Sed non fruſtrà in Hilarionem tam petulanter incurrunt monſtroſi Centuriones. Vident enim eius vitam ab euangelicorum apoſtatarum ſpurciſſimis libidinibus longiſſimè diſtare: & poterant illi ſanè, ſi non totos ſe Veneri deuouiſſent, diſcere ab illo, quẽadmodùm petulãtia carnis edomanda ſit. Cùm enim pubeſcenti iam corpori illius, vt de eo ſcribit D.Hieronymus, ſolita voluptatũ incendia Diabolus ſuggereret, ille iratus ſibi, & pectus pugnis verberans, Ego, inquit, aſelle faciam vt nõ calcitres: nec te hordeo alam, ſed paleis. Fame te conficiam & ſiti, graui onerabo pondere, vt cibum potiùs quàm laſciuiam cogites. Simul etiàm frequẽter orabat & pſallebat. Verùm hæc noſtri Centuriones vſqueadeò nõ ferunt, vt mox impiam ſuperſtitionem ſint proclamatũri. Sed tamen vel ab ipſo Apoſtolo coguntur audire, quòd caſtigârit corpus ſuum,& in ſeruitutẽ redegerit. Et eum igitur, ſi auſi ſunt, ſuperſtitioſum vocent. Eſt autem certè edomanda carnis petulantia ieiunijs, vigilijs, precibus, atque alijs id genus pietatis exercitijs: atq; hęc non dæmoniorum, ſed Chriſti & Apoſtolorum eius doctrina eſt, cum qua nihil habẽt commercij noui iſti Epicuri de grege porci, quorum omnis philoſophia deſinit in tartareos deæ Veneris amplexus & oſcula, cui illi quotidiè gnauiter ſacrificant, vt longè rectiùs in illos idololatrię teterrimum ſcelus conferri queat, quàm in ſanctos illos priſcorum temporum monachos, qui vni Deo viuo & vero ſe totos conſecrârunt. Sed ad narrationẽ redeamus. Audent iſti Centuriones Benedictum, Patroclum,& alios pleroſq; multa ſanctitate conſpicuos monachos, incunctanter pronũciare Antichriſti notis inſignes fuiſſe, Brigidam virginẽ toto orbe, apud Scotos in primis, celebrem, appellare magam, Martinum Turonenſem Epiſcopũ longè ſanctiſſimum, dicere necromãticum, quem etiàm fatentur vitam monalticam, quam ſuperſtitioſam illis vocare libitum eſt, ante epiſcopatum coluiſſe. Et in his tam confidenter & ſceleratè pronunciandis nulla retrahuntur religione, nec verentur nè prępotens Deus tam nefarias ſanctorum ſuorum iniurias & blaſphemias è veſtigio, vt ſæpè aliâs fecit, vlciſcatur. Sed hîc meminiſſe oportet eius ſententię, quam in ſcriptis diuinis legimus: Etenim quia nõ profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam ſuſtẽtatur, ego cognoui, quòd erit bonum timẽtibus Deum, qui verẽtur faciẽ eius. Iſtorũ em̃ hominũ effrenata impietas & horrẽda occęcatio hominibus pijs religioſam quandam injcit ſolicitudinẽ, vt diuino timori accuratiùs & ſtudioſiùs inhęreãt, nè quan-

1. Cor. 9.

Nota impietatem. Cent.6. Cap.10.

Cent.5. Cap.10.

Eccles 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quandoquè & ipſi excidant è gratia, & in eiuſmodi reuerà expaueſcẽdam prolabantur animi cæcitatem & impietatem. Calumniantur tenebriones iſti ſanctiſſimorum monachorum Hilarionis & multorum aliorum admirabilem abſtinentiam, & ſummam cibi potuſque parſimoniam, vitæque auſteritatem: nec vident cæci, vel potiùs perfidiosè diſſimulant Iohannem Baptiſtam ab ipſo Chriſto eximijs ornari præconijs, quem diuinæ literæ teſtantur vixiſſe locuſtis & melle ſylueſtri, vſumque veſte è pilis camelorum confecta. Aiunt monaſticum viuendi genus aduerſari verbo DEI, cùm præcipua eius vitæ inſtituta, ab ipſo Chriſto & eius Euãgelio petita ſint. Vouent monachi obediẽtiam, caſtitatem, paupertatem. Earum verò virtutum clariſſima exempla in ipſo Chriſto relucent, cuius tota vita ſumma fuit erga patrem cæleſtem obedientia: nihil caſtius, nihil pauperius orbis habuit, cùm ipſe de ſe locuples teſtis ſit, filium hominis non habere vbi caput ſuum reclinet. Quid verò aliud fuit primorum credentium vita, quàm exemplar quoddam monachatûs, cùm illic degerent omnes ſub Apoſtolorum obedientia, nihil quicquam haberent proprium, & plerique à nuptijs prorsùs abſtinerent? Omnes qui credebant, ait S. Lucas, erant pariter, & habebant omnia communia, & erant perſeuerantes in doctrina apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Talis quoquè fuit priſcorum monachorum vita, hodieque tales eſſe conantur omnes boni monachi. Cùm ſit autem doctrina Chriſti & Apoſtolorum prorsùs aduerſa prauis animi cupiditatibus & fœdis carnis voluptatibus, permulti horum temporũ pſeudomonachi pertæſi eius doctrinæ, cucullum excuſſerunt, & ad vomitum reuerſi, cõtra fidem DEO datam, inceſtis ſe polluerunt nuptijs, & omni calcata obedientia, etiàm res alienas, qui proprias priùs deſeruerant, vſurpârunt, ducuntque ex ijs plerique iucundos dies, & interìm tamẽ prodigioſa quadam impudentia iactitant ſe puram adferre doctrinam & ſyncerum Chriſti euangelion, cùm indè longiſſimè abſint. Nam velint nolint, fateri cogẽtur illos ſanctiſſimos priſcorum temporum monachos, totos ſe compoſuiſſe ad Chriſti & apoſtolicæ doctrinę imitationem, hodieque in multis benè inſtitutis monaſterijs idem ſtudium ſpectari: quam vitam cùm ipſi deſeruërint, nihil aliud quàm viles & deteſtabiles apoſtatæ cenſendi ſunt, prorſuſque à Chriſti & Apoſtolorum doctrina alieni. Obijciunt nobis ſtupendi Centuriones, monachos fruſtrà colere Chriſtum mandatis hominum: nos verò dicimus, vt iam antè quoq; diximus, præcipua monachorum ſtudia, putà, obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, ipſum Chriſtum habere authorem. Et interìm tamen ex ijs, quæ ad obedientiam pertinẽt, multa ſunt ab hominibus mandata: ſed cùm non ſolùm nihil officiant pietati, ſed plurimùm etiàm eam promoueant, rectè à monachis obſeruantur. Atque hîc cęcos iſtos & ſtupidos magiſtros ſtultitiæ ſuæ admonere, atque etiàm arguere & cõuincere poterat exemplum Rechabitarum, qui quòd ex præſcripto patris ſui Ionadab vinum non biberent, non ſolùm non repræhenſi, ſed his etiàm verbis à Domino per Hieremiam laudati

Matt. 11. Matt. 3. Luc. 7.

Matt. 8. Luc. 9.

Act. 2.

Exemplum Rechabitarum. Hier. 35.

dati ſunt: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Pro eo quòd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. Hæc, niſi fallor, negare non poterunt Centuriones noſtri, animales, ſpiritum nõ habentes, nõ aliud eſſe, quàm purum putum verbum Dei. Deſinant igitur carpere obedientiam monaſticam, & ſui gregis apoſtatas monachos & impuros ſacerdotes hortentur ad reſipiſcentiam, vtque ſe vltrò reſtituant ſuauiſſimo ſanctæ obedientiæ iugo, nullam alioqui vnquàm partẽ cum Chriſto habituri, qui factus eſt obediens Deo patri vſque ad mortem crucis. Non eſt inſtituti mei, omnia huc adferre, quæ pro monaſtica vita faciant contra Centuriones: pauca annotâſſe ſat habeo. Extat ſcriptum Philonis de vita contemplatiua, in quo multa habet, quæ nõ parùm momenti ad monachatûs defenſionem adferrent, ſed ſtudendum eſt breuitati. Et ille author vixit apoſtolorum temporibus. Sanè haud obſcurè indicat Chriſtianos illos, de quibus agit, habuiſſe monaſteria, in quibus ab alijs ſeiuncti, ſanctæ vitæ myſterijs imbuerentur: item omnibus facultatibus & mundi curis nuncio remiſſo, extra muros in ſemotis locis habitâſſe, & nihram ſectatos eſſe cibi ac potûs parcitatem, ac diuinarum rerum contemplationi vacâſſe. Sed hoc grauiſſimum Philonis teſtimonium noſtri Centuriones, qui mentiri non dubitârunt, ad trecentos annos à Chriſto nato nullum fide dignum Monachatûs teſtem extitiſſe, maligno & fraudulento ſilentio fere totum inuoluerunt. Quæ verò Philo hîc ſcribit, ea Euſebius Cęſareenſis, Epiphanius, Hieronymus ad monachos accõmodant, quod tamen ſimili verſutia iſti Centuriones diſſimulant. atque hac illi fide in rebus eccleſiaſticis explicãdis verſantur. Non eſt verò dubitandum, quin illorum præclarum euangelium, quod nõ niſi mendacijs, fraudibus & impoſturis nititur, vbi prępotenti Deo viſum erit, perindè vt ſuperiorum ætatum hæreſes omnes, quandoquè ſit ruiturum. Porrò monaſticę vitæ ſtudium & hactenùs ſemper fuit in Eccleſia, & deincèps quoquè, Deo fauẽte, ſemper permanebit. Apoſtatas autem & deſertores monachos ponet Dominus vt clibanum ignis in tempore vultûs ſui, & in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Atque vt magìs tabeſcat iſtorum in monachos odium, libet D. Hieronymi ex epiſtola quadam ad Marcellã verba huc adſcribere: Certè flos quidam, inquit ille, & precioſiſſimus lapis inter Eccleſiaſtica ornamenta, monachorum & virginum chorus eſt. Et id genus permulta alia poſſent ex alijs omni genere doctrinæ & ſanctitatis celeberrimis patribus adduci, ſed non eſt huius loci. Centuriones & alij euãgelij quinti buccinatores, dum monaſticam vitam oppugnant, ſui produnt pectoris putentiſſimam ſentinam, ſeque ab omni Chriſtiana pietate & Chriſti atq; apoſtolorum eius moribus & doctrina prorsùs abhorrere demonſtrant. Quòd autem tam immaniter & ſceleratè proſcindunt multos incomparabili ſanctimonia illuſtres patres & monaſticæ vitæ cultores, & eorum ſanctiſſimam

Philip. 2.

Philo de vita contemplatrice.

Pſal. 20.

Hieronymi de monachis ſententia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitam & insignia miracula ad superstitionem,idololatriam & impietatem referunt:id quidem eiusmodi est,vt vel ex eo solo satis superque possit intelligi,totos illos esse occupatos à malo dæmone,atque ab omni spe salutis prorsùs excidisse,quòd illos etiàm malitiosè calumnientur & lacerẽt, quos constat iam beatam cum Christo in cælis vitam viuere. Et vt paucis rem totam expediam,nihil in istis hominibus appáret aliud,quàm pectus mundo huic & mundi voluptatibus atque omni spurcitiei & impietati deditissimum,à Christo verò & eius spiritu atque omni iustitia & sanctitate longè alienissimum,Cimmerijsque oppressum tenebris,& in id vnũ vel maximè intentum,vt quamplurimos secum in damnationem trahat.

Hæretici oppugnãt sanctorũ inuocationem.

Habent verò nostri Centuriones etiàm cum diuorum inuocatione in illis suis præclaris Centurijs acre & immane bellum, & cùm nõ possint negare,multa eius inuocatiõis luculenta testimonia extare in vetustissimorum Ecclesiæ doctorum lucubrationibus,eò validissimi & inuicti athletæ confugiunt,vt quæ illorum scripta huius mentionem faciunt, ea aut negent eorum esse vera & genuina,aut ab alijs blaterent esse corrupta & deprauata. Ità videlicèt vel ipsum euangelium & omnis scriptura diuina istis erit adulterina & suppositicia, vbi discrepat ab illorum paradoxis. Quòd autem hanc Sanctorum inuocationem minimè putant esse ferendã,summam illorum arguit rerum diuinarum imperitiam,qui prorsùs non intelligant beatos angelorum & hominum spiritus,tam esse omnipotẽti deo familiariter & inseparabiliter coniunctos,vt nec illi quicquam velle possint aliter quàm velit Deus,nec quicquam illis vnquàm aut velit aut possit negare Deus,cum quo iam vnus spiritus sunt,& cum quo iam prorsùs vnũ illis & nolle & velle est. Quod si intelligerent rudes & crassi isti Centuriones,desinerent carpere sanctorum inuocationem, cùm omnis ille honor & cultus,quem Sanctis impendimus,in ipsum deum,cui sunt cõiunctissimi,redundet. Sed hanc quoquè præclaram doctrinam, vt multa alia,ex veterum iam olim damnatorum hæreticorum lacunis hauserunt: nec pudet eos toti obstrepere Ecclesiæ cum paucis ter execrandis hæreticis,Eustachio in Gangrensi Synodo antiquissima damnato,& Vigilãtio, quem pro dignitate egregiè perstringit præclarum illud Ecclesiæ lumen Hieronymus,cui isti tam impudentes Centuriones Vigilantium nõ dubitant opponere. Atque multos illi quidem citant patres,è quibus fraudulenter simulant se suam posse tueri sentẽtiam:sed ij ipsi vel soli abundè sufficiunt ad eorum confutandam stultitiam, tametsi multos alios veteres patres vsitatissima illa dissimulandi arte prætereunt. Quid verò bonę frugis adferre potest isthęc fraus & dolus malus,dum grauissimi patres aut citantur quidem,sed vel mala fide, vel quæ in eorum scriptis apertè docent sanctos inuocandos, ea dicuntur adulterina & suppositicia,aut etiàm permulti patres silentio inuoluuntur, nè si eorum prolata sint testimonia omni exceptione maiora, Centuriones nostri tanto ponderе oppressi, toti orbi se irridendos propinent? Tam enim vetus & constans est in Ecclesia DEI de Sanctorum inuocatione doctrina, vt

Cent.4. Cap.6. & 8.

vt qui eam oppugnare conantur,non nisi insignem suam prodãt amentiam & impudentiam. Et in ijs quidem est non postremus Philippus Melanchthon, qui in Apologia Augustanæ Confessionis impudenti vanitate iactitat,apud veteres scriptores,ante Gregorium primum Romanum Põtificem,summũ esse de hac inuocatione silentiũ. Non est huius operis citare patrum sententias:fecerunt id permulti nostra ętate doctissimi viri.

Melãchthonis vanitas & impudentia.

Pugnant autem Centuriones nostri etiàm cum reliquijs sanctorum & miraculis ad eas editis, vt animaduertat lector cruciari in illis tetros illos tenebrarum angelos,quibus pleni sunt. Et hîc quidem pectus suum egregiè,vt sæpissimè aliàs produnt,dum Vigilantium hæreticum haud obscurè inter pios doctores numerare videntur,eumque de martyrum superstitioso,vt ipsi aiunt,cultu ac veneratione fortè benè & piè scripsisse dicunt, porrò D. Hieronymum eius scripta parùm firmis rationibus conuellere, magisq; conuicijs & importunitate,quàm argumentis & rationibus superare. Addunt verò etiàm Augustinum ostẽdisse in Africa suo tempore superstitiosum & magnum multitudinis ad reliquias Stephani protomartyris cõcursum,dementatis populis quibusdam illusionibus,quę pro miraculis habitæ sunt. Nec his contenti,illud quoquè adijciunt, apud Theodoretum illud esse memorabile,has martyrum reliquias ethnicos nihili feciisse,existimantes se inquinari,si ad eorum sepulcra accedant: quam illorum opinionem Theodoretus ibidèm ait esse extremæ ignorantiæ & maximæ dementiæ. Poterant hęc sufficere ad istorum ostendendam insaniam, quandoquidem & Vigilantius hæreticus laudẽ,& D. Hieronymus repræhensionem apud illos habet, & quæ D. Augustinus vt insignia Dei miracula recitat,ea isti omni lachrymarum fonte plangendi tenebriones, volunt illusiones fuisse. Tum postremò ethnicorum exemplum loculos martyrum contemnentium, nobis opponunt,quasi iam ab ethnicis dæmonum cultoribus,quid nobis agendum sit,discere debeamus. Sed ipsi certè eò hoc protulerunt,vt boni omnes intelligant, eos dum martyrum reliquias contemnunt,ad ethnicorum esse deuolutos impietatem. Augustinus sanè apertissimè testatur,facta suis temporibus multa miracula, Deo faciente per quos vellet,& quemadmodùm vellet: eaq; ità recensет, vt ea plurimùm velit habere ponderis ad confirmandam fidem nostram. Libet huc ex eodem Augustini loco breue adscribere miraculum, vt istis stomachus moueatur: Sanctimonialis quædam, inquit, cùm ægritudine laboraret,ac desperaretur,ad memoriam Stephani martyris tunica eius allata est,quæ antequàm reuocaretur,illa defuncta est. Hac tamen tunica operuerunt cadauer eius parentes,& recepto spiritu,salua facta est. Sed vtcunquè insaniant Centuriones,vel potius vtcunquè in eis & cum eis torqueatur diabolus, qui vt olim per Eunomiũ & Vigilantium detestabiles hæreticos,teste Hieronymo cõtra Vigilantiũ,ità nunc per eos ipsos Centuriones ridet martyrum reliquias,sunt tamen miracula hęc, quę ab Augustino prolixè cõmemorantur,illius ipsius facta virtute,qui olim ad vmbram prætereuntis Petri curabat ægrotos omnes. Non est autem magno-

Reliquiæ sanctorum prosciduntur ab hæreticis

Cent.4. Cap.8.

Centu. 5. Cap.6.

Cent.5. Cap.15.

Deciuit.dei Lib.22. Cap.8.

Ibidèm.

Miraculum ex S.Augustino.

Actor.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perè mirandum, quòd belliſſimi euangelici noſtri Centuriones cum ſuis ſymmyſtis buccinatoribus ità debacchãtur in miracula diuinitùs ad martyrum & ſanctorũ reliquias edita, cùm ſe cernant hac gratia, vt etiàm oñi vera virtute, adeò deſtitutos, vt nec vllum vnquàm canem claudicantem reſtituere potuerint. Inuidẽt igitur Catholicæ Eccleſiæ & eius clariſſimis membris ſanctis martyribus & eórum reliquijs hãc efficaciam, & immani blaſphemia opera Dei non verentur atrociſſimè calumniari, & dęmonum illuſionibus ac figmentis tribuere homines planè profligati & perditi, qui non contenti vexâſſe Eccleſiam etiamnùm in terris militantem, etiàm in illam iam cum Chriſto in cælis felicisſimè triumphantem, ſuos ſtylos & blaſphemas linguas acuunt, habituri quandoquè ampliſſimam mercedem tam nefariæ peruerſitatis. Quàm enim eſt illa eorum intolerãda impudentia, quòd ſcribere non verẽtur, totis quingentis à Chriſto annis nullum verum miraculum à ſancto aliquo poſt mortem editum reperire ſe potuiſſe, cùm tam multa vnus recitet Auguſtinus, quæ ſe certò ſciuiſſe, quibuſdã etiàm prẽſentem interfuiſſe affirmat? vt alios grãdiſſimos Patres & Scriptores omittamus, quos oñes iſti videntur velle inſimulare mẽdacij, quaſi eadem vanitate fuerit Auguſtinus & alij ſancti Patres, qua ſunt iſti egregij Centuriones, quos non pudet fortiter & inſigniter mentiri. D. Ambroſius Epiſtola 85. prẽclariſſima ad ſanctorũ Geruaſij & Protaſij reliquias declarata miracula recitans, ſuper quas etiàm multa indumenta iactata ait, vt tactu ipſo medicabilia repoſcerentur, ità ſubiungit: Gratias tibi Domine Ieſu, quòd tales nobis ſanctorum martyrum ſpiritus excitâſti, hoc potiſſimùm tempore, quo Eccleſia tua, prẽſidia maiora deſiderat. Non adſcribit ille, vt noſtri ſtupidi Centuriones, ſanctorum miracula dæmonum illuſionibus, ſed pro ijs Chriſto gratias agit. Et rectè quidem ob tantam improbitatem in illos quadrare poteſt, quod ſermone 19. de Arrianis dicit idem Ambroſius: Non aliter, inquit, eorum operibus inuiderent, nisi fidem in his fuiſſe, quam iſti non habent, iudicarent, & fidem illam Maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipſi negare non poſſunt. Multa hîc ſtudiosè prætereo Centurionum noſtrorum commenta & fraudes, quòd nimis longum ſit omnibus annotandis immorari.

hęretici cur lacerẽt ſanctorum miracula.

Impudẽtia hęreticorũ.

Tranſlatio reliquiarũ.

Multùm etiàm miſeros iſtos torquet reliquiarum ſanctorum trãſlatio, quam more ſuo audacter vocant ſuperſtitioſam, & interim ipſi nõ ignorant, rem eſſe in Eccleſię vſu & praxi antiquiſſimam, nec tamen verentur cæci & miſeri dicere, eam partim ex ethnica ſuperſtitiõe primùm cœpiſſe, & mirum in modum mendacibus prodigijs & ſignis cõfirmatam, mãgis magisq; creuiſſe. Eſt hæc illis impietas cum impijs Porphyrio & Eunomio communis, vt miracula & ſigna diuinitùs exhibita, prẽſtigias dæmonũ eſſe calũnientur. Legimus in D. Hieronymi ſcripto cõtra Vigilantiũ, ſanctas reliqas Andreę, Lucę & Timothei ab Cõſtantino Imperatore tranſlatas eſſe Conſtantinopolim, & apud eaſdem dæmones rugijſſe: ab Archadio quoquè Auguſto Samuelis oſſa de Iudęa trãſlatas in Thraciã, &

Cent. 4. Cap. 6.

Epiſco-

Epiſcopos eius cineres in ſerico & vaſe aureo portâſſe. Habemus in his multisque alijs celeberrimis exemplis Catholicæ Eccleſiæ morem antiquiſſimum, qui apud nos longè plùs valere debet, quàm innumeræ Centurionum & ſimilium tenebrionum calumniæ & blaſphemię. Tant illi in tenebras cum ſuis portentoſis calumnijs, nos in Eccleſia Catholica Chriſtum ducem & authorem ſequimur, cuius ſpiritu ſcimus Eccleſiam regi, nec poſſe errare vnquàm. Hoc verò tamen obſeruatu dignum eſt, multa ab iſtis Centurionibus diuinitùs declarata miracula apud reliquias & memoriam ſanctorum totius ferè Europæ, vel ſilentio vel mendacio ſupprimi & aboleri. Eſt in Sicilia templum Philippi, qui fuit Petri Apoſtoli diſcipulus, & ab illo miſſus in Siciliam, ad quod quotannis eo die, qui illi ſacer eſt, multi à dæmonibus liberantur. Et expediret profectò, noſtros quoquè eò adduci Centuriões, ſi fortè abiecta perfidia, liberari poſſent à malis dæmonibus, qui eos ad hæc & id genus alia conſcribenda impellunt. Anno ſalutis 1541. ducentæ penè fœminæ ad hoc templum expulſis tetris ſpiritibus curatæ ſunt. Huius Philippi Centuriones iſti nec mentionem quidem facere voluërunt. In eadem Sicilia aliud templum eſt S. Viti longè celeberrimum, quod cùm inuiſunt rabidi canis morſu infeſtati curantur. In Hiſpanijs celebris eſt memoria Iacobi Complutenſis Franciſcani. Huius meritis & interceſſione, vt ait Michael Medina doctiſſimus theologus, varij ac deſperatiſſimi morbi frequenter pellũtur, adeò vt etiàm Carolus, Catholici Hiſpaniarum regis Philippi vnicus idemque chariſſimus filius, teſte eodem Medina, poſt omnium medicorum deſperationem, poſt totius regni mœrorem, poſt regiæ domûs luctus, ex capitis cõfractione penè à morte receptus ſit. Sed hęc noſtri Centuriones, aut non vident, aut prætigias dęmonum eſſe ore impuro vociferabuntur, quorum incredibilem audaciam & immanem pectorum cęcitatem nemo vnquàm ſatis & admirari & abominari poterit. Nam etiàm inſignia illa miracula, quæ Euſebius teſtatur edita eſſe ad illam herbam, quæ ad imaginem Chriſti apud Paneadem à muliere, quã Chriſtus ſanguinis fluxu liberârat, ſtatuta fuit, vſqueadeò obſcurare non verentur, vt & herbam illam ſuperſtitioſam vocent, & imaginem horrendo fulmine diſruptã ſceleratiſſimè mentiantur, cùm eam quidem imaginem Iulianus apoſtata iuſſerit deijci, & ſuum in eius locum ſimulacrũ ſubſtitui, quod mox ignis cęlitùs immiſſus ità diſiecit, vt collum atq; pectus à reliquo corpore auulſerit: porrò Chriſti imago, quam ille ſceleſtus ſuo loco mouerat, à Chriſtianis in templum trãſlata eſt, vt iſtos impudentiſſimos nugatores tam turpis mendacij meritò æternùm pudere debeat: quemadmodùm & immanis blaſphemiæ, quòd Chriſti beneficia per illam herbam, curandis morbis omnibus efficaciſſimam exhibita, ad ſuperſtitionem trahere non dubitant: quanquàm nè inſigne hoc de Chriſti fulminata imagine mendacium ipſi confinxiſſe videantur, nouo mendacio eius rei teſtem citant Zozomenum, cuius alioquì vilis apud illos authoritas eſt, qui tamen nihil huius habet. O viros Euãgelicos, ô fidiſſimos hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores. Eat iam Lector,

Miracula apud reliquias ſanctorum.

De recta in Deum fide lib. 2. cap. 8.

Lib. 7. ca. 18. vel iuxta Ruffinũ, 14.

Cent. 4. Cap. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in ſcribendis hiſtorijs eos bona fide verſari ſibi perſuadeat, quos neque piget, neque pudet tam profligatæ vanitatis. Tales ſunt noſtrorum temporum hiſtorici Euangelici.

Cent. 4. Cap. 13. 'Si hoc loco adferre velim, quæ illi de imaginibus non venerandis eadem fide & integritate ſcribunt in ſuis malè conſutis Centurijs, nimiùm longus ero. Et hîc tamen illorum atroces morſus & vipereas linguas pati cogitur etiàm illa Magni Conſtantini ſanctiſſima mater Helena, quam pro ſua teterrima conuiciandi libidine mulierem ſuperſtitioſam vocant, nec volunt ab ea Domini Crucem eſſe inuentam, cùm id teſtentur tam multi peruetuſti patres: immò verò ipſi ijdem Centuriones parùm attenti ad illud, quod vulgò dici ſolet, mẽdacem eſſe memorem oportere, in eadem Centuria, vbi iſthuc non admittunt, itidẽm affirmant his verbis Helena mulier ſuperſtitioſa illuc profecta adorãdi cauſa, reperta Domini cruce, duo templa ædificari curauit. Hoc verò in illis rarum non eſt, vt parùm ſibi conſtent, quod mendacibus euenire neceſsè eſt. Sic in eadem centuria & negãt apud Euſebiũ extare mẽtionem inuentæ crucis, præterquàm in Chronico, cui tamẽ id volũt à poſterioribus inſertum, & aiunt id apud illum haberi lib. 3. de vita Conſtantini. Eodem modo alibì ſanctiſſimam Longobardorum reginam Theodelindã, ſtolidam & ſuperſtitioſam, alibì in eadem Centuria mulierem pietate & eruditione inſignem, atq; etiàm pijſſimam vocant. Hoc quidem pacto cæca impietas ſeipſam deſtruit & euertit. Pertinent autem etiàm ipſi ad eorum numerum, quos Apoſtolus vocat inimicos Crucis Chriſti, cuius venerationem non ferunt, belliſſimi diſcipuli ſanctiſſimi patris ſui Luteri, qui in Concione quadam aſſerere non dubitauit, ſe quidem ſi oẽs crucis Chriſti particulæ apud ipſum eſſent, eò illas proiecturum, quò nulli mortalium pateret aditus. Et quanuis Centuriones Conſtantinum citent, qui crucis fuit præcipuus venerator, tamen non verentur Centuria 3. cap. 10. Crucis vſum ad Montaniſtarum errorem reuocare. Et eſt reuerà magnus ad Ethniciſmum atque adeò atheiſmum ſub hoc nouo Euangelio factus progreſſus, dum plerique eò tandèm deuoluuntur, vt nulla ratione adduci queant, crucis vt ſignum frontibus ſuis imprimant: quod quidem efficere apud nos poteſt, vt minùs admiremur, tantas eſſe hodiè dæmonum vires, quippe quæ creſcant hominum amentia, ſalutaria remedia contra illorum inſidias & inſultus adhibere nolentium, cùm olìm etiàm longè ante mille annos vſitatiſſimum apud Chriſtianos fuerit, crucis ſignum in fronte digito pingere. Eſt apud Auguſtinum memorabilis ſententia, quam huc adſcribam in gratiam Centurionum & eius farinæ quinti Euangelij buccinatorum, vt pudefiant: Quid eſt, inquit, quod omnes nouerunt, ſignum CHRISTI, niſi crux CHRISTI? Quod ſignum niſi adhibeatur ſiue frontibus credentium, ſiue ipſi aquæ qua regenerantur, ſiue oleo quo chriſmate vnguntur, ſiue ſacrificio quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur. Auguſtino longè vetuſtior Tertullianus, ad omnem, inquit, progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lauacra,

Cent. 4. Cap. 6.

Cent. 6. Cap. 6.

Ibidẽm cap. 2. & 3.

Philip. 3.

Luteri impia vox in Crucem Chriſti.

Tractatu 118. in Iohãnem.

De Corona militis.

lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunq; nos conuerſatio exercet, frontem ſignaculo terimus. Sed noſtri Euangelici cum his nihil habent commercij, ſicut nec cum Eccleſia Dei, extra quam illi ſuas condunt ſynagogas, in quibus ſpiritu vertiginis agitati, portẽtoſa ſubindè effingunt paradoxa, aut iam olìm exploſa refingũt, in quibus etiàm illud eſt è Brentij ſchola profectum, crucè ſe ſignare, ad ſuperſtitionem & magiam pertinere, nec magìs ad pietatem facere digitis crucem formare, quàm ſi manibus in aëre circulum deſcripſeris, item illud: Signum Crucis non eſſe Apoſtolicę traditionis, nec elementum eam, ſed figmentum appellandam, & non eam, ſed aſinum potiùs adorandum, qui naturalem dorſo portet crucem: denique omnem hunc Chriſtianum cultum, magiam eſſe & idololatriam. Puto equidem non longè iſtos abeſſe ab ethniciſmo, vel potiùs atheiſmo, qui in tam immanes blaſphemias prolabũtur. Sed ſic ſolet iratus Deus punire eos, qui ſibi plùs ſapere videntur, q̃ ſapiat totus orbis. Vę miſeris mortalib⁹ infeliciſſimi ſeculi huius, q̃ in iſtos tam exitioſos & blaſphemos dogmatiſtas inciderũt. Sanè Centuriones noſtri cùm multos citent vetuſtiſſimos patres, & in ijs Ambroſium, Auguſtinũ, Chryſoſtomũ, qui prẽclarè ſentiant de crucis ſignatione, nõ tamẽ verẽtur eorũ hac de re ſcripta vocare ſuperſtitioſa, & vehementer cõtumelioſa in meritũ Chriſti, atq; cũ fide pugnantia. Et eam quidẽ Auguſtini ſententiã, quã paulò antè adſcripſi, ipſi quoq; habent, & cùm negare nõ poſſint eſſe Auguſtini, eam tamẽ putant illi nõ eſſe tribuendam. O cæcos & ſtupidos Centuriões. Non vidẽt dũ tot ſanctiſſ. patrũ proferũt ampliſſima teſtimonia, nihil ſe cõſequi aliud, nisì vt totus orbis eos vt impios hęreticos exibilet & execretur, qui à totius Eccleſię ſentẽtia & cõſenſione diſcedãt, & tot patribus ſummã audeant irrogare contumeliam. Latet aũt in hoc ipſo magnus quidam iſtorũ dolus, qui dum vetuſtiſſimis illis patribus fidẽ & authoritatẽ detrahere moliuntur, facilè id conſecuturos ſe ſperant, vt aliorum oñium, q̃ per mille deincèps annos ſcripsêre, teſtimonijs pondus oñe detractum videatur. Sed dabit quãdoquè Deus pius & bonus, vt iſti Centuriones, vbì eorũ fraudes & prẽſtigię hominib⁹ innotuerint, ceu vaniſſimi impoſtores ab oñibus explodantur & exterminẽtur, & cum ſuis mendaciorũ Cẽturijs in ſolas terras relegẽtur, ſi nihil eis acciderit deterius. Vtinàm verò reſipiſcãt, & maturè agẽda pœnitẽtia, Deũ & Eccleſiã ſibi recõcilient. Hæc Lectori paucis indicata volui, vt & p̃ſentes & poſteri intelligãt, quales viri fuerint, q̃ noſtra ætate Eccleſiã Chriſti oppugnârũt.

Brentius cõtra Sotum

Idẽ in præfat. in ref. Smidel. ad refu. Hoſij.

Hoc etiàm anno in ducatu Vuirtenbergenſi, vbì Brentius eſt ſuperintendens, promulgatum eſt edictum contra Sacramentarios.

Iohannis à Lasko ſcriptum poſthumum.

Baſileæ prodijt liber Iohannis à Lasko, cum hac inſcriptione: *Reſponſio ad virulentam, calumnijſq; ac mẽdacijs conſarcinatam Ioachimi Vueſtphali Epiſtolam quandam, qua purgationem Eccleſiarum peregrinarũ Francforti conuellere conatur &c.* Adeò etiàm poſt fata Laskus nõ deſinit eſſe infeſtus miſero Vueſtphalo: qui ſi ſe defendere velit, cum vmbris illi pugnandũ erit. Porrò Theologi Ienenſes Supplicatiõem edunt ad principes & ordines

Universidad de Deusto
Biblioteca

Supplicatio Ienensium.

Confessionis Augustanæ pro legitima synodo, in qua Luterani soli conueniant, & Zuinglianos atque alios aduersarios condemnent. Non dubium quin illius amplissimæ synodi decreta plùs authoritatis & ponderis habitura fuerint apud miserè fascinatam plebem, quàm ea omnia sacrosancta Concilia, quæ Romani Pontificis voluntate & authoritate indicta vnquàm & habita sint. Et quid est absurdum magis? O quò prolapsa es Germania?

Heshusius in Sacramẽtarios.

Quin & Tilmannus Heshusius libellum Ienæ edit contra Sacramentarios, & mox in ipsa Præfatione queritur, Zuinglij & Caluini errorem de Cœna, latè per orbem Christianum diffusum esse, cui etiàm gubernatores potentes applaudant. Inter cætera, hoc libro suum, id est, Luteranũ de Cœna dogma ex scripturis & patribus probare conatur. Idem contrà

Nota lector

faciunt Zuingliani. Non ità pridem Superintendentes Heidelbergenses huiusmodi decretum promulgârunt: Luteri & Brentij Catechismi extra Ecclesiam eijciantur, & eorum scripta nullam habeant authoritatem. Eccè vt ille Põtificiæ authoritatis impotẽtissimus exagitator & euersor, iam à suis planè reijcitur & profligatur. Idem eueniet omnibus alijs turris Babylonicæ structoribus.

Regis Gallię periculũ

Franciscus 2. Galliæ rex post celebrem sui apud Rhemos inaugurationem, cum multo comitatu Ambæsias se confert: vbi paulò pòst à seditiosis quibusdam excitato tumultu, res ad summũ ipsius regis & vniuersæ aulæ periculum spectare videbatur. Sed eccè DEVS misertus optimi adolescentis, authores seditionis prodit, de quibus mox 24. Martij grauissimum sumptum est supplicium. In Scotia hoc anno mirè tumultuatum est, dum Caluinismum amplectuntur, Anglis suppetias ferentibus,

Scotia Caluinizat.

qui & ipsi Caluinisticum Euangelium complexi erant. Regina Scotiæ longè optima, Maria Guisiani olim Ducis filia, dum à Gallię rege contra non ità dudùm de religione concitatos motus suppetias opperitur, curis permultis & morbo confecta, moritur Edimburgi in arce regia. In Gallia quoquè plerique Caluinismum suspirabant. Interìm enim, dum Henricus rex tot perpetuis annis grauissimo bello implicatus tenebatur, Caluinus cum suis summam nactus opportunitatem, pestilẽtissima scripta per Gallias clàm dispersit non Latino tantùm, sed etiàm Gallico idiomate: qua re multos deprauauit. Itaque Franciscus rex, summæ spei adolescens, omnibus regni Ordinibus Conuẽtum indicit religionis componendæ

Franciscus rex occũbit.

causa. Verùm non diù pòst superuixit, 4. Decembris die morbo increbrescente extinctus. Successorem habuit Carolum fratrem suum, 12. annorum puerum magnæ spei. Extat scriptum Galli cuiusdam, in quo inter alia refertur, nefandissimum Geneuæ initum fuisse cõsilium de hocipso rege Francisco, Regina vxore, Regina matre Frãcisci, & eius liberis, proceribus, bonis magistratibus ad certum diem commodo loco per insidias trucidandis: atque eius crudelissimę, & post homines natos atrocissimæ conspirationis Bezam principem, Caluinum authorem, Ottomãnum subsignatorem, Spifamium suasorem, omnes Galliæ prædones & lani-

staſ conſcios fuiſſe. Si quem plura nôſſe iuuat, legat religionis & regis aduersùs exitiosas Caluini, Bezæ & Ottomanni coniuratorum factiones defensionem primam. Multa hoc anno feruntur visa portenta. Alicubì ignis in aere per horas tres, Alicubì sanguinem pluisse, Fosani tres cometæ visi, In planitie iuxta Centalium maximus equitũ numerus turmatim conspectus: multaq; in Gallijs, Germania, Polonia portenta alia. Iam eñ passim homines à Catholica religiõe ad plausibilia multiplicis noui euãgelij dogmata deficiebãt, digni qui eiusmodi ostentis terrerentur.

Conuentus Nũburgensis Euangelicorum.

ANno 1561. Conuentus fuit Principum Augustanæ Confessionis Numburgi in Duringia. Quidam Zuinglianus scribit, in hoc Conuentu acerrimè actum esse, vt ferebatur, de Zuinglianis solenniter & quàm apertissimè condemnandis, sed id quorundam principum bonitate esse impeditum. Misit ad eum conuentũ Pius 4. Pontifex nuncium suum virũ longè doctissimum, nobili apud Venetos stirpe editum, cui Cęsar Ferdinandus suum quoquè legatum adiunxerat. Sed quòd Principes Augustanæ Confessionis suorum concionatorum verbis plùs æquo tribuerẽt, illa Pontificis legatio parùm effecit. Porrò Iohannes Caluinus scriptum euulgat cõtra Heshusium, quibus eius nebulæ discutiantur. Mox Theodorus Beza insignis Caluinianꝰ, duos submittit dialogos aduersùs Tilmanni Heshusij somnia: prior Cyclops, posterior Sophista inscribitur: vt animaduertas euãgelicorum mutuam inter ipsos modestiam. Edidit quoquè absterſionem aliarum calumniarum Heshusij in Caluinum. Sed & Boquinus Theologus Heidelbergẽsis examẽ libri ab Heshusio scripti euulgat. Porrò verò Guilelmus Clebitius, ô facinus audax & incredibile, librum edit hoc titulo: *Victoria veritatis, & ruina papatûs Saxonici*. Sed quia sublimis fuit Papatus Saxonicus Martini Luteri, nõ potuit

Caluinus cũ suis contra Lutheranos.

Ruit Papatus Saxonicus.

ruere, nisi fracta ceruice: sepeliatur ergò, nec eius deinceps vlla sit memoria. Hoc quidem contendunt Sacramentarij, sed Luterani non deerunt suo Lutero Papę Saxonico. Eodem ferè tẽpore etiàm Iohãnes Sturmius quędam Buceri scripta Eucharistica diuulgat, & in prefatiõe sua queritur,

Sturmij de Luteranis iudicium.

Luteranos importunitate & iniustitia sua cursum Euãgelij impedire. Ad extremùm dicit, Si magistratus illis hominibus per triduũ gladium suum concederet, crudelissima statìm secutura cõdemnationum tonitrua, fulgura, fulmina, &c. Dicit etiàm eos, quos velint, & quę velint, probare: rursùm, quę velint, & quos velint, improbare, vexare, condemnare, proscribere, palo propè & cruci affigere, in ipsas propè vstrinas & rogos impellere &c.

Luterani in Zuinglianos.

Porrò Lipsię Martinus Kemnicius Brunsuicensis Apostolus Repetitionem edit sanæ doctrinę de vera præsentia corporis & sanguinis Domini in cœna. Prodijt verò etiàm Brentij liber de personali vnione duarum naturarum in CHRISTO, in quo veram corporis & sanguinis presentiam in Cœna Lutericè explicat, valdè tabescentibus Zuinglianis, qui eam plagam à Brentio acceptam nollent. Attamen Petrus Martyr illi respondet, & defendit negocium Zuinglianum. Scripsit alium quoquè libel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

libellum Brentius cõtra Bullingerum, qui nihil minùs forsan ab illo expectârat.

Blasphemia sectarij blasphemi dogmata.

Hoc anno quidam impius, blasphemus & ter execrabilis furcifer, Lucas Sternbergerus nomine, in sacrosanctam Trinitatem, in Christi Iesu diuinitatem, in ipsum quoq; Spiritum sanctum, in sanctissimam DEI genitricem Mariam, de Sabbato potiùs quàm Dominico colendo, de Eucharistiæ Sacramento, de Baptismo denique, quod satanicam vocat institutionem, tam horrenda & abominanda palàm dixit & asseruit, vt nullæ piæ aures sinè horrore ferre queant. Idem ipse cùm aliquandò pauciores opinione sua cœnam Domini percepturos haberet, alios omnes his verbis accersiuit: Venite hùc: nõ enim possum solus illum deuorare. Et ille quidem in Eucharistia se fassus est Melanchthonem sequi, in reliquis Sacramentis Luterum. Docuit inter alia, non esse Trinitatem, sed vnum DEVM: non Christum, non spiritum sanctum. Huic tam impiæ opinioni quædam alia planè contraria emersit in Polonia, dicẽtibus quibusdam Pseudoprophetis, non vnum, sed tres esse Deos: at Filium tamẽ aliquanto minorem esse Patre & Spiritu sancto. Porrò Athanasij symbolum iure sathanasianum appellandum. Scisciantibus quibusdam Poloniæ proceribus, vndè hoc dogma accepissent, illi respondent purum putum esse Euãgelion, & eam doctrinam se accepisse à suis præceptoribus, Caluino, Bullingero, Petro Martyre, & Vuolffgango Musculo. Hunc verò tantum thesaurum nunc demùm voluisse Deum per suos fideles seruos reuelare. Sed cum tali thesauro abeãt illi quò digni sunt. Eccè quò tãdem proruit humana temeritas, & temeraria impietas.

Conuẽtus Lunęburgensis.

Saxones Luterani Lunæburgi Conuentus agunt, damnantque hæreseos Albertum Hardenburgium Zuinglianum. In Transsyluania alij Luteri, alij Sacramentariam de Sacramentis doctrinam recipiunt. Indè secuta est Ecclesiarum distractio, effusè ridentibus Turcis tantam Christianorum insaniam. Porrò Bremenses, qui ferè ex primis Saxoniæ populis Luteri Euangelium susceperant, iam nouo afflati spiritu, Caluinismum complectuntur, frementibus Luteranis, quòd à vera Luteri luce ad has tenebras essent deuoluti. Luterani omnes ex vrbe profugere compulsi sunt. Vbi nunc sunt illi, qui ea in vrbe hactenùs Luteri Euangelium tãquàm certam veritatẽ amplexi sunt? Scilicèt Caluinus plùs vidit, quàm Luterus Germanicus Elias.

In Gallię Christianissimo regno multi à Catholica religione ad Caluini blasphemias deficiunt, & res necdùm satis sopita est.

Hæretici sæuiunt in Gallijs.

ANnus 1562. inprimis infaustus & luctuosus fuit florentissimo & Christianissimo Franciæ regno, in quod iam sensim irrepserant feræ belluæ hæretici Caluiniani. Sæuitum est hoc anno mirabiliter & plùs quàm Tartaricè vel Turcicè in sacrosanctam Eucharistiam, in res Deo sacratas, in templa, in monasteria, in calices, vasa sacra, & id genus alia. Ex Duodecim noui Euãgelij buccinatoribus, qui inter alios verbi ministros se dicebãt, octo vel nouem erant desertores monachi, quos cuo-

eũ omuerat Christus ex ore suo. Omnium verò dux & signifer Theodorus Beza, in bonis Ecclesiasticis egregiè iam antè etiàm luxuriatus fuerat. tales ferè plerique omnes fuerunt horum infelicium temporum præcipui dogmatistę & buccinatores multiplicis noui Euãgelij. Habet autem malus dęmon amplam potestatem in eiusmodi impios & deploratos apostatas, quibus ceu aptissimis malitię suę organis & administris ad omniuariam abutitur in miseros & incautos homines spargendã & propagandam nequitiam & impietatem. Huius igitur Bezę satellites inter aulicos quosdam suum cœpêre virus spargere, & quos in suam potuêre nassam pertrahere, illis persuadere conati sunt, nè nefas esse putarent mentiri, fallere, fingere, agere prędas & sacrilegia perpetrare: nec huic bellissimo euangelico Thrasoni deerat suus quidam verbi Dei egregius prætextus, sub quo perditissimi nostræ ætatis hęretici in numeros perdiderũt. Et erat hęc doctrina plausibilis, sensimque per hanc apud quosdam non infimos sibi gratiam conciliârunt. Ea obtenta, in eam cogitationem incubuêre, sua vt consilia in opus conferrent, statueruntque mense Ianuario cuncta Galliarum templa diripere & expoliare, nihil quidẽ aliud ex illa præda quàm aurum tholosanũ relaturi. Id vt suos haberet successus, socios suos omnes iusserũt quantam maximam possent hominũ turbam cogere, & hospitia omnia vrbium occupare, quò faciliùs hac ratione suas illas prędaras prędas nocte vna, absque ciuium prohibitione, possent agere. Interìm iactabatur ab illis, si quod animo distinârãt, re ipsa possent consequi, ante Maium mensem haud obscurè ipsorũ pium propositum & concilium perspectum iri. Sed vt sunt versuta hęreticorum ingenia, erant inter eos qui callidè cogitarent, si Senatûs iniussu hęc sacrilegia & templorum direptiones fierẽt, alias nationes id illis probro daturas & pessimè interpretaturas, neque plerosque Gallię proceres & homines eas rapinas toleraturos: præstare igitur, vt res differatur, atq; intereà ratio ineatur Regis & Senatûs eius fallendi, atque hac via alicuius mandati cõflandi, vndè Regis voluntate & consensu hoc negocium agi appareat. Hoc quidem sic nõnullis visum tum fuit, sed pleriq; Aquitani huius moræ impatientes, magno impetu in sua regione omnia comminuerũt. Est enim in hoc nouo Euãgelio spiritus quidam vehemens, qui miseros homines agit prępcipites ad audenda ea, quę sani homines nunquàm auderent. Cùm enim malè persuasi sint ab impostoribus pseudoprophetis, hactenùs ipsos ambulâsse in tenebris, iam demùm veram apprehendisse lucem, non sobrietatis, sed amentiæ musto ebrij, ruunt in facinora, & cùm multa agant, non verbis, sed flammis vindicanda, tamen se putant rectè & religiosè agere: quæ persuasio falsa addit vires temeritati, vt tanto res nefarias ausint liberiùs, quanto eas arbitrantur magìs DEO gratas. Et hæc quidem de imperita multitudine dici possint: nam multi etiàm non errore, sed malitia peccant. Porrò autem etiàm Parisijs visebantur plures solito homines armati ad conciones procedere duobus in locis, nec obscurè licebat animaduerti, non nisì pessima quæque istos machinari. Nam & minas

Spargitur virus inter aulicos.

Versutia hæreticorum.

Furor hæreticus.

Parisijs hæretici insolescunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minas vulgo intentabant,& verberabant obuios, nemine ferè contradicente: eoque planè ſpectabant, vt cuius cauſa eò venerant, id quamprimùm exequerentur: at tamen reformidabant populi frequentiam, licèt inarmati. Si quis enim ciuium,ab Hugoniſtarum (ſic vocabantur ſocij Caluiniani) factione alienus,gladium geſtâſſet, is vt ſeditioſus compræhendebatur, cùm tamen iſti Hugoniſtæ omne genus armorum circunferrent.Ipſis Iohannis Euangeliſtæ ferijs,cùm Hugoniſtæ frequentes admodùm ad cõcionem iuiſſent, & ea abſoluta Catholici ad preces veſpertinas in ſancti Medardi æde campanas pulſarent,Hugoniſtæ eam pulſationem iniquo tulêre animo,eaque verbi Dei prædicationem interturbari querebantur. Indè igitur arrepta occaſione,in ædem necdùm benè exædificatam armati impetum fecerũt, vna manu gladium, alia ſclopettum geſtantes: effractisque valuis oñibus, miſeram plebem inuaſerunt haud aliter,quàm ſi bellum denũciatum eſſet. Erat ibi cum plebe concionator Catholicus,quem iſti viri Euangelici ità tractârunt parùm Euangelicè,vt ille iam procumbens in genua,capitis ſui ſectionem expectârit: ſed ictus illi intentatus,tunicam ſcidit, & carni non leue inflixit vulnus, nec tamẽ caput penitùs amputauit, deindè enſe,quoàd collibitum eſt, illum egregiè verberârunt. Quoſdam etiàm alios enecârunt,nec paucos fauciârũt. Ipſam verò ſacroſanctã Euchariſtiam, quod ſinè horrore dici vix poteſt, homines emotæ mentis cõfregerunt, & humi abiectam pedibus proculcârunt. Tàm verò atrox bellum ſtatuis indixerunt, vt ne vna quidem ſuperfuiſſe feratur,cui non amputârint caput,haud aliter quàm ſi vitali illæ ſpiritu animatæ fuiſſent: nec feneſtræ vitreæ huius furoris expertes eſſe potuêre, è quibus multas comminuerunt, atque etiàm aras non paucas demoliti ſunt, calices, reliquias, veſtes ſacras & quicquid abſportari potuit,abſtulerunt.Horum dux quidam ad ſummam vſq; aram adequitans, clamitabat,Pilla tout/Pilla tout,id eſt, Diripiatis omnia, Diripiatis omnia. Iam qui omnium fuiſſet audaciſſimus & flagitioſiſſimus,is prę omnibus palmam referebat. Intereà luctus & lachrymæ obtinebant catholicos Pariſienſes, tum DEO, tum regi ſuo fideles,cùm cernerent binos & binos tum presbyteros, tum alios vtriuſque ſexûs homines vulneratos, in puteos ſinè vlla miſericordia detrudi,atque ità crudeliter enecari: nec tamen quiſquam auſus erat tam barbaricam miſerorum necem vel lachrymis vel gemitu proſequi.Si quis è catholicis vel ſuſpexiſſet tantùm,haud ſecùs atquè ſeditionis ſtudioſus,verberabatur.

Templũ S. Medardi inuadunt.

Euchariſtia cõculcatur.

Catholici aliquot in puteos demerguntur.

Miſeram quandam mulierculam capillis appræhenſam, per plateas raptabant & immaniter percutiebant,eam vnam ob cauſam,quòd plorabunda dixiſſet,En quibus premimur anguſtijs,num perpetuò tam miſeri futuri ſumus?

Ibant autem Hugoniſtæ per vrbem Pariſienſem inſtructa acie equites iuxtà ac pedites,diſtrictis gladijs,alta voce clamãtes,Euangelium Euãgelium:non Chriſti vtiquè,qui non ſic ſuum annunciauit Euangelium, ſed Caluini & Bezæ, inſignium Antichriſti anteambulonum, qui ei ampliſſi-

pliſſima præparârunt itinera. Addebant etiàm: Vbinàm ſunt idololatræ papiſtæ?& id genus multa alia digna talibus viris & tali euangelio.Nec verò occurrebat populo catholico,quid ad hæc reſponderet,aut quò ſe verteret.

Menſe Ianuario conuentus egit Senatus regius, vt ſtatuerent,tolerarí ne deberet in Gallijs gemina religio,& Hugoniſtis templa permitti. Tandèm,vt quidam ſcribũt,permiſſum eſt Caluiniſtis impunè cõcionari,baptizare,ſacramenta contemnere,ſed extra tamen vrbium mœnia. Vt verò animi Pariſienſium lenirentur,multa ipſorum cauſa facta dicebantur, quandoquidem in hoc edicto id quoquè haberetur,nefas eſſe Caluiniſtis intra vrbes templa erigere,vel concionari,tametſi non vetabantur in vrbibus commorari & degere.Hoc autem edicto Caluiniſtæ ſe mirificè tuebantur poſteà,nec dubitabant dicere,proceres illorum approbâſſe religionem,cùm tamen diſertis verbis in eo edicto haberetur,nolle ipſos duas approbare religiones.Iam porrò ſectarij confidentiùs quàm antè ſuis ſe inducbant armis,idque ſub ſpecioſo edicti huius exequendi prętextu. Rex etiamnùm admodùm puer erat,nec poterat rebus afflictis Galliæ in hoc miſerabili tumultu ità facilè opem ferre,erantque etiàm quidam magni nominis, qui Caluinianis concionatoribus non obſcurè fauerent: quod idcircò dixerim,nè quis temerè hanc rerum cõfuſionem in illo florentiſſimo regno regi puero longè optimo & ſummę ſpei adſcribat.Si regi Franciſco,huius regis Caroli fratri,diuturnior vita contigiſſet, hęreticorum conatus non illos fortaſsis progreſſus habuiſſent.Sed propter peccata hominum permiſit Deus aliquid poſſe impium Bezam cum ſuis ſocijs apoſtatis monachis,rursùs vbi immenſæ eius bonitati viſum erit, regnum illud Chriſtianiſſimum ab omni hæreticorum fermento repurgaturus. Cùm autem hæc ità gererentur,vt paulò antè dixi, Senatus Pariſienſis,quem Parlamentum vocant,diſertis verbis ad ea ſic reſpondit: Nec poſſumus,nec volumus, nec debemus. Quibus verbis ſatis declarârunt, quàm eſſent plerique animis alieni ab iſtorum hominum conatibus & machinamentis. At tamen ob armatæ multitudinis metum, poſteà nonnihìl mutata ſententia, edictum illud paſſi ſunt certa quadam ratione nõ aboleri.Iam enim Caluinianorum ingens erat numerus,& armis perſtrepebant. Verùm nec ſic quidem ſatisfactum ſibi putabãt Caluiniſtæ,quippe qui non hoc vnum ſpectarent,vt illis ſuo more concinere & concionari liceret,licèt plurimùm id ſe obtinuiſſe lętarentur, quòd hac ratione populum in ſuam naſſam poſſent pertrahere.

Conuentus Senatꝰ regij

Quandò verò poteſtas illis facta nõ fuit noua templa conſtruendi,miniſtri ſeu buccinatores Caluiniani à rege impetrare moliti ſunt,vt liceret ipſis in Catholicorum templis ſua agere miniſteria: qua in re mirabili vſi ſunt vafricie.Simulabant enim ſe cum Catholicis in ipſorum velle redire Eccleſias,modò quędam remouerentur,quæ ipſi cenſerent diuino repugnare honori: atque de his cupiebant audiri contra Theologos & eos omnes, qui ipſis id negandum putarent. Hæc autem illi ſic petebant, vt

Sententia Senatûs Pariſienſis.

Simulatio Caluiniſtarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suarum rerum incrementa indè oritura nõ ambigerent. Tandèm definitum est, vt cum Caluinianis ministris Catholici Theologi de religione corã Regina disputarent: & missæ sunt ilicò literę ad facultatem Theologicam Parisiensem, vt quatuor aut quinque è suis mitterent responsuros ad ea, quæ ipsis essent proponenda.

Disputatur coram regina cum hęreticis.

In hac disputatione à parte Caluinianorum princeps erat Theodorus Beza, qui, vt ait insignis quidam Theologus, multa nouit adferre in medium, si habeat obsequentes auditores, qui nihil illi opponant. Socius illi aderat quidã apostata Franciscanus. Commodùm sanè istis hæreticis euenerat, quòd huic disputationi interesse non potuit amplissimus & doctissimus Lotharingiæ Cardinalis, alibì tum grauibus negocijs occupatus, qui aliâs in Possiaca disputatione os impurum istius Thrasonici Bezę oppresserat, præsente Regina & multis regni proceribus. Intereà ciuibus Parisiensibus glorioſi Euangelici fratres persuadere nitebantur, ea quæ Catholici docent, hominum inuenta esse, & pugnare cum scripturis sacris, victosque à Caluinianis esse Theologos Catholicos. At Parisienses illis respondebant, maiores & præpositos suos non minorem agere curã salutis suæ, quàm Caluinianos: porrò ab illis suis maioribus & præpositis habere se doctrinam suam velut per manus traditam, in qua illi haud aliter atquè in fide Iesu Christi, & in regis sui, tanquàm legitimi principis & domini sui obedientia, potiùs mortem essent oppetituri, quàm vnquàm transituri in castra frementium beluarum atque ferarum, nouorum scilicet Euangelicorum hominum, qui cælum terræ miscerent, & ordines omnes perturbarent. Quòd si verò omninò oporteat ipsos rationem reddere religionis suæ, missuros se eò aliquot homines doctos suis sumptibus. Deindè vrgebant summoperè Theologos aliquot, vt ad disputationis locum celeriter proficiscerentur. Nauabãt id temporis strenuam operam Catholicæ tuendæ religioni prętер alios etiàm Guisij principes, Magister equitum, Mareschallus sancti Andreæ, & ciues atque mercatores Parisienses, qui se primos opposuerunt Caluinianis, multumque posuêre studij, operæ & diligentiæ in obsecrandis, adhortandis & extimulandis proceribus, vt Caluinianorum consilia & machinationes impedirentur.

Defensores Catholicæ religionis.

Primum autem disputationis caput fuit, quòd Caluinistæ concionatores cuperent statuas, imagines, reliquias, templorum ornamenta destruere, confringere & eliminare: aiebantque non se redituros ad religionem nostram, nisì priùs hęc & alia pleraque ipsis molesta profligarentur: scilicèt in gratiam apostatarum, recedendum est ab Ecclesiæ Catholicæ institutis, & illorum impijs dogmatibus & Turcicæ iconomachiæ subscribendum. Fuit autem responsum illis abundè à Theologis Catholicis, sed illi ab hac sua sententia discedere noluerunt. Erant tum quidam ministrorum Caluinianorum fautores, qui vt illos in suo proposito confirmarent, hac moderatione vtendum aiebant, vt imagines omnes exploderentur, dempta CHRISTI crucifixi. Sed id ministri ferre noluerunt, nihilo

nihilo magìs propitios erga Christi, quàm Diuorum imagines, sese declarantes. Sed neq; Catholici eos audiendos dicebant. Si enim Christi imago veneranda est Christi causa, quem repręsentat: itidèm sanctorum imaginibus honor habendus est propter eos, quorum sunt imagines. Non deerant verò, qui hanc cõtrouersiam ad Romanum Pontificem vel synodum œcumenicã referendam statuerent: verùm ità fiebat, vt quod apud Catholicos semper in vsu & more positum fuerat, iam in dubium verteretur. Et Caluiniani quidem hinc ansam arripuêre suis sacrilegijs & templorum expilationibus fucum quendam prætexendi. Et est tunc quoddã ab eis scriptum editum, in quo illi affirmare non dubitârunt, se plena regis authoritate imagines cõfregisse, vt suam impietatem in regem reijcerent, & sceleratissimè illum apud omnes traducerent. Sed & sermone passim apud omnes iactabant, se disputatiõe obtinuisse, vt cum imaginibus bellum gererent, theologicamque facultatem & Episcopos ab ipsis stare: nec talium mendaciorum pudebat bellissimos Caluini discipulos. Iam qdam proceres Caluiniani clàm militem cõscribebant, alij eorum socij parùm humaniter clerum tractare cœperunt. In pagis multi pastores vel parochi occidebantur, quibusdam sacerdotibus pręcidebant auriculas, easq; suis affigebant pileis. Duces & signiferi sectarij non deerant suis machinationibus promouendis: neque ignorabant quanti ipsorum interesset, si Lutetiam sibi possent subigere: ea enim in potestatem redacta, reliqua oppida nullo negocio posse opprimi. Visi tunc sunt quandoquè Parisijs in concione septingenti vel octingenti homines in equis, prętер ingentem peditum multitudinem. Inuaserat indè timor ciues Parisienses, nec immeritò haud vulgariter cõmouebantur, quòd pręcipui è sectarijs, ad nongentas propè domos insignes eius amplissimæ vrbis, prædæ destinâssent. Opportunè autem superuenit clarissimus princeps Guisius, cuius pręsentia ciuium animi recreati & confirmati sunt, & impedita consilia hominum factiosorum, qui iam spe deuorauerant facultates optimorum ciuiũ. Sic non deest præpotens Deus spem suam in ipsum collocantibus. Tum verò fremere spe sua frustrati sectarij, quòd talem bolum sibi prereptum cernerent. Porrò ex vrbe excedentes, aliò commigrârunt, vbì habita consultatione, cùm intellexissent abesse prętер alios etiàm Guisium principem, altero Paschatis die ad portam Parisiensem rediêrunt vrbem occupandi animo. At postquàm præmoniti sunt nè ad vrbem propiùs accederent, nì cęsos se vellent, actutùm Aureliam omnes profugerunt, vbì facilis eis patuit aditus. Aiebant enim se mandato regis eò venire, vt oppidum illud conseruarent, nec vlli damnum darent, cuique libera relicta facultate viuẽdi pro suo arbitratu, quemadmodùm haberet edictum in Ianuario propositum, quo cautum esset, nè qua templa vexarentur aut spoliarentur. Sed belli homines hac ratione aditum in oppidum quærebant, eaque fide hæc dicebant, qua vti solent hæretici omnes & perfidiosi ac simulati Christiani, apud quos nullus est Dei timor, & honestum est propemodùm mentiri, fallere, periurare, nullis stare promissis. Admissi igitur

Vanitas Caluinianorũ.

Periculum Parisiensiũ.

Hęretici profugiunt Aureliam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Templa Aurelię vastantur.

intra vrbem Aurelienſem, in dies magìs ac magìs templa vaſtanda & expilanda ſuſceperunt, idque planè contra edictum, cuius ſe volebant videri patronos & conſeruatores. Et primò quidem libuit illis impetum facere in Abbatiam quandam, cuius templum vaſtauerunt, imagines confregerunt, ſepulcra & feneſtras vitreas diſſipârunt, ſedilia & quicquid ex ligno fabrefactum erat, Vulcano cõſecrârunt, & in eundem ignem coniecerũt libros ſacros in Abbatia repertos, multis interìm vſi petulantiſſimis ſermonibus. Deindè ſuos eò equos introduxerunt ſtabulatum, tantaq; barbarie in illud monaſterium ſæuiérunt, vt nullum eius murum integrum reliquerint. Quoſdam etiàm ex monachis, qui illic remanſerant, ceperũt, coniectoſque in carcerem vi eò adigere voluerunt, vt ipſis indicarent ſacras reliquias quas abſconderant. Erant in ijs iuuenes quidam, qui magnis pollicitationibus inescati, ſacra oſſa prodiderunt: quæ illi ſcelerati & nefarij homines flammis exuſſerunt, vt quantùm in illis erat, rursùs beatiſſimos martyres ſemèl pro CHRISTO cæſos, ad carnificinam reuocarent.

Erant in monaſterio illo duo iam affecta ætate ſenes, non ferè minores octogenarijs. ex his alter in quodam peſtilentis domûs ſolario ſedebat incluſus ad menſes quatuor, clàm illi victum ſuppeditante quodam eius amico. Orabat verò diù noctuque Dominum, illud mortis expectans genus, quod Dominus ipſi vellet euenire. Alter paſtoris functus officio in illa parœcia, per id tempus itidèm à monaſterio clàm receſſerat, latitaturus in exiguo quodam loco, ad quem tamen non diù pòſt iſti ſacrilegi Aurelia profecti, cùm ægrotum & miſerum hunc ſenem, qui iam Euchariſtiam ceu breuì moriturus acceperat, inueniſſent, percõtati ex eo ſunt, eſſétne monachus & ſacerdos certi cuiuſdam monaſterij. Illo id minimè negante, reſtim in collum & ſuper brachia eius iniecerunt, ſicque nudum deorsùm pertraxerunt. Vt autem viderunt iam ferè extremum illum ducere ſpiritum, cruentiſſimi carnifices lœtifero ictu caput eius pulſârunt, atque ità animam exhalauit. Nec hoc contenti, homines omnis humanitatis & pudoris expertes, ad arborem cadauer alligârunt, & pro animi voluptate ſclopettis illud traiecerunt. Poſtquàm verò iam dictum monaſterium vaſtauerunt, ad alias Eccleſias progreſſi ſunt, ſed multa cum ſimulatione, vt eſt ſolenne apud hæreticos. Proclamatum fuit Aureliæ, nulli poſthàc templo quicquam detrimenti allatum iri: ſed hoc eum habuit euentum, quòd reliquis Eccleſijs non aliter accidit, atquè illi de qua iam diximus. Sanctiſſimi Aniani, eius vrbis antiqui Epiſcopi, ſacra oſſa immaniſſimè tractârunt & exuſſerunt. Conculcabant homines impijſſimi conſceleratis pedibus ſacroſanctam Euchariſtiam, vel etiàm ſclopettorũ globulis traijciebant.

Summa crudelitas in moribundũ senem.

Simulatio Caluiniſtarum.

Fabricę & reliquiarum curatores, rationem harum reddere cogebantur: quòd ſi non ſatis exactè quiuiſſent, in cuſtodias ducebantur, & interdùm grauiſſimè torquebantur, nisì pecunia ſe redemiſſent. Summam ſanctæ Crucis ædem incendere cùm cœpiſſent, populus ea re permotus clamabat,

mabat, Quid iſthuc rei eſt Domine Deus? Iam enim ſibi perijſſe videbantur, cernentes ardere templum ſuum. Res precioſas templorum ex auro & argento fabrefactas, ſiue clinodia ſub eo prætextu auferebant, quòd dicerent ſe ea velle ſeruare regi, cùm indè poſteà nummos cuderint, nulla regi reddita ratione. Veſtes ſacræ omnes prædæ ceſſerunt, quibus ad magnum ludibrium abutebantur, non temperantes interìm ſibi ab immanibus blaſphemijs in Deum & cultum illius. Interdùm ſeſe oblectandi cauſa vnum aliquem è ſuo grege ſacerdotalibus induebant veſtimentis, tanquàm iam iturum ad ſacrificandum: eumque cum ingenti triumpho per totam vrbem circunducentes, ludibrij cauſa cantabant, Te Deum laudamus, vel, Requiem æternam &c. multaque fœda & abominanda deſignabant, indigna planè quæ apud Chriſtianos referantur. In templis & ſacerdotum domibus nihil relinquebant integrum: libros & imagines omnes dilacerabant & exurebant: demptis tamen deæ Veneris & id genus prophanis imaginibus, quibus ea hominum fæx non paulo plùs delectatur, quàm Chriſti crucifixi aut ſanctorum eius. Monumenta omnia eleuatiora perfregerunt, & in pleriſque oſſa recondita combuſſerunt. Ipſum quoquè cadauer regis Fracíſci eius nominis 2. qui frater fuit Chriſtianiſſimus æquè Chriſtianiſſimi regis Caroli, iam in Gallia regnantis, in æde ſanctæ Crucis conditum combuſſerunt, animi crudelitatem in extinctum declarantes, quam in viuum non poterant. Is enim pius adoleſcens Aureliæ deceſſerat, cùm illic ageret conſultandi cauſa, quibus rationibus regni ſui calamitatibus poſſet mederi.

Nota impiã petulantiã.

Cõburitur corpus Fracíſci 2. regis

Campanas & candelabra templorum belliſſimi Caluiniſtæ in bombardas transformare inſtituerunt: valuas deſtruxerunt, libros exuſſerunt, atq; templa deformârunt, vt ſpeciem templorum omnem amiſiſſe viderẽtur. Baptiſteria cloacarum loco habuére. Quaſdam Eccleſias in cellaria mutârunt & armamentaria. In templo Franciſcanorum repoſuerãt puluerem tormentarium, in quem poſteà ignis incidit, & conſumpſit omnia. Clerus & religioſi tot malis circundati, pro ſe quiſque ſuę ſaluti conſulere cõpulſi, ex vrbe illa euadere, ſeque clàm ſubducere conati ſunt. Nam ſi quos comprehendiſſent, eos inſimulabãt furti, quòd templorum clinodia furripuiſſent. Faciebant hoc illi fratres euangelici, vt occaſionem haberent eos tormentis excarnificandi, adeò vt in ea vrbe nemo ab his tormentis ſe poſſet eximere, nisì ſacrum Baptiſma & Confirmationem abiurâſſet.

Accidit vt quodam die inuenirent ſacerdotem in ſolario Miſſæ ſacrificium offerentem, & Catholicos confirmantem atque conſolantem. Illũ ſic vt erat ſacris veſtibus indutum, per plateas duxerunt vſq; ad portę excubitores, vbì capiti eius impoſita galea, & haſta in humeros iniecta, totũ diem compulerunt ieiunum perſtare inter illos perditos nebulones, qui excubias agebant, à quibus benè liberaliter fuit irriſus, & conuicijs atque ludibrijs exagitatus.

Nota facinus euangelicũ.

Parochum S. Paterni, virum grandæuum, putà ſeptuagenarium, nolẽtem deſerere ouiculas ſuas, ſed eas quotidianis ſermonibus confirmantẽ,

Parochus quidam vexat ab hęreticis

Universidad de Deusto
Biblioteca

& de Dei benignitate ac misericordia benè sperare iubentem, cùm post menses quatuor eis tandèm proditus fuisset, captus & præsidi cuidam traditus est. Is præses iampridèm hostili in eum erat animo, quòd permultis annis contra Hugonistas, & hunc præsertim præsidem aliosque nonnullos iudices, Catholicam religionem Aureliæ propugnâsset, crebroq; eos malè administratę iustitię accusâsset, adeò, vt eo nomine delirus, imperitus & seditiosus quoquè habitus fuerit. Ità enim solent isti euãgelici homines infamare eos, quos cupiunt extinctos. Et tamen, vt scribũt graues viri, si in illo Gallię Christianissimo regno, immò etiàm apud alias nationes, pauci quidam nouandarum rerum cupidi, à locorum præsidibus initiò mox oppressi fuissent, & ex iuris pscripto, in eos esset animaduersum,, non tot millia posteà perijssent. Habet enim hoc hæresis omnis & falsa doctrina innatum sibi, vt nisi in ipsis suis initijs radicitùs extirpetur, paulatìm crescat in immensum, & longè lateq; oñia horrendum in modum depascat & depopuletur. Vidimus proh dolor eius rei in diebus nostris exẽpla multa nimis, quę abundè quod dicimus, testari queant, etiamsi vetera nulla suppeterent. Sed ad rem. Cùm sic, vt diximus, venerandũ hunc parochum Caluiniani captum tenerent, haud secùs eum tractabãt, atquè olìm Christum satellites Herodis, illudentes & mendacijs studio effictis virum bonum onerantes, inter alia hoc etiàm illi affingentes, quòd voluerit regem Christianissimum prodere: tum etiàm ꝙ adulterinos nummos cudisset. Hoc illis bonis viris sic visum tum fuit illi pio sacerdoti imponere, quòd ipsi essent id temporis occupatissimi multifarijs cudendis numismatis ex illa præclara immanium sacrilegiorum pręda. Ad extremum liberam se illi abscedendi potestatem facturos dictitabant, si abiurata religione Catholica, ipsorum teterrimis paradoxis assentiret. Atque eius gratia crebrò ad illum mittebant suos ministros, qui cum illo disputarent, & eum euerterent. Sed ille vir pius, in Christo benè firmatus, quo plùs ab istis molestię pertulit, eo factus est robustior, & in recta fide constantior. Tandèm multò etiàm acriùs eum infestare cœperunt, vt à fide deficeret; cumque interrogatus ab illis, vellétne ab animi sui proposito discedere, prorsùs pernegaret, optatiusq; sibi esse diceret vitam perdere, quàm vel suos parochianos deserere, vel tam nefarium illis de se exemplum prębere, suspendio eum adiũdicârũt. Itaq; ad illud supplicium proficiscens, inter eũdum loquebatur de Christi passione, orabat pro ouiculis suis & pro vrbe illa. Cùm verò in scalam ascendisset, multas fecit optimas adhortationes ad dominos, ad illorum ministros seu concionatores, & ad populum, ostenditque illis ipsorum aduersùm DEVM, religionem & regem Christianissimum pessimi exempli rebellionem, simul Deũ laudans pro hac ipsi collata gratia, quòd posset pro fide occumbere, populumque admonens, nè cuiusquam periculi causa ab auita religione se abduci paterentur. Hac verò eius dicendi libertate & constantia excanduerũt tum domini quidam, tum cõcionatore Caluiniani: porrò è plebe pleriq; ingemiscẽtes lachrymabãtur, ꝙ ille tam affecta ætate senex,

Nota figmẽta hæretico-rum.

Adiudicat suspendio vir grandæ-nus.

ea

ea animi fortitudine mortem exciperet religionis ergô. Vt autem Caluiniani suæ causæ patrocinarentur, rursùs per concionatorem quendam eum compellârunt, si quidem à sua religione discedere vellet, licere ipsi incolumem abire. Verùm illo talia impiorum hominum promissa fortiter contemnente, ab illis peremptus est.

Postquàm autem intra Aureliam nihil reliqui sibi fecerant Caluinistę, in quod suam tyrãnidem exercerent, præter ciues Catholicos, quibus nõ parùm infesti fuêre, magno numero profecti sunt in pagos, vbi suo more templa egregiè expilârunt. Quòd si in illorum manus incidisset sacerdos aliquis, illum ad equos suos alligatum cogebant post ipsos aliquãdiù currere: ea voluptate exatiati, vel oculos ei eruẽrũt, vel nares & aures, interdùm etiàm virilia præciderunt, ac postremò ad arbores alligatum bombardarum globulis confecerunt. Quorundam secârunt capita, alijs è facie cutem detraxerunt, & primores digitos amputârunt. Quibusdam in locis fœdissima edidêre latrocinia & cædes omnis generis hominum, ne ipsis quidem paruulis parcentes. In pago quodam haud ità procul ab Aurelia plùs minùs 25. homines compræhenderunt, in quibus erant aliquot pusiones. Sperabant ij pueri se horum cruentas manus, conscensa ędis sacræ turri, posse euadere. Verùm in ipsam turrem ab illis cõiecto igni, duo paruuli è fenestra suî seruandi causa exiliêrunt, quos nefarij homines excipientes, rursùs in ignem deportârunt, & miserandum in modum concremârunt.

Immanis barbaries in clerum.

Quodam in templo alio cùm nulla clinodia reperissent, statuam Ludouici XI. Gallorum regis, brachijs & cruribus amputatis, fœdissimè truncârunt, mox etiàm præfecto capite abiecerunt. Pòst effracto eius mausoleo, cadauer ad cineres vsq; combusserunt. Putantur in illo rege ea causa tantam exercuisse immanitatem, quòd ille hæreticos solitus fuerit seueriter castigare. Eadem barbarie vsi sunt in sacello Lõgauillano, vbi conditi erãt magnates pleriq; oñes è regio stemmate oriundi: quorum corpora conuulserunt, & membra cæsa canibus proiecerunt. Porrò verò cùm non inuenissent optatam prædam, neque etiàm Canonicos, qui eis illam indicarent, palàm proclamari iusserunt, vt intra triduum Aureliæ comparerent, responsuri ad ea quæ ipsis essent proponenda: quod si non facerent, vbicunquè posteà reperirentur, laqueo se scirent enecandos. Et eò sanè rem tandèm perduxerũt, vt in ipsorum manus thesauri peruenerint, quibus suo more vsi sunt. Posteà ad Nauarræ reginam profecti, ea inspectante id genus alia Euangelica facinora designârunt, proiectis & exustis cadaueribus parẽtum & cognatorum regis Nauarræ. Quodam in loco destruxerunt sepulcrum cuiusdam ducis Ioannis, qui sanctus habetur, itemque omnium successorum eius, quorũ omnia corpora in cineres redegerunt.

Facinus sacrilegum in Ludouicũ regem.

Theodorus Beza concionator & dux istorum, non exigua è tot sacrilegijs conflata pecunia, consultius sibi fore putauit, si ab Aurelia discederet, pcùl à periculo abfuturus. Metuebat eñ sibi à rege, qui magno cõscripto exercitu hęreticis imminebat. Persuasit aũt bellissimus Beza suis homini-

Beza vult ire in Germaniam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus se iturum in Germaniam,& indè copias auxiliares adducturum. Interea bis térve quadã in regiõe Gallię cõcionatus, cùm se ab eius incolis cerneret negligi, duros & ceruicosos eos vocauit: vt verò ab eis prælarè & inprimis Euangelicè se vlcisceretur, omnes illorum parochos & sacerdotes iussit trucidari, cùm iam anteà sæpè eos numerata pecunia se redimere compulisset.

Crudelitas Bezæ.

Turonum direptio.

Inter alias ab ipsis occupatas vrbes, etiàm Turones obtinuerunt: qua in ciuitate è tribus templis ingentem auri & argenti vim rapuerunt, præter gemmas: fuit id damnum propè irreparabile. Aliud quoddam oppidum præcipuo quodam festo die cùm ingressi essent, sub finem sacrificij cùm Agnus Dei caneretur, in ecclesiam armati irruerunt, contentisque vocibus clamârunt, Apagite perfidi sacerdotes, priùs quàm frustatim cõcidamini. Ex pręcipuis quidam dictitabant: Eià nos hîc iam sacrificemus, nam isti posthàc suas hîc Missas non facient. Profugiebant tum vt poterant Canonici, haud immeritò animis consternati, sed ab illis sicarijs capiebantur, & ad suas ædes raptabantur, daturi quicquid haberent. Interìm his minis illorum circunsonabãt aures, quòd eorum sanguinem canibus hauriendum præbituri essent. Erat in ijs Canonicus paulò commotior, qui istos prædones ad eius ædes adducentẽ iussit abscedere, quòd regis iniussu nihil haberet in ipsius domo negocij. At ille nolens cedere, & impressionem faciens in ædes, ab illo Canonico gladium corripiente & eius caput secante peremptus est. Eo viso, alij facto impetu eum vinctum tradiderunt præsidi, qui eum laqueo adiudicauit pręter ius fasq;.

Est verò & aliud quiddam ab eis designatũ planè tragicum, & omnem vincens modum immanissimæ crudelitatis. Grandæuus monachus ab eis interceptus est. Huic primò virilia amputârunt, mox ea cocta illum edere compulerunt. Indè verò mirificè eum excruciârunt, & adhuc spiranti ventriculum seu stomachum è corpore euulserunt, perscrutaturi homines mortalium omnium perditissimi, vbinàm illud edulium hæreret. Quid hac fœdissima barbarie vel ab ipsis feris belluis, vel immanissimis Scytharum populis possit attentari flagitiosius, & ab omni humanitate remotius? Hæc nimirùm disciplina hauritur è scholis quinti Euãgelij, cuius author Luterus, insignis verò pręter alios promotor Caluinus fuit.

Flagitiosissimum hæreticorum facinus.

Hæretici mirè sæuiũt in Normannia.

Rothomagi & per totam Nortmanniam templa inflammârunt, exustis vnà rebus sacris: qua in re eam illi adhibuêre obstinati animi peruicaciam, vt ipsos cineres, ex his incendijs remanentes, non modò vendere noluerint, sed etiàm penitùs dissipârint & aboleuerint.

Item in Aquitania.

In Aquitania crudelissimè grassaturi erant, nî maturè conatibus illorum esset itum obuiàm. Nam quodam loco Catholicos viuos in puteos demerserunt, paruulos medios dissecârunt, sacerdotum ventres sciderũt, & intestina lignis quibusdam glomeratìm illigata extraxerũt.

Inter omnia verò summæ impietatis facinora id vel maximè deplorandum videtur, quòd sacrosanctam Eucharistiam indignissimè tractârunt,

runt, pedibus eam conculcantes, canibus proijcientes, ignibus conerẽmantes, & sclopettorum globulis traijcientes. Quid hæc autem portendant, quáve tandèm ratione prępotens Deus has suas iniurias, quas non ibi tãtùm, sed alijs etiàm Europę locis perpessus est, vlturus sit, ipse nouit: quem vtinàm maturè agenda modis omnibus pœnitentia ità nobis reddamus propitium, vt auertatur ab ira furoris sui. Insani mortales nõ pensant illos æternos gehennæ ignes, quibus in omnẽ æternitatem pro tantis sceleribus atrocissimè cruciabuntur: vt interìm sileamus præsentis vitę vltiones acerbissimas.

Itidèm Pictauij.

Pictauij quoquè suę atrocitatis exempla insignia isti perditi & miseri ediderunt. Grassatum est illic quoquè ab istis horrendum in modum in templa & ædes Canonicorum. Asseruabantur ibì ossa Hilarij sanctissimi pontificis, quem D. Hieronymus non immeritò vocat tubam Latini sermonis cõtra Arrianos, atque etiàm Radegundis reginę Franciæ, cuius fuit eximia in Deum pietas & vita sanctissima: aliorum quoquè sanctorum. Hæc ossa & sacratas reliquias illi impuri nebulones proiecerunt, & more suo combusserunt, vnà quoquè biblothecas inflammantes. Nolũt enim extare patrum monumenta, quibus eorum possint impia commẽta facilè confutari. Lugduni quoquè præter alia facinora euãgelica, illius antiquissimi & sanctissimi martyris Irenæi ossa concremârũt, & in templa mirum in modum sæuiêrunt, nè haberẽt Catholici vbi sacrificarent. Apud Turones illius itidèm incomparabilis sanctitatis Episcopi Martini sacras reliquias in ignem proiecerunt, & cineres in aërem disperserũt. Huiusmodi, inquam, disciplina proficiscitur ex Caluini & Bezæ schola, & tam præclara facinora edere docet nouum euãgelium. Et nondùm volunt intelligere miseri mortales, quos duces præceptoresque sequantur? Si Turcæ & Tartari hæc fecissent, omnem impietatis & crudelitatis modum excessisse dicerẽtur: iam verò ab illis hæc perpetrata sunt, qui se euãgelicos iactitant, cùm sint quibusuis Turcis & Tartaris longè immaniores. Aberat aliquandiù à Galliæ regno illustrissimus ille princeps Franciscus Guisius, sed hæreticorum grassantibus tumultibus, à matre Regina & regis Senatu in regnũ è Lotharingia reuocatus est, qui sanè & Christianissimo regi, & illi amplissimo regno fidissimam nauauit operam. Conscripsit enim exercitum iussu regis, & iam multi erant cum rege, ità vt diuersi exercitus ad diuersas ab hæreticis occupatas vrbes mitterentur: at tamen q; tardiùs illæ copiæ conuenirent, non potuit primis hæreticorum conatibus obsisti. Vbi ad Turones ventum est, ea vrbs hęreticis erepta est cum alijs minoribus oppidis ad ligerim fluuium positis. Ereptũ est etiàm Andegauũ. Iam enim pleriq; pertæsi erãt tam barbaræ immanitatis & sacrilegæ direptiõis templorũ: ità factũ est, vt nõ minori facilitate ad regis sui obedientiam se reciperẽt, q̃ ab illa dudùm discesserãt. In Aquitania multi â regis exercitu cęsi sunt sectarij, duce quodã insigni, q; aliquotiès feliciter cum illis cõgressus, non paruã stragẽ edidit. Intra Tholosam aliquot cõtinuis dieb⁹ certamen acre erat catholicis cũ Caluinianis: sed hoc ipso duce oppor-

Item S. Martini.

Irenæi ossa cremantur.

Eripiuntur vrbes hæreticis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

opportunè ſuperueniente, Caluiniani fuſi fugatique ſunt. Indè verò ad obſidionem montis Albani, vrbis munitiſſimæ, in quam magnæ hæreticorum copiæ ſeſe abdiderant, profectus eſt. Longum eſſet ſingula perſequi, neq; id in præſens commodè poſſem, quòd necdùm certam omnino rerum omnium eo tempore in Gallijs geſtarum notitiam contraxerim. Pictauium quidem venit Mareſcallus S. Andreæ, qui in 4. Mareſcallis facilè primus eſt. In eius exercitu erant ad decem hominum millia, aut circiter. Venit ante vrbem 8. Calend. Auguſti. Exhibuit illis, qui erant intùs, regis literas, vt ſe déderent, nihil neque in rebus aut corporibus, neq; in religione ſua paſſuri detrimenti, modò agnoſcerent Regem ſuũ. Hoc quidem ſic illis crebrò propoſitum eſt, ſed nihil effectum, illis reſpondẽtibus ſe agnoſcere ſuum regem, & illi parére ſe velle: ſed illum non habere quicquam in mandatis à rege contra ipſos. Literas etſi oſtentaret, tamen eas non eſſe regis: & ſi maximè eſſent, regem eſſe puerum, ignorare quid fieret, impelli illum tranſuerſum à duce Guiſio. Hanc cantionem pleriq; omnes Caluiniſtæ cantillabant in Gallijs, cùm ad Regis obedientiam reuocarẽtur. Intereà extra vrbem cum exercitu manente Mareſcallo, leuibus vtrinquè prælijs ſubindè certatum eſt, donèc à Turonibus aduecta ſunt tormenta. Tum verò ipſis Auguſti Calendis vrbs tormentorum ictibus validè quaſſata, & eodem die proditione capta & direpta eſt. Cæſi ſunt initiò non pauci hæretici, ſed maxima pars & quidem ſeditionis capita, in pedes ſe coniecerunt. Tandèm tota vis belli ad Aureliam obſidendam conuerſa eſt. Accidit autem, vt Caluiniani illi cum catholicis confligerẽt acerrimè: & quidem Caluiniſtæ primùm aliquandiù rem proſperè gerunt, cæſo ſummo Franciæ Mareſcallo S. Andreæ, quem infenſiſſimè oderant, capto etiàm ipſo Coneſtabile, & multis primæ nobilitatis viris. At vbi Guiſius cum extremo agmine ſuperuenit, victoria ex eorum manibus extorquetur, & ipſe Condæus Caluinianorum caput capitur, & totus peditatus ad internecionem deletur. Feruntur ex Condæi partibus cecidiſſe eo prælio ad ſexdecim millia. Ex regijs quoquè permulti ceciderunt, & in ijs nobiles & egregij duces. Condæus in cuſtodiam ducitur, & qui ab eius grege capti erant ex regijs, Aureliam abducuntur. Ammiralius ſecundus à Condęo, ab hac pugna redit Aureliam, vrbemq; mirificè communit. At Guiſius ad obſidendam vrbem cum omni exercitu reuertitur.

Pictauium recipitur.

Prælium funeſtum.

Hoc ferè tempore Abdyſu Aſſyriorum Orientalium Patriarcha, venit Romam longiſſimo itinere, vt Pontificem inuiſeret, atque ab eo cõfirmaretur: ad cuius etiàm genua prouolutus, obedientiam promiſit: iurauit etiàm ſe Conciliorum Oecumenicorum & ſpeciatim Tridentini ſtatuta atque decreta omnia ſuſcepturum, ſeruaturum, & ſuos omnes doctorum. Habet autem multos ſub ſe Epiſcopos, & ingenuè faſſus eſt, ſe de Synodi Tridentinæ legitima congregatione nihil ambigere. Ipſe quoq; ad Synodum illam acceſſiſſet, niſi eum neceſſaria negocia in patriam reuocâſſent. Et quia in itinere à Turcis ſpoliatus erat, Pontifex eum eiuſq; pre-

Abdyſu patriarcha Aſſyrius venit Romam.

presbyteros & diaconum, veſtimentis & rebus omnibus ad eius ſacerdotium pertinentibus, & viatico donauit. Fidem ſuam in Concilio Tridentino die 7. Septembris Anno 1562. hunc in modum abſens profeſſus eſt: Confeſſus ſum puro corde & fide non ficta coram Reuerẽdiſſimis & illuſtriſs. D. Michaële tituli S. Sabinæ Alexandrino, & M. Antonio tituli S. Marcelli Amulio, S. R. E. presbyteris Cardinalibus, in hanc formam: Ego Abdyſu filius Ioãnis de domo Martia, ex ciuitate Gezirę in Trgri flumine, olim monachus S. Antonij monaſterij ſanctorũ Rochę & Ioãnis fratrum, electus Primãs ſiue Patriarcha ciuitatis Muzal in Aſſyria Orientali: Iuro quòd ità corde credo & ore confiteor Sanctæ Romanę Eccleſiæ fidem, approbatis omnibus & ſingulis illis, quę ipſa approbat: & damnatis ſimiliter omnibus, quæ ipſa damnat: Amplector & perpetuò me amplexurum & retenturũ eſſe profiteor & promitto, & omnes fratres meos Metropolitas ſiue Epiſcopos ac diœceſanos, quouis modo meæ iuriſdictioni ſubiectos ità credendum & tenendum eſſe docebo, & modis omnibus quibus potero, perſuadere conabor. Ità me DEVS adiuuet, & hæc ſancta DEI Euangelia. In quorum omnium fidem, hanc meam fidei profeſſionem & atteſtationẽ manu mea ſcripſi &c. Romæ die 7. Martij, Anno 1562.

Profeſſio fidei patriarchę Abdyſu

Cùm vrbe excederet rediturus ad ſuos, petijt ſtudioſiſſimè, vt Tridẽtini concilij Canones & decreta ad ipſum perferri curarentur: ſe enim omnia ſeruaturum. De ſacris literis ſæpè interrogatus, grauiter & copioſè reſpondit. Nominabat etiàm & ſe habere dixit libros omnes veteris & noui Teſtamenti, etiàm quos Hebręi & hęretici ex Canone reijciũt. Antiquos doctores Gręcos & Latinos, eoſdẽ ferè quibus nos vtimur, Chaldaicè, Syriacè aut Arabicè verſos diligenter ſe legiſſe: nonnullos etiàm, quorum nomina nobis ſunt incognita. Sacramentis vtì ſe ac populos illos ijſdem ferè quibus nos: Confeſſione auriculari, precatione pro ſalute mortuorum, Canone ijſdem ferè verbis in celebranda Miſſa, conſecratione prorsùs eadem. Imagines diuorum pijs precibus venerari. Fidem ab Apoſtolis Thoma & Thaddęo, eorumq; diſcipulo Marco olìm accepiſſe, hodieq; retinere ea loca, vbi ipſe degeret. Ità Eccleſię dignitas & ſalutaris doctrina per 1500. annos in tam longinquis gentibus inter tot perpetuas infidelium vexatiões, eadem in hunc vſq; diem permanet, quã apud nos Euangelici prędones oppugnant & lacerant.

Apud Aſſyrios quæ ſcripta diuina & Patrũ habeantur.

Sacramẽta.

Confeſſio. Canon Miſſæ.

Anni huius menſe Nouembri Francofurti in Romanorum regem communibus omnium Electorum Principum ſuffragijs eligitur Maximilianus Boëmiæ rex, Cæſaris Ferdinandi filius, multis egregijs corporis ac animi dotibus inſignis, de quo omnes boni ſibi pollicentur, eum in ſeruanda ac tuenda Catholica religione, patrui Caroli V. & parentis Ferdinandi ſanctiſſimorum & pientiſſimorum Cæſarum conſtantiam & integritatem præſtiturum, ſicut etiam iam non ſemèl præclarè prędtitit. Temporis anguſtia nõ patitur rem totam accuratiùs & prolixiùs cõmemorare, & quę illic geſta ſint, oĩa ordinè deſcribere. Turcici Imperatoris Legatus venit

Maximilianus fit Romanorũ rex

Universidad de Deusto
Biblioteca

venit Francofortum, præter literas ad Cæsarem Ferdinandũ datas à Turca Solimãno, etiàm equum gradarium & quatuor Camelos munera Solimanni offerens. Ait etiàm Solimannum misisse Cæsari dono captiuos Christianos, quos nullo nec precio, nec muneribus, nec intercessione principum quorumcunque redimi passus esset: petere autem, vt ipse Cæsar captiuos Turcas dimittat.

Legatus Turcæ cum muneribus.

Conuentus Lunæburgensis.

Menſe Maio Lunæburgi Conuentus fuit principum & ordinum imperij, Circuli, vt vocant, inferioris Saxoniæ, in quo præcipuè actum est de Bremensibus Caluinizantibus, & decretum factum de Sacramentarijs. Iam enim metus erat, nè sensim Caluinus etiàm in Saxonia nidificaret, & Luterani præcones cogerentur solum vertere. Tilmannus Heshusius scribit piam defensionem præsentiæ corporis Christi contra Caluini, Boquini, Bezæ & Clebitij cauillos & calumnias. In diuersum scribit Thomas Erastus Medicus, abutens Christi, Pauli & Patrum testimonijs. Porrò Bullingerus egregiè se tuetur contra Brentium. Tristissimum fuit, quòd Illyricus, Viandus & Matthæus Iudex scriberent se à Saxonię principibus è Schola Ienensi dimissos eo quoquè nomine, quòd Sacramentarijs se opposuerint. Et quidem, nisi fallor, hodieque miserè exulat Illyricus insignis Luteranus. Deniquè Brentius de vera præsentia corporis & sanguinis Christi in Cœna, librum edit contra Martyrem & Bullingerum. Hoc scriptum dum ille Martyr impugnare statuit, magno Brentij cõmodo exhalat spiritũ Nouembris die 12. Pro talibus non est orandum, quia immunes sunt à Purgatorio.

Calamitas Illyrici & sociorum.

ANno 1563. Bullingerus Brentio respondet. Ità est inter Luteranos & Zuinglianos rixa implacabilis, cùm vtrinquè purã doctrinam iactitent. Mirum est, Principes & reliquos magistratus non aduertere istorum dogmatistarum vanitatem, & quanto cum periculo coniunctum sit, talibus fidem commodare. Quidam Zuinglianus veretur, nè hæc euangelicorum controuersia tandèm funestum & lamentabilem exitum habeat. Et quid mirum si funestum habeat exitũ quintum isthuc Euangelion, cùm non ferè nisi turbulentum & seditiosum habeat initium, vbicunquè recipitur? Valdè offenduntur isti puri Euãgelici impura vita quorundam in Clero Catholico, & eam vehementer traducũt apud indoctum vulgus: sed sunt ex nostris, qui quandoquè in Tabulas quasdam visitatorias istorum Euangelicorum Visitatorum inciderint, in ijsque plura & deteriora à coniugatis concionatoribus adulteria perpetrata legerint, quàm possint apud Catholicos in tam augusto orbe scortationes reperiri. Quidam Luteranicus sacerdos mirabili fraude adeptus parochiam quandam, vxorem duxit. Ea cùm nouello marito iam minùs arrideret, toxico ab illo perimitur, vt nouis nuptijs via sterneretur. Interrogatus cur tantum admisisset facinus, respondit coniugium in Luteranis sacerdotibus non restinguere vagas libidines. Innumeris id posset exemplis doceri, vt maximè quoquè reprehendendi videantur, qui hodiè Catholicis volunt permitti coniugia sacerdotibus, contra omnia omniũ seculo-

Adulteria euangelicorum cõcionatorum.

seculorum & ætatum exempla. Non frenatur libido libidini indulgendo, sed gnauiter potiùs reluctando, & pijs studijs perpetim vacando.

Dæmoniaca puella non potest liberari ab euãgelicis.

Mense Martio anni huius in suburbio Augustæ Vindelicorum apud S. Georgium, textor quidam filiam habuit annorum viginti, à malo dæmone obsessam & dirissimè vexatam, adeò vt parentes eius tantam calamitatem cernere ampliùs non sustinentes, Augustanæ Confessionis Luteranos concionatores eiusdem vrbis (erant enim ipsi quoquè Luterani) consilij & opis petendæ causa adierint. Et venerunt quidem nonnulli ex illis euangelicis preconibus ad puellam dæmoniacam, arbitrati se virtute & efficacia Luterici euangelij satanam illum expulsuros: sed satanas satanam non ejcit. Conati tamen sunt aliquid facere, sed securus eos contemsit teter spiritus, quippe qui Luteri carnale euangelium floccipenderat. Nè tamen nihil feciſse putarentur, iusserunt parentes diligentem habere puellæ curam: posse enim Deum facilè rursùs liberare puellam, si eius permissu id illi acciderit. Porrò virgo quædã, Matthiæ iurati eius vrbis quondàm chirurgi filia, Anna nomine, cum famula Magdalena ex pia quadam Christianæ charitatis commiseratione ad eandem puellam inuisendi gratia in hypocaustum venit, perspectaque eius miseria, cùm existimaret non posse eam vel vnum superuiuere diem, egrè tandèm parentes puellæ permouere potuit, vt accersitum mitterent D. Simonem sacræ Theologiæ doctorem, & apud D. Mauritium Augustæ catholicum ecclesiasten. Rogatus ille, vt laboranti puellæ & summis angoribus comprehensę, suam præsentiam non negaret, ad iter se accinxit: cumque haud ità procùl ab ædibus dęmoniacæ abesset, illa miserandum in modum clamitare, minitari suî præfocationem, nî dimittatur, simul etiàm magno impetu velut è lecto se precipitare velle. Sciscitante verò Anna, quam diximus, ecquid sibi vellet, didicit potum ipsam petere.

Vis aquæ sacratæ.

Tum illa in poculo obtulit illi aquam lustralem siue benedictam: qua hausta, mox cœpit miserabiliter sese agitare, & sursùm deorsùm mouere, adeò vt caput inter pedes adigeretur. Quo viso, ij qui circunstabant, cernere & re ipsa comperire se dicebãt vim quandam sacratæ illi aquæ inesse. Nulla enim deincèps requie potita est puella, tantamque vim patiebatur ab illo immundo dæmone, qui aquam illam ferre non potuit, vt vnus è viris quatuor, qui eam seruabant, testatus sit se ne vnam quidem noctem apud illam porrò excubare velle, etiamsi vrbem Augustam lucraturum se sciret ea opera, nisi parentes illi actutùm remedium adferri curarent. Adeò nanque tetrum ex ore suo exhalâsse fœtorem, vt omnes sibi pereundum existimârint.

Cùm sic illa igitur magìs magisque exagitata sæuiret & tumultuaretur, memoratus D. Simon Theologus ad limẽ domûs, vbi ea iacebat, accessit. Tum verò illa barbaricum in morem immaniter vociferari, furere, bacchari, Theologo atrociter maledicere: Missum me facito, inquit, Sacrifice, probè equidem te sentio, præfocare me vis, furcifer, scelus, nequam perditissime. Ijs auditis, Theologus dixit patri puellæ, vt eam liberam ire

Universidad de Deusto
Biblioteca

sinerent. Sed cùm immodicè sæuiret ac ferociret, clamaretque se anima & corpore cessisse in ius & dominium mali dæmonis, idem Theologus petijt, vt pedibus eius vincula inijcerentur. Itaque ipsus eius parens mantili eius colligauit pedes, percontans interìm ex Theologo, vellétne eam duriter ligari. Cui ille, Minimè, inquit. siquidem frustrà à te vincietur, nisì DEVS eam vinctam tenuerit. Tum illa misera horrendum in modum ad tabulatum vsque sese efferatè intendens, constrictosque pedes supra caput adducens, se expoliauit, tantamque vim præ se tulit, vt quatuor illi viri, de quibus antè diximus, alios duos sibi adiungere cogerentur, quòd non possent soli eam tenere. Qui simul omnes clamabant, IESVS IESVS: malus dæmon eam absportat. Postquàm verò Theologus sæpè dictus DEI cœpit implorare opem, teter spiritus ad quartam ferè horæ partem continenter in puella mirè furere & maledicere, tum quoquè crassa admodùm viri voce multa & scisitari & respondere disertis verbis non cessauit. Initio his vsus vocibus est: Ha, ha, he, equidem sacrifice non migro ex hoc domicilio. Simul atquè verò à Theologo dictum est, Præcipio tibi &c. aliquantò pòst respondit: Compellórne igitur hinc egredi? Ait Theologus: In nomine IESV regis gloriæ præcipio tibi. Tum aliqua interiecta mora, multa nequam spiritus lugubri voce locutus est, & modò superiùs, modò inferiùs emigrare voluit, donèc tandèm permissum est illi per fenestram abscedere. Anteà verò quàm id fieret, puella in grabato se pronam inuertit, ducensque rhoncos cœpit tumultuari & ferocire, tanquàm vomitura: atque interìm ex eius ore prælonga, immanis, atra lingua longissimè protensa est, osque carbonum instàr nigrefactum est, & collum in capitis amplitudinem intumuit, idque sic aliquandiù perdurauit. Deindè sursùm mox erectis luminibus, complosisque manibus, Deo laudes gratesque agens, ità ait: Iam nunc ego agnosco & video Deum meum. Multas quoquè Theologo gratias egit: à quo creberrimè interrogata, num se sentiret liberatam, semper illi respondit, Liberata sum, Deo gratia. sed video quendam rubicundo capite, tetro vultu, protensa lingua, mihi perpetìm innuentem, vt ad ipsum veniam. Itaque docuit eam Theologus, vt ter sibi imprimens crucis signum, diceret, IESVS Nazarenus rex Iudæorum. Cui illa morem gerens, rursùs ab illo interrogata, respondit: Quotiès crucem exprimo, dæmon euanescit, sed mox reuertitur. Deindè in multis Theologus eam piè & Catholicè instituit, vtque abrenunciaret satanæ, & totam se DEO ac Domino suo addiceret: quæ omnia illa se facturam bona fide recepit, & sacrosanctam Eucharistiam accipiens, paulatìm integræ sanitati restituta est. Hanc historiam quisquis syncero perlegit animo, facilè videt, apud sectarios nullam esse dæmonum expellendorum potestatem, eamque apud Catholicos in hunc vsque diem permanere. Nec erit quisquam tam impudens, qui rei huius veritatem negare ausus sit, cùm graues viri eam apud Augustanos compertissimam esse testentur.

Lingua atra & immanis.

Liberatur dæmoniaca.

Nota vim crucis.

Hoc

Hoc anno cùm princeps Guisius fortissimè Aureliam obsideret regis Galliarum nomine, & quodam die ad vesperum nauigio Ligerim traijceret, domum iturus, in ipso itinere à quodam sceleratissimo proditore, quē hostes precè & precio ad tantum facinus impulerant, tribus sclopetti globulis in humero dextro lœtaliter vulneratur, nec multis pòst diebus superuixit, magno quidem Caluinianorum Aurelianensium commodo, qui propedièm in eius manus venturi putabantur, si paululùm ei diuturnior contigisset vita. Eius obitus regno Franciæ longè infaustissimus fuit. Ante mortem aliquot diebus superuiuens, omnes suos grauissima oratione admodùm piè & religiosè instituit, & tandèm Catholicæ religionis ergô tam proditoriè occisus, Christo spiritum reddidit. Eo mortuo, Condęus liberatur è custodia, nec diù pòst Lugdunenses hactenùs refractarij, regi se dedūt, & Catholica apud illos religio restituitur. Porrò rex necessitate adactus, cum Caluinianis pacem fecit.

Princeps Guisius à sicario perimitur.

Religio Lugduni restituitur.

Mense Decembri finis optatus impositus est Synodo Tridentinæ, in qua multa sanctissimè & saluberrimè decreta sunt: sed Euangelici dogmatistæ in suis fæcibus hęrent, perguntq; suos & tueri & propagare errores. Fuerunt in ea Synodo multi Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, & viri complures longè doctissimi. Multos in eam Synodum sumptus fecit Romanus Pontifex Pius IIII. Itemq; Ferdinādus Imperator religiosissimus.

Hoc anno Presburgi in Hungariæ regem cum multa celebritate & solitis cęremonijs coronatus est Maximilianus, Romanorum & Boemię rex prudentissimus.

Maximilianus coronatur Hungariæ rex.

ANNO 1564. Rex Danię & Lubecenses bellum, quod superiori anno in regem Suediæ susceperant, continuant maximis impendijs, multis vtrinquè & datis & acceptis incommodis.

Hoc anno, 5. die Martij, Ingolstadij obijt vir doctissimus Fridericus Staphylus, ætatis suæ anno 51. Hic annis decem vixerat Vuittembergæ familiariter cum Lutero & Melanchthone, sed tandèm magna Dei benignitate conuersus ad Catholicam fidem, hęreticorum fraudes & mendacia atque fœdissimas antilogias ità cepit proferre in publicum, vt omniū illorum in se plùs quàm Vatinianum concitârit odium. Fuit is vir Græcè Latineque doctissimus, & hęreticorum mysteria nouit ad vnguem, quæ paulatìm statuerat ad omnium notitiam perferre, nisi eum mors impediuisset. Anno 1558. Coloniæ typis excusa est theologiæ Luteranæ trimembris Epitome, ipso Staphylo authore. Is libellus mirabiliter offendit hęreticos omnes, & cùm non essent inter se cōcordes, hoc tanto oblato aduersario ad syncretismum constituendum se mutuò hortati sunt, quô communibus armis Staphylum oppugnarent: quod & factum est. Sed ille acriter eis respondit, adeò vt posteà quidam Luteranus eum magnum diabolum vocârit, quandoquidem infestissimis eos, & propè ipsorum telis & armis oppugnabat, luculenter eorum ostendens fœdissimas antilogias, & mutuas dissensiones, idque ex proprijs illorum scriptis. Erat inter alios eius hostes quidam Goppingensis, prędo Iacobus Smidelinus.

Fridericus Staphylus prodit fraudes hęreticorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impudentia Smidelini.

lin us. Is incredibili stultitia & impudentia ausus est asserere, nullam inter Euangelicos esse in doctrinæ fundamento discordiam, cùm tamen non solùm à Staphylo, sed etiàm ab ipsis Luteranis diuersum ostẽderetur. Sed quid nõ audet hæreticorũ perfricta frons? Cùm hoc Smidelino præcipuũ fuit Staphylo certamen, non ꝙ dignus esset cuius ineptijs & calumnijs respõderetur, sed ab hominis cõtundendam impudentiam, & Catholicã fidem ab illius calumnijs vindicãdam. In Apologia sua idem Staphylus de quodam iuuene concionatore Luterano cõmemorat historiam lectu dignam, quã hoc loco inserere paraphrasticôs non grauabor, vt nôrit posteritas, quàm monstrosos ediderit dogmatistas ætas nostra. Iuuenis quidã cõcionator Misnensis (Est autem Misnia pars Saxoniæ) cùm esset aliquãdiù concionatus in Misnia, voluit in Saxoniam proficisci, (ampla est enim Saxonia, & latè patet) idque spe obtinendi alicuius ministerij Euangelici. Erat aũt ipse quidem Adiaphorista, id est, Melanchthonicus: porrò ea Saxoniæ regio, quò se contulit, Illyricanũ habuit superintendẽtem. Quanuis autem Matthias Illyricus discipulus fuerit Melanchthonis, tamen in quibusdam acerrimè dissidet à suo præceptore, sicut & Melanchthõ à suo magistro Lutero. Interrogatus igitur hic iuuenis ab Illyricano superintẽdente, quam religionẽ profiteretur, respondit, se sentire cum Melãchthone & Georgio Maiore. ERgò, inquit superintendens, mammaluca es tu & apostata hæreticus. Tantum iam intererat inter Luteri & Melanchthonis doctrinam. Porrò scisciranti superintendenti, num crederet bona opera esse perniciosa saluti, ille quidem respondit non se id credere, sed potiùs prodesse ea saluti: mox verò tanquàm Euangelij hæreticus iussus est ex ea vrbe totaq; regione discedere. Iam enim Melanchthónis discipulus Illyricus, Melanchthonis discipulum ferre non poterat. Passus igitur miser hîc repulsam, è Saxonia se transtulit in Prussiam, opulẽtam & vberẽ regionẽ. Ibi tum regnabat Osiandrinum Euangelium. Petijt verò ab Osiandrino quodam Ecclesiasticum ministerium: sed illo percontante, num crederet hominem essentiali Dei iustitia iustum fieri oportere, & num eos qui diuersum sentiant, non alio quàm hæreticorum loco haberet, istoq; respondente aliter docere Melanchthonem, atq; etiàm Illyricum, nec se ità posse de hominis Iustificatione sentire: ilicò ceu hæreticus reiectus est, & ex Pruteni principis ditione profligatus. Venit igitur in Poloniam ad Caluinianos, sed cùm nollet eandem cum eis cantilenam canere, nec à Luteri Euangelio deficere ad Zuinglianismum, ab illis itidèm haud secùs atq; hæreticus repulsus est. Itaque exclusus à Caluinistis, ad Picardos se contulit, sperans ab illo hominum genere se in eorum sectam & contubernium receptum iri. At illi volebant, vt reliquis sectis omnibus abiuratis, vnicam Picardorum doctrinam tanquàm optimam complecteretur. Quod cùm illi non esset integrum, miser ab illis perindè vt à superioribus compulsus est fugæ se committere. Indè ad Silesianum quendam nobilem venit, à quo interrogatus, ecquídnam de Suẽcfeldij Euangelio statueret, an crederet externum ministerium esse superuacaneum, inter-

Exemplum memorabile.

Melãchthonicus repellitur ab Illyricanis.

Item ab Osiandrinis.

A Caluinistis.

A Picardis.

internum verbum, seu verbi prædicati energiam, esse ipsum Dei filium, respondit sibi eam videri antiquã hæresim, quæ ab Illyrico, Philippo, Caluino & alijs multis palàm editis scriptis oppugnata sit. Quod responsum molestè ferens nobilis Suencfeldianus, hominem à se repulit: atq; ità rursùs ille in pedes se conijcere compulsus est. Tot igitur locis repulsam passus, ad Anabaptistas in Morauia non infrequentes profugit, non tamen apud eos permanendi animo, sed vt eorum mysteria & institutum exploraret. Verùm ab illis callidè sanè præuẽtus, fidem eis suam exponere iussus est. Quæ cùm illorum placitis non valdè concordaret, nihil morati, quòd ille longos suos circuitus prætexeret, non aliter quàm hæreticum eum à se eiecerunt. Et tamen hæ sectæ omnes singulatim sibi vendicant puram Euangelij doctrinam, eamq; cæteris omnibus detrahunt. In tanta autem doctrinæ varietate fieri quî potest, vt vera sint quæ docentur ab illis? Quid (oro) tandèm facient miseri mortales, qui in hos errorum labyrinthos præcipitantur, vel potiùs sua leuitate induci se sinunt? Tam diuersis ex orbis nostri angulis clamant certatìm pugnantissimi dogmatistæ, noui Euãgelij buccinatores, Eccè hîc est Christus: & tamen simul mentiuntur oẽs, cùm non possit esse Christus, nisì in vna sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, à qua isti omnes turpiter defecerunt. Sed vt ad nostrum iuuenem concionatorem redeamus, venit ille tandèm Viennam Austriæ, vbì in Catholicum quendam incidens, suas illi molestissimas peregrinationes & aduersos casus, & in quibus versatus esset hæresibus, enarrauit, simul obnixè orans, vt ad obtinendam solidam certamq; doctrinam, & scripturæ diuinæ genuinam interpretationem, auxilio sibi esset. Fuit hoc procul dubiò diuinæ gratiæ opus, vt homo tot exagitatus difficultatibus, tandèm quandoquè rediret ad se, & perspecta falsitate, quam hactenùs pro Euangelij luce esset amplexus, in viam reduceretur. Possunt enim hæreses de se polliceri veritatem, sed exhibere non possunt. Est verò ab illo Catholico hoc ei datum consilij, vt eum scripturæ sensum, qui semper & vbiquè receptus fuit, amplecteretur, porrò priuatos omnes & singulares sensus repudiaret. Fieri enim nõ potest, inquit idem, vt priuatæ opiniones Catholicum scripturæ sensum ferant, multo etiàm minùs vt inter se cõsentiant, sibiq; constent. Cùm enim non sint isti in eo corpore, quod viuit de spiritu Christi, & eius perpetuo ductu ac moderamine gubernatur, sed ceu aridi palmites à vite Christo præcisi, foràs proiecti sint, spiritu vertiginis huc illucq; impelluntur, & sua commenta venditant cæcis & incautis mortalibus pro verbo dei. Ità quod singulis visum est, hoc pro Euangelio obtrudit: cùm aũt alijs alia magìs placeãt, nec alij alijs velint cedere, nascũtur dogmata mirè diuersa, & singula tamen pro veris defenduntur, & ab euersis hominibus recipiuntur. Accidit autem hoc iusta quidem, sed nimiùm formidanda ira Dei, vt in istos laqueos incidant homines, & pro veritate recipiant mẽdacium, dum noluut audire Ecclesiam Dei, & ijs viuunt moribus, qui talem vindictam mereantur. Est autem certè doctrinæ veritas non apud hæreticos, sed in Ecclesia quæ rẽda, de qua præclarè dictũ

A Suencfeldianis.

Ab Anabaptistis.

A Catholico reducit in viam.

Iohan. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aduersùs hæreses lib. 3. cap. 4.

est ab Irenæo: Tantæ ostensiones cùm sint hæc, non oportet adhuc apud alios quærere veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere, cùm Apostoli, quasi in depositorium diues, plenissimè in eam contulerint omnia, quæ sint veritatis, vti omnis quicunque velit, sumat ex ea potum vitæ. Hæc

Iohan. 10.

est enim vitę introitus: omnes autē reliqui, fures sunt & latrones. Propter quod oportet deuitare quidem illos, quę autē sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere, & appræhendere veritatis traditionem. Quid enim, etsi quę de aliqua modica quęstione disceptatio esset, nónne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsenti quæstione sumere, quod certum & re liquidum est? Quid autem si neq; Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis? nónne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus cōmittebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorū,

Nota de traditione.

& eorum qui in Christum credunt, sinè charactere vel atramento scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes. Hæc Irenęus martyr & Episcopus ante mille trecentos & eo ampliùs annos. Vt aūt ad Staphylū redeamus, scribit ille quodam loco se de nostrorū hęreticorum imposturis, corruptelis, fraudulētis machinatiōibus habere ciſtas aliquot libris & epistolis plenas, quæ etiàm venissent in lucem, nisi mors eum abstulisset.

Obitus Ferdinandi Cęsaris.

Mense Iulio ipsis ferijs D. Iacobi Apostoli, diem suum obijt sanctissimus & omnibus modis Catholicus Princeps Ferdinandus Romanorū Imperator, de cuius integritate, pietate, & in Catholica fide constantia multa dici possent. Etsi verò turbulentissima fuit nostra ætas, tamen non immeritò gratulari sibi potest de duobus sanctissimis & religiosissimis, & Catholicę religionis obseruantissimis Imperatoribus Carolo V. & Ferdinando eius germano fratre, quorum ad omnem posteritatem sacrosancta & celeberrima erit memoria. Insistit eorū vestigijs Maximilianus 2. Ferdinandi filius, qui hodiè gratulante Ecclesia Dei, Romani Imperij habenas moderatur.

Hoc anno Philippus rex Hispaniarum Garsiam à Toleto, regiarum triremium & maris ducem suum generalem, cum ingenti classe misit ad expugnādam arcem munitissimam, *del Penol di Velez* appellatam, sub dominio Turcarū ad Africę oram sitam, vndè frequēter impij piratæ in ma-

Classis Philippi regis.

re Hispanicum incursiones facientes, prædas agebant, quod rex Catholicus minimè sibi ferendum existimabat. Vbi classis vniuersa, centum videlicet triremium, absq; alijs nauibus, quarum certum non habemus numerum, Malacam vrbem appulit, magnam illic peditū & equitū tormentorumq; bellicorū & cōmeatūs copiam accepit, atq; indè soluens vltimo Augusti mēsis die, trāquillissimo mari & secundo flatu ad arcē memoratā incolumis peruenit, expositoq; in terrā milite, oppugnari cœpta est arx ipsa inter abruptissimas petras sita, & mari vndiquè septa, difficilimū aditū nō solùm hominibus, sed ipsis etiàm ibicib⁹ prębēs. Cùm aūt p singula momēta validis tormentorū ictib⁹ verberaretur, eccè pter oīm expectationem

tionem 6. die Septembris Turcæ milites, qui eam custodiebant, intempestæ noctis silentio turpiter indè aufugiunt. Manserunt autem triginta-quinq; Turcæ, quòd fortassis ob natandi imperitiam fugę se mandare nō possent: ijq; viui in Hispanorum potestatem venére. Dici verò nō potest, quanto gaudio ea insperata & incruenta victoria omnium animos perfuderit. Fatebatur Dux ipse illustrissimus, & totus exercitus magno clamore testabatur, à Deo exercituum immissum hostibus terrorem, vt ex ea arce turpiter abscederent, quę vix multo tempore & multo sanguine potuisset obtineri. Impositum indè est fortissimum illi arci pręsidium contra barbarorum incursiones. Cùm autem milites sese ad classem recipierent, Saraceni ingēti numero & magnis clamoribus multoq; impetu, vt apud illos moris est, eos aggressi, partim cæsi, partim vsque ad 5. vel sex millia vulnerati sunt. Erant in hac expeditione aliquot viri doctrina & pietate insignes, qui rogatu illustrissimi Ducis Garsiæ eò se contulerant, vt exercitui, si res poscceret, Sacramenta ministrarent. Ijs verò tum Dux ipse generalis, tum multi alij primarij Duces & alij nobilissimi & illustres viri peccata sua confessi fuēre, & sanctissimam Eucharistiam ab ijs accēpēre. Sic nimirùm promerenda est superni numinis clemētia, cuius ope & auxilio freti Hispani, arcem penè insuperabilem intra paucos dies, nullo suorum fuso sanguine, in Catholici & optimi regis Philippi ditionem redegerunt. Scripta sunt hæc à quodam viro graui & fide digno, qui huic expeditioni præsens interfuit.

Arx Turcica expugnatur

Pręsidium Hispanicū.

Huius anni 1564. mēse Septembri literę venerūt ex Iaponum & Sinarū regiōibus, vbi iam sunt aliquot Patres Societatis Iesu, quos vulgò Iesuitas vocāt, quibus significabatur, magnū illorum infidelium numerū, ad octo millia, in quib⁹ sunt reges & principes, permultiq; proceres & optimates gentiliū, relicto dęmonū cultu, Christi Iesu fidē esse cōplexum. Accedit huc miraculum, quod in cuiusdam Sinę cōuersione operatus est Dns. Est ea Sinarum natio innumerabilis, & auri atq; ingeniorum ditissima. Dormiebat ille, & vidit in somnijs tanq; vnum ex patribus Societatis Iesu, qui eum vt Christianus fieret hortabatur, cōminatus, nī cōsentiret, incisūrum se forfice, quā in manu gestabat, capillos eius capitis: quod est ignominiosum & infame apud eos: & eo renuēte, abscidit aliquot. Idipsum vidit per tres cōtinuas noctes, sed in postrema abradebantur ei oēs capilli capitis. Tum ille mox adijt Patres illos Societatis Iesu, & petijt baptizari: q hoīem cōplexi, docent eum q̄ sunt religionis nostræ, ac deindè baptizant. Portò isthęc visio non dubiam illis spem fecit totius gentis illius ad Christi fidē traducendæ. Benedictus Deus, qui illis longinquissimis & ab orbe nostro remotissimis natiōibus, fidei suę & gratiæ lucē impertit. Sunt em̄ Sinarū populi ad extremos Oriētis fines lōgissimo à nobis interuallo dissiti.

Sinenses multi ad Christū conuertuntur.

Mense Aprili anni huius, mulbrunnę habitū est aliquam multis diebus Colloquium inter Luteranos & Zuinglianos vel Caluinistas. Interfuēre Colloqo Principes duo, Palatinus elector, & Dux Vuirtebergicus. Theologi vtriusq; Principis diù multūq; inter se disceptārunt, sed nulla ratiōe,

Colloquiū Mulbrunnense.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neutris alteri parti cedere volentibus, vllam concordiam inire & conciliare potuerunt. Defendebant Vuirtebergici Theologi, quorum principes facilè erant Brentius & Iacobus Smidelinus, vnà cum pane & vino in cœna Domini (sic enim illi loquuntur) adesse substantialiter & realiter corpus & sanguinẽ Domini, & nedùm à bonis, sed etiàm à malis ore percipi vtrunq;: cõtrà Palatini tam corporalem præsentiam, quàm quòd ab impijs sumeretur Eucharistia, pernegârunt. Ibi tum multùm sudatum est à Smidelino, vt persuaderet Christi corp⁹ perindè atquè diuinitatem, non modò in cœna, sed etiàm locis omnibus, id est, vbiquè præsens adesse. Eam stultissimam & hactenùs inauditam opinionem hausisse videtur ex Brentio symmysta vel potiùs præceptore suo. Nam isti homunciones dum suis fidunt ingenijs, ex alijs in alios labuntur errores, quantoq; acriùs in id incumbunt, vt Ecclesiam catholicam oppugnent, eo deteriùs occæcantur, longiusque à luce veritatis in inexplicabilium errorum tenebras recedunt. Nituntur quidem Brentius & Smidelinus docere, Christum corporaliter in Eucharistia præsentem: sed cùm id comprahẽdi nulla ingenij vi possit, sed simpliciter & incunctanter credi oporteat, sub panis & vini speciebus reuerà Christi corpus & sanguinem adesse, isti prodigiosum dogma cõfingunt, Christi corpus tam esse vbiquè præsens, quàm est diuinitas. Sed humanæ cæcitatis figmentum est, non doctrina Christi, neque Catholicæ Ecclesiæ. Porrò Caluinistæ vel Zuingliani dum nullo pacto suis imbecillis ingeniolis consequi possunt, vt se Christus corporaliter præsentem in Eucharistia exhibere queat, instàr Capernaitarum dicunt: Quomodò potest hic carnem suam dare ad manducandum? itaque ad tropos confugiunt, & euidentissima ac luculentissima Christi verba, quibus hoc & ipse instituit, & in Ecclesia conficitur Sacramentum, sæua & impia interpretatione ad figuratam locutionem detorquent. Sed audiunt vtrique, & Luterani & Zuingliani: Nisi credideritis, non intelligetis. Si dicis, Quomodò potest fieri? audis ab Ecclesia, Deus omnipotens id pollicetur & facit, & tu dicis, Quomodo potest fieri? Porrò incredibilem & execrandam habet impudentiam, quòd cùm tam Luterani quàm Zuingliani toto cælo à Catholica veritate aberrent, tamen incunctanter & crebrò asseuerant, ab ipsis stare veteres Patres oẽs. Et hoc quidem imperitis, & in Patrum monumentis parùm versatis, perniciosissimè illi persuadent: sed qui vel vtcunquè Patrum scripta nõrũt, illorum satìs mirari non possunt improbitatem & impudentiam. Interìm Ecclesiam Catholicam vtriq; insimulãt idololatriæ, propterea quòd Christum in Eucharistia adoramus: sed absit vt illorum blasphemiæ nos ab hac adoratione absterreant. Immò verò audient, velint nolint, ex Augustino in Psalm. 98. Quia Christus in ipsa carne hîc ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit: nemo autem illam carnem manducat, nisi priùs adorauerit: inuentum est, quemadmodùm adoretur tale scabellum pedum Domini, & non solùm non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Ità Augustinus. Verùm his obitèr dictis,

Prodigiosum dogma Brentij &c.

Ioan. 6.

Esa. 7.

Sectariorũ vanitas.

Eucharistia adoranda.

dictis, ad Colloquium Mulbrunnense redeamus. Longa sanè (vt dixi) disputatione præclari illi Theologi frustrà tempus triuerunt, & nõ solùm nulla inter eos cõstituta pax est, sed simultas & odium acrius exarsit. Nam eodem anno Vuirtebergici de actis eius Colloquij scriptum Germanicè ediderunt, cui Brentij præfixa est Latina epistola, qua inter cætera insignẽ impudentiam & vanitatem Palatinis Theologis impingit. Contrà verò Palatini non diù pòst grande opus Germanicum euulgârunt, quo totius Colloquij acta explicantur, & scriptum Vuirtebergensium mẽdacij crebrò insimulatur, atque prolixè confutatur. Certè verum dicit Sapiens: Inter superbos semper sunt iurgia. Est autem hoc cumprimìs admiratione dignum, quòd Smidelinus, qui palàm ausus est scribere, inter Euangelicos præcones nullam esse in doctrina pugnantiam, iam longissima disputatione, in qua solus ipse loco Vuirtebergensium loquebatur, Brentio se intra silentium tenente, perpetuò contra Caluinistas cõtendit, & quàm fœdè in rebus grauissimis inter se dissideant, toti orbi luculẽter ostendit. Sed hanc deplorati hominis vanitatem & versutiam misera plebs non aduertit. Si qui verò aduertunt, & tamen id genus hominibus in religionis rebus, vndè salus sempiterna pendet, fidẽ adhibent, illis ego nihil sentio esse deploratius atque infelicius. Scilicèt nulla est inter istos præclaros insignium blasphemiarũ buccinatores discordia, cùm nullam vnquàm possint conficere concordiam, nec desinant palàm editis libris alij alios oppugnare perpetuò. In hoc ipso Colloquio Vuirtebergici Palatinos vocant sectarios, (sic enim Palatini interpretantur) porrò Vuirtebergenses Palatini aiunt noua, falsa & inaudita dogmata proferre. An non præclarè inter se consentiunt, qui id genus elogijs sese inuicèm ornant? Non debent iam isti ægrè ferre, si à Catholicis tales appellantur, quales ipsi se inuicèm salutant. Inter colloquendum Boquinus Zuinglianus dicebat, non de scriptura, sed de eius intelligẽtia inter ipsos quæri: ibi Smidelinus egregiè prodidit versutiam suam & omnium istorum sectariorum, dicens Boquinum hoc ipso sibi arma eripere, quibus communiter vtantur contra Papistas. Hoc enim certissimum est, non propterea ad scripturas prouocari ab istis infidis hominib⁹, quòd scripturę pro ipsis faciant, sed quòd facilimè possint scripturas ad sua inspeciem adstruenda mendacia detorquere. Itaque si adigas illos ad scripturarum intelligentiam, quæ non ab hæreticis, sed ex perpetuo Catholicæ ECCLESIAE Doctorum consensu petenda est, iam planè iacent omnia hæreticorum commenta. Hoc cùm ipsi non ignorent, vsqueadeò solas crepant scripturas perperàm intellectas & impiè detortas, vt Patres simul omnes & Concilia omnia prorsùs reijciant, vbicunquè ab illis dissentiunt. Itaq; Luterus ipse quodam loco scribere ausus est, sacra Biblia esse hæreticorum librum. Huc igitur & Luterus & sectarij omnes impudenter prouocant, hæc sola valere volunt: & tamen res ipsa loquitur, quòd ea aliter Luterani, aliter Zuingliani, aliter alij sectarij interpretantur. Ità cogunt singuli illam veracissimam sacrorum Bibliorum scripturam suis

Prou. 13.

Smidelini impudẽtissima vanitas.

Sectarij mutuis se scriptis laecerant.

Sectarij mutuis se ornãt elogijs.

Sectariorũ versutia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuis mendacijs ſeruire & adſtipulari, non abſq; ſumma ineõmutabilis veritatis Dei contumelia & blaſphemia.

Fuit hoc apud hæreticos ferè omnes in more poſitum, vt ſcripturas ſuis commentis prætexerent, & ità ſcripturas ſcripturis oppugnarent. Nec defuerunt, ſicut nec hodiè deſunt, qui ſcripturas deprauare & corrũpere non dubitarent. Immò verò etiàm Vuirtebergici Palatinos vocant falſarios, qui corruperint Lucę Euangeliſtę verba: cõtrà Palatini aſſerunt, Vuirtebergicos ſuis ſomnijs ſcripturam peruertere.

Præclara encomia ſectariorũ.

Quis igitur iſtis fidem commodet, qui tam egregia de ſe mutuò teſtimonia dicunt? Addunt Palatini, Vuirtebergicos de vna eademque re & affirmatiuè & negatiuè ſolere reſpondere. Nec hoc mirum: permittit id enim Luteri Euangelium, quem hominem etiàm ipſi Palatini Zuingliani in multis ſibijpſi contrarium oſtendunt, vt meritò pudere debeat, eius cõmenta tantum habuiſſe pondus apud pleroſque.

Atquì verò è diuerſo & Luterus & Ioachimus Vueſtphalus Luteranus, id obijciunt Zuinglianis, quòd inter ſe pugnent. Nos hæc teſtimonia aliorum de alijs libenter amplectimur, & à toto eiuſmodi dogmatiſtarum grege, toto pectore & animo nos ſeparamus & ſecedimus. Quod vtinàm etiàm illi facerent, qui ab iſtis infauſtis & nimiùm ab omni vera luce alienis, in fraudẽ impelli, & ab Eccleſia catholica diuelli ſe paſſi ſunt. Verùm dabit quandoquè benignus DEVS gratiam ſuam, vt videant homines quod hactenùs magno ſuo malo videre noluerunt, quàm infidis non Euangelij, ſed portentoſæ vanitatis buccinatoribus, animas ſuas crediderint. Ridiculum verò eſt, quòd quidam ex Zuinglianis obijcit Luteranis, quos nouos vocat ſuffraganeos, quòd necdùm inter ſe concordẽt, quinam ſint veri Tomi operum Luteri. Alij enim alijs obijciunt, quòd Luteri ſcripta deprauârint. Adijcit etiàm, Luteranos voluiſſe Luterum nouum efficere Papam, vt ipſi eius Cardinales, & temporis ſucceſſu etiàm ſucceſſores eſſe queant. Dij prohibeant, nè talem Papam & tales Cardinales habeamus, quos nec fratres Euangelici, qui ad ſe eam dignitatem deriuare mâlint, recipere velint. Quis iam nobis inuideat Papam noſtrum Romanum Pontificem, eiusq; Cardinales, quandò etiàm ſectarij ſuos volunt habere Antipapas & Pſeudocardinales? Sed hæc quidem de Colloquio Mulbrunnenſi annotâſſe breuiter ſatis ſit, de quo ingens ſcriptum, vt dixi, Palatini, & aliud Vuirtebergici ediderunt, vt totus orbis ſciret quàm præclarè inter ſe conſentiant fratres Euangelici, & vel manibus palpare poſſint qui velint, quàm nihil cum illis commercij habeat ſpiritus CHRISTI, qui facit vt ſit credentium cor vnum & anima vna in Domino.

Luterani noui ſuffraganei.

Act. 4.

Immane latrocinium.

ANno 1565. immane facinus perpetratũ eſt Leodij. Abbas quidam Præmonſtratenſis ordinis famulum habuit, quem certa de cauſa iuſſit à ſe diſcedere, & alium ſibi dominum quærere. Tulit hoc ægrè famulus, & interìm hæret ad aliquot dies apud Abbatem, atque, vt priùs, cubicularij fungitur officio. Paucis autem elapſis diebus, Abbate è quo-

quodam conuiuio iam ſerò cubitum abeunte, homo crudelis nihil tale ſuſpicantem fera & pluſquàm barbara crudelitate in ipſo cubiculo iugulat, multamque ſecum pecuniam è cubiculo eodem auferẽs, equum Abbatis ſternit & abſcedit, cùm priùs neſcio quæ mendacia de Abbate ad familiam retuliſſet. Hoc quidem teterrimum exemplum admonere mortales omnes meritò & poteſt & debet, vtì ſic vitam inſtituant ſuam, nè imparati hinc exeant. Nam propter eiuſmodi dubios vitæ caſus & mille pericula, inter quæ quotidiè verſamur, CHRISTVS Dominus in Euangelio crebrò nos admonet vt vigilemus. Horrendum ſanè fuit ità ſubitò ac improuisè necari, idque à famulo, cui iamdiù nõ dubitâſſet Abbas vitam ſuam committere: ſed tamen ſi animus fuit pius & diuinæ voluntati religioſè ſubditus, nihil quidem Abbati nocitum eſt: ſed crudeliſſimũ facinus ſceleratũ homicidam & tẽporarijs & ęternis ſupplicijs, nisì dignam agat tanti ſceleris pœnitẽtiam, reddidit obnoxium.

Mat. 24. 25. Mar. 13. Luc. 12.

Marbachius Vbiquetarius Brentianus.

Prodijt hoc anno ſcriptum benè longum Iohannis Marbachij ſuperintendentis Argentoratẽſis contra Caluiniſtas & Zuinglianos, cui mox certatìm, ſed breuiter, ab iſtis reſponſum eſt, adeò vt etiàm medicus quidam Zuinglianus, poſtpoſitis interìm pharmacis & potionibus, aculeatè in illum ſcripſerit. Videtur autem etiàm iſte Marbachius Brẽtianam vbiquitatem docere. Caluiniſtæ eum tanquàm ineptum & indignum reſponſo contemptìm perſtringunt. Habet certè in ſuo libro ineptias multas, & tantum tribuit Lutero, vt eum omnibus etiàm veteribus Patribus non dubitet anteferre: egregieque eum commendat ob exagitatum & oppugnatum Papatum: quodque nimìs eſt intolerabile, ait ſe & ſuos Luteri doctrinam haud ſecùs, atquè ipſius Chriſti verba & doctrinam, accipere, cùm tamen luce meridiana clarius ſit, Luterum ſæpè pugnantia ſcripſiſſe, & certè nulla ratione dignum fuiſſe, cui id tribueretur, quòd errare non potuerit, cùm multos neſandos & pudendos errores ab inferis excitârit. O prodigioſam huius ſeculi cæcitatẽ, quòd videre non poteſt, quàm nihil videant, qui ſe veram demùm Euangelij lucem in orbem inuexiſſe gloriantur. Piget & pudet tam cæcis Doctoribus confutandis tempus terere, preſertim cùm nec huic inſtituto magnoperè conueniat. Id verò admiratione plenum eſt, quòd iſte Marbachius ſcribit, ſe ſuosque adiutores Eccleſiæ Argentinẽſis iam idem docere Argentinæ, quod Luterus & Saxonicę Eccleſiæ de Euchariſtia doceant. Cùm enim Argentinæ Zuinglij dogma diù receptum fuerit, iſte iam Argentinẽſibus apud omnes leuitatis & inconſtantiæ notã inurit, tanq; qui Zuingliano reiecto dogmate, Luteranũ cõplexi ſint, quod fortaſsìs Argentinenſes nõ æquo ſint animo laturi. Eſt quidẽ mirabilis in Germania rerũ cõfuſio, dum videmus alios à Luteriſmo ad Zuinglianiſmũ, & rursùs alios à Zuinglianiſmo ad Luteri placita deſciſcere, vt interìm alias innumeras ſectas taceam. Nec erit certè vnq; ab alijs ad alias ſectas deficiẽdi finis, propter dogmatũ incredibilẽ varietatẽ & inconſtantiam, nisì redeant ad vnitatẽ Catholicę Eccleſię, cui & rector & ꝓtector adeſt ſpiritus veritatis, quẽ hęretici habere nõ poſſunt.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sectarij oppugnant Romanam sedem.

Hoc quidem certo certius est, multùm conniti istos insignes Euangelicos dogmatistas omnes, vt authoritatem Romani Pontificis prorsùs euertant: sed tanta est eius authoritatis vis & pondus, vt etiamsi illis rumpantur ilia, nihil tamen sint relaturi aliud, quàm summum dedecus & ignominiam sempiternam. Perstitit hactenùs Romanæ Ecclesiæ Sedes annis mille quingentis contra omnes tyrannorum & hæreticorum omnium insultus, perstabit etiàm hauddubiò vsque in mundi finem. Decessit nõ nihil in Europæ aliquot angulis illius sedis authoritati, sed longè plus accessit in amplissimis noui orbis atque remotissimarum gentium vastissimis regionibus. Et vt tabescat liuor improbus & amens furor vilissimorum homuncionum, qui prauis cõfingendis dogmatibus & contumeliosis edendis scriptis, eius sedis ex professo hostes se declarant, libet hìc inferere pauca quædam de rege Lusitaniæ longè potentissimo, qui hoc anno literas scripsit Patribus societatis Iesu Romæ cõgregatis, in hunc modum: Patres societatis Iesu, qui nunc estis Romę in cõgregatione generali, rogo vos vt petatis à D E O, vt faciat me verum filium & defensorem Ecclesiæ Romanæ, sicut confido me futurum auxilio DEI. O quantùm desidero osculari pedes sanctissimi patris. Hæc ille inuictissimus Lusitaniæ rex. Fuit verò etiàm hoc ipso anno Coloniæ vir quidam grãdæuus & venerabilis, missus ex Thebaide ab Alexandrino Aegypti patriarcha, qui eiusipsius patriarchæ nomine Romano Pontifici obedientiam promitteret, vel potiùs scriptum adferret, quo is patriarcha obediẽtiam promittebat. Ità irridet præpotens D E V S miserrimorum homuncionum impotentiam, qui se putant illam sedem posse destruere, quam nulli hactenùs neque ethnici Imperatores, neque subdoli hæretici euertere potuerũt. Elidant igitur insana licèt capita sua in parietes, salua manebit sua authoritas Romano Pontifici: atque ea ipsa hęresum architecti & buccinatores omnes pessùm prementur, & penitùs opprimentur.

Legatus patriarchæ Alexãdrini.

Idem Lusitaniæ rex Christianissimus petijt à summo Pontifice, vt duo Episcopi mitterentur in Iapponam remotissimam à nostro orbe insulam, vbì mirè increscit religio Christiana, & obseruantia erga Romanum Pontificem. Porrò ferũtur illic esse homines acuti & insignes philosophi, quibus conuertendis non deerunt etiàm Catholici Doctores, multa eruditione & vera pietate suffulti. Quæ quidem libenter nos commemoramus, vt pudefiant insolentes & miseri homunciones, qui se putant magnam cladem attulisse Romanę sedi, dum tam varijs, impijs & inter se mirè pugnantibus doctrinis Europæ regiones quasdam perdiderũt & corruperunt. Veniunt ad fidem barbaræ nationes, dæmonum cultrices: Aethiopiæ rex longè potentissimus, quem vulgò Prætoianum vocant, cuiusque est amplissimum imperium, iam Lusitanis magna iunctus est amicitia, & p eos hauddubiè in dies magìs ac magìs vera fide Aethiopes imbuentur: Multæ quoquè Indorum insulæ & regiões auidè doctri-

Indi conuertuntur ad fidem.

nam Christi amplectuntur, & sæpè integræ ciuitates sacro ablutæ sunt Baptismate. Habet harum rerum commemoratio mirificam iocunditatem:

tem: itaque non pigebit paululùm ijs immorari. Postquàm reges Lusitani longissima nauigatione in Indiæ vsque & orbis extremos fines aditũ sibi fecerunt, eam in curam summopere sibi incumbendum putârunt, vt miseros homines dæmonum teterrimo cultui addictos, ad Christi religionem traducerent. Ea in re lõgè pijssima, & quæ illis regibus cedet in gloriam sempiternam, vsi sunt opera Patrum Societatis nominis Iesu, qui iam passìm Iesuitæ vocãtur. Ex ijs plerique apud illas barbaras & feras nationes ea vitæ sanctimonia, eo animas Christo lucrifaciendi ardore emicuerunt, vt non facilè fidem habiturus sit Lector, si singula referre velimus. Sed nõ est abbreuiata manus Domini, vt non possit etiàm hodiè innouare signa, & immutare mirabilia. Inter hos Patres facilè primus fuit Franciscus Xauier, ex primis socijs celeberrimi Patris Ignatij, à quo hoc institutum cepit initium. Is Franciscus incredibili charitatis feruore succensus, discurrit per Indię regiones, & iam in Sinarum vsque regionem penetrare gestiebat, tametsi id sinè summo vitę discrimine fieri nõ posset, cùm lege prorsùs barbara apud illam gentem cautum sit, nè quis peregrinum hominem eò adducat: eius legis transgressori capitis suppliciũ constitutum est. Sed perfecta charitas foràs mittit timorem, & iam Franciscus cum mercatore quodam transegerat, oblato ei pro naulo 300. aureorum pipere, quod eleemosynæ nomine datum illi erat, vt in Sinarum regionẽ eum inueheret. Verùm non diù pòst superuixit, maximis exantlatis laboribus. Vt autem Christus ostenderet, quàm illi charus esset vir ille æterna memoria dignus, post eius obitum corpus illius vltra menses 15. ità seruauit integrum & illæsum, vt recèns mortuum putaretur, & suauissimũ spiraret odorem, tametsi aliquandiù & calce fuisset obrutum, quę etiàm ossa consumit, & humo opertum, vbì humana corpora facilè putrescunt. Ità voluit prępotens Deus honorare èum, qui illam fidem annunciâsset cæcis gentibus, quam sectarij horum temporum Papisticam vocant. Non patitur hic locus commemorare huius Francisci gesta omnia, prophetiæ gratiam, & miraculorum efficaciam. De regione Sinarum iam antè diximus. Est ampla admodùm, homines habet acuto ingenio, & discendi auidos, ac benè eruditos. Qui inter illos plurimùm eruditione pollet, nobilissimus habetur, & authoritate cęteros antecellit: & tamẽ etiàm ex ijs iam multa millia Christo nomen dederunt. In regione Maluccarum iam perplures in Christum crediderant. Inuidit hoc malus dæmon, & regum duorum opera vsus, partìm blanditijs, partìm terroribus illos ad pristinam stultitiam retraxit. Sed non defuit vltio diuina tam fœdæ apostasiæ. Ager anteà fertilissimus repentè sterilis factus est, vt toto eo tẽpore, quo in apostasia perdurârunt, quanuis crebrò sererent, nullos fructus attulerit, oriza sementi seruata computruerit, aquæ dulces nunquàm illic comperto miraculo in salsas versę sint. Et quanuis ea calamitate multi interiêrint, non tamen flecti potuit dura ceruix Mahometanę superstitioni deditorum, quin pergerent à Christi fide abducere quos possent. Tandèm ingens barbarorum manus collecta est, vt armis rem gererent, & Lusitanis vi resisterent.

Esa. 39.

Franciscus Xauier.

Corpus exanime manet incorruptum.

Sinenses populi.

Malucca.

Vltio diuina in apostatas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sisterent. Sed eccè subitò corripiũtur terrore & tremore, arma è manibus excutiuntur, humi omnes prosternuntur: sol propè meridianus adeò obscuratur, vt alij ab alijs minimè cernerentur: terra tremuit, igniti lapides ruunt è cælo, & dæmonum delubra aliaq; omnia ædificia prosternunt: arbores ità euertuntur, vt radices sursùm, rami deorsùm spectarent. Pauci deindè Lusitani, cessante hac tempestate, in numeram illã turbam aggressi, multos ex illis cædunt, nihil ipsi prorsùs læsi. Redeunt tandèm ad sanitatem homines perfidi, & tum ipsi, tum alij multi ethniciſmi erroribus implicati, ingenti numero fidem complectuntur, adeò vt intra vnam hebdomadam supra 15. hominum millia Christianismo adiungerẽtur, quin & ex alijs insulis permulti eò confluebant, vt Christiana religione initiarentur. Nec defuit diuina clementia resipiscentibus. Nam agris reddita fertilitas est, aquis dulcedo pristina. Hæ Maluccarum gentes longissimo à nobis interuallo separãtur. Crescit apud illas garyophyllum, & plura illic locis munitissimis habentur Christianorum propugnacula: nam à Mauris & Indis non parùm infestantur. Est Indiæ regnum quoddam Bisnagæ vocabulo. In eo vrbs Chiromandel est, vbi Apostolus Thomas & viuus annunciâsse Christi Euangelium, & mortuus conditus fuisse, hodieque totus illic asseruari confirmatur totius gentis eius testimonio. Est sepulcrum in rupe excisum, in quo visitur corpus satis amplum & procerum, suauissimum spirans odorem, quod in hunc vsque diem tanquàm Thomæ Apostoli, in multa apud omnes eius loci homines veneratione habetur. Sunt illic quoquè Christiani, & plures fiunt. Cùm primùm annis superioribus apud Indos Franciscus Xauier, cuius suprà meminimus, Christum prædicaret, ad illos homines conuertendos non parùm illi contulêre pueri idololatrarum: quippe qui mirabili zelo & feruore parentes idololatras reprehenderent, atque etiàm accusarent, & missi ab eodem venerabili Patre in loca vbi parẽtes dæmonibus sacrificâssent, idola per præceps in cautes deturbarent, aut flammis exurerent, alijsque multis modis eis illuderent: adeò vt parentes non nisi clàm admodùm eiusmodi nefanda sacrificia exercere ausi fuerint. Eosdem pueros, cùm omnibus ipse coràm adesse non posset, qui eius operam efflagitabant, ad ægrotantes mittere solebat, qui conuocatis vicinis & domesticis, symbolum cum precibus quibusdam crebrò recitabant, asserentes fore vt sanitati restituerentur, si crederent in Christum: Ità factum est, vt non pauci & corporis & animi morbis liberati, Dei erga se misericordiam experirentur. Huiusmodi miracula permulta in ijs regionibus Catholici edidêre, cùm in nostro orbe fratres Euangelici tam longè sint alieni ab edendis miraculis, quàm nihil habent veræ fidei, licêt nihil perindè atquè fidem iactitare videantur. Viuunt genialiter: absque fœminis cubare nimis molestum est: Vigiliæ, Preces, Ieiunia, execrationi illis sunt tanquàm Papistica commenta: & quid mirum, si tales nulla signa faciant? Longè alio gradiuntur itinere, qui apud Indos miraculis clarent, & innumeras CHRISTO animas lucrifaciunt. Certis constat grauium virorum testimonijs,

Thomas Apostolus vbi cõditus

Pueri persequũtur idola & eorum cultores.

Miracula apud Indos.

nijs, Franciscum illum Xauier, in cuius libentes recidimus mentionem, longissimis sæpè etiàm nocte tota precibus incubuisse, attentissimis meditationibus mirificè animum occupâsse, parcissimo plerunquè cibo cõtentum fuisse, labores incredibiles libentissimè, & quidem non sinè diuinarum affluentia consolationum, quas isti carnales & pseudoeuangelici buccinatores nesciunt, noctesque diesque pertulisse, non semèl præsentissima mortis discrimina adijsse, quæ illi à barbarorum persecutionibus imminebant, deniquè totum se Deo & lucrandis animabus impendisse. Nec mirum si talem vitam consecuta sunt insignia miracula, & inexpertis vix credibiles diuinæ consolationes, quibus vsqueadeò sæpè inter tot labores & pericula recreabatur, vt non rarò inter orandũ exclamârit: Domine, plus satis animi voluptatum. Sæpè etiàm inter dormiendum auditæ sunt eiusmodi ex eius ore voces, O bone Iesu, ô Domine, ô Creator mi, & id genus alia multa. Aerumnarum & laborum longè suit appetentior, quàm quantumlibèt auarus auri vel argenti, quod sanè est haud vulgaris sanctitatis perspicuum argumentum: neque se eripi volebat diuinitus, si quę incidissent res difficiles & molestę: adeò iam didicerat cum Apostolo gloriari in tribulationibus: & certè prestitit ei Deus quod appetebat, vt innumeris subindè calamitatibus premeretur, quæ illi amplissima in cęlis prȩmia conciliabant, insignesque coronas. Obijt tandèm Cantanę in regione Sinarum, mirabili ante mortem feruens desiderio videndi Saluatoris. Is Pater primus, vt iam antè dixi, nostra ętate Indis Christum prędicauit, & innumeros ad fidem traduxit, quem deindè plures alij secuti sunt societatis Iesu Patres, qui hodieque immensos proferunt fructus apud Indos & vicinas insulas, è quibus vnus in quibusdam literis suis scribit in hunc modum: Cùm venit in mentem laborum, quos olìm impigrè alacriterque nescio qua de causa stultè susciebam ac sustinebam, pudeat nunc in difficultatibus periculisque pro Christi religione adeundis defatigari. In prȩteritorum verò peccatorum memoriam dum redeo, nunquàm diuinis rebus tractandis, Christique cultu conseruando & longè lateque disseminando satiari possum, cùm mihi videatur, quod verissimum est, nihil omninò esse quod facio præ eo quod debeo, quia seruus inutilis sum. Ità ille, qui triennio mansit Ormutij, quæ insignis Persici sinûs vrbs est, adeò solis ardoribus exposita, vt homines in aqua viuere cogantur: quique tres duntaxàt horas plerunquè somno indulgebat, & supra naturę vsum duobus integris mensibus quotidiè vnius horæ somno contentus vixit, charitatisque & pietatis officijs mirum in modum addictus semper fuit, ac tandèm intra paucos annos nimijs confectis laboribus, magno sui apud omnes desiderio relicto, Christo spiritum reddidit.

In Promontorio Commorino iampridèm vltra trecenta Christianorum millia fuisse feruntur: nec dubium quin interìm plures accesserint. Erat in ea prouincia quidam societatis Iesu pater, Criminalis nomine, qui singulis mensibus totam perambulans, curam omnium singularem gerebat: cumque hostes barbari eum perditurì aduentarent, possetque facilè

Fr. Xauier vita.

Rom. 5.

Obitus.

Luc. 17.

Ormutium.

Promontorium Commorinum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorũm iniuriam omnem conſcenſa naui declinare,è naui exilijt, & tum pueros, tum alios multos in littore cõſiſtentes Chriſtianos,nè Maurorũ minis & iniurijs ad abiurandam fidem adigerentur, quotquot potuit ad naues adduxit. Sed tandèm barbarorum militum lancea confixus,ad templum quò multi Chriſtiani confluxerant, abijt, ibiq́ue ante altare orans, cæſo capite,Chriſto ſe martyrem cõſecrauit. Fuit eius vita admodùm pia & religioſa,digna quæ martyrio clauderetur. Mos illi erat quotidianus, trigeſiès ad orandum in genua incumbere. Socij eius alij in vincula coniecti,alij barbaris venditi,alij verberibus affecti ſunt. Succeſſit illi Henricus *Henriquez*,qui ſtrenuam inprimìs operam in illo Promontorio animabus lucrandis nauauit,vir multa virtute conſpicuus, cui ſocius adiunctus erat Paulus Valleus magnæ perfectiõis & ſanctimoniæ,qui toto mẽſe in carcere detentus, nihil in cibum ſumpſit neque etiàm petijt aliud, nisì orizam aridam & aquam. Non eſt operis huius omnes commemorare, qui in illis remotiſſimis Indorum populis & regionibus innumeros noſtræ religioni adiunxerunt,in quibus nouis Chriſtianis viget feruor fidei Chriſtianæ, cùm hoc in orbe miſerè tabeſcamus, & errores impios Euangelij nomine complectamur. Accidit quodam tempore vt nauim Turcę caperent,& in ea præter Luſitanos plurimos, etiàm 30. pueros Indorum,ætate quidem teneros omnes,ſed adeò animi virtute robuſtos, vt cùm grauiſſimis ſupplicijs à Turcis cogerentur Chriſto nuncium remittere,vinci nulla ratiõe potuerint. Eſt inſula versùs Septentrionem haud procùl à Sinarum ſiue Chinarum ampliſſima regione, quam Giapan vel Iapaniam vocant,ante hos paucos annos à Luſitanis mercatoribus inuẽta,in lõgum obtinens ſexcenta vel plura etiàm milliaria. Sunt in ea reges & principes,è quibus rex Bonganus facilè omnium eius inſulæ opulentiſſimus,iampridèm ſignificauit Proregi,qui nomine Luſitaniæ regis Indiæ prę fectus fuit,ſe noſtræ religionis eſſe cupidum. Laboratum eſt apud illas gentes,& Domino ſuam gratiam largiter adſpirãte,iam ante aliquot annos ſupra quadraginta millia Chriſtianæ fidei iugum manſuetis humeris acceperunt, nec dubium, quin aucto operariorum numero & labore,auctus plurimùm ſit ille numerus. Sunt homines eius inſulæ ratiõi obſequentiſſimi,& bona cumprimìs indole atque ingenio. Ità fit, vt nec in gratiam, nec metu cuiuſquam,ſed recta incitati ratiõe, & Chriſto ſuam illis gratiam liberaliter impertiente,alacres accedant ad fidem: & quia perſpicaci ſunt ingenio, rationes & argumenta probè aſſequuntur, & acutè ad interrogata reſpõdent: ſi qua in re hæſitant, modeſtè petunt adiunctis rationibus ſeſe inſtitui. Poſtquàm ſalutaribus vndis tincti ſunt, cum multo ſpiritũs feruore diſputant aduersùs parentes & familiaritate coniunctos,eosq́ue erroris cõuincunt: porrò noſtram fidem egregiè propugnãt. Tanta in illis animi conſtantia appáret, vt citiùs vitam quàm fidem ſint deſerturi. Plerique nobiles & viri primarij magno numero in Chriſtum credunt, & quo quiſque eſt perſpicacior, eo minori negocio fit Chriſtianus, quippe qui cernant noſtram legem vſqueadeò rationi eſſe con-

Criminalis martyrium.

Conſtantia 30. puerorũ

Giapa Inſula.

conſentaneam. Ità nimirùm præpotens & bonus Deus habet ſemper, qui eius ſanctiſſimam fidem & religionem cupiant amplecti, dum ea ab ingratis & iam inueteratis atque in hæreſes erroresq́ue auidis faſtiditur. Atque vt alibì iam dixi,etiàm Sinarum populi,quos alij Chinenſes vocãt ad Chriſti ſanctiſſimam fidem traducuntur,quorum ditio tam vaſta & ingens eſt,vt ſua magnitudine ſuperet orbem Chriſtianũ. Porrò verò apud has Iapaniæ & Sinarum prę claras & inſignes nationes nulla hactenùs extitit memoria Chriſti. Quid nos hîc dicturi ſumus, qui eam religionem, quam tot ſeculis noſtri coluêre Maiores, homines graues & conſtantes, quamq́ue modò illæ à Chriſto hactenùs alienæ nationes cupidè complectuntur,ità leuiter & inſipienter,nè quid duriùs dicam, deſeruimus, & fanaticis ingenijs in tot ſectas nos diſtrahendos & ſeducẽdos tradidimus? Vtinàm vel ſerò tantę leuitatis nos pœniteat. Eſt inſula Seilam in illis lõginquis locis ſita, ambitu ſuo trecenta cõplectens milliaria, cinnamomo,mãlis aureis & rebus alijs abũdans,tanta aëris ſalubritate & loci amœnitate,vt incolæ perſuaſum habeant,paradiſum nuſquàm alibì fuiſſe. In ea inſula Luſitaniæ rex non pauca habet caſtella, præſidijs impoſitis munita,nec deſunt homines pij,qui illic quoquè Chriſtum annuncient. Eius inſulæ rex iamdiù baptizatus eſt. Eſt in regno Malagiorum vrbs populoſa valdè Malacca, quæ cum toto regno Imperatori Xantanæ páret, cuius etiàm alia tria regna agnoſcunt imperium. In hac vrbe Malacca arcem habent Luſitani,& eſt ibì quoquè Collegium patrum Societatis IESV, ſicut & permultis alijs Indiæ locis, nõ abſque ingenti incolarum fructu.

Sinarum ditio ampliſſima.

Seilam inſula.

Malacca vrbs.

Fiunt igitur apud barbaras nationes plurimi Chriſtiani,& veniunt, poſthabito cultu dęmonum, ad agnitionem & cultum vnius viui & veri Dei,homines à Chriſto & vera luce alieni,aut etiàm multis erroribus implicati,vt ſi omnia exactè proſequi velimus,longè ab inſtituta nobis breuitate recedẽdum ſit. Eſt verò ea inſignis Chriſti clementia,quòd pleriq; ex ijs,qui recentes ad fidem veniũt,nullam dant requiem ſibi, donèc etiàm alios ad vnius Dei cognitionem perducant. Quę quidem omnia paucis in gratiam Lectoris huc adſcribere libuit,vt deſinant homines importuni gratulari ſibi de oppugnato Papatu & Romani Pontificis authoritate: quandoquidem vident feros & barbaros populos amplecti fidem Romanæ Eccleſiæ,quam ipſi oppugnant,& reuerenter ſuſcipere totius Eccleſiæ patrem & paſtorem,Chriſti in terris Vicarium. Doleant potiùs ſe vera Chriſtianæ fidei luce deſtitutos errare turpiter,& alios quoquè in errorem inducere. Reſipiſcant maturè & agant pœnitentiam, quia bonus eſt Dominus, nec vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Quòd ſi in ſua duritia & improbis conatibus pertinaci animo perſiſtere perrexerint, nihil quidem nocebunt Romano Pontifici, ſed ſeipſos potiùs malis dæmonibus effusè irridendos propinabunt, ac paulò pòſt vnà cum illis quos ſeduxerint,in ignem prę cipitabunt pice & ſulphure ſempiternum arſurum. Chriſtus in Euangelio dixit ad Petrum: Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. Ea precatio & promiſſio, ad Petri illam Roma-

Feruor nouorũ Chriſtianorum.

Ezech. 18.

Luc. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam ſedem pertinet, in quo hodieque perſeuerat fides vera, quęq; eſt magiſtra omnium Eccleſiarum. Quòd ſi hoc non vult credere ſuperbus hæreticus, habet Chriſtus apud extremos Indos, habet apud Antipodes populos innumeros, qui id libēter ſibi perſuaderi patiantur. Faxit pius & miſericors Deus, vt in viam redeant, q ab huius Sedis obedientia diſceſſerūt: quia certè non eſt ouis Chriſti, qui nō vult illi obedire, cui Chriſtus commiſit paſcendas oues ſuas. Sed de his ſatìs.

Frigus. Sub finem anni 1564. & initio anni ſequentis tanta fuit hyemis aſperitas & ſæuitia, vt multis locis vites ad ſolum vſque planè interierint, & grādes quoquè arbores exaruerint. Secuta eſt poſteà mira aquarum inundatio, quæ locis non paucis, præſertim Danubio & Rheno propinquis, incredibilem agris & ædificijs cladem intulit. Sæuiſſima quoquè peſtis aliquot his annis continuis innumeram hominum multitudinē tulit è medio: & vt intelligerēt mortales irati Numinis iram planè effuſam eſſe, etiàm horrenda annonæ caritas dirè afflixit multas Europæ regiones, adeò vt non pauci homines ob famis immanitatem & ſibi & alijs manus attuliſſe ferantur. In Liguria haud procùl à Nicea vetuſta vrbe aliquot vici ità repentino terræ hiatu abſorpti ſunt, vt nulla eorum veſtigia ſupereſſe ferantur. Atque vtinàm hęc flagella duras ceruices noſtras vel tandèm inflecterent ac edomarent. Percutit nos omnipotens Deus, vt agnoſcamus ſcelera noſtra, & deſinamus impiè agere. Non delectatur ille calamitatibus noſtris, ſed vult vt flagellis caſtigati, emendationem meditemur, nè pœnę temporales mutentur in ęternas. Volumus hodiè ſub prętextu Euangelij nouas ſubindè hæreſes amplecti, faſtidimus Patrum noſtrorum tot ſeculis ad nos vſque religiosè cultam fidem, votifragos & impuros monachos inceſtis nuptijs pollutos, aliosque importunos tenebriones, qui vel ante mille annos ſepultas hæreſes iam ab inferis excitant, nō alio quàm Apoſtolorum Chriſti loco habemus, eorum blaſphemias & impia commenta pro luce Euangelij recipimus & adoramus, & interìm nō videmus noua in dies diuinæ iræ graſſari flagella, nouas inauditasque clades exiſtere, omnem ab hominibus mutuam fidem, charitatem, beneuolentiam prorsùs exulare: quæ omnia neceſsè eſt euenire, cùm hęreſes & ſectæ vigent. Vbi em̄ vera & Catholica fides deficit, ibi pariter corruere neceſsè eſt pietatem & virtutem omnem: porrò è diuerſo emergere vitia & flagitia oīa, quæ deindè non poteſt non conſequi & perſequi diuinæ iuſtitiæ ſeueritudo, multis ijsq; horrēdis flagellis in ea animaduertens. Non admodùm multi elapſi ſunt menſes, quòd in cuiuſdam regni Comitijs publicè diſputatum fuit, num Chriſtus ſit Deus. Tales impietatis progreſſus faciūt, qui à Catholicæ Eccleſiæ, quam ipſi Papiſticam vocant, contubernio ſibi diſcedendum ſtatuerunt. Quid illic ad Mahometanam ſuperſtitionem reliqui eſt, nisì vt circuncidantur, & Chriſtum abiurent? Quid iſti ſentiāt de totius noſtræ religionis Sacramentis, inſtitutis ac legibus, qui CHRISTVM negant eſſe DEVM? Certè non eſt quòd miremur ab iſtis & alijs ſectarum architectis ac præconibus tot blaſphemias & contumelias

Aquarum inundatio.

Peſtis.

Fames.

iactari

iactari in Sacramēta, in ritus & cęremonias, in omnia denique ſacra & inſtituta Chriſtianiſmi. Sed non dormitat ſemper Chriſtus. Expergiſcitur quandoquè, & vlciſcitur iniurias ſuas: quanquàm vt non ſemèl dictum eſt in ſuperioribus, hæc ipſa eſt grauiſſima & vel maximè horrēda Dei ira & vindicta, quòd ſinit homines ad tantā impietatē & amentiam deuolui, quibus ſatiùs eſſet vel mille peſtes ſano animo in corpore pertuliſſe, aut certè nunquàm natos fuiſſe. Verùm de his aliàs.

Melitę oppugnatio. Hoc anno Turcarum tyrannus Solimannus Meliten inſulam magnis viribus ſibi ſumpſit oppugnandam. Ea inſula milliaribus ſexaginta ſeparatur à Sicilia: ambitus eius eſt millium paſſuum ſexaginta, lōgitudo 22, latitudo 12. Sunt in ea loca munita & pagi quadraginta quinque. Hanc inſulam ſi cepiſſet Turca, nō dubitabat ſe in Siciliam & Italiam facili cōpendio traiecturum. Claſſem igitur ingentem, milite & armis inſtructiſſimam, mittit, quæ ità prorsùs ſeſe comparauit, tanquàm Melitam in Turcici Imperatoris ditiōem redactura. Sed rectè dictum eſt à Sapiente: Non Prou. 21 eſt conſilium contra Dominum. Noluit benignus DEVS, vt immanis barbaries ſæuiſſimi hoſtis illud ſibi munitiſſimū Italiæ propugnaculum vendicaret. Eſt autem ille truculentus Chriſtianorum oīnium hoſtis vel maximè infenſus Rhodienſibus militibus, quos hodiè Melitenſes vocamus, quòd non ignoret illos ex profeſſo inexpiabiles gerere inimicitias contra ipſum & eius ſimiles Chriſtianiſmi oppugnatores. Et olìm quidem ante annos non adeò multos expulit illos è Rhodo, omni ferè Chriſtianorum aliorum ope deſtitutos: ſed pari apud Melitam conatui non idem adfuit ſucceſſus. Apparabatur Byzantij ingens nauium vis, & res oīnes ad oppugnationem neceſſarię: neque id latuit Valettanum militię Melitenſis magiſtrum, quippe qui ſuos haberet Byzantij homines, è quibus de rebus omnibus certior fieret. Itaq; habito ſuorum concilio, ad reſiſtendum ſe cōparat: inſulā, vbicūquè viſum eſt opportunum, egregiè munit, resque neceſſarias conquirit. Erant in Turcica claſſe præter alias naues tum onerarias, tum mahonas commeatui conuehēdo accommodas, tum liburnicas, hemiolias & ſcaphas, centum & ſexaginta octo triremes munitiſſimæ, porrò nauigia ſimul oīnia ad 240. Ea claſſis partìm primò in Marſaſiroccum portum appulit: ſed non ſatis illi fidens, in alium, quem maiorem vocāt, ſeſe tranſtulit. Habebant Melitenſes milites in inſula non contemnendas vires, magnisque animis hoſtem excipiebant. Erant Turcici exercitūs principes duo, alter terreſtribus copijs, alter vniuerſæ claſſi præfectus, ille Muſtapha, hic verò Pialis dictus. Ijs nonnunq; in adminiſtrando bello non ſatìs conueniebat. Nam cùm Muſtapha ante Draguti aduentū tormēta è nauibus extrahēda cēſeret, Pialis planè voluit rem ad Draguti acceſſum differendā. Erat em̄ Dragutus rei militaris peritiſſimus, & ad difficilia obeunda vir ſtrenuus, adeò vt Solimānus iuſſerit, nè quid eo incōſulto in caſtris fieret. Aduehebat is triremes tredecim, & Turcæ exeunt in inſulam. in ijs ſexcentos pedites. Sed iam antè cùm vniuerſa claſſis Marſaſiroccum portum attigiſſet, milites ad viginti millia in terram expoſiti, foſſas,

Triremes 168.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuguria, tentoria, ſtationes apparare cœperant. X. Calendas Iunij Pialis Baſſa cum 7. millibus peditum ad S. Michaëlis oppidum explorandum ſe confert, ſed quòd frequentes indè pilæ volitarent, propiùs accedere non potuit. Inito verò peracri prælio, aliquot è Turcis cæſi ſunt, ſignumq́ue militare eis ereptum. Conſultatione indè habita, num arcem S. Elmi, vel Burgum priùs obſiderent, vbi arx viſa eſt primo loco obſidenda, eamq́ue hoſtes è monte accuratè ſpecularentur, rurſùs ad pugnam ventum eſt vel leue certamen, in quo complures Turcę, pauci Chriſtiani periẽrunt. Iam agger ab illis inſtituebatur ad S. Elmi arcem, vt indè eam acriter pulſarẽt, in eandem curam etiàm aliquot triremibus incumbentibus. Verùm ille agger non potuit eſſe diuturnus ob fulmina arcis creberrima, quibus hoſtes ſternebantur quotidiè, & agger proſternebatur. Sub his autem augebantur in dies hoſtium copiæ, ab ipſa etiàm Alexandria miſſis ſex triremibus cum peditibus nongentis. Porrò Valettanus in S. Elmi arcem miſit Hiſpanos 400. qui rebus ſæpè præclarè geſtis, non paruas hoſtium ſtrages edidêre, paucis ſuorum deſideratis. Miſerat autem ex Inſula Valettanus quendam ad Toletanum Siciliæ Proregem, qui eum certiorem redderet de Turcica obſidione: idemq́; à Toletano in Inſulam remiſſus, magna animi tum induſtria, tum virtute, quanuis non ſinè ingenti periculo, tandèm ad Valettanum redijt, & ab eo iuſſus nocte eadem iterùm proficiſci ad Toletanum, ſe dat itineri, ſignificaturus Toletano Inſulam maioribus egére præſidijs. Iam illuceſcebat dies S. Elmo ſacra, & eccè mirabili impetu, ceu œſtro quodam perciti, permulti Turcæ ad vallum terraceum oppugnandum accurrunt, & licèt vi quandoquè repellerentur, tamen multitudine freti, tandèm propugnaculũ quoddam obtinuerunt, vbi ſe contra noſtros communiêrunt. Sed cùm foſſam illam, quæ ducta fuerat e regionè valli editioris, replere conarentur, cæſi ſunt illic octingenti, ijq́ue ex illorum numero, qui cæteris fortiores habebantur: plurimi quoquè vulnerati, poſteà in foſſis ſpiritum exhalârunt. Sunt autem & ex Chriſtianis cæſi 45. & nonnulli ſauciati. In eorum locum, vt arx tutior eſſet ab hoſte, Valettanus miſit pedites ducentos cum aliquot equitibus. Is verò, quem paulò antè diximus remiſſum in Siciliam, Syracuſas veniens, duas illic Melitenſes triremes offendit, quas priùs edoctas quà deberent proficiſci in Inſulam, eò pergere iuſſit cum peditibus quadringentis. Ipſe Meſſanę Toletanum adijt, ſuaq́ue illi mandata expoſuit, hortans ad ferendum ſuppetias obſeſſis. Id temporis Toletanus claſſem habebat necdùm ſatìs inſtructam. Intereà Melitenſes dum ſuſtinent Toletani aduẽtum, ſeſe egregiè aduersùs importuniſſimum hoſtem tuentur: Valettanus inprimis ſedulò ſuum facit officium, ad labores impiger, ad pericula imperterritus. Illæ autem duæ ſupradictæ triremes non eum tenuére curſum quem erant edoctæ: itaq; res ea admodùm incommodè cecidit Melitenſibus, quorum arx in magno diſcrimine verſabatur.

Turcarum impetus.

Pius pontifex mittit ſubſidia melitenſibus.

Dum his rerum difficultatibus laborat Melita, Pius 4. Romanus Põtifex, omni qua potuit ratione illi mox opem tulit, conſcripto milite & certa

certa pecunia cõſtituta in illud bellum, adiuncta etiàm pulueris tormentarij magna vi. Et ipſa ſanè periculi magnitudo poterat meritò permouere omẽs, vti Melitenſibus nè deeſſent: quos ſi Turcicus tyrannus ſibi ſubiugâſſet, dubium non erat, quin de tota Italia, immò vniuerſa Rep. Chriſtiana idem ille fuerit cogitaturus. Miſſi ſunt igitur cum Pompeio Columna ſexcenti pedites Neapolim, ſimulq́; pleriq; viri illuſtres ſua ſponte eò ſecuti ſunt, præclaram ſuo ſumptu Reip. Chriſtianæ in tanta neceſſitate operam nauaturi. Erant tum aliquammultæ triremes Neapoli, quæ cum his cohortib⁹ profectæ ſunt Meſſanam, vbi claſſis Philippi regis Hiſpaniarum inſtruebatur. Nec latebat Turcas augeſcere vires & claſſem Chriſtianorum: itaque ſibi maturandum rati, ſtatuunt totis viribus & cõtinenti labore oppugnare arcem, donèc ea potiantur. ea enim occupata, videbant facilem ſibi aditum fore ad reliqua Inſulæ præſidia occupanda. quod ſi æſtate non ſuccederet, tamen in ea arce & portu Marſamuſetto decreuerant eſſe in hybernis. Summa igitur animi & corporum contentione oppugnationem adoriuntur, & perpetuo triduo aſſiduis propè pilarum verberationibus mœnia deijciũt. Quarto die cùm nonnihil remiſiſſent ea horrenda tormentorum tonitrua, cõmiſſum eſt leue certamen, Turcasq́ue eos præſertim qui cum Draguto recèns venerant, inſolentiùs ſeſe ingerentes, fortiſſimè noſtri repreſſerunt, ſeq́ue, multis occidione deletis, in fugam conijcere compulerunt, ſeptem aut ad ſummum octo duntaxàt cæſis è noſtris. At verò Turcæ magis etiàm iritati, proxima nocte totis viribus rurſùs aream inuadunt, noſtris interìm ad arma conclamantibus. Initum eſt vtrinquè trium ferè horarum certamẽ acerrimum, cuius tandèm hic fuit euentus, vt Turcæ omni ſua ſpe fruſtrati, plurimis quoquè è ſuis amiſſis, per ruinas præcipites detruſi ſint. Indè verò ad quatiendos muros redeunt, & cum ſex diebus continuis propè aſſiduè eo in opere verſati eſſent, cum toto exercitu arcem inuadũt, certam ſibi victoriam pollicentes, quòd ad tredecim globorum ferreorum millia in eam contorſiſſent. Irruunt in noſtros ferociter, & erat ſanè aliquandiù anceps victoria, tanta multitudine barbarorum paucos circunſiſtente. Erat tum inter Melitẽſes equites Baraganus quidam vir ſtrenuus. Eius eximia virtute primùm nonnihil repreſſi hoſtes ſimul & exterriti, multis deindè è noſtris ad illum confluentibus, non pauci occiſi ſunt. At Turcis recentiora ſemper auxilia capientibus, Valettanus ſuis trecentos ſubſidio miſit, q Turcarũ põtem ex triremiũ antennis fabrefactũ inflammârũt, quo collabẽte, plures 800. Turcis extincti ſunt, & ſexcẽti vulnerati. In hac pugna è pręſtantioribus Turcis ad duo millia cęſi ſunt: alij volũt, ad quatuor millia cecidiſſe: è noſtris centum cæſi, totidemq́; vulnerati. Verùm Turcę nihil hac ſuorũ amiſſione retardati, nouis tormentorũ ictibus arcẽ concutiunt, atq; muris diſiectis tãta vi noſtros adoriũtur, vt propè re deſperata in fugã verſi ſint. At tamẽ cùm antè decreuiſſent fortiter ꝓ religione occũbere, hoſtibus ſe opponũt: pugnaẽ horis quinq; atrociter, è noſtris cadũt ducẽti, ex hoſtiũ numero permulti. Dragutus in eo pręlio ictus in capite, biduo

Oppugnatur arx S. Elmi.

Turcarum pertinacia.

Dragutus perit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

biduo pòst moritur. Nocte sequenti perpetuò cum hostibus dimicatum est, muros scandere molientibus, sed semper fortissimè repulsis. Hanc tam crebram suorum cladem indignè ferebant Bassæ. Itaque classe tota ad arcem adducta, vires omnes periclitari statuunt, & vel abire victores, vel victi succumbere. Sed antè quàm isthuc attentarent, pontes & scalas cæteraque opportuna & necessaria præparabant. Valettanus his animaduersis, metuens suis qui erant in arce, suorum priùs habito consilio, mittit ad obsessos tres insignes viros è suo ordine, qui arcem inspiciant, & de relinquenda ea hostibus, quippe cuius iam muri deiecti essent, quæque ab hostibus defendi ampliùs non posset, cum illis agant. Ibant illi tres nõ absque præsentissimo vitæ periculo, multis in eos displosis sclopettis: cumque arcem contemplati essent, ac summę constantiæ & præclarę spei responsa à præsidiarijs militibus accepissent, ad Valettanum redeunt: & duo quidem ex ijs confirmabant posse arcem defendi, sed tertius pernegabat, maximè cùm propugnacula omnia prorsùs subruta cernerentur.

Obtinuit autem eorum sententia, qui locum minimè deserendum censebant, in eamq; à cæteris itum est: sed ea infaustum habuit euentum. Turcæ enim omnes rebus necessarijs celeriter comparatis, arcem terra mariq́ue inuadunt, duobus & triginta Canonibus terribiliter quatiunt. Certatum est à noctis medio in horam vsque diei tertiam, nec tamen nostri tam pauci vlla re illa ingenti hominum multitudine visi sunt inferiores, multosque fortissimè arcem propugnando Turcas cecíderunt, parati pro Christiana religione se totos præpotenti DEO sacrificare. Verùm nimia erat tormentorum ingentium vis, quibus mœnia ad solum vsque radebantur, cecideruntque ex illis egregijs viris quadringenti. At nec sic reliquis quicquam de animi magnitudine decessit, sed incredibili virtute defixa iam hostium signa lacerârunt, centuriones, signiferos & multos cohortium præfectos trucidârunt. Porrò tandèm non mediocriter sole incalescente, perpetuo labore nimiùm fatigati, (semper enim fessis Turcis recentes submittebantur, quæ res nostrorum vires exhausit) cæduntur à barbaris hostibus milites Christiani ad vnum omnes, sed non inulti, quippe qui ferè toti Turcico erant adsperfi sanguine. In ea pugna è nostris desiderati sunt 1300. in quibus equites erant 130. Nemo Christianus ambigit, tam cõstanter & fortiter pro religione & Reipub. Christianæ defensione oppetitam mortem, immortali memoria summisque præconijs esse dignissimam. Turcæ occupata arce, singulari quodam immanissimæ crudelitatis genere sæuiêrũt in milites triginta, etiamnùm semiuiuos repertos. Primùm singulis pectus ferro scindunt, cor vi extrahunt, deindè caput amputant. Corpora postremò tam fœdè truncata, vbi à nostris spectari possent, exponunt. Nec his contentus Mustapha, ea vestibus cruce candida signatis induta iubet in mare iactari, vt Melitẽsibus insultaret. Eius rei indignitate permotus Valettanus, Turcas captiuos omnes iubet perimi, nec vllos deincèps captiuos fieri, sed captos mox iugulari. Cæsorum capita versùs hostium castra iactata sunt. Misit deindè Mustapha ad Valettanum, qui ex eo percontarẽtur, num quam acceptur-

Melitenses in arce S. Elmi cẽdũtur.

us esset deditionis conditionem.

Illos verò Valettanus magna ira permotus, è suo conspectu quamprimùm iussit abscedere. Id tulit indignissimè Bassa, multaq; dirissima Christianis minitatus est. Erat in Turcicis equitibus Philippus Lascaris, è nobili inprimis Græcorum familia, propenso in Christianos animo. Is vbi persensit Bassæ commotum animum in Melitẽses, ad Valettanum transfugit, eique hostium consilia explicauit, neque segnem posteà in Turcis propulsandis operam nauauit. Eum, cùm Romam post Turcarum decessum veniisset, Ro. Pontifex liberaliter pro ea in Christianos fide & beneuolẽtia muneratus est. Porrò verò dum in his angustijs res essent Melitensium, cõmodùm illis è Sicilia superuenére, licèt tardiusculè ob maris tempestatem, octoginta equites Melitensis ordinis & sexcẽti pedites. Horum aduentus mirificè eorum recreauit animos, qui etiàm à Valettano contenderunt, ipsis vt permitteret defendendum S. Michaëlis oppidum, cui iam Turcę primas erant admoturi manus: tanta erat horum militum alacritas. Permisit id Valettanus, sed nullo tamen è prioribus eius loci defensoribus indè reuocato. Ab his nouis militib⁹ paulò pòst è Turcis cæsi sunt 160. & non pauci vulnerati. Hoc tempore castra Turcarum laborare cœperunt dysenteria, Deo contra illos pro Christianis pugnante. At illi de suo conatu nihil remittebant, sed septuaginta canonibus, in quibus erant tres maximi basiliſci, permultis locis simul oppidum S. Michaëlis & Burgum verberabant ac perfringebant, atque in eum vsum aliquot sibi aggeres extruxêre, putà nouem, quibus singulis sena imposita erant tormenta, quæ nullo neque noctis, neq; diei tempore ab oppidi & Burgi quassatione cessabant. Iam verò è Sicilia sexcenti Hispani, & equites Melitensis ordinis atque à Pontifice Max. missi milites trecenti, duce Pompeio Columna, Melitam se conferebãt: sed ijs ex Melita signum discedẽdi datum est, cùm adhuc procùl abessent, quòd Valettanus neq; magnoperè forrasis tum illis haberet opùs, neq; eos vellet in præsens periculũ venire, Turcis omnes insulę aditus accuratè obseruantibus.

Lascaris transfugit ad Melitenses.

Tertio Idus Iulij regulus Algerij cum 27. triremibus & bis mille ducentis peditibus ad Turcicam classem accessit. Is insigne aliquod facinus designaturus, petit à Bassa copiam oppidi à mari oppugnãdi, eamque facilè impetrat, additis illi duobus millibus recentium Turcarum. Interea Valettanus catenam quandam opportunissimè pertendit eo in loco, vbi erant Turcæ oppidum inuasuri, quę illis non paruo ad exponendum militem fuit impedimento. At nihilominùs Idibus Iulij terra mariq́ue oppidum infestant, sed tormentorum ictibus, quæ in vrbe displodebantur, 12. depressa sunt nauigia, & ad duo Turcarum millia submersa. Qui verò à terra oppidum oppugnabãt, cùm ad quinq; horas cum nostris cõflixissent, multis è suis interfectis, è nostris ducẽtos occiderũt. Erant sanè Melitẽses ob perpetuã cum hostibus tam atrocibus tamq; multis cõflictationem

Algerij rex iungitur Turcis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem in magno periculo, coëgitq; ea res Valettanum rursùs scribere Toletano Siciliæ proregi de mittendis auxilijs. Et is tum quidem misit nonnihil subsidij, plus missurus, nisi res summi fuisset periculi propter Turcas itinera omnia obsidentes, qui etiàm interceperunt celocem vnam, missam à Toletano, qua multa pharmaca ægrotantibus aduehebantur. Fit verò rursùs ab hostibus noua oppidi diuerberatio, eaque tam p[er]ti- & vehemens, vt ægrè nostri potuerint dissipata mœnia vtcunque co[n]- munire. Simul etiàm pons ab illis construitur, quem cùm è nostris quidam immisso igni inflammare instituerent, infecto negocio, plerique omnes ceciderunt, & in ijs Nicolaus Parisottus, Valettani nepos. Indè cùm diù satìs mœnia verberâssent, ter repetito insultu, pertinacissimè in oppidum Turcæ multis in locis contendunt, & iam vrbe potituri videbantur, sed multis suorum amissis, nostrisque fortissimè & constantissimè resistentibus, coacti sunt redire in castra. Post illud acre certamen vires hostium nostri contemnere cœperunt. Et illi quidem tum ad ducendos cuniculos sese conuertunt, sed nostrorum prudẽtia is quoquè labor nullos habuit successus. Calendis Augusti cõcrematus est à nostris hostiũ pons, quem in mœnium fossa fecerant. Paucis pòst diebus rursùs barbari in oppidum irruunt, sed frustrà, suorum trecentis desideratis. Arctissimè tum temporis obsidebatur oppidum à Turcis, ità vt nostri vix vnquàm tutò vel respicere extra muros possent, nedùm pedem extra oppidum efferre. Habent enim Turcæ magnam displodendorum sclopettorum peritiam, quibus nostros cõtinenter impetebant. Per id tempus cùm adeò & oppidi & Burgi tormentorum pilis essent muri prostrati, vt vel plaustris peruium esset iter, vtrunque locum summa vi Turcæ inuadunt, tantusque erat ab vtraque parte tormentorum, sclopettorum, armorum, clamorum sonitus, vt insula omnis corruere videretur. Eo tumultu excitatis oppidanis, equites omnes ex vrbe egressi, in fugam cõpulerunt hostes qui aquam seruabãt, quibus vt auxiliarentur, reliqui ab oppido inuadendo se reuocant, properantque ad suos, sed vtrobiquè succumbunt. In eo prælio è nostris centum ceciderunt, & totidèm vulnerati sunt: Turcę ampliùs mille & quingenti interfecti sunt. Ea oppugnatio durauit horis quinque, & quia non sinè magno DEI beneficio ea erat parta ex hostibus victoria, Valettanus cum omni populo solenniter templum adijt, DEO laudes gratesque acturus. Eodem autem die, vt nostri lassitudine frangerentur, rursùs Bassa suos iubet in oppidum facere impetum, sed repulsus est æquè vt antè, magna suorum strage edita. Et quanuis victoriam iam desperaret, tamen nè apud Solimannum sæuissimum tyrãnum ignauiæ vel negligentiæ accerseretur, crebras in oppidum irruptiones casso labore faciebat. Erant iam admodùm accisæ Turcarum vires & copiæ, permultis occidiõe deletis, plurimis vulneratis: quibus de rebus per quẽdam è Melita profectum certior factus Toletanus, decreuit cum septuaginta triremibus adire Syracusas, & decem millia peditum Melitam adducere. Dum hæc fiunt, ex oppido S. Michaelis quidã ad Bassam Turcicum

Turcę irrũpere nituntur in vrbẽ.

Immanis Turcarum impetus.

cum transfugit, ostendit nulla interposita mora oppidum inuadi oportere, solos quadringẽtos supereſſe oppidi propugnatores. Eius fuga nostros incitauit ad muniendum oppidum sanè quàm diligẽter, licèt ingens esset murorum interruptio. Hostes occultissimè rursùs cuniculum agunt, in eoq; spes omnis muri subruendi collocata erat: sed is quoquè cuniculus à nostris & deprehensus, & frustratus est. Itum porrò in conciliũ est à Turcis, hęrendúmne sit diutiùs in insula, an indè recedendum. Maior pars cẽsuit, relicta Melita, domum abeundum. At summus dux maluit expectandum Solimanni responsum. Dum igitur manent in insula, nihil relinquunt intentatum: semper aliquid militaris exercent operæ, suntque seduli in instituendis pontibus, agendis cuniculis, fossisq; implendis. Iam penè consumptus erat puluis tormentarius, & tamen rursùs & oppidum & Burgum maiori quàm antè, contentione pilarum ictibus verberant, murosq; solo æquant. Habebant prẽter alia tormenta tres basiliscos, quorum pilæ ad ducenta pondo accederent. Ijs mirabiliter mœnia perfregerunt. Deindè ter repetito conatu horrẽdum in modum in vrbem impressionem faciunt, sed egregiè contusi & conscissi, nostrorum inuicto robore repulsi tandèm retrocedere coguntur. Eo in certamine oppidani oñes fortissimam propugnandæ vrbi operam nauârunt, adeò vt etiàm adolescentuli arma in hostes inferre, & virili cõstantia fœminę armatæ, ad arcẽdos à mœnibus hostes accedere nõ dubitârint. Igitur plurimos è suis Turcæ perdiderunt, è nostris 60. desiderati sunt. Erant tum, qui rebus suis metuentes hortarentur Valettanum, vt lautiorem maiorisque precij supellectilem in S. Angeli castellum transferri iuberet, vbì ab hostibus tutior foret. Tulit id indignè Valettanus, tanquàm pluris facienda esset substantia, quàm ipsa corporum vita & ciuium salus. Itaq; nè plùs illi castello, quàm pugnantium virtuti & fortitudini tribuere viderentur, voluit vt demptis tormentorum ministris, pręsidiarij omnes ex illo castello in Burgum dimicaturi accederent. Nec diù pòst iterùm magnis viribus Turcæ oppidũ adoriuntur, sed frustrà, nõ paucis suorum trucidatis. Redeunt igitur ad castra, moxque incredibili furore mœnia concutiunt, accurritque ad Valettanum quidam clamans, Omnes periuimus. Iam enim tria signa in vrbẽ Turcæ intulerant. Tum verò Valettanus repentè sumpta galea & hasta, suos hortatus vt imbelles Turcas fortiter cæderent, diuina freti benignitate, quæ ipsis hactenùs semper adfuisset, in hostes facit impetum. Eum verò mox secuti equites Melitenses, tum etiàm Melitẽses, tum etiàm adolescentes & fœminæ, Turcas omnes intra mœnia ingressos conficiunt, ingredi conantes vi repellunt. Ea pugna ad Occidentem vsq; solem perducta, etsi hostibus maximè calamitosa fuit, tamen etiàm è nostris ampliùs ducentos abstulit. Turcę tandèm cum ignominia ad sua castra recedũt. Iam Toletanus instructam habebat classem, cumq; lectissimis triremibus septuagintaduabus, quibus decem millia peditum, & ducẽti equites Melitenses, & quadraginta equites S. Stephani vehebantur, Syracusas versùs iter intendit, missa interìm triremi & naue speculatoria, quæ apud Melitã

Ciuium Melitensiũ magnanimitas.

Periculum Melitensiũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

res Turcarum exploraret. Nostri autem in Insula loca à Turcis deiecta gnauiter instaurãt, vt redituros hostes fortiùs sustinere, & acriùs reprimere possint. Turcæ eo die supremam collocaturi operam, oppido & Burgo expugnandis, egregiè se communiunt, duobus quibusdam cõfectis ad tabulati formam operimentis, quę à nostris igni missili concremata sunt: hostesque & ab oppido & à Burgo repelluntur. Nocte sequenti Turcæ octoginta cædũtur. Porrò Toletanus iam Melitam aditurus, obuiam habuit nauem onerariam è Syria ad Turcas missam cum magna panis nautici copia, sex millibus cadorum pulueris tormẽtarij, multisque globis ferreis. Eam, exemptis priùs sexaginta Turcis, Syracusas misit. Erant interea Melitenses perpetuò in opere, nullam obtinendi oppidi rationem & conatum Turcis prętermittentibus: qui etiàm paulò pòst cum toto exercitu oppidum inuadunt tanta vi, vt planè victores abituri viderentur. At hîc quoquè bìs insultantes, bìs æquè à nostris reijciuntur. Die sequenti magnis propositis præmijs & opum & honorum, in diem tertium iubet eos Mustapha paratos esse ad inuadendũ oppidum. Deindè septimo Calend. Septembris terribilis redintegrata est pugna, per murorum ruinas summa vi intrò contendentibus Turcis, periculaque omnia fortiter contemnentibus. Tum quidẽ diù ancipiti belli euentu vtrinquè atrociter pugnatum est: sed ad extremum cùm è nostris CXIII, è Turcis ampliùs mille ducenti cecidissent, hostes re infecta abscedere cogũtur. Erat sanè in nostris tanta animi magnitudo, eaque virium strenuitas, vt propè incredibilis videatur. Calendis Septembris literæ veniũt à Toletano, quibus significabatur breuì adfuturam classem Christianorum. Nec desistebant Turcæ nostris facessere negocium, nec nostri aut illis parcere, aut sibi deesse visi sunt. Quodam die è nostris vigintiquinq;, Turcas trecẽtos inuasêre, & in fugam verterunt. Nonis Septembris Christianorum classis ad Sacrũ Iunonis, quæ est insula perexigua nõ longè à Melita, applicuit. E transfugis quidam per id tempus indicauit Valettano, Turcas sequenti die decreuisse omnibus copijs oppugnare oppidum, & nisì eo potiantur, ab insula recedere: multa etiàm amplissima esse proposita premia egregiam operam nauaturis in expugnanda vrbe. Et certè non erat ille supremus barbarorum conatus absq; ingenti nostrorum periculo futurus. Verùm prępotens Deus nõ passus est viros fortissimos & de Repub. Christiana pręclarè meritos, illis sęuissimis & immanissimis belluis obijci trucidãdos. Itaq; illo benè iuuãte, è classe Toletani principis expositi sunt in insulam Melitam ad octo millia & trecenti milites.

Nauis oneraria capitur à Toletano.

Terribilis Turcarum irruptio.

Exponũtur 8000. militum Christianorũ.

Porrò Toletanus dum isti ad Valettanum se conferunt, triremem ingressus, Orientem versùs nauigat cum vniuersa classe. Quæ vbì à Melitẽsibus ciuibus conspecta est, tormenta & sclopettos oẽs gratulationis ergô displodunt: itemq; Toletanus suarum triremiũ tormẽta omnia semèl atq; iterùm exonerari iubet. Mox redit in Siciliam, reliquas copias adducturꝰ, vt maturè Turcica p̃da potiretur. Iam hostes quatriduò suas res in naues inferre cœperãt: cumq; iam extremam oppidi oppugnationẽ instituerẽt, Turca

Turca quidam citato equo aduolat, refert magna Christianis venisse auxilia. Mox à Turcis classicum canitur, impedimenta reliqua colliguntur, tormenta in naues inuehuntur, aggeres inflammantur. Ex omnibus tormentis vnus solus regius Canon in insula relictus est, qui pilam vomeret pondo centum viginti.

Sunt qui putent magnam tormentorum partem Turcis eripi illo die potuisse, si nostri in illos impetum facere voluissent. Ad extremum cùm Turcæ cum recentibus Christianis pugnam conferere instituerent, supra mille quingenti, & eo ampliùs à nostris cæsi sunt. Denique à Melita immanes illi barbari recesserunt, relictis illic suorum cadaueribus ad viginti tria millia: & prætereà quòd illam insulã horrẽdum in modum ferro & igni vastatam, domos quassatas, vrbium mœnia disiecta reliquerũt, etiàm hominum non paruam edidêre stragem, ità vt ad quinque millia è nostris desiderata ferantur, & in ijs equites Rhodienses vel Melitenses CCXL. Habebunt illi insignes viri sempiternam apud omnem posteritatem eximiæ virtutis suæ laudem, quòd pro Deo, pro religiõe, pro Rep. Christiana tam fortiter & constanter seipsos totiès ad pręsentissima mortis discrimina offerre non dubitârũt. Annotârũt quidam, à barbaro hoste ad septuagintaocto millia pilarum in insulam coniecta. Fatentur autẽ etiàm ipsi equites Melitenses, non tam humanis viribus, quàm Dei virtute se esse seruatos. Et est sanè etiàm plurimùm laudanda Pij IIII. Pontificis Maximi erga Rempub. Christianam paterna solicitudo, qui amplissimas toto orbe diuulgauit condonationes, quas Indulgentias vocamus, vt ijs inuitaret Christianos omnes ad precandum Deum pro salute Melitẽsium & totius Ecclesiæ. Nec dubitandum est, eas Christianorum preces ferocissimi hostis truculentos conatus vel maximè eneruâsse. Postremò etiàm Catholico & inuictissimo Hispaniarum regi Philippo maximæ ab omnibus habendæ sunt gratiæ, quòd Melitensibus in tanta rerum difficultate non sinè magnis impendijs opem tulit. Hæc fusiùs multo quàm anteà scripsi, posteaquàm prolixior ad me totius belli narratio peruenit.

Turcę Melitam relinquunt.

78000. pilarum.

Eodem anno etiàm feliciter in Hungaria res gessit Maximilianus Cęsar contra Turcas & alios quosdam, duce fortissimo & clarissimo Lazaro Schuẽdio, viro rei militaris pitissimo, nec minùs optimis literis instructo, atque insuper Catholicæ religioni addictissimo. Multa illius egregia facinora referuntur, & erunt hauddubiò, qui ea literis commendent: mihi necdùm omnia satìs assecuto, nè parùm certa pro certis commemorem, aut multa etiàm præclarè gesta ob eorum ignorationem prętermittam, id in pręsentiarùm pręstare non licet.

Maximilianus Cæsar cõtra Turcas.

Hoc anno prodijt Vuittẽbergæ liber qntus Chronici Carionis, expositus & auctus à Caspare Peucero. Is Peucerus gener est Philippi Melanchthonis. Is bonus & Lutericè euãgelicus vir, pro modestia quinti huius Euangelij, incredibili furore exagitat in hoc Chronico summos Pontifices, quos cupit Imperatoribus, Regibus & Principibus Christianis red-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddere vel maximè inuisos. Ego pauca huius Chronici legi: (quid enim attinet, talium hominum furiosa & maledica scripta legendo, bonas horas malè perdere?) sed in ijs paucis tam multa inueni, quæ hominis in Pontifices & Catholicam Ecclesiam plusquàm Vatinianum odium ità perspicuè declarēt, vt vel ex ijs solis de tota eius historia satis superque possit statui & pronunciari. Quis verò illum hominem in narrandis rebus putet in fidi historici officio permanere, qui ad easipsas animū adfert odio & liuore cæcatum, & prauis de religione opinionibus deprauatum? Ait hic noster quodam loco: Vt præcedēs, ità tota sequens historia euidenter testatur, verè fuisse Pontifices ἀλάστορας Ecclesiæ & Imperij, & flagellum Dei, vt de Attila vetustas prodidit. Quid, obsecro, his dici possit atrociùs, cùm tamen certò constet, permultos ex Pontificibus fuisse viros sanctissimos, quibus etiàm maximi & potentissimi Imperatores, reges & principes tantum detulerint, quantum nunquàm detrahere poterit ista progenies viperarum? Sed ad tempus habent isti, permittente Deo, facultatem quandam illos Ecclesiæ pastores, non ab homine, sed ab ipso CHRISTO, velint nolint hæretici, institutos, ipsamque Catholicam CHRISTI Ecclesiam infestandi & proscindendi: paulò pòst obstruetur os loquentium iniqua, & sempiternis inextinguibilis gehennæ flammis exurentur viri desertores, qui cùm deberent in cinere & cilicio pœnitētiam agere tam immanium blasphemiarum, errorum, contumeliarum, mendaciorum, quibus planè cooperti sunt, tamen nō solùm hoc nō faciunt, sed etiā gloriātur in suis maleficijs, & in plùs quàm Cimmerijs tenebris haud aliter atquè in ipsa meridiana luce, sese impotenter & impudenter efferunt.

Fol. 41.

Peucerus arguit odio pōtificum.

Fol. 56.

Alibì quoquè habet hic noster, nè solos Romanos Pontifices oppugnâsse videatur: Vetera Burggrauiorum iura multis in locis paulatìm fregerunt Episcopi, cùm impatiētia alterius imperij, potestatem politicę gubernationis rapuerunt, vsi occasionibus superstitionis, qua fascinatæ tenebantur mentes omnium ordinum. O os impurum. Itáne superstitiosi fuerunt hactenùs omnes odines Imperij, & Luterus demùm cum Peucero cæterisque id genus præclaris scilicèt viris, veram nobis religionem attulit? An non hoc est intolerabili iniuria & contumelia afficere Imperatores, Reges, principes, & tot sanctissimos atque religiosissimos maiores nostros? Si ego aut Catholicus aliquis sic scriberet, quàm atrociter in nos debaccharetur Peuceri stylus? Non hîc iam persequar, qua modestia, quáve fide scribat, Episcopos potestatē politicæ gubernationis rapuisse, vsos occasionibus superstitionis. Pertinet hic Peuceri morsus ad tam multos potentissimos Episcopos, & Imperij Principes, qui facilè eam Peuceri à se calumniam depellent. Quòd si verò aut tempus, aut huius scripti ratio pateretur, quàm multa id genus ego possem ex hoc præclaro Chronico excerpere? Sed nolim ego tempus tam malè collocare.

Nota Peuceri calumniā insiguem.

Quàm aūt ridiculū est, nè quid grauius dicā, quidē noster Peucer⁹ socerū suum

suum Philippum Melāchthonem, quem omnes boni execrantur, qui ⁊ à Lutero ad Zuinglij vel Caluini castra defecisse, ⁊ Caluinianis palàm asseritur, audet appellare hominem sanctissimæ memoriæ? Longè aliter de illa atra tellure scribit Illyricus eius discipulus cum socijs suis, disertis verbis illum affirmans & Confessionem Augustanam, & libros Luteri plurimis in locis adulterâsse. Quod crimen falsi non cadit in hominem sanctissimæ memoriæ, maximè cùm Luterani tam pertinaciter iactitent, Cōfessionem Augustanam & Luteri scripta puram putam habere Euangelij doctrinam. Quid verò possit esse sceleratius, quàm Euangelium adulterare? Verùm hoc nō Melanchthon modò, sed & Luterus & totus nouorum dogmatistarum grex & fecit semper hactenùs, & adhuc facere pergit. Obitèr hęc tantùm attingo. nam accuratiùs ea excutere iam nō libet. Hoc quidem in Peucero notatu dignum est, quòd Gregorium Magnum Romanum Pōtificem eius nominis primum, virum summa doctrina & incomparabili vitæ sanctimonia, totoque orbe longè celeberrimum, audet appellare superstitionum architectum. Nisì planè fallor, potest hæc vna tam atrox & impia in tantum Pontificem contumelia, totum Peuceri pectus nobis penitùs inspiciendum exhibere. Ego certè non video, quid de eiusmodi hominibus alitèr sentiendum sit, nisì planè venisse eos in profundum malorum, totosque datos in reprobum sensum. Atque vtinàm soli perirent, & non tam multos secum in gehennam pertraherent. Sed certè stabunt quandoquè illi beatissimi Pontifices contra istos miseros & deploratos homunciones, & suas de illis iniurias egregiè vleiscentur.

Fol. 24.

Melāchthō fallarius.

Peuceri calumnia in Gregoriū I.

Fol. 17.

Iam verò etiàm scholasticos Theologos noster Peucerus prorsùs Euāgelicè scilicèt exagitat. Ait enim: Sunt in manibus scripta Scholasticorū, qui in vno magistro Sententiarum, velut canone & norma fidei explicādo occupati, nè terram amittant, cęlo bellum inferunt, pręferentes sentētijs diuinis Romana decreta, & testimonia sacra, sicubì possunt, ad decreta Pontificum, non è diuerso hęc ad illa, inflectentes &c. Quàm multa in his paucissimis verbis insunt, quæ hominis impotentem obtrectandi, criminandi, mentiendi libidinem prodant euidentissimè? Nec opus est his respondere, cùm ipsa se destruant tam impudenti vanitate, & cęca impudentia. Et fortasis Peucerus noster nunquàm vel à limine salutauit scholasticos theologos, sed à suo illo sanctissimæ memoriæ socero Melanchthone hanc pręclaram hausit doctrinam, vt tam luculenter calumnietur theologos scholasticos.

Fol. 16.

Peucerus scholasticos exagitat.

Sed quid Melanchthon parceret scholasticis, qui nec veteribus illis sanctissimis patribus parcit in suo illo libello de Ecclesia, in quo homo arrogantia ebrius, velut è sublimi loco pronunciat de illis Ecclesiæ luminibus, cogitque tot patres ferre hæretici censuram? Eat igitur Peucerus cum illa atra tellure, quò dignus est. Sed quid me necesse est persequi omnes Peuceri in tam exiguo opere calumnias & blasphemias? In prefatione sanè vel epistola liminari eius scripti, quædam insuper habet non prorsùs negligenda: ea vbì paucis excussero, hominem iubebo ire, si volet, ad solas

Melāchthō flagellat Patres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terras, nihil cum eo penitùs commercij habiturus vnquàm. Sed hæc interim Lector sciat eo animo hîc mihi commemorari, vt nôrint omnes, etiàm qui post nos futuri sunt, quales viri illi fuerint, qui nostra ætate bellũ aduersùs Ecclesiam Dei susceperunt. Nec dubito, quin posteritas omnis non alio eos loco habitura sit, quàm quo nos hodiè habemus Simones Magos, Marciones, Cerdones, Valentinos, Manichæos, Arrios, Nestorios, Vigilantios, & id genus diras pestes orbis terrarum. In præfatione igitur sua Peucerus, vt è pluribus pauca tantùm annotem, ait extare sapientum querelas & commonefactiones, quibus præcipitur, nè qui sapientiæ laudem quærunt, strepitu applausuque vulgi capi se sinant. Hoc quidem si cauisset Luterus, non eas hodiè turbas in Ecclesia videremus: immò verò nisi Luterus totus cò incubuisset, populo vt placerent quas fecisset fabulas, nunquàm eius iam olim damnata paradoxa tantos progressus habuissent. Tum verò etiàm in scribendis historijs plurimùm tribuit Peucerus iudicio scriptoris, cùm ab historico id potissimùm exigatur, vt rem gestam non pro suo vel affectu vel iudicio, sed quemadmodùm habet veritas, simpliciter exponat. Quòd si variant de vna re scriptores superiorum temporum, non dubium quin eorum præferenda sit sententia, quorum probatior est fides & authoritas. Sed hæc ideò dicuntur Peucero, vt liceat ei liberè debacchari in Pontifices, de quibus ipse nihil potest pro suo iudicio statuere aliud, quàm fuisse & esse Antichristos, vt eos vocat suus Luterus. Atque si quid de Pontificibus scribendum sit, eos potiùs sequendos sibi statuit, qui eos acerbissimè exagitent, vt fecit nostra ætate Sebastianus Francus, & partim etiàm Sleidanus, quàm qui eos commendent. Hinc illa huius generis historicorum temulenta rabies in Gregorium VII, (vt alios põtifices omittam) quem tamen grauissimi authores testantur virum inculpatum, immò sanctissimum fuisse, eumque non immeritò laudibus efferunt. Addit posteà Peucerus, Henricum IIII, Fredericum II, & Ludouicum Bauarum rabiosè exagitare scriptores Põtificios, veras causas & sceleratas molitiones pontificum prorsùs dissimulâsse. Hoc sic visum est scribere Peucero, nullo allato suæ affirmationis testimonio, tanquàm nobis sufficere debeat, αὐτὸς ἔφα. Hoc iacto fundamento, pergit Peucerus, & quidem rabiosè: Ex vna falsa hypothesi detexi Pontificia omnia, s. pontificem iure diuino armatum esse vtroque gladio, & caput esse ac dominum Ecclesiæ & regnorum mundi. Puto sanè aduertere Lectorem, hæc non nisi rabiosè posse dici. Quid enim sibi vendicat Pontifex in regnis mundi, nisi vt pro officio suo, quo vniuersus CHRISTI grex, ad quem pertinent etiàm reges, ipsi pascendus incumbit, admoneat omnes, & si quem videat suam potestatem vertere in tyrannidem, omnibus modis det operam, id vt emendetur? Hoc fecêre semper etiàm sanctissimi Pontifices, & certè licèt inuidia crepet Peucerus, adeò non vsurpârunt sibi regna aliena Pontifices, vt ea quæ obtinent, Christianissimorum ac potentissimorum Imperatorum & regum ferè liberali donatione obtineant. Multa deindè furiosè iactat Peuce-

Rabies Peuceri in Pontifices.

Peucerus contra Pontificum authoritatem, sed nõ est opùs, eius ineptijs & calumnijs omnibus respondendo tempus amittere. Qui in historijs fide dignis versati sunt, hominis commenta facilè & aduertent & contemnent. Addit verò etiàm hoc: Pontifex Romanus prærogatiuã in Ecclesia Christi nullam habet præ alijs vllo iure, sed sola cõsuetudine introductæ tyrannidis. Nec hîc vllum adfert scripturæ locum, sed satis habet pro sua insigni authoritate id affirmâsse. Quàm sit autem hęc vana & temeraria assertio, nihil attinet indicare, cùm sit totiès à nostris ex ipsis etiã scripturæ diuinę clarissimis sentẽtijs ostensum. Verùm iam etiàm plus quàm Imperatores ipsi ausi sint, sibi vsurpat Peucerus, cùm subiungit, se non facultates eripere Ecclesię, sed regna, quę Christus non contulit aut commendauit Ecclesiæ. Iam scripserat paulò superiùs, Episcopos tenere regna. Hæc ergò eis eripit: sed benè habet, quòd Peuceri verba non nisi aërem verberant. Nam Episcopis Peuceri authoritas nec pilum quidem auferet. An non verò hoc est cuiusdam intolerabilis arrogantię, vt homo priuatus tantum sibi sumat in Episcopos, qui sunt etiàm principes Imperij? Sed non se discruciet his curis Peucerus. Manebunt Deo benè propitio Episcopis ditiones suæ, etiàm vbi Peucerus computruerit. Sed hoc scilicet est classicum canere ad inuadendas Episcoporum ditiones. Quid si verò catholicus aliquis talia scriberet contra politicos principes, an nõ cęlum terræ misceri Peucerus ante omnes vociferaretur? Ait etiàm Peucerus noster, vt obitèr lectori offeram occasionem admirandi peritiam illius in rebus geographicis & historicis, Cathaynę regnum se extẽdere vsq; ad sinum Persicum, & ante Tartarorum irruptionem, in Europa ferè dominatos esse Rossos, cùm Rossi nõ adeò magnam Europę partem tunc occupârint, & sinus Persicus à Cathaynæ regno plurimùm distet. Sed hæc fortè leuicula sunt: illud prodigiosum est, quòd ait certamina, quæ Lutero oppugnante mendacia eorum, qui Indulgentias impudenter circunferebant, extiterunt, regno pontificio primò inclinationem, mox ruinam attulisse, cùm hodieque Pontifici maneat sua dignitas, crescatq; multis locis apud remotissimas à nostro orbe nationes. Sed ea fide solent versari fratres euangelici in rebus narrandis, vt iam non immeritò contemnamus, quòd mox subiungit se historica & religiosa fide vsurum.

Nota impudens mẽdaciũ Peuceri.

Peucerus vult episcopis eripere regna sua.

Fides euangelicorum fratrum.

Tum porrò accedit ad Appendicem Chronicorum Naucleri. Sed eam Appendicem sanè non nisi aut nimia potione aut furore ebrius primùm inspexisse videtur. Nam pro Surio legit Surrianũ, & è Surriano mox pro euangelica modestia efficit scurram, perindè ac si quis pro culice legat cuculum, & repentè cuculum transformet in crocodilum. Deindè plenis velis in hunc miserum Surium, ne verbo quidem vnq; ab eo læsus, incurrit. ait eum impudenter res manifestè veras calumniari & deprauare. Scilicèt putabat me esse similẽ sui Melãchthonis, (vt alios omittam) quem, vt antè dixi, Illyricus eius discipulus falsi reum agit, & pagit. Iam vero in totũ monachorũ chorũ rabidè desæuiens, vocat eos deploratũ profligatumq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominum genus, quorum pluſquàm caninam impudentiam, & audaciam pluſquàm diabolicam, iam multis ſeculis orbis Chriſtianus ſit deteſtatus. Qui vnus locus ſatis ſuperque ſufficit ad detrahendam fidem omnem toti hiſtoriæ Peucerianæ, cùm certiſſimè conſtet, monachos cunctis retrò ſeculis, & ab ipſis adeò Eccleſiæ naſcentis initijs, in magna apud Chriſtianos omnes exiſtimatione fuiſſe. Quòd verò ſubijcit diſtichon Pij 2. hoc nos libenter amplectimur, ſed hactenùs, vt oſtendamus illud in neminem magis, quàm in ipſum Luterum, poſſe quadrare. Eſt autem eiuſmodi diſtichon:

Non audet Stygius Pluto tentare, quod audent
Effrenis monachus, plenaq; fraudis anus.

Luterus effrenis apoſtata.

Reuerà enim iſſe effrenis & diſſolutus apoſtata talia attẽtauit, qualia fortaſsis nec ipſe ſatanas auderet, ità vt nos nõ inuideamus Peucero tam inſignem magiſtrum. De effreni enim monacho, qualis fuit Luterus, non de illo, qui intra ſui monaſterij ſepta degens, vitam viuit monaſticæ profeſſioni congruentem, hoc diſtichon loquitur. Porrò verò etiàm modeſtiſſimus vir Surio id videtur tribuere, quòd in ſcribenda hiſtoria vſus ſit præceptore diabolo. Nam etſi Peucerus maledicentiam vocat, tamen Surius ſatis ſibi benè conſcius eſt, nihil ſe cuiuſquam hominis odio ſcripſiſſe, multò verò minùs vſum eſſe præceptore diabolo, cum quo familiariter ſanè verſatum ſe eſſe & ab eo didiciſſe, quæ cõtra Miſſæ ſacrificium euomeret, Luterus apertè fatetur, vt talis præceptoris meritò pudere debeat Peucerum. Nec tamen his contentus vir optimus, & planè Lutericè Euangelicus, vocat Surium blaſphemum filij Dei hoſtem, & mox dira ei imprecatur, his vtens verſibus:

Vtque repertori nocuit pugnacis Iambi,
Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.

Dolet optimo viro, quòd Surius duriuſculè tractat inclytæ Germanię noſtræ proditores & perditores, Luterum & cæteros prauorum dogmatum architectos, qui ex illo vno homine ceu equo Troiano cateruatim prodiêrũt, quòd illorum mutuas easque acerbiſſimas altercationes, odia, conuicia, quibus ſe inuicèm egregiè proſcindunt, traducit, fœdiſſimas antilogias oſtendit, & pleraq; alia illorum myſteria profert in lucem: quę quidem omnia cùm ex ipſorum ſcriptis euidentiſſimè doceri queant, tamen nõ pudet Peucerum in eadem ſua liminari epiſtola ſcribere, doctrinam Eccleſiarum Lutericarum irrefragabili authoritate, perſpicuitate quanta nullius ſit doctrinæ, certitudine immota verbi cæleſtis ſe ſuosque inſtauratores & propagatores tueri: ſcilicèt præclarè ſe ſuosq; tuetur, quæ totiès in alias mutata eſt formas, cuiusque propagatores inter ſe odioſiſſimè digladiantur. Putat Peucerus omnes homines aut fungos, aut talpas eſſe, vt nihil porrò cernere queant. Adijcit verò etiàm, viros bonos reſtinguere calumnias meritis & innocentia ſua. Nos verò palàm teſtamur Luterum, Bugenhagium, Bucerũ, & cæteros deſertores monachos, huius quinti euangelij propagatores, vel eo ſolo nomine, quòd auſi ſunt poſt

poſt ſolennem perpetuæ continentiæ profeſſionem ad inceſtas nuptias tranſire, eſſe perpetuò execrabiles & infames, qui fidem DEO datam irritam fecerint: cui immani flagitio ſi addas tot impios iam olim damnatos errores & hęreſes, tot nefanda ſacrilegia, ſacramẽtorum prophanationes, multaque alia ab iſtis deſignata, facilè conſtabit, quàm nihil ſint dicendi minùs, quàm viri boni tum ipſi, tum Melanchthon quoquè & alij omnes noui dogmatiſtæ, qui quidem monachi non fuêre, ſed tamen apoſtatarũ iſtorum blaſphemias editis libris defenderunt, aut nouas hæreſes condiderunt. Quòd ſi verò Peucerus ferre non vult hos à nobis hæreticos dici, nunquàm certè negare auſus erit & Zuinglianos à Luteranis, & Lutheranos à Zuinglianis hæreticos propalàm vocari, atque etiàm à pleriſq; Luteranis prorsùs damnari & reijci Melãchthonicos & Adiaphoriſtas. Hæc cùm ſint toti orbi teſtatiſſima, tamen iactat Peucerus doctrinam eccleſiarum ſuarum, eamq; ait vocem eſſe filij Dei, perindè ac ſi mortales omnes lethargo correpti ſint, nihilque prorsùs oculis quanuis apertis videant. Quæ verò poſſit eſſe atrocior in Dei filium blaſphemia, quàm eius vocẽ dicere eam doctrinam, quam ipſi quoquè Luterani in mutua lite ponunt, atque alij in alijs execrantur, niſi fortè ipſe Dei filius, qui eſt incommutabilis veritas, ſibijpſi contrarius eſt, & pugnantia docet? Quòd ſi ad eccleſię Catholicę ſententiam reſpicias, quæ quinti euangelij doctrinam ceu hæreticã condemnat, q̃ aures ferre ſuſtineant, à Peucero impias hæreſes dici vocem filij Dei? Sed his ego nimiùm immoror. Poteſt iam Lector intelligere, q̃ ſit horũ temporũ labes, in quibus id genus pernicioſa ſcripta innumera ab importunis ingenijs in lucem edita ſunt, nec adhuc edi ceſſant.

Euangelici inuicẽ ſe hæreticos vocans.

Nam hoc ipſo quoquè anno prodijt Latinè ſcriptum aliud magnum aduersùs Synodũ Tridentinam, à Pio 4. indictam, cuius architectos fuiſſe liquidò appáret præcones quoſdam noui euangelij, cum quibus ſolis mihi hîc res eſt. In eo certè ſcripto tanta acerbitate præter alia inuehuntur in Romanos pontifices, vt etiàm ipſis ſectarijs poſſint meritò de odij & liuoris nimia immanitate ſuſpecti haberi. Sic ſensìm proficiunt in peius, & profundiùs ruunt, qui ſemèl ab Eccleſia diſceſſerunt. Reuerà terribilis Deus in cõſilijs ſuper filios hominum, qui occulto quidem, ſed iuſto tamen iudicio permittit imperitam & miſeram plebeculam ab iſtis immaniſſimis lupis, qui nullum faciunt perdendarum animarum finem, tam atrociter in fraudem impelli, & in horrendos errores induci, idque ſub ſpecie eximiæ pietatis & prętextu verbi Dei. Sed non eſt hoc nouum: fuit id apud hæreticos omnes ſuperiorum ætatum ſemper in more poſitum, vt mendacijs niterentur, & ementita quadam veri ſpecie incautos fallerent. Hoc præclarè fecerunt, & faciunt noſtræ ætatis noui dogmatiſtæ, quorum certè incredibilem verſutiam ſi Principes & populi Germaniæ aliarumque nationum videre potuiſſent, puto equidẽ nũquàm in eorum dogmata conſenſiſſent, neque illos apud ſe vlla ratione tolerâſſent. In hunc quidem ſcopum omnes iſti mirabili vafricie collimant, vt Romani pontificis & Conciliorum labefactent authoritatem. Quòd vbi ſemèl

Scriptũ aduersus Synodum Tridentinam.

Psal. 65.

obti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

obtinuerunt,iam illis salua sunt omnia. Quòd enim scripturam iactant, fraudulenter & falsò id faciunt, non scriptura, sed scripturæ praua interpretatione nitentes. Itaque in hoc prolixo opere neruis omnibus contendunt euertere omnem pontificum & conciliorum etiàm vetustissimorum authoritatem, adeò vt & ipsam quoquè Nicenam primam & Chalcedonensem longè amplissimas Synodos carpere non vereantur:& sanè confidenter de omnibus in vniuersum ità illi pronunciant: Hominum traditiones,concilia,Synodi,cõgregationes,& harum decreta profectò multipliciter labi,errare,decipi,falli possunt,& multis modis à verbo DEI ac veritate in omnem partem discedere. Id posteà docere conãtur allatis aliquammultis Concilijs: qua in re certè luculenter produnt nequissimam animi sui calliditatem, vel potiùs malignitatem,quòd synodos partim prouinciales, partim ab Ecclesia damnatas, pariter permiscent, & imperito lectori intolerabilem fraudem imponunt, qui alias ab alijs secernere non potest. Itaque primo loco collocant Synodum Carthaginensem sub Cypriano, quæ ab hæreticis baptizatos censuerit rebaptizandos, quasi nesciant eam Synodum nunquàm receptam ab Ecclesia,tum verò non œcumenicam,sed prouincialem fuisse. Nos verò non negamus prouinciales Synodos errare posse, sed de œcumenicis legitimè celebratis,id planè pernegamus.Eæ nanque repræsentant Ecclesiam, quæ est columna & firmamentum veritatis. Mox subiungunt illam sacrosanctam Nicenam primam, quam aiunt de militibus statuisse Canonem,qui Ioannis Baptistæ sententię contrarius sit:tum etiàm feciſſe pœnitentiæ Canones, è quibus multum superstitionis irrepserit posteà in ecclesiam. Obsecro,quid istis ad summam,immò plùs quàm satanicam arrogantiam reliqui esse potest, qui tam nefariè lacerant illam sanctissimorum patrum,quibus huddubiè adfuit,sicut promisit Christus,ipse spiritussanctus,Synodum longè celeberrimam? Et reuerà calumnia hæc nõ in illos patres magis,quàm in ipsum redundat spiritumsanctum. Sed benè habet,quòd ità perspicuè se nobis totos inspiciendos exhibent. Iam enim quandò illi tantæ Synodi decreta impia vocare non dubitant,nihil prorsùs ambigere possumus, quin ad illorum numerum pertineant, de quibus Christus ait: Si ecclesiam nõ audiêrit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et est profectò istorum planè deplorata & insanabilis malitia, cum quibus etiàm iam eam ob causam nemo Catholicorum vnquàm facilè vel tria commutaret verba, nisi cogeret salus miseræ & imperitæ plebis,quam isti horrendum in modum vnà secum perdunt. Si sic enim liceat Conciliorum etiàm grauissimorum decreta non modò eleuare, sed per summam contumeliam impia dicere: quid, quæso, supereſt nobis ad immanem quendam atheismum,quò certè isti nos adducere moliuntur? Non est huius loci,istorum fraudes omnes persequi:nam longum est, & ab instituto meo alienum, præsertim cùm illi pleraque adferant, quibus lectorem incautum fallere se posse non dubitant, quæ si singulatim fusiùs explicare velimus,lectori stomachum mouebimus.Certè eodem loco aiunt,

Nota hæreticorum de Concilijs omnibus sententiã & versutiam.

Synodi Nicena carpitur ab hæreticis.

Matth.18.

aiunt, Chalcedonense Concilium tetro errore monachis & monialibus virginibus coniugij vsum interdixisse. Qua vna sententia simul damnant veteres sanctissimos patres omnes & vniuersam Christi Ecclesiam, quæ idem semper sensit:immò & ipsam scripturam diuinam, quæ grauissimè præcipit vota DEO reddere.Et sufficeret quidem hominibus,in quibus non prorsùs lumen omne tum fidei, tum rectę rationis extinctum sit, ad istorum amentiam & tetram impietatem liquidò cognoscendam, hanc eorum tam prophanam & ab omni Christiana pietate prorsùs abhorrentem sententiam didicisse:at fit tamen nescio quo tremendo Dei iudicio, vt cùm isti nõ sinè magno scelere & summa impudentia, tum Chalcedonensis Concilij sanctissimum decretum lacerent, tum monachis & monialibus coniugia permittant contra fidem Deo datam, tamen habeant permultos,qui illis potiùs accedãt, quàm amplissimæ Synodi Chalcedonensis & vniuersæ Catholicę Christi Ecclesiæ sentẽtiæ & authoritati. O cęcas hominum mẽtes,ô pectora cæca.Itáne plùs apud nos ponderis habet impurissimorum apostatarũ prodigiosus incestæ libidinis appetitus, quàm grauissima totius orbis Christiani,quem vel maximè Synodus illa Chalcedonensis repræsentat,sententia & authoritas? Vtinàm verò suam intelligerent turpitudinem eiusmodi non coniugiorum, sed incestarum libidinum assertores, & quantam sibijpsis apud bonos omnes & posteritatem oñem fœdissimæ ignominiæ notam inurãt. Sed fronte sunt plerique omnes plùs quàm meretricia, & nescIunt erubescere. Dabit autem quandoquè benignus Deus, vt vulgus miserè ab eis dementatum, & alij malè ab eis persuasi, cognoscant eius sceleris immanitatem, quo se obstringunt apostatæ monachi, cum fœminis sub honesta coniugij specie sacrilegè cubantes, & eos profectò toto pectore detestabuntur. Et reuerà si legissent plerique veterum sanctissimorum Patrum scripta, pessimè istos impuros apostatas acciperent. Quandò igitur isti hucusquè impietatis progressi sunt, vt tam execrabilem concubitum palàm doceant sanctum esse matrimonium, frustrà sanè cum illis agitur de rebus nostræ religionis. Itaque nolim tempus terere commemorãdis alijs,quæ in memorato scripto ab istis adferũtur:nam & multa sunt, & partim impudentissimæ calumniæ,partim iam olim damnatæ hęreses.Hoc tamen certum est,in hoc opere conflando nihil eos diligentiæ, nihil acerbitatis prætermisisse, vt semèl oñem pectoris sui aterrimam bilem in Romanos Pontifices & Christi catholicam Ecclesiam euomerent. Interim non vident, quàm sint ipsi egregij viri, qui tam multos iam olim ante mille annos partim damnatos errores & hæreses in vulgus spargant, qui inter se atrociſſimè de ipsis turpissimis erroribus suis digladientur, atque mutuò palàm se hæreseos condemnent, falsi reos agant, & liberaliter atque prorsùs suo more euangelicè se immanibus conuicijs proscindant, atque eiusmodi emblematis ornent, quibus nemo rectiùs, quàm flagitiosissimi nebulones, ornari mereatur. Quæ cùm ex ipsorum libris certissimè ostendantur, nihilominùs viros se dici & haberi volunt pios

Item Chalcedonenſis.

Turpitudo apostatarũ cum fœminis cubãtiũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pios & euangelicos, ecclesiæ repurgandæ studiosos, & nescio quid non. Sumunt sibi authoritatem in Pontifices, in Concilia, in Patres omnes, in totam denique Ecclesiam. O plùs quàm caninam impudentiam, plùs quàm satanicam arrogantiam. Sed valeant putidi & deplorati hæretici, vt etiàm ipsi se inuicèm salutant. Ego satìs habeo annotâsse, his infelicissimis tẽporibus eiusmodi scripta ab istis importunis dogmatistis esse sparsa in vulgus, quod sub Euangelij prætextu miserè perdunt. Hoc quidem certissimũ est, huiusmodi scriptis euulgandis nihil se consecuturos aliud, quàm vt apud cordatos lectores omnes, totamque posteritatem non alio quàm insignium hæreticorum loco habeantur, sensimque eorum malus animus & fraudulentę machinationes in principum aliorumque notitiam perducantur: tum verò actutùm actum erit de illis, sicut & de oñibus superiorum ætatum omnium hæreticis, qui ad tempus diuina permittente iustitia Ecclesiam diuexârunt, sed tandèm vt fumus cum sempiterna sui nominis ignominia euanuerunt. Vnum hoc loco paucis ex suprà dicto cõtra Synodum Tridentinam scripto adijciam, vndè certo certiùs colligat Lector non hæc temerè à me dici. Aiunt supradicti vsque eò auctas fuisse superstitione & barbara inscitia tenebras in doctrina eius tẽporis, vt & ipsi Theologiæ & sacrarum literarum studiosi, qui superiore seculo, & ante annos 40. scholasticam Theologiam didicerant, confessi sint lectionẽ quidem se frequentâsse diligẽter, & tempora studijs Theologicis perdiscendis constituta compleuisse sedulò, verè tamen affirmare posse, se toto illo quinquennio aut sexennio, quo in scholis didicissent, nullam de filio D E I vel nominis saltem mentionem à præceptoribus factam audiuisse: atque ità occupatos fuisse homines miseros ineptissimis libris Magistri Sentẽtiarum, Scoti, Bonauenturæ, Alexandri de Ales, Thomæ Aquinatis, & similium eius farinæ Scholasticorum, vt prophetarum & apostolorum scriptis legendis nullus omninò relictus esset locus, ac ne quidem vlla de his in Schola mentio fuerit reliqua, nedùm vt his aliquid serij studij attribueretur. Hæcilli. Quæso te Lector, quid his fingi possit vel ab ipso malo dæmone aut vanius, aut impudentius, aut contumeliosius? Quis credat quinq; vel sex annis nullam in Scholis habitam mentionem filij D E I, cùm ipsimet fateantur occupatos fuisse in libris Magistri Sententiarum, cuius tertij libri bona pars de Christo prolixè agit? O portentosam, & non tam verbis quàm verberibus & flagris vindicandam mentiendi libidinem. Iam quòd Magistri Sententiarum, Scoti, Bonauenturæ, Alexandri de Ales, Thomæ Aquinatis, & similium libros vocant ineptissimos, non certè facerent, si non ipsi essent oñium ineptissimi, & indigni prorsùs qui ijs viris vlla ex parte comparentur. Scioli isti grandes sibi sophi videntur, quòd bilingues, vel etiàm vtcunquè trilingues interdùm sint, nôrintque scribere Latiniùs quàm illi patres, quos sanè præter alios nostræ ætatis doctissimos viros, Christophorus Longolius & multijuga rerum cognitione, & insigni eloquẽtia celeberrimus, summa vitæ integritate, & admirabili quadam diuinarum humanarumq;

Pagina 10.

Nota intolerabilem calumniam.

Conuicium in Scholasticos.

narumque rerum cognitione, optimi cuiusque iudicio scribit esse commendatos.

Denique, quòd asserere nõ verentur, nullam in scholis prophetarum & Apostolorum quinque vel sex annis habitam fuisse mentionem, intolerabilem itidèm habet calumniam & impudentissimam vanitatem. Nam idem Sententiarum Magister, quo eos totos fuisse occupatos aiũt, plurima è scriptis diuinis loca commemorat.

Alia calũnia

Hinc igitur colligat Lector, quæ istorum hominum religio, quæ animi pietas, quis pudor, quæ verecundia sit, qui talia scribere non dubitẽt. Et hi nimirùm sunt, qui Concilium Tridentinũ contumeliosè lacerant, se verò ecclesiæ reformatores iactitant. Sed tamen, vt dixi, quãdoquè sentient homines, quibus præstigijs orbi ab istis illudatur.

Obijt hoc anno quarto Idus Decembris Pius 4. Romanus Pontifex, qui sanè ecclesiæ Dei, maximè in absoluendo Concilio Tridentino, tanto pastore dignam nauauit operam.

Pius V. fit pontifex.

ANno 1566. 7. Idus Ianuarij in Romanum pontificem electus est Michael Gislerius Dominicanus, Cardinalis Alexandrinus, & dictus est Pius V. Eodem die summo manè de alio quodam actũ fuit, cui etiàm ad pontificatum pauca suffragia deerant: à prandio autem inter primarios quosdam sermo habitus est de Cardinali Alexandrino, & paulò pòst oñibus Cardinalibus in eius electiouem mirè & præter oñium expectationem consentientibus, ille eductus è cella, pontifex maximus salutatus est. Nemo erat qui ambigeret à Dño isthuc factũ esse: tanta erat etiàm absque scrutinio votorum concordia. Et sanè quæ eius electionem adhuc secuta est in Pontificatu vita, nihil clamat aliud, nisi eum diuinitùs ad hoc amplissimum munus esse vocatum. Ante coronationẽ, quæ celebrata est 16. Calendas Ianuarij, habuit Cardinalium congregationem: (consistorium enim, vt vocant, ante coronationem haberi nõ solet) ea peracta, quidam ex insigni familia petijt Episcopatum quendam. Respondit Põtifex, se quidem illi cupere summoperè gratificari, nec defuturum, si alia in re prodesse ei possit: sed episcopatum tamen minimè collaturum, quòd ad tantam functionem parùm idoneus esse videretur, non satìs literis & eruditione instructus. Cùm autem ille suæ eruditionis testimonium proferret, Ego, inquit Põtifex, hac in re, quæ mihi satìs cognita est, testes minimè requiro. Ità ille in ea petitione repulsam passus est. Porrò ad Cardinales adhuc præsentes conuersus põtifex, hortatus est, nè quicquam ab ipso peterent, quod vel cõtra diuinum obsequium, vel contra Concilium Tridentinum, vel contra ordinem & rem Ecclesiæ facere videretur. Addidit etiàm, se quidem in rebus licitis & honestis Christianos principes iuuare constituisse: cõtrà verò, si quid pter fas & decorum peterent, nulla se ratione illis daturum.

Episcopatũ petens reijcitur.

Extant præclara de eo testimonia, quòd ità se prorsùs comparet, vita illius vt quandam referat imaginem priscorum illorum Pontificum, quorum sanctitatem veneramur. Familiã se dixit eiusmodi habere velle, quæ

Familia Pij V.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam Iubilei gratiam, sua peccata confitentium multitudo.

Capta fuit per hos dies nauis longa insignis cuiusdam piratę, in qua Christiani octoginta captiui visebantur, qui decem & eo amplius annis miserrimam pertulerant seruitutem. Eos, cùm Romá veniissent, Pontifex humanissimè accepit, & vestibus atque pecunia donauit. Exemplo integerrimæ vitæ illius permulti ad meliorem frugem se recipiunt, adeò vt etiàm ex Iudęis ampliùs cętum, doctrina & opibus præstãtes, ad Christianam religionem accesserint. Porrò in vsum catechumenorum emit Pontifex magnificentissimas ędes, quibus etiàm suos reditus haud contemnendos attribuit.

Iudæi ad fidem veniũt.

Huius anni Augusto mense morbus periculosus vrbem inuasit, ità vt plurimi cum tota familia decũberent pessimè affecti. Ibi sanè videre erat Pij Pontificis singularem pietatem. Nam singulis misit pecuniam, omnibus decem medicos adhibuit, multaq; alia solatia insigni liberalitate imptiuit, adiunctis etiàm religiosis viris, q animarũ curã gererent. Dici facilè non queat, quanta iam in Clero & populo cernatur sub hoc pontifice Romę morum reformatio: & licèt iam senio affectus sit, at tamen ipse vult audire, videre, cognoscere controuersias pleraſq; omnes: assiduis incũbit precibus, multùm ieiunat, in victu summa vtitur temperãtia, quotidieque rem diuinam facit, quod profectò mirum videri queat in tanta ætate. Sed vt ipse quoquè fatetur, inter hæc tot tantaque negocia, quibus continenter occupatur, tam prospera aliquandiù vsus est valetudine, vt vix vnquàm rectiùs valuerit.

Liberalitas Pontificis in ægrotos.

A piratis redimi curauit nepotem suum exigua quidem pecunia, fortasse Tureis nesciẽtibus quòd esset pontificis nepos. Hũc ad se accitum, non alio habitu videre voluit, quàm quo fuerat vsus dũ sederet ad remos captiuus, qui vilis erat. Admonuit autẽ eum sanè grauiter, vt ex anteacta miserrimè in ea seruitute vita, disceret ad bonam frugem se recipere, & Deo seruire. Deindè equo & equestri officio, vndè centum aureos annuos habeat, donatum, ad suos remisit. Hoc & pleraque alia facilè testantur, quàm non sit studiosus cognatos & propinquos suos ad opes & honores prouehendi.

Nepos pontificis redimitur à piratis.

Solebant adhiberi instrumenta musica, quotiès põtificis & cardinalium habebaẽ consistoriũ. Eam cõsuetudinẽ voluit sublatã. Crebrò vrbis Ecclesias visitat, & ad Clerũ concionaẽ. Familiã suã magno studio reformat, q sciat indè exempla manare ad Ecclesiasticos oẽs, vt ipsi quoquè se suosq; ad ipsius exemplũ componant. Initio mensis Octobris familiares suos omnes conuocauit, concionẽ ad eos habuit, & inter alia, q ijs obseruanda pscripsit, voluit vt singuli suũ indicarẽt nomen, ordinem & sacerdotia. Sacerdotes vt minimùm ter in hebdomada sacrificiũ faciãt, cæteri, pśertim diaconi & subdiaconi, saltem quintodecimo quoquè die cõmunicent, edixit. Sacris ordinibus initiatos, aut Ecclesiæ prouentus percipientes, habitũ iussit ferre clericalem atq; tonsurã, nec vestes habere nisi ex lana simplici absq; vllo serico. Turgida femoralia pati non vult. Aulicos

Familiæ reformatio.

suos omnes, nè ocio tempus malè perdant, iussit sacrę lectioni, quam ter in hebdomada sacri Palatij Magister habet, interesse: Fiunt etiàm in aula pĺectiones Philosophicæ. Porrò non paucos suis libros ecclesiasticorum scriptorũ dedit, vt ijs legendis dum pontificem vicissìm obseruant, tempus vtiliter transigant. Nihil in suorũ moribus, habitu, colloquijs, & tota deniquè viuendi ratione vitiosum, & quod praui sit exempli, tolerat. prę fecto custodiæ corporis sui mãdauit, det operam, vt milites sui tranquillè & sinè insolentia viuant.

Prælectiones in aula Pontificis.

Impudicas mulieres, publico proposito edicto, ab vrbe expelli iussit. Erant tum Romanorũ pleriq;, qui se vehemẽter opponerent, dicerentq; si meretrices ab vrbe excluderentur, magnũ id Reipub. annui q̃stûs dispendium allaturũ: Pontifex tandèm ità eis silentiũ imposuit, vt assueueraret se cum tota Curia sua aliò migraturũ, nisi illa hominũ fæx profligaret. Ità ille coactę sunt discedere, interìm tñ nonnullę in vicis ignobilibus ob peiora vitanda relictæ sunt, cùm priùs in vijs publicis & splendidis ædibus magno numero habitarent. Quędã ex ijs, quæ prę cęteris maiorem infirmis animis tentationum & ruinarum materiam prębituræ videbantur, à tota ditione Ecclesiastica nominatìm relegatæ sunt.

Meretrices proscribuntur.

Alio quoquè edicto vetuit, nè quis ex ijs qui Romę degunt, hospitia publica & cauponas Vrbis conuiuandi & cõpotandi gratia adeat, nec q̃quam in ijs ludere sinat. Eo edicto multa flagitia & peccata resecata sunt, effectumq; vt hospitia aduenarũ cõmoditati seruiant. Nebulo qdam obscurus maledico quodã Pasquillo vel famoso carmine Pontificem cõtumeliosè proscidit. Is tandèm cõpræhensus, & Pontifici oblatus, cùm ab omnibus diceret seueriſſimè plectendus, iussus est à Pontifice carmẽ suũ recitare, tum exponere, cuius vel consilio vel voluntate id scripsisset.

Clementia in maledicũ

Dicente eo se non nisì mali dæmonis id instinctu cõposuisse, Pontifex respondit: Si tu mihi vt summo Pontifici maledixisses, nõ ferres impunè. Ad nunc quia in fratrem Michaelem, in monachum scarponem, in Cardinalem Alexandrinũ conuicia iactãsti, abi liber quò vis. Ego verò humilitatem generis mei, vitæ & habitũs, semper & animo retinebo, & libens confitebor, & ero vilis & abiectus in oculis meis. 1. Reg. 6.

Tuta itinera

In tota Ecclesię ditione accuratissimè edixit, vt itinera à latronibus tuta seruẽtur: si quis à latronibus cædatur, ait se pœnam exacturum ab illis, in quorum vicinia id accidisset. Nobiles quidam Poloni ab hæresi Dei benignitate ad fidem sanam Catholicæ Ecclesiæ reuertisse ferebantur. Id vbi Pontifex resciuit, mirificè gauisus est, datisque ad illos humanissimis literis hortatus est ad perseuerantiam. Mirum enim in modum lętatur resipiscentia eorum, qui fraude diaboli in hæresin prolapsi sint. Cognatos suos & consanguineos omnes iussit ab vrbe abscedere, pter nepotẽ Cardinalem, & alterum in collegio Germanico literis incumbẽtem: in quo appáret animus ab omni immoderata erga suos affectione prorsùs liber. Cardinalibus quoquè grauiter mandauit, vt familiam suam ad habitũs & morum honestatem informent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oratio ad Iudices.

Euocauit quandoquè ad se Cardinales, qui p̃sunt inquisitioni, item q̃ Rotæ auditores, (quod iudiciũ est in vrbe exactissimũ atq; p̃cipuum) reli quosq; qui Romę iudicijs p̃sunt, doctissimaq; oratione hortatus est oẽs, vt in exercendis iudicijs synceros & integros se præbeãt, minas etiàm intentans ijs, qui secùs facerent. Meretricibus, quas in vnũ vrbis angulum reiecit, seueriter præcepit, nè per vrbem vagentur: contrà facientes, iussit publicè flagellari. Duo verò aut tria illis designauit templa, q̃ sacrificij & Concionis auscultandę causa petãt. Ex ijs pleræq; nupserunt, aliæ cõplures cupiũt, honesta reperta cõditione, ex ea se turpitudine extrahere: nec Põtifex se defuturũ illis dixit, quas paupertas à sectãda pietate remoraret. Eas autem, q̃ sinè sacramentis in ijs sordibus decederent, in sterquilinio vult sepeliri, quod multis calcar addet ad meditandã resipiscentiam. Est Romæ Academia, quam vulgò Sapientiam vocãt. Ea iam collapsa erat, & eius liberales annuos prouentus quidam sibi vendicârant. At Pontifex eos iussit restitui, vt ijs alantur scientiarum omnium egregij professores.

Meretrices redeunt ad bonã frugẽ.

Academia restituta.

Iussit etiàm, quod ante eum fecerat Pius II. vt qui Magistratu defuncti sint, administrationis suæ totius rationem exigantur. Decreuit etiàm per totam Italiam mittere Visitatores, qui ab episcopis, Collegijs Canonicorum & Monasterijs rationem gubernationis reposcant. Monasticam disciplinã, quæ multis locis proh dolor nimiùm laxata, immò collapsa est, summoperè curat restituendam, atque in primis apostatas omnes seueriſſimo anathemate percussit: nè qui tamen ex ijs animum despondeant, hortatus est primarios monachorum præfectos, quos Generales vocant, vt suos singuli apostatas requirant, eosq; piè & humaniter tractent. Verùm ex ijs pleriq; attrita sunt fronte & indomabili corde, qui seipsos, desperantes, tradiderũt impudicitię, secumq; alios quoscunq; possunt, trahere conantur in puteum abyssi: qui vtinàm per principes arcerent vbiquè àdocendi functione, quia reuerà longè omnium pnicioſissimi sunt id genus deplorati apostatæ, posteaquàm in hæresin „plapsi sunt: id quod tum in nostra Germania, tum vicinis regnis & prouincijs res ipsa plùs satìs declarauit. Sed ijs omissis, ad Pontificem redeamus. Is sanè huius anni sacrum illud tempus, quod aduentum Domini vocamus, tametsi senilis ætas à ieiunijs illũ facilè eximeret, quotidianis ieiunijs, crebrioribus precibus, largioribus eleemosynis religioſissimè voluit obseruare, libẽterq; sacris concionibus adfuit: quo exemplo permulti ad illos sacros dies piè transigendos incitati sunt: nec interìm tamen optimus Põtifex quicquã de ijs, quæ ad suum officium pertinerent, prætermisit, nec detrectauit solito more priuatis personis humaniter prębere aures.

Pontifex vt Aduentum exegerit.

Fit nonnunquàm, vt ære grauentur alieno etiàm Cardinales, quorum cùm sit excellens dignitas, nemo eos facilè vel in ius vocare, aut cõtra illos ferre sententiam, vel latam exequi audebat. Id sentiens Pontifex, grauissimè edixit, vtì nec ipsis Cardinalibus, si sint de ære alieno delati, parcatur, sed contra eos iudices liberè pronuncient, pignora quoquè ab eis auferãtur, domus ipsa diripiatur, donèc creditoribus sit satisfactum. Atq; interìm erga illum mira est Cardinalium obseruantia & reuerentia.

Non vult parci Cardinalibus.

Festa Natalitia huius anni magna deuotiõe coluit, adeò vt in ipsa nati Saluatoris sacratissima solẽnitate horam circiter decimam nocturnis precibus & primæ Missæ interesse curàrit, deindè in domestico sacello primam & secundam Missam deuotissimè fecerit, cũctis familiæ suæ hominibus sua manu Eucharistiam præbuerit, & tandèm apud D. Petrum tertiam Missam solenni ritu celebrârit, porrò etiàm pomeridianæ concioni interfuerit. Possent multa alia de hoc dignissimo pontifice commemorari, sed hæc in præsens sufficiant pro hoc anno. Vident, nisi fallor, nostri Euangelici prędones, hæc quæ diximus, eiusmodi esse, vt non possint meritò non laudari. Desinant igitur carpere & proscindere Romanos Pontifices, imitentur huius Pij V. virtutes. Sed sat scio, progenies ista viperatum hæc quoquè præclarè gesta dente canino arrodet, & pessimè interpretabitur. Hoc enim apud illos in more positum est, vt si videant Catholicos, præsertim Põtifices & qui in Clero sunt, piè & religiosè viuere, eos vocent hypocritas, & q̃ suis meritis in gloriæ CHRISTI derogationem fidant: sin autem malos in ijs mores quosdam cernant, eos ad vulgus odioſissimè traducãt: nec dubitẽ dicere, si è cælis ad nos descendant Petrus & Paulus sanctissimi Apostoli, & ità viuãt vt olìm in terris vixerunt, istos nostros portentosos noui Euangelij buccinatores permulta habituros, quæ in illis atrociſissimè lacerent & proscindant.

Vt celuerit festa Natalitia.

Et quid mirum est, eos etiàm optimos quosque & Catholicæ religioni addictos rodere, conuiciari, proscindere, cùm etiàm mutuò sese, vt sæpè dixi, tam hostiliter insectentur? Est hæc quædam pœna gigantææ arrogantiæ, qua isti tument, ponuntque etiàm in cælum os suum. Vt enim homines possint intelligere, quàm nihil tutum sit eorum sequi doctrinam, misit inter eos DEVS dissensionis spiritum, quo mirabiliter exagitati, non desinunt publicè editis libris innumeris mutuò se horrendum in modum conspuere & lacerare. Ostensum est hoc iam crebrò locis superioribus, nec tamen vnquàm satìs ostendi potest: adeò illi semper manent sui similes. Sunt inter Zuinglianos & Luteranos perpetuæ contentiones, edunturque identidèm ab vtraque parte scripta plurima, quibus alij alios oppugnant. Est inter Zuinglianos è præcipuis vnus Henricus Bullingerus, inter Luteranos Iohannes Brentius, vterque iam grandæuus. Isti pro more sui Euangelij se honorificè inuicèm tractant, sed tamen Bullingerus astutè nonnihil se premere conatur, & miscet mella piperi, nec potest tamen imperare sibi, quin subindè egregiè perstringat aduersarium Brentium. Scripserat Brentius de maiestate Christi librum contra Petrum Martyrem apostatam Franciscanum & istum Bullingerum. Huic libro respondit Bullingerus. Rursùs adfert suum scriptum contrarium Brentius, quem Bullingerus vocat Arabium tibicinem, & scriptum eius acerbissimũ & caliginoſissimum. Adeò verò prolixum quoquè fuit, vt Bullingerus arbitretur annum propè integrũ in eo Brentium consumpsisse. Et quanuis non sinè magno tædio, vt ipse scribit, librum hunc nebularum vastum inspexerit & euoluerit Bullingerus,

Spiritus dissensionis inter hæreticos.

Contentiones inter Brentium & Bullingerũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obitèr duntaxàt perstringendum duxit: sed hoc ità tamen facit obitèr, vt Brentius se sentiat non valdè molliter acceptum: nec mirum, cùm ipse, si Bullingero fides habenda est, longè sit maledicentissimus. Et vt Lector nôrit, quo de scripto Bullingeri agã, nouerit anno 1564. edidisse eum Repetitionem & dilucidiorem explicationem quandam, eiq́ue ceu coronidem apologeticam addidisse, qua perstringit Brentij recognitionem. (sic enim est titulus libri Brentiani) In hac Coronide apologetica dicit pios omnes concorditer censere, Brentium peccare enormiter edendis libris suis maledicis, &c. eum petulantissimè cõculcare fidem & doctrinam Ecclesiarum, nempe Zuinglianarum, quarum dogmata vocet Brentius calumniator cacodoxa. Dicit, Brentium nullo Dei spiritu bono doctum, iudicare ipsum Bullingerum inanes & sinè fide profundere voces, & ceu aprum Calydonium vineam Domini euertere. Dicit, quisquis Brentij reliqua his coniuncta inspexerit propiùs, illum visurum apertè virulẽtis redundare edacissimi liuoris morsibus. Non sic scriberet Bullingerus de Brentio, si is in Romanos Põtifices aut monachos ea scripsisset, quæ scripsit in hæreticum Bullingerum. Sed qui nunquàm desinunt lacerare Põtifices, debent nonnunquàm id genus atrocissimos morsus mutuos sentire. Sed pergamus videre alia multa in tam breui Coronide. Petrus Martyr iam obiërat: eum Bullingerus vocat beatæ memoriæ, sicut & Melanchthonem, cuius quidem Melanchthonis etiàm testimonium profert contra Brentium, quòd scripserit, vt trãssubstantiationem, ità & vbiquitatem corporis Christi excogitatam esse non ità pridèm, & portẽtosam. Et verum quidem scripsit Melanchthon, doctrinam vbiquitatis corporis Christi non ità pridèm excogitatam esse: sed quod idem de transsubstantiatione asserit, suo more mentitur, cùm ipse quoquè non neget D. Ambrosium sensisse panis naturam mutari in Eucharistia, idemq́ue sentiant veteres sancti patres omnes. Nec tamen negat Bullingerus, ipsum Melanchthonem vnà cum Brentio fuisse Zuinglianis infensum, adeò vt existimauerit se bona conscientia illos pro fratribus agnoscere, nõ posse, sed tamen tãdèm factum esse illorum summum amicum & fratrem intimum. Hoc verò tametsi pertinaciter de Melanchthone negent Luterani quidam, quòd ad Zuinglianos defecerit, nec careat nota turpissimæ leuitatis & inconstantię, tam varias vna eademq́ue de re amplecti opiniones: at vult nihilo minùs Bullingerus plurimas, quibus id probetur, Melanchthonis manu scriptas epistolas posse proferri, neq; id leuitati aut incõstantiæ, sed saluberrimo eius profectui esse tribuendũ. Scilicèt egregius profectus est, ex Luterano transformari in Zuinglianũ. Vellet autem Bullingerus etiàm Brentium ità ꝓficere, quẽ, quia id nõ vult, vocat ceruicosum, irreconciliabilem, & Ioannẽ in eodem. Præclara sunt hæc hęretici de hæreticis testimonia: pergamus ad reliqua. Ait Bullingerus, Brentium abuti veterum testimonijs ad suum institutum commonstrandum: quasi verò non idem faciat etiàm Bullingerus, & desertores omnes Catholicæ Ecclesiæ. Quàm autem absurda est Bullingeri doctrina, quandò ipse qui-

Bullingeri de Brentio testimonia.

Melanchthõ olim hostis Zuinglianorum, pòst summus amicus.

quidem Brentium ait verborum ludere præstigijs, cùm id faciat ipse Bullingerus, simul asserens & Christum se è cęlo non detrahere, vtiquè secundùm humanitatem, & tamen eum vera sua carne fideles suos in Cœna pascere. Sed talibus præstigijs illudunt isti indoctę multitudini, atque vtinàm vel tandèm resipiscant. Et hoc quidem loco vult Bullingerus lõgè tutiùs fidem commodari patribus, quàm Brentio, quem dicit nupèr natum, nec semèl deprehensum lolio victitare & strychnum bibere. Sed si patrum authoritas apud istos hæreticos, tam Brentium quàm Bullingerum, eorumq́ue similes valeret, iampridèm esset pax reddita Ecclesiæ, & profligati essent errores omnes, quos isti ab iuferis excitârunt, aut è suis cerebris partim effinxerunt. Verùm tanti illi faciũt tum patres, tum Concilia omnia, quanti volunt, immò sanè prorsùs nihili, vbicunquè ab ipsorum impijs commentis & prauis dogmatis discrepãt. Pergit Bullingerus contra Brentium, eumq́ue dicit tergiuersari, suffugia latibulaque quærere, sese implicare, & quid dicat ignorare, denique supplices circũagere, & naribus trahere. Et hoc quidem verè dicit Bullingerus, sed homo versutus seipsum suo sibi ense iugulat. Nam idem præclarè faciunt etiàm ipsi Zuingliani, dum negant Christi corpus haberi substantialiter in Eucharistia, & tamen affirmant vera nos eius carne vesci. Itaque vbiquitatem Brentij meritò ridet Bullingerus, sed non minùs ipse meritò ridetur à Brentio, dum negat corporalem Christi in Eucharistia præsentiam. Atque vtinàm contenti illi essent, in suas istas inextricabiles incidisse plexitates & labyrinthos, nec miserrimam plebeculam secum eò pertraherent. Sed ad rem. Adijcit porrò Bullingerus, Brentium vociferari, negocium sibi esse cum viruléta excetra, & cum scorpionibus venenatissimis, denique cum homine effronte, cum sophista, omniumq́ue mortalium nequissimo, & quidem his emblematis frequenter ornare Bullingerum. Quis non credat vera dicere Brentium, tantum Luteri discipulum? Sed iam Bullingerus eò se confert, vt doceat Brentiũ, qua ratione de vbiquitate agere debeat. Nam ità diceret, inquit: Vbiquè gẽtium in Ecclesia ingrauescit fastus, superbia, auaritia, vsura, blasphemia, calumnia, spurciloquentia, ebrietas, crapula, luxus, libido, incestus, ira, cędes, contentio & inuidia. En hi sunt fructus istius noui euangelij, quos etiàm ipsi eius prędicones fateri coguntur. Nos his addere possumus, vbiquè ingrauescere incestas libidines apostatarum. Sed his tot malis an non illi præclarã obtulêre occasionem, qui solam fidem crepant, Ecclesiæ sacramenta conuellũt, instituta Ecclesiastica exibilant, carnis libertatẽ ꝑdicant, & iam olim condẽnatos errores pro verbo Dei imperitis venditant? O vtinàm quandoquè videant homines, quę hominum commenta pro verbo Dei amplexi sint. Poterat his flagitijs fieri medicina, si nõ esset exposa ab istis infaustis dogmatistis disciplina Ecclesiastica: q̃ etsi etiàm apud Catholicos multis locis proh dolor elãguit, nõ tñ docet vulgus impiè sentire de Canonib⁹ pœnitẽtię, quẽadmodùm hęretici isti faciũt, quos nõ pudet palàm scribere, in illa sanctiss. Nicena prima Synodo factos esse pœnitẽtię Canões, ex qui-

Præstigię hæreticorũ.

Nota.

Nota testimoniũ Brẽtij de Bullingero.

Nota fructus noui euangelij.

In libro cõtra Synodũ Tridentinã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus posteà multùm superstitionis irrepsit in Ecclesiam, vt meritum Christi non parùm hac ratione obscuraretur paulatim.

Isti enim tenebriones laxant miseris habenas, nec vident, immò videre nolunt; huiusmodi pœnitentiæ Canones non solùm non obscurare, sed illustrare etiàm meritum Christi, dum homines hac ratione retrahuntur à vitijs, monenturque sic viuere, & merita Christi ipsis bono esse queant. At postquàm Luterus cum suo satellitio docere cœpit, Solam fidem iustificare, & tollere peccata, Confessionem peccatorum nõ esse necessariam, Liberum arbitrium rem esse de solo titulo, & dum facit quod in se est, peccare mortaliter: Docendos esse Christianos plùs diligere excommunicationem quàm timere, Papam vel Ecclesiam non posse condere leges morum seu bonorum operum, & id genus alia portentosa & impia paradoxa, indè nimirùm ea in hominibus nata est vitę dissolutio, vt ipse quoque Luterus postea fassus sit sui Euangelij homines decuplo peiores euasisse Sodomitis. Arripuerũt enim improuidi mortales ab istis seductoribus sub specioso libertatis Euangelicæ prætextu oblatam ipsis teterrimam carnis & vitiorum seruitutem, & certè nulla his malis potest vnquàm sperari medicina, nisi profligatis istorum hominum impijs dogmatis redeatur ad vnitatẽ Catholicæ Ecclesiæ, & in ea instauret collapsa multis locis Ecclesiastica disciplina, id quod modernus Pontifex Pius V. admodùm seriò conatur, nec infeliciter ea in re progreditur. Donèc autẽ erũt homines in tot sectas inter se dissectas & procaciter corrixantes distracti, hæc quæ Bullingerus commemorat, scelera & peccata non poterunt non in dies magis magisque augeri, quandoquidem sectarum istarum signiferi & buccinatores, hominum animos omni ferè religione soluunt, prauisque erroribus imbuunt, abstractosque à Christi corpore, quod est Catholica Ecclesia, malis dæmonibus illudendos, & in quæuis flagitia nullo negocio impellendos obijciũt. Quorum enim in cordibus fides corrupta est, in ijs Christus hãbitare non potest: vbi autem ille non hãbitat, dubium non est, illic sibi domicilium constituere tartareos spiritus. Sed ad Bullingeri Coronidem redeamus.

Luterus in Assertionibus suis.

Ait Brẽtium scribere de se, nempè Bullingero, quòd atram in se bilem releuet, meraque & pura mendacia proferat. E diuerso probat Bullingerus, Brentium bellè consentire cum doctrina Suenefeldiana, cùm tamen id Brẽtius perneget. Præclara sunt, vt dixi, hæc emblemata, quibus isti gigantes se mutuò ornant: & tamen hi sunt capita Luteranorum & Zuinglianorum. O miseram plebem, quæ tales habet dogmatistas. Audiamus & alia: dicit Bullingerus, Brentium Vatinianо in Zuingliũ feruere odio, & Adria iracundiorem atrę bilis nimbos, æstus, tempestatesq;, ante multos nimirùm annos conceptos, impetuosè effundere, & Zuingliũ omnigenis conuicijs perfundere, atque ex vera filij Dei Ecclesia illum excludere, doctrinamque Zuinglianam vocare impiam, atque inter cætera obijcere Zuinglianis iconomachiam, quam sanè vsqueadeò non negat de se suisque Bullingerus, vt apertè fateatur se suosque & dici & esse malle ico-

Brentius Suenefeldianus.

Brentius ardet odio Zuinglij &c

Obijcit Zuinglianis iconomachiam.

le iconoclastas, quàm iconoplastas. Itaq; & hac in parte videmus diuersa Luteranos & Zuinglianos sentire, Luteranos iconomachiam damnare, Zuinglianos amplecti. Hoc autem à Brẽtio grauiter obijcitur Bullingero, quòd ab irato & furioso Lutero, ad placidum & extra contentionem loquẽtem, se scripserit appellare. Eccè videmus etiàm hæreticos in Lutero aduertisse furorem: & fuit ille sanè impotẽs & rabiosus homo: cur igitur non pudet talem furiam sequi? Sed Luterum Luterani tertium volũt esse Eliam, & Bullingerus quoquè in hac Coronide ait se dona in Lutero & multa & magna libenter agnoscere. Sed in religionis negocio furiosum esse, quis quæso inter Dei vel infima dona numeret? O cæcos doctores, cæci, immò furiosi, doctoris asseclas. Addit autem Bullingerus, Luteri adulatores, immodestiã hominis excusantes, dixisse palàm, heroica ingenia non rarò corripi furore, non poëtico quidem illo, sed planè Diuino aut Theologico.

Ità habuit Luterus suos adulatores, qui eius furorem, diuinum dicerẽt. Quid hîc possumus aliud, quàm lugere hominum ætatis nostrę cæcitatẽ, qui ista tam absurda sibi sinunt persuaderi? Pergit Bullingerus, & ait satis hîc apparére, quàm anhela mente Brentius in ipsius inhiet exitium. Deindè commemorat quasdam Brentij antilogias pugnantesque sentẽtias, vt qui quandoquè scripserit verbum ad panem ferre id quod continet, nempè corpus Christi: nunc autem scribat, non posse crimen Papisticæ magiæ effugere, qui recitatis in Cœna Domini verbis putet corpꝰ Christi adduci: cùm tamẽ & Luterus multis locis scribat, teste Bullingero, verba Cœnę conficere corpus & sanguinem Christi: ità vt iam ipsius Brentij iudicio non ipse duntaxàt, sed & tertius Elias Luterus, magus sit appellandus. An non hæc sunt eximia præconia? Ità cæcus Brentius dum sibiipsi contraria scribit, sua ipsius sentẽtia fit magus. Sed absit, vt Christi sermonẽ, quo sacrosancta Eucharistia conficitur, ad magiam pertinere credamus. Dicat hoc & sentiat Brentius cum suĩ similibus, daturus quandoquè pœnas æternas tam nefariæ blasphemiæ. Ait porrò Bullingerus, tantùm non rumpi Brentium præ nimia ira, obijcientem Zuinglianis malitiam fingendi, mentiendi, rectè dicta calumniandi, deprauãdi, inuertendi, & quid non? adijciẽtem etiàm, sibi cum Luciano (Bullingerum dicit) in schola Epicurea negociũ fore. Egregia sunt hæc: sed necdùm satis multa Brentio. Rursùs autem nè Bullingerus taceat Brentio, ait illum summis viribus cõtendere, cælum, in quod assẽdit Christus, nec locum esse, nec loci quidem nomen. O insaniam. Pergit Brẽtius, referente Bullingero, & dicit Zuinglianos veritatem ab alijs manifestatam, oppugnare: sed rursùs à Bullingero egregiè irridetur ob ineptissimas quasdã & stultissimas deliriones, cogiturque ferre Bullingerum ista palàm scribentem: Ità ineptè & perplexè illum Diuina loqui voluit prouidentia, vt vel hinc pij & curabiles lectores intelligerent, refugiendum sibi esse à doctore, qui postquàm Archytæ crepitaculum diù & abundè pulsauit, tandèm se ignorare fatetur quid dicat, aut de quibus asseueret. Hæc de Brentio

Brentij antilogiæ.

Bullingerus de Brentio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Brentio Bullingerus, sed q̄ in ipsum quoquè Bullingerum pulchrè quadrent: sicut & illud, quod ait Brentium scripturæ Diuinę & etiàm Augustini sententijs abuti: quod certũ est omnes istius infausti Euangelij Buccinatores & feciſſe hactenùs, & facere. Absit enim vt vel scriptura Diuina, vel sancti Patres illorũ teterrimis erroribus vlla ex parte faueant, tametsi non pudet eos pro se sacra Biblia Patresque citare. Habet deindè Bullingerus etiàm fœdissimum Brentij de inferno errorem, fatentis infernum quidem esse, negantis verò locum esse. Ità Brentius cælum tollit pariter & infernum: nec minùs impiè Bullingerus tollit è Sacramento substãtialem corporis Christi præsentiam. Non potest, inquit porrò Bullingerus, in Brentio probari nimia eius licentia in scripturis detorquendis, & quòd nulla necessitate recedit à receptis concordi in Ecclesia consensu expositionibus, immò & doctrinis. Certè non debent hæc in Brentio tolerari: sed neque in Bullingero, in quẽ hęc non minùs quadrant quàm in Brentium, à quo se Bullingerus scribit eiectum ex Ecclesia Christi, sed contemnit æquè Brentij vt Romani Pontificis excommunicationem. Ait enim se brutum iudicare Brentij fulmen. Meritò sanè contemnuntur eorum fulmina, qui summi Pontificis anathemata contemnũt, & fit istis quod Esaias ait, vt qui spernunt, ipsi quoquè spernantur. Hoc tãdem certo certiùs eueniet oñibus istis superbis gigãtibus, qui Ecclesiæ pastores in summum contemptum apud suos adduxerũt, & iusto Dei iudicio à se inuicèm intolerabili contemptu afficiuntur: id quod Bullingerus satìs prodit in hac sua breui Coronide, dum addit Brentium per prolixum & impexum librum suum, nempè recognitionem, oñes propè paginas adspersisse contumelijs atque conuicijs, porrò sub finẽ libri furioso cursu ruere in portum, clamareque Zuinglianorum dogmata esse diabolica & impietatis plena, redundare illorum omnia deprauationibus, strophis atque calumnijs: errorem illorum de Cœna Dominica non esse leuem, sed pro sua fœcunditate alios atque alios magìs sacrilegos secum trahere, satanam per illos sibi viam præstruere ad omnes iniquitates: breui futurum, vt per illos reducatur in Ecclesiam hæresis Nestorij, & nihil deniquè maneat reliquum de articulis nostræ religionis, sed inducatur in Ecclesiam ethnicismus, Thalmudismus & Mahumetismus. Hæc sunt sanè luculenta de Zuinglianis Brẽtij Luteranorum hodiè Coryphei testimonia & encomia. Porrò de Brẽtio è diuerso testatur Bullingerus sub finem huius coronidis, illum propter singulares suas opiniões furere, tumultuari, ad arma conclamare, & omnem bipẽni amicitiam dissecare. Hæc ego sanè ex breui illa Bullingeri Coronide breuiter huc adscribere volui, vt videant tamen vel tandẽm miseri mortales, quos duces in rebus grauissimis sequant̃, qui tam atrociter inter se dissentiunt, tam immaniter se mutuò proscindunt. Quòd si vel meum institutum pateretur, vel mihi studio esset omnia illorum scripta excutere, quàm multos ego Codices conficerem solis eorum contentionibus & conuicijs mutuis referendis? Vtinàm verò cunctãtiùs illi principiò admissi essent, nec tam facilè fides habita

Brentij de Inferno error.

Esa. 33.

Nota, nota.

bita foret noua paradoxa sub specie verbi Dei proferentibus. Quid verò de nobis dicturi sunt posteri nostri, cùm hęc & id genus permulta alia dicerint, viderintque illos nos homines haud secùs atquè Christi Apostolos & nuncios accepisse, qui non nisi tetros in orbem errores inuexerint, & præter hoc etiàm inter se odiosissimè & pertinacissimè dissenserint? Faxit præpotens Deus, vt vel serò videamus.

Non mihi hoc propositum est, vt istorum hominum absurditates & mutuas acerbitates omnes commemorem, nec tamen possum committere, quin vel aliquas annotem. Habet enim earum cognitio suas non mediocres vtilitates, & possunt illę certè mouere homines, vt ab illorum contubernio celerrimè se expediant. Excusa hoc anno est mense Ianuario De bonis & malis Germaniæ admonitio Iohannis Vuigandi, qui (nisi tamen fallor) vnus est ex præclaris illis Centuriarum Magdeburgensium architectis. Est is egregius & quidem Stoicus Luteranus, vt & Matthias Illyricus. In hac Admonitiõe ille primò se pollicetur explicaturum præcipua Dei beneficia, Germanię potissimùm ab anno 1517 collata, putà Ecclesiastica, Politica, œconomica, & communia quædam. Primum beneficium vocat Biblia sacra in clarissimam lucem producta, quæ multis seculis pro obscuro libro vbiquè locorum sint habita, peneque situ & squalore interiêrint: laicos publicè tantùm audiuisse Legendas Sanctorum, Theologiæ studiosos in scholis ad scholasticorum disputationes & Summas tantùm assuefactos. Ità ille Vuigandus in hoc primo referendo beneficio tam multa benè luculenta habet mendacia. Simul verò etiàm nostram Bibliorum Latinam versionem carpit, & Luteri Germanicam vsqueadeò prędicat, vt non dubitet eam tribuere dictanti Spiritui sancto, & oĩm aliarũ gentiũ versionib⁹ illam anteponat. Sed ostensum est à viris doctis, permulta loca, sua nõ versiõe, sed puersione, Luterũ corrupisse: & sanè vsq; adeò nõ satisfecit Germanis Luteri versio, vt posteà nouã cuderint Tigurini. Videt Lector quàm sint veritatis studiosi homines isti, cui⁹ gustum quendam hæc pauciſſima præbent. Proh dolor, tam malè collocari bonas horas & scribendis & legendis id genus fœdis & pernicioſis mendacijs. Addit mox, Pueros & puellas iam Biblia Germanica legentes, proprium ac genuinum sensum absque longis commẽtarijs ob oculos videre. Certè didicit Germania nunquàm pręstando dãno suo, quàm bellum sensum è scripturis diuinis tot insana capita elicuerint, dum certatìm aliæ super alias emergunt hæreses, singulis sua fœda commenta sacrarum literarum authoritate confirmare nitentibus. O quanta est horum impudentia, qui cùm videant etiàm ipsos Luteri discipulos inter se atrociter digladiari, & singulos crepare scripturas, non dubitant tamen scribere, tam clara & lucida nunc prodijsse Biblia Germanica, vt pueri & puellę genuinum sensum facilè assequantur. Nam si hoc verum est, cur etiàm grandes isti sophi inter se tam turpiter corrixantur?

Liber de bonis & malis Germaniæ.

Nota insaniam.

Alterum Germaniæ à Deo impensum beneficium est, inquit Vuigãdus noster, pręcipuorum articulorum fidei illustratio, qualis ab Apostolo-

 rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lorum temporibus hucusquè in hoc mundo non est cognita. Quis dubitet hunc hominem lethargo correptum, aut nescio quibus furijs agitatum, præ insania nõ videre quid dicat? Proh scelus, tam densas tenebras, quas isti, Argi scilicèt, in orbem inuexerũt, etiàm fidei illustratiõem eximiam dici.

Calumnia in S. Patres. Deindè etiàm tã priscos illos quàm scholasticos patres hic insignis tenebrio calumniatur: aitque discrimen legis & euangelij prorsùs obliteratum fuisse post Apostolorum tempora, sed per Luteri ministerium dilucidè explicatum. O portentum in solas terras relegandum. Talibus flosculis scatet hic Vuigandi libellus. Addit verò, in papatu inuocationem à Deo ità auersam, atque ad mortuas creaturas (sic vocat sanctos cum Christo in cælo vitam beatam viuentes) conuersam, vt nulla inter gentes fœdior vnquàm idololatria extiterit. Agnoscit Lector Stoicum Luteri discipulum, nouumque Vigilantium. Isti impij homines ferre non possunt inuocationem sanctorum, quam etiàm se gloriantur profligâsse, sed certè magno miserorum hominum malo, qui solebant ab omni antiquitate non sinè fructu ambire diuorum suffragia, quos scirent iam Christo coniunctissimos, pro ardentissimo illorum erga nos amore, plurimùm sibi præstare posse. Verùm isti miseri & cęci vt alieni sunt ab illo corpore, cuius caput Christus est, & cuius omnes sancti membra sunt, ità quoquè nullo eius spiritu vegetantur, sed traditi satanæ, vnà cum illo sanctos insectantur, nec eos à nobis inuocari volunt. Sed audiunt illi à nobis ex Augustino: Populus Christianus memorias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur. Sufficit hoc contra istos. Quæ verò Vuigandus porrò habet iactabundus de superstitiosis ritibus à baptismo amotis, (sic enim ille impiùs vocat tam antiquas baptismi cæremonias) de integra cœna reddita, de clauibus non ampliùs raso & inuncto hominum generi (putà sacerdotibus) seruientibus, & id genus alia purè Luterica, id est, verè impia, nolo hîc commemorare. Nam appáret hominẽ nihil habere hominis, sed totum obsessum à dæmone. Ait enim inter cætera, totum corpus doctrinæ cęlestis simpliciter, dilucidè, propriè, dextrè erutum & traditum esse à theologis Germaniæ, quale in omnium patrum scriptis post apostolos nullum inuenitur. Et tamen isti theologi tam bellè inter se consentiunt, quàm olim Cadmæi fratres. O infelices Germanos, qui isthęc monstra apud se ferre queunt.

Cõtra Faustum, libro 20, cap. 21.

Quid verò possit his dici monstrosius? En qui noluimus audire sanctos patres, iam istos cogimur audire insanos tenebriones, qui reuerà prę insania nescium quid dicant. Nanq; addit hic noster: Plus rerum in vno aliquo scripto exegetico Luteri in prophetam aut psalmum inuenias, q̃ in multis libris patrum. O nugatorem. Certè blasphemijs & maledictis egregiè scatent libri Luteri, digni qui flammis exurantur.

Deindè tertium vocat beneficium, quòd Antichristus Papa à Lutero spiritu oris Christi interfectus est. Hoc quidem Luterus summis viribus conatus est, vt Christi in terris vicarium Romanum Pontificem penitùs profligaret, sed frustrà. In eo aũt scelere etiàm laudare illũ, hominis est penitùs pditi & profligati, qualis certè est Vuigãdus iste, cuius valdè execrabiles voces puto nec ipsis suis symmystis probari: qualis est etiàm illa, asinũ Cumanũ Romanũ pontificẽ sibi armis cruẽtis niti vsurpare potestatẽ articulos fidei destruẽdi ac erigendi ꝓ arbitrio: quod dici non potest, nisì à sceleratissimo & deploratissimo nebulone. Certè quandoquè aduertẽt homines istorũ virus aterrimũ & intolerãdam animi malignitatẽ, odiũq; in Pontificem & catholicam ecclesiam plùs quàm Vatinianum.

Calumnia in Põtificẽ.

Alia deindè recenset Vuigãdus Dei beneficia, de profligatis monachis, de exclusa idololatria, i. inuocatiõe & veneratiõe defunctarũ creaturarũ, vt ipse vocat, de egregiè oppugnato & expugnato Antichristo Romano Pontifice, de copia doctissimorũ virorũ & salutariũ Ecclesiæ ministrorũ, (per quos vtiquè nos nisì Stoicos Luteranos intelligit) de copia itẽ innumerabiliũ librorũ à Germanis theologis, Lutero & similibus, editorũ: quę quidem eiusmodi sunt oĩa, vt nemo nisì Germaniæ proditor & hostis, ea possit beneficia vocare. Nam vt alia omittã, cùm fateaĩ iste Vuigãdus tot libros ab istis Luteranis scriptos, vt in mundo nũquàm plures in lucẽ venerint, (quod tñ est putidũ & crassum mendaciũ) potest hinc sanè liquidò colligi, quàm immanes sumptus in eos libros impensi sint, nõ solùm nullo Germaniæ fructu, sed etiàm dãno illius inæstimabili. Nã cùm pecunia ea oñis, q̃ in hos libros scribẽdos, excudẽdos, emẽdos collata est, & infinita propè sit, & nõ nisì in Germaniæ & multorũ aliorũ certissimã pniciẽ cesserit, quãtùm quidẽ ad eos attinet, q̃ taliũ librorũ lectione vel cognitiõe in hæresin pellecti sunt: quis vnquàm verbis vllis possit cõsequi, quãtùm & Reip. vtilitatibus, & animarũ saluti tot pditissima & pestilẽtissima scripta nocuerint? Et interìm tñ solẽt isti mirũ in modũ exaggerare pecuniam, quę Romam exportetur è Germania: nec volunt videre, se proditores & perditores esse Germanię, dum pro verbo Dei impias hæreses venditant incautis, & immensam pecuniæ vim exhauriunt suis pestilentissimis scriptis euulgandis, quæ vulgus imperitum auidè emit, sed nec precio exiguo, nec paruo salutis suæ detrimento.

Hæretici qui sint Vuigando.

Septimũ beneficiũ vocat Vuigandus, repressionẽ hęreticorũ, in qbus ille numerat Anabaptistas, Sacramẽtarios, Antinomos, Enthusiastas, Cothurnifices seu cõcionatores Christi & Antichristi, ꝓ quos intelligit haud obscurè Melanchthonicos & Adiaphoristas, q̃ nostra, vt ipse dicit, luce & potẽtia verbi sui Deus profligauit. Hîc iam videt lector hominis egregij Luterani censurã nõ modò de Sacramẽtarijs, quos illi ex professo oderũt, sed etiàm symmystis suis Melãchthonicis & Adiaphoristis. Qui eñ Luteri doctrinã oẽm mordicùs retinẽt, Melanchthonẽ & Adiaphoristas, qui in quibusdã à Lutero deflexisse videnẽ, ferre nõ possunt. Ità fit, vt Luterani Luteranos quoquè pẽrsequanẽ, & quidẽ valdè acerbè, vt est hęreticorũ genus maledictione & amaritudine plenũ: quod quidẽ iam sæpè dixi, & est crebrò dicendũ, dum isti noua semp acerbitatis suę argumenta in lucẽ edunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

edunt, q̃ tñ ab illis miserè cuersi nõ aduertũt. Verùm obseruatu dignũ est, quòd porrò adijcit Vuigandus, suum & suorum esse, confiteri & statuere aliquam saltem ecclesiam, licèt exiguam, permansuram vsque ad extremũ diem. Iam enim Stoici isti Luterani in eas redigũtur angustias etiàm à sectarijs alijs, vt propemodùm suæ doctrinæ successum desperare videant. Et certè in eas angustias sensìm redigentur omnes horum temporum hæretici, & tandèm veritas, aliquandiù ab istis oppressa, eluctabitur.

Transit deindè Vuigandus ad beneficia politica, & ibi splendidè adulatur magistratibus, & mentitur turpissimè, ab Apostolorum temporibus neminem æquè ac Lutherum illustrâsse doctrinam de authoritate & officio Magistratuum. Tãdèm stultissimus homo doctrinæ Lutericę oblitus, postquàm multus fuit in põtificibus & monachorum operibus proscindendis, ait magistratus pro suis multiplicibus laboribus ęterna p̃mia consecuturos esse. Vbi igitur nunc est illud Luteri, Opus bonum optimè factum, veniale peccatum esse secundùm misericordiam Dei, sed mortale peccatũ secũdùm iudiciũ Dei? itè illud, Nemo nõ certissimus esse debet, se semper mortaliter peccare, si sua vita ad iudiciũ Dei iustissimũ cõparet? Num peccatis vel venialibus vel mortalibus æterna p̃mia debent? Ità isti cęci doctores dum veritatẽ oppugnãt, sæpè pugnãtia docent: id quod Lutero quoquè accidit in doctrina meritorum, & alijs plerisq;. Tertiũ bonũ politicũ dicit esse, q̃ subditi magistratui ꝓmptiùs nũc obtẽperant: quod quàm sit vanũ & commẽtitium, res ipsa loquitur, & tumultus Rusticorũ, multaq; id genus alia satìs superq; declarârũt: & nisì Deus Luteri conatibus obstitisset, cerneremus profectò q̃ hodiè magistrat⁹ esset authoritas. Reliqua beneficia politica, œconomica, cõmunia, nè sim Lectori onerosus, ineptiẽti Vuigãdo relinquo, nec ijs cõmemorãdis tẽpus pdere volo.

In Assertionibus, articulo 32.

Ibid. Articulo 35.

Schismatũ duo genera

Accedit deindè Vuigandus noster ad mala Germaniæ enumeranda. Hîc principiò duo schismatum genera ponit, vnum à Sacramentarijs, alterum ab Interimistis excitatum. Sacramentarios dicit, superstite Lutero, Helueticos tantùm quosdam montes fuisse tenere coactos: illo extincto, seminatores istorum zizaniorum longè lateq́ esse progressos. Putabãt Sacramentarij se præclarum quippiã prę Lutero vidisse, sed vident suam doctrinam à Vuigando zizania vocari. Et quanuìs hodiè multùm iactitent se quoquè esse Augustanæ Confessionis, at disertis verbis dicit Vuigandus, eos nec partem fuisse eius Confessionis, cùm ea Augustæ Carolo 5. exhiberetur, nec deinceps sese eidem adiunxisse. Et verũ diceret Vuigandus, si non Melanchthon illam confessionem subindè recoxisset, atque tandèm ad castra Sacramentariorum deflexisset. Addit autem Vuigandus, non in re sacramentaria tantùm, sed in alijs quoquè articulis non postremis publicè sacramentarios impingere.

Interimistę.

Accedit deindè Vuigandus ad alterum schismatum genus, ipsis planè, vt dicit, intestinum, eoque longè pernicioſius. Sub hoc compræhendit Melanchthonicos & Maioristas, tametsi nominatìm non exprimit. Istis tribuit perplexas, ambiguas, flexiloquas, vafras, & astutas locutiões, eosq́;, licèt

licèt impiũ, vt ipse vocat, dogma illud, Bona opera ad Salutẽ esse nécessaria, & pleraq; alia mẽdacijs & fucis stabiliãt, tñ sinè omni fronte scriptitare, sese à syncera Dei & Luteri doctrina nè pilum quidem declinâsse. Non enim patitur Vuigandus operum & pœnitentię concionem, sed sola fide cum Lutero suo rectà euolat in cælum Plutonis.

Nota satanicam malignitatem.

Tertiũ malũ vult esse Vuigandus, q̃ remissiùs iam Lutero mortuo impetitur & laceratur Romanus Põtifex. Eccè tibi hominis deploratissimã amentiã & aterrimã cæcitatẽ, qui hoc ipsum ꝓ magno malo numeret, q̃ abstinetur à iactandis conuicijs & cõtumelijs in põtificem. O plùs quàm Cimmerias insani pectoris tenebras. Ait enim: Necesse est, si Ecclesia Christi iterùm rectè purganda est, vt alacri pectore & coniunctis vocibus atq; stylis ardentiùs ac luculentiùs Antichristus oppugnet, q̃ aliquot annis factum est. O quas dabunt isti olim pœnas tantę peruersitatis: sed homines impij, qui iam in ꝓfundum venerunt malorum, contẽnunt donèc in illum abyssi puteum detrudant. Nõ vident isti miseri & omni lachrymarũ fonte plangendi, quàm nihil minùs deceat hominẽ è religione Christianum, quàm ista teterrima maledicendi petulantia, p̃sertim pastori ecclesiæ, cui, velit nolit Vuigãdus, Christ⁹ cõmisit pascẽdas oues suas, omnemq́; illi illatam iniuriam & cõtumeliam, sibi factam ducit. Sunt hæc profectò eiusmodi, vt pijs animis vberrimam suppeditẽt plorandi materiam, quòd populus Christianus precioſissimo Christi Iesu sanguine redemptus, ab istis immanissimis lupis & scelleratissimis nebulonibus tam miserè seducitur, & ad proscindendũ & conspuendũ pontificem etiàm incitatur. Sic Christus nõ docuit, neque Apostoli eius: sed hanc doctrinã hausit à Lutero Vuigandus, & ab ipso satana Luterus.

Luterani & Zuingliani de quib⁹ inter se dissentiant.

Quartum malum Vuigandus iste ait esse ignauiam vigilum Ecclesiæ Dei (sic vocat illum Luteri cœtum, qui rigidos habet Luteranos) in refutandis erroribus, putà Sacramentariorum &c. Sunt sanè, qui putent inter Luteranos & Zuinglianos solam esse de Eucharistia controuersiam. Sed cùm pleriq; alij Sectarij, tum hoc loco etiàm Vuigãdus disertis verbis testatur, nõ de rebus friuolis & ineptis, sed de summis capitib⁹ doctrinę cęlestis esse inter ipsos disceptationẽ. Quin & inter ipsos Luteranos nõ leues cõtentiones sunt, vocatq́; hic noster Vuigandus quosdã nostrę ætatis Pelagianos, haud obscurè significans Lipsenses dogmatistas, quos etiàm impostores appellat. De nouis Sacramẽtarijs, nempè Caluinianis, id affirmat, eos verba habere tali strat⁹gemate adornata, vt ꝓ libitu eis vti queãt. Deindè adijcit explodẽda esse, tam fraudulenta spectra orationum, qbus ad fallendum imperitiores vtantẽ Pelagiani & noui Sacramentarij. Sed & Vuigandus cum sua teterrima maledicentia pariter profligandus est.

Sextum ecclesię malum Vuigãdus vult esse intempestiuam & pniciosam philosophiæ cum Theologia pmixtionem. Hoc loco rursùs, non tñ nominatìm, Vuittenbergenses & Lipsenses dogmatistas pstringit, porrò Sacramentarios aptè: nec dubitat dicere, lupos miseras ouiculas crudelissimè diripere ac deglutire. Multa hîc enumerat, q̃ ex Philosophia contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

veritatem Euangelij habeant isti quos modò duxi, Vuittenbergenses, Lipsenses, & Sacramentarij. Refert ibi, se audiente quendã præconem (intellige quinti euangelij) de coniugio ad populum declamantem, plùs q̃ viginti carmina ex Ouidio de arte amãdi protulisse. Et hoc quidem Vuigandus se detestari indicat, quasi verò suus Luterus nõ planè amatorium & Venereum nobis euãgelium protulerit, oñibus etiàm & monachis & monialibus laxans turpitudinis habenas, & in coniugio quoquè degentibus permittens dicere, Si non vult vxor, veniat ancilla.

Septimum malum est Vuigando προσωποληψία, qua viri eruditione excellẽtes, incipiunt velutì idola coli. Melanchthonẽ & quosdã alios molles Confessionistas, qui in nõnullis à Lutero discesserunt, videt hîc quoquè carpere. Enatum eñ fuit nõ leue dissidium inter Melanchthonicos & Illyricanos, hoc est, molles & rigidos Confessionistas, nec res adhuc sopita est. scripsit Melanchthon acerbè in Illyricanos, cùm tñ eius discipulus fuerit Illyricus, & ab Illyricanis damnatus est Melanchthon cum suis.

Iuuentus à quibus corrumpatur.

Octauum malum dicit, q̃ isti prosopolatrę in multis magnis & paruis scholis iuuentutem virulenter inficiunt. Dolet Vuigando, q̃ Luteri dogmata q̃dam euanescũt, & veret plurimùm, nè tãdèm ille cum suis è tota Europa proscribatur. Eccè verò iam ab ipsis quoquè Luteri discipulis dicit Vuigandus infici miseram iuuentutem. Cur tandèm nõ euigilant homines, & se totos ab omni istorum hominum commercio semèl expediunt? Satìs superq̃; à Catholica Christi ecclesia admoniti sunt, à Lutero & eius symmystis buccinatoribus reliquisq̃; noui euãgelij pseudoprophetis perdi iuuentutem, & tetros in orbem errores spargi, nec fidem tñ saniss̃imis admonitionibus habere voluerunt. En iam ipsi Luteri discipuli suos condiscipulos palàm affirmant corrumpere iuuentutem: vel illis tandèm credant, & profligatis simul omnibus, redeant ad Catholicę Ecclesiæ vnicum ouile, nec sibi semper ab istis tenebrionibus tam turpiter illudi patiantur.

Iuuentus petulans & maledica.

Nonum malum est, vt ait Vuigandus, effrenis & inaudita petulãtia & maledicentia stolidę iuuentutis, quam malè imbutam à prosopolatris dicit furere, tantùm non dira conuicia euomere in pios Ecclesiæ doctores (se suosq̃ intelligit) fœda, obscœna, crudelia, impia & scelerata scripta, pasquillos & picturas effundere, certare inter se impudentissimis mẽdacijs confingendis, qualia diabolos propemodùm ipsos puderet proferre, & vt quisque in his artibus magìs excellit, ità suis esse præceptoribus gratiorẽ, & ad maiores honores euehi. Quæ oñia dicuntur de Melanchthonicis, Vuittenbergẽsibus & Lipsensibus. Aduertit hinc Lector, q̃ sint vera & iusta p̃potentis Dei iudicia. En isti miseri nullum faciunt finem maledicendi summo Pontifici: tam multis supra modum cõtumelios̃is scriptis, pasquillis & picturis in illum Christi vicarium petulantissimè incurrerunt, & eccè ex ipsis Lutericis scholis prodeunt discipuli, qui, qua mensura ipsi mensi sunt Pontifici, illis copiosissimè remetiantur. Quis hîc nõ manibus ipsis & pedibus palpet, vlcisci Christum iniurias Vicarij sui? Et

sunt hæc tantùm initia quædam iustissimę vltionis, quę, nisì resipuerint, apud inferos crescet in immensum, & puniet blasphemos & maledicos Pontificum calumniatores & conuiciatores in æuum sempiternum. Taceo hîc de cõuicijs in Episcopos, sacerdotes & monachos iactatis ab istis, quibus isti Euangelici satiari nũquàm possunt. Sed Christus suo tempore non dederit officio iustissimi Iudicis, cuius vtinàm illi seueritatẽ agenda, dum adhuc licet, pœnitentia anteuertant.

Decimum malum noster Vuigãdus id ait esse, quòd typographię oẽs latissimè patent illis, nempè Vuittenbergẽsibus & Lipsensibus, qui non erubescant falsas doctrinas tueri & profiteri, dirisq̃; conuicijs in probos ac fideles Dei seruos (Vuigandum scilicet, Illyricum, &c.) inuehi: contrà verò, qui errores ingruentes (putà Vuittenbergẽsium & Lipsensium) indicare vel Apologias opponere pro se studeant, ijs pręla arctissimè occluduntur. Eccè rursùs euidẽtissimum Dei iudicium in Luteri rigidos sectatores, & hostes Ecclesiæ Catholicæ. Iam longè suprà dixi, cùm Luterus & sui primùm inciperent noua dogmata spargere, typographos illorum lucubrationes suis impensis politè & emendatè admodùm, porrò catholicorũ malignè & deprauatissimè alienisq̃; sumptibus excudisse. At nunc Luteri fidissimis discipulis & symmystis etiàm apud Luteranos prælа arctissimè occluduntur, & vt addit Vuigandus, isti Luterici Pontifices ter-
ritant typographos suis fulminibus, nè quicquam cõtra se suáve dogmata patiantur in suis officinis imprimi, in quos prorsùs nihil potestatis habent. Quis hic non & miretur & laudet diuini iudicij equissimam eensuram? Volebat Luterus cum suis prorsùs profligare Romanum pontificẽ, at nunc ille cum suis profligatur à suis: quiq̃; contemnebat adeò Romani Pontificis excommunicationem, vt scribere non dubitârit, docendos esse Christianos plùs diligere excommunicatiõem, quàm timere, iam in suis discipulis tales cogitur pati põtifices, vt ipsi quidem per summam arrogantiam dici volunt, qui sinè vlla authoritate excommunicent typographos, si illorum scripta excudant, qui puras putas ipsius blasphemias mordicùs tuentur. Hoc idem cæteris omnibus Põtificis & Catholicę Ecclesiæ oppugnatoribus tandèm eueniet. Addit autem Vuigandus, hac ratione solos illos regnare, solos triumphare, & tranquillam sedem sibi parare. Vellent certè plerique Luterici superintendentes Papalem sibi, si possent, parare sedẽ: quæ si illis contingeret, sentiremus mox quãtam illi sibi sumerent authoritatẽ, cùm interìm miseri non cessent Pontificẽ calumniari, q̃ is sibi ius vsurpet, etiàm vbì nullũ habeat. Certè Melãchthon quodã loco, vt suprà quoquè retuli, de discipulis suis, Lutero q̃ ipsi addictioribus, ità scribit: Cogũt concilia, quandò & vbì ipsis placet, atq̃; vendicant sibi maiorem, magìs intolerabilem, & minùs excusabilem authoritatem ac potestatem, quàm Papa Romanus vnquàm. Hæc Melanchthon. Sed non multùm dissimiliter conqueritur Vuigandus de Melanchthonicis, Vuittenbergicis & Lipsensibus.

Prela non patent Lutericis.

Nota.

In Assertionibus.

Nota.

Vndecimum malum Ecclesiæ, Vuigandus dicit Ecclesiasticæ disciplinæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vuigandus Papista.

næ laxationem. Spectatum admissi, risum teneatis amici? Planè Vuigandus iam vult Papista fieri. Ait politicos nolle pati, vt notorij, scandalosi & impœnitentes peccatores, Ecclesiæ Christi publicè indicentur, & pro publicanis & ethnicis habeantur, donèc pœnitentiam agere discant. Ecce tibi Vuigandum publicè agendæ pœnitentiæ præconem. Adijcit porrò: Blasphemare veritatem, ignominia afficere ministros verbi Dei, rapere Ecclesiastica bona, (nota Lector) scortari, inebriari, rapere, vsuras exercere, homicidia, aliaque eius generis innumera peccata eò magis inualescunt quotidiè, quia libertatem crescendi habent. En quanta est vis veritatis, vt eam plerunquè etiàm ipsius atrocissimi hostes fateri cogantur. Certè autem si restituatur vbiquè Ecclesiastica disciplina, etiàm Vuigandus ipse cum toto grege apostatarum monachorum & pseudoprophetarum, publicam debebit agere pœnitentiam. Quàm autem ridiculum est, quòd homo perditus inter alia flagitia, quæ sub istis infaustis carnalis libertatis præconibus in immensum excrescunt, etiàm bonorum Ecclesiasticorum rapinam commemorat, cùm vix vllo vnquàm seculo tot sint perpetrata sacrilegia & bona Ecclesiastica direpta, quot sub Luteri euangelio, qui sanè nouas euulgauit quandoquè Indulgentias vel Condonationes cunctis illis, qui sese facultatesque suas & existimationem in hoc expenderent, vt Episcopatus, Collegia & Monasteria funditùs delerent: aitque, eos qui hoc facerent, tam præclaro facinore verorum Christianorum & charorum Dei filiorum nomen promerituros. Atque ijs teterrimis vocibus primò inflammati rustici in Germania, maxima rebus ecclesiasticis diripiendis damna dedêre, vt alibi dictum est. Voluit Luterus iustis possessoribus auferri bona Ecclesiæ: at nunc Vuigandus quiritatur rapi bona Ecclesiastica, quasi ipse cum suis symmystis pseudoprophetis quam habeat iuris in ecclesiasticis bonis, & non potiùs in ipsum sociosq; suos quadret sacrilegij crimen, si res Ecclesiasticas veris possessoribus ablatas sibi vsurpant, vt sanè faciunt multi. Catholici potiùs conquerantur, Luterũ cum suis pseudoprophetis docuisse homines rapere bona ecclesiarum & monachorum. Quòd verò nunc etiàm Vuigãdo & suî similibus auferuntur ipsorum res, manifesta est vltio diuina, reddens eis in caput illorum, quod ipsi alijs faciendum docuerunt.

Indulgentiæ Luteri.

Duodecimum malum Ecclesiam perdens, vult noster Vuigãdus illud esse, quòd nullæ legitimæ Synodi obseruantur. Porrò nihil hîc agi dicit de Romani Antichristi, sed de ecclesiæ Synodis, quæ Confessionem augustæ exhibitã retinet. Vbi sanè & à Romano Põtifice, & à Zuinglianis, & à Vuittẽbergensibus & Lipsensib⁹ Luteranis indictas Synodos dãnat.

Itaq; illa sola rata & legitima erunt Cõcilia, q̃ vel Vuigãdus noster, vel Illyricus, vel Cyriacus Spãgebergius, aut id genus Stoicus aliquis Luteranus præco indixerit. Sed benè habet, quòd vnà cum Romano Pontifice etiã Luterani molles & Zuingliani reijciũtur. Eccè quò ¸pruit cæcus hæreticorum furor. Eodem modo Zuingliani & Melanchthonici, & Anabaptistæ & innumeri alij sectarij non ferent nisi suæ sectæ Synodos.

Quis

Quis verò istis prodigiosis teterrimorũ errorũ buccinatoribus authoritatem cõtulit Synodos cõuocandi? Quid nõ sibi sumit deplorata istorũ arrogantia? Nolunt Romano Põtifici vllũ esse ius cõuocandi Synodos, & illud tñ sibi arrogant, qui nec id quidem merent, vt inter infima Ecclesiæ membra numerent. Obitèr obseruandum est, esse quosdam Luteranos Vuittenbergæ, q̃ doceant opera bona ad salutẽ esse necessaria: at hos Vuigandus vocat pseudoapostolos. Vuigandus em̃ cum suî similibus sola fide beat⁹ est, modò sempèr crumena nummis turgeat, & Dalila foueat cubantẽ. Extat Erasmi nõ minùs verè quàm falsè dictum: Duo, inquit, quærunt Luterani, censum & vxores: reliqua omnia præstat illis Euangelium.

Luteranî quid quærant.

Conqueritur etiàm Vuigandus, Synodos Euangelicorum iuxta arbitrium potentum aut affectus hominum gubernari. Quod si diceret Papista, esset peccatum plùs quàm mortale.

Synodi euãgelicorum.

Redeat ergò Vuigandus cum suis ad Catholicam Ecclesiam, cui adest doctor & rector Spiritussanctus. Nam extra illam conciliabula cogi possunt, Legitima Concilia nulla ratione haberi possunt. Pergit verò Vuigandus, & dicit: Donèc Synodi vèl impediuntur vel differũtur, varia Zizania augmenta sumunt & dominantur, & plurimi istis erroribus suffocati intereunt. En importunissimus homo Synodos vrget, cùm ille cum suo Lutero omnes Ecclesiæ Catholicæ superiores Synodos, vbicunquè libitum est, reijciat. Si vult audire Synodos, habet & sanctissimas, & plurimas intra Catholicam ecclesiam celebratas: illas audiat. Quòd si illas audire non vult, quæ insania est, vt nos putet sua conciliabula vel pili facere debere? Dolet autem illi, quòd plurimi deficiunt à quibusdam Luteri placitis, quodque hac occasione ipse cum suis in contemptum venit: & nõ dolet illi, quòd Lutero authore tam multi à Catholica Ecclesia ad fœdissimas hæreses defecerunt. Sed paulatìm non Luteri tantùm, sed aliorum quoquè nostræ ætatis hæreticorum praua dogmata vt fumus euanescent, & veritas triumphabit. Rectè enim à Cicerone dictum est: Opinionum commenta delet dies. Laborauit iam aliquot annis veritas, sed quãdoquè eluctabitur.

Tertiumdecimum malum est Vuigando Cæsareopapatus, quo dicit destrui Christi vineam. Hîc primò Lutericè inuehitur in Papæ dominiũ, & more suo egregiè mentiens, inter cætera ait Pontificem Cæsaribus ademata pro arbitrio imposuisse vel deposuisse, & pleraque alia, quæ vel mediocriter eruditi nõrũt esse meras calumnias. Deindè ad politicos dominos accedit, ex ijs nonnullos suis terminis excedentes, ait pedem alterum superbè in ecclesiã collocare, eam pro suo arbitrio regere, ministros verbi non tantùm osculatores, sed mera scabella suorum pedum esse velle, religionum formulas seu cothurnos gignere, articulos doctrinę cudere, eosq; posteà cũ impio & armatis minis doctoribus ærũnosæ ecclesiæ Christi (putà rigidorum Luteranorum) obtrudere, vt citra omnem contradictionem amplectantur: mandata affigere atque exhibere, quibus præscribitur, quomodò & quatenùs ministri verbi Dei errores & peccata re-

Cæsareopapatus.

Politici dẽi carpuntur à Vuigando.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta reprehendere debeant, nempè, vt errores grassantes (Vuittenbergensium & Lipsensium &c.) non refutent, falsos doctores non iudicent, nec moneant eos cauendos esse: peccata hominum, quantumuis in hoc mundi fine atrocia, tantùm in genere stringant, nè quis animaduertere queat se peti, sibi scilicet agendam esse pœnitentiam. Neminem esse excommunicandum, nisi de sententia politicorum: Nemini esse denegandum vsum sacramentorum, nisi ex arbitrio aularum vel curialium, quæcũque tandèm illa causa sit. Quemadmodùm autem, inquit porrò Vuigandus, Papa excommunicationis fulmen suæ tyrannidi adhibuit: ità illi politici suas minas de expulsionibus, de carceribus, de gladijs audacissimè subijciunt. Sic igitur exurgit & in dies incrementa sumit Cæsareopapatus, & Antichristus politicus. versa vice ecclesiasticus Antichristus in politicum degenerat. Hæc omnia noster habet Vuigandus, qui postquàm delassatus ferè est Romanũ Pontificem Antichristum per calumniam appellãdo, iam idem nominis tribuit etiàm Luteranis politicis dominis & magistratibus. quis verò etiã in his non miretur & p̃dicet diuini iuris æquitatem? Noluerunt isti euangelici dogmatistæ Romani pontificis agnoscere authoritatem, iam coguntur ferre politici magistratûs longè grauius (vt ipsi indicant) iugum. Sed nũquàm sibi politici magistratus tãtum in res Ecclesiasticas sumpsissent, nisi Luterus cum suo dogmatistarum grege ad hoc eos incitâsset.

Decimum quartum malum, inquit Vuigandus, est odium & profligatio seriorum & salutarium verbi Dei doctorum, & substitutio ac copiosus numerus molligradorum ac placentia dicentium. Hoc verò longè iustiùs conqueri Catholica Christi ecclesia posset, dum profligatis catholicis concionatoribus, substituti sunt quinti euangelij buccinatores blandissimi, nec nisi placentia loquẽtes, qui miserę multitudini solam fidem ad salutem sufficere persuadent. Sed tamen audiamus, quid de se & suis

Nota. symmystis porrò dicat Vuigandus: Traducuntur, inquit, synceri & fideles verbi Dei ministri odiosissimis titulis horridorum Stoicorum, intractabilium, seditiosorum, turbulentorum hominum: muti verò canes & palpatores (Vuittenbergicos & Lipsicos Adiaphoristas &c. dicit) ornantur encomio pulcherrimo pacificorum, placidorum, salutarium Doctorum.

Nota. Addit adhuc miser Vuigandus: Reperiuntur non pauci inter ministros verbi Eeeboli & Gnathones, qui peccata potentum contra ipsorum dicta factaq;, mira fraudulentia excusare atque ornare, carbonesque ignitos supponere non verentur, vt magìs accensi politici, in doctores synceros (Vuigandum, Illyricum, Spangenbergium &c.) audentiùs sęuiant,

Luterani parturiunt. eosque è suis locis exturbent, ità vt iam etiàm plerique ex illis parturientium dolores sustineant. Hæc omnia Vuigandus Stoicè Luteranus, contra molles Luteranos concionatur: nec aduertit cæcus homo, sic se iam tractari à suis cõdiscipulis, vt ipse cum suis tractare solet Catholicos, præsertim clericos & monachos. Quis pro dignitate exprimere sufficiat, quàm multi Catholici intra hos quinquaginta annos ab istis neochristianis non mediocriter diuexati, & in summas angustias sæpè redacti sint? Red-

Reddit Deus paria Vuigando & socijs Lutericis, idque ità tamen, vt hæc omnia ferant à Luteranis. Non dormitat semper vltio diuina: lento gradu procedit, sed tarditatem supplicij grauitate compensat.

Iam verò etiàm ad politica mala se confert noster Vuigãdus. In ijs primum locum tribuit Gubernatorum dissociationi, & nõ firmæ inter eos animorum conglutinationi. Hanc certè animorum dissociationem nulli magìs acceptam ferre potest nostra inclyta Germania, quàm Lutero & asseclis illius, qui dum nouas opiniones in religionem inuehunt: & reuerà nisi data fuerit opera, vt isti à Lutero & socijs eius alijsque pseudoprophetis intra hos quinquaginta annos disseminati errores, funditùs extirpentur, & ad pristinam religionis concordiam redeatur, non possumus non pessima quæque timere & expectare. Itaque si vult Vuigandus cum suis symmystis fungi officio boni viri, palàm confiteatur se turpiter errâsse, se cum suis socijs pro puro verbo Dei nõ nisi è malo cerebro enatas prauas opiniones miserę plebeculæ venditâsse, agat publicam pœnitentiam, volutetur in sacco & cinere: & qui cum suo Lutero tam multis fuit author ad amplectendos errores, etiàm multis suo exemplo præeat ad agendam pœnitentiam, & complectendam catholicæ doctrinæ veritatem. Animorum inter principes dissociatio.

Non libet hîc omnia Vuigandi adscribere, nè sim longior, sed non est tamen omittendum sextum malum politicum, quod ille vocat rapinam & abusum bonorũ ecclesiasticorũ. Nam sacra bona, prouẽtus & reditus dicit multos politicos nimìs rapaciter contrectare, immò per fas nefasq; suæ profanæ possessioni subijcere. Sed quis hoc faciendum docuit, nisi Luterus & sui discipuli? At verò Vuigandus dicit, hanc ecclesiasticorum bonorum direptionem aurum Tholosanum & pennas aquilinas rectè appellari, & cum copia bonorum Ecclesiasticorum summam inopiam rapi. Obsecro te Lector, perpende quid iste miser dicat, & inuenies quantumuis vanos, fallaces & impios homines, tamen vi veritatis adactos, interdùm vel inuitos verum dicere. Quis dubitet, non posse cuiquam bono esse earum rerum, quæ Deo semèl dicatæ sint, direptionem? Et tamen sub Luteri Euangelio quàm multa Ecclesijs erepta sint, & quidem non solùm nullo commodo, sed multiplici etiàm Germanię & aliarum regionum detrimento, nimìs in aperto est. Pudeat hæc dicere Vuigandum, qui cum suo Lutero & socijs ad hæc designanda præclara facinora facem hominibus prætulit, dignus sanè qui vel ob id solum & præsentis & futurę vitę pœnas luat. Libêter autem commemorat Vuigãdus illud Esaiæ, Esa. 49. Erũt reges nutricij tui, quia perquàm vellet suauiter percipere largos Ecclesię prouentus, & foueri munusculis principum, cùm interìm nihil illi minùs, quàm reditus Ecclesiastici debeantur. Multis quidem locis Ecclesiarum & monasteriorum bona conuersa sunt partìm in vsus id genus ministrorum euangelicorum: sed veniet ille dies, quandò ab æquissimo iudice ad vltimum vsque teruncium omnia ab illis in gehennæ tormentis repetentur. Rapina bonorum ecclesiasticorum.

Octa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luxuria sub nouo euangelio.

Octauum malum politicum est Vuigando luxuria, quæ iam omnes, vt ipse dicit, verecundię fines perrupit atque excessit. Sed talem prolem edidit nobis Luteri prorsùs Sardanapalica doctrina. An non ille scripsit palàm, minùs virum fœmina, & fœminam viro carere posse, quàm cibo, potu, somno? Pudeat Vuigandū & suî similes horum vel meminisse, nec dubitent se suo hoc blandissimo propagando euangelio mortalibus omnibus ad omnem turpitudinem laxâsse habenas. Cùm enim Lutherus ipse continentiam professus, virginem Deo sacratam sibi iungere nō dubitârit, quod nihil erat aliud, quàm spurcissimam doctrinam suam sacrilegæ libidinis fœdissimo exemplo adstruere, nemo iam ambigere potest, illum & doctrina & moribus inuitâsse mortales omnes, etiàm illos qui solenni voto se Deo dedicârunt, ad explendas strenuè carnis voluptates: hincque factum esse, vt luxuria omnes verecundiæ, immò & diuinarum & humanarum legum, fines perruperit. Adijcit verò Vuigandus, luxuriam inter summos, mediocres & infimos impunè excrescere: vbi sanè etiàm principes perstringit. Sed quicquid huius est, nulli magìs quàm Lutetico euangelio debetur.

De vita coniugali.

Inter communia mala Vuigandus etiàm illud habet, quòd non est numerus neque finis, vt ipse ait, claudicantium & inclinantium denuò ad Antichristi prestigias. (sic vocat doctrinam Catholicę Ecclesiæ, cuius pastor est Romanus Pontifex, qui Vuigando est Antichristus.) Atque vtinàm faxit benignus Deus, vt videant tandèm homines istorum suauium euangelij noui buccinatorum præstigias, pro verbo Dei ipsis obtrusas: ità enim fiet, vt ocyssimè sese ad Catholicam CHRISTI Ecclesiam recipiant, & ab istis impostoribus toto pectore sese quàm longissimè subducant.

Inuentus fit deterior.

Quin illud quoquè adijcit Vuigandus, iuuentutem subindè fieri deteriorem, intractabiliorē, eaque vitia audere perpetrare, quibus olìm adulti vix erant obnoxij: resonare tristes querelas passìm de iuuentutis petulātia & malitia, quæ incorrigibilis planè videatur. Hæc quidem verissimè dicuntur à Vuigando, sed non vult fateri homo improbus, his tot iuuētutis sceleribus ampliſſimas fenestras aperuisse doctrinam Luteri, quemadmodùm facilè intelligi potest ex ijs, quæ suprà non vno loco memorauimus. Luterus & pueris & puellis, & viris & fœminis, & monachis & monialibus, & infimis & summis licere voluit penè quicquid libéret, dū multa palàm scribit, quę non stylo, sed laqueo & flammis vindicāda sint. An non hominis planè perditi, & dominę Veneri deuotissimi est, quòd in libro de vita coniugali scribit, non esse libertatis vel consilij, sed necessitatis & naturæ, vt quilibet vir habeat mulierem, & quęlibet mulier virum? magìs hoc esse necessarium, quàm edere, bibere, excreare, dormire, vigilare? atque ea causa teneri sacerdotes, monachos & moniales, posthabitis votis suis, liberis operam dare? Proh scelus. Et miratur adhuc Vuigādus, cùm talia pleraque alia docuerit Luterus, iuuentutem prorsùs effrenem existere? Hęc quidem ex Vuigandi exiguo libello in Catholici Lectoris

ctoris gratiam strictìm annotare volui, vt videat istorum euangelicorum hominum mutuas dissensiones, & se gratuletur illorum insidiosissimis laqueis non esse irretitum: simul etiàm agnoscat fructus noui huius euāgelij, quos nec ipsi tacere possunt. Mihi quidem non parùm molestię adfert, ex illorum maledicis & impijs scriptis hæc aliaque excerpere: sed tamen vt tum præsentes, tum posteri videant istorum cæcitatem, impietatem, impudentiam, fraudes & dolos, odiosissimeque dissentientes aliorū ab alijs animos, tametsi prosè singuli certatìm vociferētur, se purum docere euangelium, nō volui subterfugere laborem, qui possit cordato Lectori non mediocrem adferre fructum, tum ad euitandas istorum hominum sectas, tam miserè dissectas, tùm ad constantiùs permanendum in vnius sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ sana, & syncera, ac stabili doctrina.

Tomi operum Luteri corrupti.

Exijt etiàm hoc ipso anno scriptum valdè acerbum cuiusdam Christophori Vualteri Vuittenbergæ demorantis, aduersùs Iohannem Aurifabrum Vinarien sem, eiusque primum & secundum operum Luteri tomum Islebien sem. In hoc breui libello mirè iste Christophorus rixatur cum Aurifabro concionatore de corruptis Luteri operibus, tractatq; hominem Luteranum Luteranus planè Lutericè. Obijcit illi, quòd Luteri Conciones deprauatè & truncatìm ediderit: ait hominem contra suam conscientiam palàm mentiri, conuicia probraque iactare, suumq; isthuc satanicum propositum & iniquitatem tueri. Ornat miserum concionatorē multis bellè Lutericis elogijs & emblematis, quibus istorū scatēt libri.

Adfert quoquè ipsius Luteri verba, conquerentis plerosque ex liuore vel auaritia malè deprauatas ipsius concionos edere sub ipsius nomine. et cur non pateretur suarum Luterus blasphemiarum deprauatores, cùm ille non sit veritus sacras literas corrumpere? Interim tamen dolendum est, tantam esse hæreticorum audaciam, vt nihil vereantur corrumpere aliorum libros. Cùm enim istud faciāt libris Luteri hæretici, quis dubitet eos idem audere in libros sacrę scripturę & sanctorum Patrum? Hîc verò nisi legū vigilet seueritas, quod tandèm doctrinæ chaos habituri sumus? Non desunt sanè, qui etiàm veteribus illis præcipuis Ecclesiæ doctoribus manus impuras admotas esse conquerantur. Verùm hoc nouū non est apud hæreticos. Id quidem omnem vincit admirationem, quòd iste Christophorus Vualtherus, quem appáret hominem esse valdè insulsum, nō dubitat scribere, multos è præcipuis Patribus à Papistis & monachis esse vitiatos & deprauatos. Scilicèt toto orbe inter se conspirârunt Papistæ & monachi, vt omnes patrum libros adulterarent. Sed hoc dicunt isti belli euangelici homunciones, vt impunè liceat ipsis patres vel ad Luteri, vel Zuingli, vel aliorum hæreticorum impia commenta per summum scelus accommodare. Scire autē debebat rudis iste & impolitus Vualtherus, veritatem fidei Catholicæ non indigere patrum deprauationibus: sed eiusmodi adminiculis sese fulcire mendacia, quę salua esse nō possunt, nisi malis artibus id efficiant, vt veritas ab ipsis stare videat. Eat Vualtherus, &

Insignis calumnia.

 respondē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

respondeat latiùs præfationi Nicolai Amsdorffij insignis Luterani, in primum operum Luteri Tomum Ienę editum, vbi propalàm asseritur, in Tomis Vuittenbergensibus multa omissa esse: respondeat etiàm suo Aurifabro, & desinat ore impuro & maledico tot seculorum carpere monachos & Papistas.

Extant hodieque vetustissima sanctorum patrum manuscripta exemplaria, nihil discrepãtia ab ea catholicæ Ecclesiæ doctrina, quam hodieq; Papistæ profitentur, vt meritò istũ insulsum officinæ typographicæ correctorem Vualtherũ, pudere debeat tam petulantis in monachos & papistas calumniæ. Commemorat autem Vualtherus iste, Sebastianũ Munsterum apostatam monachum, reprehendisse Luteri versionem in 2. cap. Ionæ prophetæ, quòd aliter verterit locum quendam Lutcrus, quàm habeat Hebraismus, vel Hebręorum expositores: at Luterum sic illi respondisse, Non esse curandos Hebraistas Grammatistas, qui in sensu scripturæ sint Rabinistę, i. animal sine intellectu. Hoc quidem pulchrum est lutericæ modestię exẽplum. nam sic ille suos tractare solet aduersarios, conuicijs s. & contumelijs in eos iactãdis. Porrò Luteri hanc modestiã etiàm Vualtherus iste nõ segniter æmulat. Idẽ aũt ipse in hoc suo libello obijcit Aurifabro, quòd falsò affirmet infantes necdùm baptizatos etiàm actualia habere peccata. Verùm abeãt isti cum suis mutuis emblematis quò digni sunt: mihi satis est, indicâsse etiàm Luteri opera hodiè ab ipsius amiculis & discipulis deprauari, & hoc nomine etiàm illos inter se atrociter digladiari: à qua contentione etiàm Matthias Illyricus nõ est alienus.

Luterus à Munstero reprehẽsus.

Multa hoc anno alia sectariorũ scripta typis excusa sunt, qbus illi euãgelici fratres inter se contendunt benè largiter. Vuirtebergici Luterani vel Brentiani suam contra Heydelbergenses Caluinistas tuẽtur Vbiquitatem: contrà verò Heydelbergenses eam oppugnare pergunt. Accedit huc Iohannes Marbachius præco Argentoratensis, & valdè prolixo scripto cõtra Caluinistas vel Zuinglianos defendit Luteri de Eucharistia doctrinam. Scripserat ille etiàm tres Conciones, sed eas Iohannes Syluanus tam egregiè proscindit, vt in ipsa opusculi inscriptione nõ vereatur scribere, eas plenas esse erroris Eutychiani. Est nanque etiàm Marbachius vbiquitatis Brentianæ non instrenuus propugnator. Et nè desint hominibus miseris libri, quibus & legendis tempus pessimè amittant, & emẽdis nummos perdant, edidit etiàm Iacobus Smidelinus conciones non paucas, in quibus suo more pergit Lutericum confirmare & propagare Euangelium. Porrò etiàm Iacobus Schegkius Schorndorffensis libello euulgato vbiquitatem suo modo videtur velle defendere. O quot immanes impensę collocantur in pernicioſos libros, nec est eiusmodi conscribendarum & in miserrimum vulgus disseminandarum nugarum, errorum, hęresũm finis vllus. Nec hìc tamen quisquam conqueritur exhauriri homines perditissimis sumptibus, quos in eiusmodi scriptis comparandis ponunt: taceo quòd interim miseri in varias de religione sententias magìs magisq; distrahunt, & quẽadmodùm religione, sic etiàm animis

mis inter se dissentire docẽtur. Verùm hæc pestis iam eousquè progressa est, vt haud facilis appareat medicina, meritoque suppliciter rogandus sit Deus, vt maturè tandèm Christiano orbi opem ferre velit.

Hoc ipso anno 1566. cùm Christianissimus Imperator Maximilianus II. non obscurè cognouisset, Turcarum tyrannum Solimannum ingentem belli apparatũ instituisse, atque tum Hungariæ, tum Germanię atrociter imminere, in Comitijs Augustanis egit cum imperij Ordinibus de conscribendo milite aduersùs sæuissimi hostis impendentem vim & tyrannidem. Itaq; tum peditum, tum equitum instructissimus coactus est exercitus. Porrò Solimannus Turca nihil de suo in Christianos odio & acerbitate remittens, cum maximis copijs venit ad oppugnandum Sigetum, locum sanè & natura & arte valdè munitum, cui etiàm fortium virorum impositum erat non contemnendum præsidium, quibus præfuit immortali laude dignus Nicolaus illustris Comes Serinensis. Fertur in suo exercitu habuisse Solimannus ad centum quinquaginta hominum millia. Fuit autem ad Sigetum diebus nouem & viginti, nullas neque noctis, neque diei horam intermittẽs ab infestissima oppugnatione, & immanissima pilarum diuerberatione. Longum esset enarrare singulatim omnia, quę illic gesta sunt, sed neq; si velim, illud possim, quòd necdùm certa gestorum relatio ad nos peruenerit. Hoc quidem pro comperto habetur, neque Turcas vlli peperciſſe labori, vt locum expugnarent, neque nostros ab officio virorum fortium discessisse, inprimis autem clarissimũ Comitem Serinum Nicolaum, qui tota hac obsidione incredibili corporis & animi vigore immanissimis barbaris se opposuit, vt ipse quoquè Solimannus, eius summa virtute & constantia permotus, feratur illum hortatus esse, vt se ipsius clementię permitteret, illam vt eximius heros haud dubiè experturus. At ille fortis & inclytus vir, vt Christo Deo & Cæsari Maximiliano fidem inconcussam seruaret, mâluit ab illis impijs Christi hostibus trucidari, quàm ad illos deficere. Atque ità cùm diù multumque sudâsset cum suis in barbaris profligandis, tandèm cõstanter mortem oppetijt, Sigetumque in Turcæ potestatem venit, Deo id permittente propter peccata nostra. Caput verò Comitis pręcisum, distillante adhuc sanguine, oblatũ est Solimanno, quo ille immanis & sanguinarius canis mirificè delectatus esse dicitur, vt facilis coniectura sit, quàm sæuo prorsusq; crudeli & tyrannico ille pectore fuerit. At tamen nè semper illud atrocissimum Christianorum flagellum sua tyrannide frueretur, non diù post hanc victoriam superuixit. Vt inàm Christus tandèm reliquias populi sui liberet ab istis cruentis hostibus, qui certè ipsum nostrum sanguinem sitire videntur, nec vlla posse crudelitate satiari.

Solimannus imminet Christianis.

Exercitus Solimanni.

Cædes Nicolai Comitis Serinen.

Sigetum expugnatur.

Hoc eodem anno 1566. cœptum est in Belgicis Catholici Hispaniarũ regis Philippi ditionibus planè tragicè tumultuari, resque spectare videbatur ad religionis excidium, nisi prępotentis Dei benignitate malorum hominum conatus essent retardati. Quæ ibi tum acciderint, itemque anno sequenti, paucis annotabo, quemadmodùm ex fide dignorum homi-

Tumultus Belgicus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num literis & scriptis accepi. Anni superioris mense Octobri venerât à potentissimo Hispaniarû rege Philippo literæ ad illustrissimâ Belgij Gubernatricẽ, quibus ob fidei Catholicæ conseruationẽ promouendâ seriò mandabat, vt per oẽs Belgicas ipsius ditiones executioni darentur edicta omnia Inuictissimi quondàm Imperatoris Caroli V. aduersùs hæreticos, quæ ab ipso quoquè rege posteà essent confirmata, ìtemque Tridentini Concilij decreta, quòd ad Cleri reformationem attinet, atque etiàm certa quædam capita, è quibus præcipua sequuntur:

Aliquot capita seruâda

Vt Parochi suorum parochianorum omnium nomina, totamque familiam describant, & qua quisque in platea degat, & cuius sit cõditionis. In ijs si qui sint, qui non ità pridèm in ipsorum parœcijs habitare cœperint, petât ab illo parocho vitæ illorum testimonium, sub quo proximè morati sint: id si non suppetat, intra certum tempus exhibere iubeant. Ab ignotis quoquè coniugatis eius sacerdotis, qui illos coniunxit, repetant testimonium, scire vt liceat, num in contrahendo matrimonio Catholicę Romanę Ecclesię morem secuti sint: atque tum horum, tum aliorum omnium, qui in illorum præsentia matrimonio iuncti fuerint, nomina in scripta redigant.

Vt non parochi duntaxàt, sed etiàm Confessarij omnes ipsis confitentium nomina, cognomina, habitationem annotent.

Vt idem faciant Parochi & eorum vicarij erga conscribenda nomina & cognomina baptizandorum infantum, eorum parentum, & susceptorum.

Vt vtriusque sexûs didascali omnes se sistant coram Episcopis, exposituri conditionem, patriam, religionem suam, & quos libros pueris prælegant. Porrò Episcopi de ijs facti certiores, vel admittant, vel reijciant, aut certè differant illos & suspendant. Si qui verò non se sistant, aut non velint respondere Episcopis, ijs fas non sit iuuentutem instituere.

Vt parochi accuratè perquirant, num illi, qui publicis victitant eleemosynis, Catholici sint, suaq; peccata cõfiteantur, & communicent. Si qui tales non sint, ijs à præfectis pauperum negetur eleemosyna.

Has literas illustrissima Gubernatrix, huius anni 1566. mẽse Ianuario, ad Episcopos & magistratus omnes perferendas & publicandas curauit: quæ tametsi nihil habent æquitati & rationi non consentaneum, tamen à turbulentis quibusdam hominibus tumultuum Belgicorum causa omnis in eas confertur. Et quidem earum occasiõe in vulgus sparsi sunt rumores, deindè etiàm aliquot Belgij magistratibus persuasum est, harum literarum edictis Hispanicam introduci Inquisitionem. Voluit autem Rex, vt qualis hactenùs etiàm sub Catolo V. ijs in regionibus fuisset inquisitio, talis deinceps seruaretur ob religionem conseruandam. Porrò autem & libelli supplices à quibusdam oblati sunt, quibus petebatur, nè Hispanica inquisitio induceretur in Belgium. Est etiàm ab aliquot nobilibus hac occasione ictum fœdus, in quod initiò quidem etiàm Catholici quidam ferûtur consensisse, quòd ad Hispanicam Inquisitionem attinet,

Rumores de Hispanica Inquisitiõe.

Fœdus nobilium.

attinet, qui tamen posteà ab illis se separârunt. In eo fœdere non absque graui iniuria Catholicus Rex acerbè & iniquè perstringitur, quòd summa vi inuehere conatus sit inquisitionem pernicioſam, & non modò alienam à ratione, Diuinisque & humanis legibus aduersam, sed quæ omnem etiàm vincat ethnicorum tyrânorum immanitatem & crudelitatem.

Iussit autem Rex, vt Inquisitores ità suum exercerent officium, vt hactenùs fecissent, & ad eos tum Diuino, tum humano iure ptineret. Quod igit isthuc fœdus Regi impingit, id quidem eiusmodi est, vt nõ immeritò Catholici ab eo discesserint, qui tamen fortasìs hanc verborum acerbitatem minimè probârunt.

Ad eiusmodi autem acerbitates incitâtur homines tum maximè, cùm se tradunt istius noui Euangelij seditiosis dogmatibus, quæ res publicas mirum in modum labefactant & euertunt, hominumque animos ad turbas & tumultus ciendos impellunt. Exempla passim extât plùs satis multa. Dum promittũt enim Sectarij præcones immodicam libertatem, animos hominum, alioquì nimiùm pronos in malum, omni religione soluunt, & laxant vitijs habenas, tametsi videri nolunt. Sed ad rem. Agitabãtur interìm consilia, sed valdè occultè, nec tamen ità occultè, quin interdùm nonnihìl sese aperirent. Nam mense Martio quidam sectarius Brugis supplicio affectus, inter alia dixit, se quidem postremum hæresis nomine pœnas luiturum: quòd si verò ad mensem vsque Maium superesse liceret, nihil sibi fore periculi.

Porrò Calendis Aprilis libellus supplex ad Maximilianum Cæsarem prudentissimum Latinè scriptus est, eidemque posteà oblatus in Comitijs Augustanis eiusdem anni, idque nomine illorum, qui in Belgio Euãgelio filij Dei conuenienter & credere & viuere cuperent: rectiùs dixissent, euangelio Caluini. In eo libello multùm conqueruntur de inquisitione Hispanica, de promulgatione Concilij Tridentini. Hortantur Cęsarem, vel potiùs obtestantur, vt Philippo Regi se præbeat monitorem, nè pergat fundere piorum sanguinem, & ea re in se domumque Burgũdicam prouocet iram Dei: tum etiàm postulât ab Imperatore, vt religionis negocium in comitijs accuratè tractet, nec tamen illis solis fidat, qui mediam quandam fingentes religionem, vtrinquè claudicent.

Libellus supplex ad Maximilianum Cęsarem.

V. Aprilis multi ex fœderatis nobilibus Bruxellas venerunt, illustrissimæ Gubernatrici libellum supplicem porrexerunt, quo inter cætera volebant edictorum ad Inquisitionem pertinentium executionẽ tantisper prorogari, donèc ad regem Philippum quispiam mitteretur. Gubernatrici tum fortè aderat magni nominis eques aurei velleris, qui dixisse fertur ad illam: Non est quòd formides. Geux, id est, mendici, sunt isti & nihili homines. Indè illi arrepta occasione, se Geux vel Geuseos nuncupârũt, & paulò pòst quidam ex primarijs dicti fœderis nobilibus, in publico conuiuio iam apud omnes peruulgatissimũ illud Viue les geux/ Viuant Geusei, Bruxellis proclamâsse fertur, simul è vasculo ligneo, quali vtun-

Fœderati veniunt Bruxellas.

Symbola fœderatorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur mendici, hausto vino. Porrò etiàm vestes sibi sumpserunt coloris cinericei, & ad latus appenderunt vascula lignea, quorum laminis argenteis hæc inscripserunt: V. Aprilis 1566. Viue les geux.

Responsum Gubernatricis. Postridiè erat conuentus equitum aurei velleris, cum quibus communicato consilio, illustriss. Gubernatrix respondit, se quidem iam concepisse quandam edictorum moderationem, quam mittere velit ad Philippum regem, & simul etiàm illorum negocium sedulò curare apud illum: & tamen nó ea se esse authoritate, vt iam olim cœptam Inquisitionem, edictorumque executionem abrogare queat: præsertim cùm non sit è re Belgicarum ditionum, nullis eas erga religionis cultum legibus teneri. Posse autem ipsos facilè cõiecturam capere, quo erga cæteras Belgij prouincias sit animo, quòd Brabantiæ ordinibus iam pollicita sit, nulla illos inquisitione vexatum iri.

VIII. Aprilis fuit euulgatum respõsum quoddam Equitum aurei velleris, tanquàm illi fœderatis promisissent, neminem deinceps religionis ergò pœnas daturum, nisi fortè seditionis aut magni cuiusdam offendiculi causa, donèc à Rege ex consensu Ordinum vel statuum certi quippiam decerneretur: verùm id commentitium fuisse, deindè in publico cõuentu Equites illi demonstrârunt. Porrò confœderati, vt vel externo aliquo Symbolo suam in regem Catholicum fidem protestarentur, ad collum suspensam ferre cœperunt illius effigiem fusilem argenteam vel aureã, referentẽ formã numorũ veterũ: in cuius altera parte visebant manus duæ se mutuò cõplectentes, cũ apposita mantica & dictis vasculis: eiusq; hæc erat vtrinque inscriptio, Fideles an Roy iusques ala besace: i. Fideles Regi vsq; ad manticã. Est verò etiàm in vulgus alter quidã sparsus numus æreus, in cuius vno latere hęc legebant: NVMVS VIANENSIS: in altero verò, FLAMMA FERRÓQVE, cum insculptis Symbolis domũs Burgundicæ.

Symbolum aliud fœderatorum.

Numus æreus.

Conuentus Ordinum. Mense Maio in Flandria, Arthesia, Hannonia, Hollandia, Selandia, Phrisia, Namurco ordines tres, Ecclesiasticus, Nobilium & Magistratuũ conuocati sunt, suam singuli exprompturi sententiam de regiorum edictorum moderatiõe, quæ quidem capita habet 54. à quibus, nihil tale sperantibus sectarijs, pleraque omnia approbata sunt, præsertim ab Hannonien sibus, Arthesijs ac Flandris: additis tamen nonnullis capitibus.

VI. Maij cuiusdam oppidi Magistratus & ciues libello supplici apud dominum suum, vnum ex confœderatis nobilibus, egérunt, nè pateretur nouam apud ipsos religionem introduci: sed id frustrà fuit. Ego de industria abstinco nominibus. Erút autem hauddubiò, qui omnia prolixè annotabunt & edent in lucem: mihi sufficit, pro meo instituto res breuiter commemorâsse.

Altera Iunij missa est dicta moderatio ad Antuerpiensem Magistratũ. Id vbi nesciuit plebs, prætextu iniuriæ ipsis ea moderatione irrogatæ, libellum supplicem quibusdam obtulêre, ij rursùs Magistratui, cuius hæc erat summa, nè illa moderatio admitteretur, vtpotè à Cardinalistis confecta. Sic autem in odium illustrissimi Cardinalis Granuellani, Catholicos

Libellus supplex Antuerpiensium.

cos principes appellabant. Porrò Bruxellis IX. Iunij sparsæ sunt schedulæ, in quibus hæc ferè legebantur: Quicunque Consules, scabini, rectores primariarum Brabantiæ vrbium, in moderationem edictorum sinè consensu nobilium confœderatorũ & plebis, contra eius priuilegia cõsenseritis, frustatim cęsi malè peribitis. Chartulę minaces.

VII. Iciunij eodem exemplo alter sparsus est libellus gallicus, qui quidem Belgarum omnium prę se ferret nomen & titulum, nec tamen esset nisi ab vnius prouinciæ hominibus editus. Eius hæc erat ferè inscriptio: Admonitio, qua boni & fideles subditi & incolæ inferioris regionis, eiusdem gubernatores & status eorum admonẽt, quæ ipsi in religionis negocio sentiant & postulent constituenda. In hoc libello vrgent pacem publicam inter Catholicos & Confessionistas in Comitijs anni 1555. promulgatam, vt ipsi quidem aiunt, cùm tamen nihil seruarẽt minùs, quàm quæ illic sancita erant. Nam tametsi illic permissum fuit Confessionis Augustanæ Ordinibus sua viuere religione, at simul tamen disertis verbis interdictum est, nè Catholic. Ordinum subditos ad suam cogant religionem, vel illis abstrahant, & cõtra superiores suos in suam fidem & clientelam recipiant, aut quouis modo tueantur. Quanto igitur minùs Catholicorum ordinum subditis, inuitis superioribus, licet mutare religionem? Eam autem pacem lingua vernacula excudi curârant sinè priuilegio, vt plebs concitaretur: tantiq; eam volebant esse põderis etiàm apud Belgas, vt tametsi initiò se videãtur referre ad Belgij ordines generales in vnum coactos, tamen posteà palàm affirment, neq; Duci Brabantiæ, neque ordinibus quicquam licere contra illam. At non diù pòst, ea quam diximus, moderatio à deputatis trium ordinum nedùm Brabantiæ, sed etiàm aliarum prouinciarum Belgicarum approbata est, & cum responsis omnium ordinum, ità vt se curaturam receperat illustriss. Gubernatrix, in Hispanias profecti sunt Equites aurei velleris, Marchio Bergensis, & Dominus de Montigny. Libellus Gallicus.

At verò sectarij iam nõ contenti libellis supplicibus egisse, maiora ausi sunt. Nam remissa nonnihil inquisitione, quanuis non expresso consensu, sub finem Maij, & hoc ipso quoquè Iunio mense, cœperũt Sectarij sua in agris habere noctis & tenebrarum cõuenticula, & quidem euocatis ad eam rem ex Germania superiori, è Saxonię oppidis maritimis, ex Gallia, Anglia, Embda, alijsque locis noui euangelij tam bellè inter se cõsentientis ministris & buccinatoribus, qui vel inuito rege & magistratibus, suos errores & hæreses disseminare non dubitârunt. Conuẽticula in agris.

XXVI. Iunij publico proposito edicto, id genus exteri omnes iussi sunt è ditionibus Belgicis excedere: & qui populum euerterent, iussi sunt cõprehendi, quandoquè certas daturi pœnas. Verùm id suam non habuit executionem, pleriſque nobilium sectariorum metu nihil attentare ausis contra tales prædicatores: quo factum est, vt etiàm clara luce non sint veriti palàm concionari. Ex primis ferè fuisse aiunt Flandros quosdam occidentales, & Iperensibus vicinos, quos videre licebat armatos ensibus, Cõtra exteros concionatores. Armati eũt ad conciões

Universidad de Deusto
Biblioteca

sclopettis & fustibus ire ad conciones. Nec Antuerpienses postremi esse voluërunt ad res nouandas. Iam anteà in sylua quadam cœperant: porrò Dominica die ante natalem S. Iohannis Baptistæ in viculo Burgerholt dicto, non longè ab vrbe, duæ habitę sunt cóciones, vna Teutonica, Gallica altera, & quidem per viros nouo Euangelio dignos, nempe tinctorẽ & coriarium. Secuti deindè sunt & alij ingenti numero in Hollandia, Selandia, Phrisia: nè qua tamen vis metuenda foret, armati concionibus intererant. Quin & in Flandria Iperenses, Gandenses, Hondescotani, Aldenardẽses, Bergenses, Casletani, Tornacẽses & Insulenses similia attentârunt. Brugẽses sanè ad duos ferè menses restiterunt, hodieque cõstantes permanent, qui apud eos dicuntur Francotæ: (est autem magistratus perpetuus, quartum Flandriæ membrum referens) Egregiam quoquè Deo & regi suo fidem prębstiterunt Bruxellenses, Louanienses, Dordracenses, atque vniuersa ferè Arthesia & Hannonia, demptis Valencenis.

Brugẽsium constantia.

Contra cõuenticula.

III. Iulij illustriss. Gubernatrix grauiter vetuit, nè qua vel priuatim, vel publicè conuenticula fierent, concionatoribus capitis supplicium, alias pœnas auditoribus intentans: atque etiàm sexcentorum aureorum præmium proponens, si quis concionatorem sectarium compræhendisset. At hîc dormitante executione, nihil effectum est. Immò verò Antuerpienses maiori etiàm numero ad conciones extra vrbem procedere nõ dubitârunt, freti partìm quorundam nobilium fauore. Missus eò fuerat Comes Meganus, vt de præsidio accipiẽdo cum illis ageret: verùm is, nè quid caperet detrimẽti, coactus est re infecta discedere: porrò quidam alius vir nobilis ex confœderatis, ingenti pecuniæ summa donatus est à sectarijs. Cùm autem 8. Iulij sub noctem rumor diffunderetur, aduentare cum regio præsidio Comitem Arenbergium, multùm sudatum est, singulis ad suas fores excubias agentibus. Accidit paulò pòst die quodam tres ardere ędes: tum plebs accrescentibus animis facta iam audacior, ingentibus cõcitatis turbis, exclamauit: Ad ędes, Ad ędes: seditio est. Et sanè, nisi prudentia magistratûs itum esset obuiàm, actum fuisset de illo celeberrimo emporio. Visebantur quoquè non semèl affixæ Canonicorum ædibus chartulę, hęc verba continentes: Verbum Dei: Iugulentur sacrifici: In malam crucem sacrificos, monachos, canonicos. Mouit ea res non immeritò tum ecclesiasticos, tum ciues catholicos plerosque, vt indè abscederent: simul etiàm thesauri infiniti ea occasione exportati sunt. Missus eò fuit à Curia ob motus sedandos princeps Auraicus: cuius aduentu etsi pacatiora facta sunt omnia, at tamen plebs temeraria ad conciones egredi etiàm solito ardentiùs visa est: adeò vt 14. Iulij, q̃ fuit Dominica, sex conciones foris habitę sint.

Tumultus Antuerpiæ.

Conuentus Trudonẽsis.

XV. Iulij conuẽtus fuit cõfœderatorũ nobiliũ apud S. Trudonis oppidũ, quò etiàm missi fuêre Comes Egmõdanus & Dux Arescottanus, sed nihil egérunt. Mutata verò sententia, colloquium indictum est in Dvfle, ad decimumoctauũ Iulij. In hoc conuẽtu Trudonẽsi vsi sunt cõfœderati habitu nigro, collo iniecta catena ferrea, cum appensa regis effigie ac vasculis

sculis ligneis. Oblatus est ibidèm cõfœderatis libellus supplex mercatorum & plebis nomine, petentium protectores, nè in suæ religionis exercitio impedirentur, donèc per ordines legitimè congregatos aliud statueretur. Iam antè petiêrant solum conuẽtum ordinum, modò verò etiàm legitimè coactum adijciunt, nõ absque cauillo. Porrò viua voce pollitici sunt se arma posituros. Responsum autem illis est à fœderatis, non eos ob religionem vim passuros vllam, donèc aliud ab ordinibus decerneretur, modò tamen extra modestiæ cancellos non efferantur. Interìm verò principibus Auraico & Egmondano in Dufle (qui pagus est haud procùl Antuerpia) id significandum censuerunt, se quidem velle populum continere in officio, ità tamẽ, si ipsi cum Gubernatrice securitatem illi præstent ad conuentum vsque generalem.

Principes agunt cum fœderatis.

XVIII. Iulij ipsorũ legati ad principes memoratos venerũt in Dufle. Actum autem cum illis est quàm potuit fieri modestissimè, nè peiora tentarentur, scriptoque rogati sunt, summoperè curarent impedire cõciones agrarias, maximè cùm rumores ferantur, non postremam illorum causam fuisse libellum nobilium 5. Aprilis exhibitum: quòd si eas impediant, hoc ipso facilè se posse hanc sibi notam eximere: præsertim cùm post duos antè dictos Legatos, etiàm veredarius ab illustriss. Gubernatrice missus sit in Hispaniam ad regem, vt assensum præbeat indicendo generali ordinum conuentui, ob excludenda sæpè dicta conuenticula. Intereà autem nulla contra eos arma sumpturam Gubernatricem, si tamen etiàm ipsi armis abstineant. Ad hæc cõfœderatorum legati tum quidem nihil responderunt, quòd non eatenùs se porrigeret illis data facultas: at scripto posteà responsum est.

Gubernatrix præmonet ciuitates.

Porrò illustriss. Gubernatrix rebus volens opportunè consulere, ad vrbes omnes datis literis, hortata est vt sibi prospicerent, nè qui vel motus ciuiles existerent, vel à sectarijs inuaderentur. Ad Episcopos etiàm literæ scriptæ sunt, vt populum Catholicũ crebris concionibus & morũ emendatione in officio continerent, indictisque ieiunijs, eleemosynis & publicis precibus iram Dei placarent. Id quidem præter alios strenuè curauit Episcopus Brugensis, Clero ieiunare iusso die 4. & 6. & sabbato, plebęque ad preces faciendas admonita sæpiùs, & quotidiana integro mense habenda concione. Mox verò etiàm alijs literis indicatum est Brugensibus & Frãcotis, quibus machinationibus apud ipsos quoquè sectarij ad proximam Dominicam instituissent conciones forenses introducere: qui sanè Brugenses aliquandiù se egregiè opposuerunt. Alię verò vrbes cœperunt militem domesticum conscribere, vt si qui extarent tumultus, comprimi possent, nemine iam dubitante aliquid monstri alere Sectarios. Antuerpienses tamen, licèt postulante principe, id temporis necdùm militem conscribere voluerũt. Per hos dies cùm apud Montenses Hannoniæ quidam tentarẽt cõcionem inducere agrariam, illi oppido egressi conuentum dissipârunt, quibusdam verò etiàm manus iniecerunt, nec diù pòst solum vertere iusserunt.

Sub

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondẽt fœderati. Sub finem Iulij iterùm Bruxellas venerunt legati confœderatorum, & scripto benè longo ad 9. capita in Dufle proposita responderunt. Primò, gratias agunt ob missos in Hispaniam legatos. Secundò, promittunt se morigeros fore & Catholico regi, & illustriss. Gubernatrici. Tertiò aiunt, quòd ad inquisitionem attinet, non esse seruatam fidem. quartò, moram regij responsi, ordinum conuentum extraordinarium, minas denique & nobilibus & plebi intentatas, in causa esse, quòd populum à cõcionibus vetitis arcere nequeant. Quintò, paratos se esse fatentur opponere se patriæ totius exteris hostibus: sed regis subditis manum adferre, id non esse sui officij ex debito præstandi. Sextò, nõ posse doceri, suorum quẽquam plebem ad dictas conciones incitâsse: nec tamen se ire inficiàs, esse inter ipsos, qui, cùm sint eiusdem cum illis religionis, non eas improbent. Septimò, se quidem illas conciones hactenùs frustrà esse impedire conatos: ,pindè rogare se, ipsius Celsitudo velit opportuna adferre remedia. Octauò, se de regis erga se fide nihil ambigere, eiusque aduẽtum sibi etiàm in votis esse: neq; enim se quicquam designâsse, cuius ille debeat obliuisci. Quandò tamen compererint ipsius Celsitudinem sibi nõ satis fidere, publica etiàm fama se perduellionis & læsæ maiestatis insimulari, compulsos se externa sibi auxilia comparare: at tamen mâlle se, vt ipsius Celsitudo cum aurei velleris Equitibus securitatem promittat. Denique in conuentu Trudonensi non se negant mercatoribus alijsque popularibus fidem addixisse suam, sed ea causa tamen id se feciſſe, nè illi Gallorũ opem & fidem implorarent.

Alind scriptum fœderatorum. Calendis Augusti rursùs alio prolixo scripto mentem suam fusiùs explicant. Intellexerãt enim illustriss. Gubernatricem id desiderare. In hoc scripto inter cętera aiunt, non sibi deesse iustas conquerẽdi causas, quòd mox post oblatum libellum supplicem, quidam Equites aurei velleris se prorsùs ab ipsis tanquàm à perduellibus abalienârint, suosq; consanguineos monuerint, nè aut ipsis confœderarentur, aut si id feciſſent, ab ipsis recederent: multaque habent alia, quæ breuitatis studio prætermimus. Porrò illustriss. Gubernatrix se illis vigesimo Augusti responsum reddituram dixit.

Chartulæ Antuerpiẽsium. Iuterìm Antuerpiæ vno die supra bis mille chartulæ distractæ sunt, quibus hæc continerentur: Permittitur libera fidei suæ professio hominibus ecclesiæ reformatæ, (ità vocant hæresibus deprauatos) modò se commodos & fidos regi subditos præstent, neque vllas turbas cieant, tum etiàm Magistratui morem gerant. Sed quanam ratione illi possint dici fideles Regis subditi, qui sectas ipso vel maximè inuito, amplectantur & tueantur? Quàm autem fidi fuerint, ipsi mox declarârunt. Nam X. Augusti incitante turbas apostata quodam Augustiniano, ipsis D. Laurentij ferijs sacellum eius apud Casletum Flandriæ vastatum est. Postridiè Balliolani, ac 13. eiusdẽ mensis Iperenses Ordinum mendicantium aliaque monasteria & templa omnia tam intra quàm extra vrbes inuaserunt, imagines omnes, Christi Crucifixi signa, altaria, baptisteria, Eucharistiæ ædiculas, organa,

Vastantur ecclesiæ, & monasteria.

organa, sedilia, sacella, suggestus, candelabra, codices confregerunt: ac deindè Casletani, Poperingani, Hondescotani, Rosbrugani, Bergenses, Armẽtereriani, Rotornacenses ac alij, aut saltem ab illis omnibus designati, ornamenta omnis generis, thesauros, calices, patinas, ampullas, thuribula, aut frustatìm comminuerunt & inflammârũt, aut absportârũt: & quod est sanè apud homines è religione Christianos dictu quoquè horrendũ, sacrosanctam Eucharistiam homines impij & sceleſti pedibus conculcârunt, confoderunt, ignibus iniecerunt: eodem modo etiàm sacras tractãtes reliquias diuorũ: sacro oleo & chrismate calceos inunxerunt, mirisq; ludibrijs Christi à Cruce pendentis & sanctorum imagines exagitârunt, additis id genus planè barbaris vocibus: Si Christus es, si filius Dei es, si quis sanctorum es, aut aliquid potes, dicito, Viue les geux/atque ità tuam imaginem non confringemus. Iam verò etiàm vix vnquàm præstando studiosorũ & totius Ecclesiæ damno teterrimi illi nebulones multas passìm insignes bibliothecas prorsùs dissipârunt & perdiderunt. Hęc autem tot tamque atrocia mala aliquot viles homunciones, & quidem perpauci, ab Augusti die 10. vsque ad 25. eiusdem, non sinè magna ad posteritatẽ ignominia, per Flandriam, Hollandiam, Selandiam & Frisiam perpetrârunt. Porrò Brugenses circa hęc tempora cùm intellexiſſent ingentẽ aduentare sectariorum turbam, putà ad 30. vel 40. millia, qui vellent armata manu apud illos hæreticas conciones inuehere, non immeritò formidare visi sunt. At pauci duntaxàt venêre, plùs minùs octingẽti, sclopettis & fustibus armati, qui eregionè vrbis bis concionati, nihil præterea efficere potuerunt. Aderat enim intra vrbem Comes Egmondanus, ab eius vrbis magistratu accersitus, qui misso caduceatore, iussit homines seditiosos è Brugensium finibus excedere. Est autem certè non mediocriter hac in parte laudandus supremus Brugarum prætor equestris ordinis dominus de Ogniez, qui 11. Augusti summo manè 30. sectarios ingredi volentes, portis obseratis exclusit, qui nihil boni animo concepisse haud iniuria videri possint. Ij ipsi autem cùm se exclusos cernerẽt, ad mœnia vrbis suos cantillârunt psalmos, & sibi mutuò nescio quas buccellas porrexerunt. Fortâssis suam illam præclaram seruârũt cœnam homines prophani in loco prophano, apud quos nullus ordo, nulla religio, sed confusio plùs quàm Babylonica.

Iniurię in S. Eucharistiam &c.

Bibliothecę perduntur.

Prætor Brugensis.

Tumultus Antuerpiæ.

XV. Augusti, ipso solẽni die assumptæ in cælos beatissimæ matris Dei, rursùm Antuerpię tumultuari cœptum est. Iam suggestus positus erat, vt ex eo cõcionarentẽ in vrbe noua Caluiniani: sed impediti sunt authoritate Principis Auraici & magistratûs. Dominica ,pxima celebrata est non absq; multorũ metu solẽnis annua supplicatio in honorẽ eiusdẽ sacratiss. Virginis: sed tũ Antuerpia blasphemijs & cõtumelijs in illã tantã virginẽ psonabat. Crucias eñ in impijs hominib⁹ mal⁹ dęmõ pia Virginis matris & sanctorũ veneratiõe: itaq; quod p se nõ potest, p suos administros eam modis oĩbus abolere & ,pscindere nõ cessat. Sed illa sacratiss. Virgo cõteret satanã cũ oĩbus satellitib⁹ ei⁹. Postridiè ex vrbe discessit Auraicus princeps.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceps. Ratitũ Sectarij ſe inueniſſe ſui cõſilij & volũtatis explẽdæ opportunitatẽ, ſeptem ea die conciones partim à Caluinianis, partim à Luteranis haberi curârunt. Die Martis ſequẽti cùm veſpertinas in ẽde Virginis matris preces perſoluerent Canonici, ſartor cõſcenſo ſuggeſtu, poſtulatoq; nouo teſtamento, Paſtorem ad diſputationem prouocauit. Cernens hoc quidam nauta Catholicus, eum è ſuggeſtu deturbauit. Mox hæreticus q̃dam nautæ brachium ſclopetto læſit. Indè ortus tumultus, templum oñe ipſamq; vrbem compleuit. Erat ſanè illud beatiſſimæ virginis templum longè pulcherrimum, ſtructuris & picturis eximijs, multisque maximi precij rebus ornatiſſimum. In hoc igitur quidam ſceleratiſſimi & perditiſſimi ſcurræ plùs quàm Turcicam cœpêre iconomachiam, maxima vi & incredibili furore diffractis, comminutis & diſiectis ſtatuis, aris, imaginibus oñibus, ipſa quoquè ẽdicula ſacroſanctæ Euchariſtiæ, cuius precium ferunt exceſſiſſe ſummam multorum millium aureorum. Aras è fundamentis conuulſerunt & confregerunt. Indè ad monaſteria & templa omnia progreſſi, eandem inſaniam declarârunt. In monaſterijs vix quicquam integrum relictum: quę deuorare non poterant, proiecerunt, vinum & ceruiſiam extractis epiſtomijs effuderunt, in vaſa butyri & in farinas lotium & oletum immiſerunt, ſupellectilẽ diripuerunt, & vt animas quoquè perderent, monachos ad defectionem incitârunt. Nemo facilè vel dicere, vel credere poſſit, quantum damni intra paucos dies in ſola Antuerpia & locis vicinis datum ſit ab iſtis ſatanicis & deploratis tenebrionibus.

Iconomachia Antuerpienſis.

Nam etiàm ex vrbe prorumpentes, non admodùm multi, in pagis adiacentibus omnem inſani pectoris furorem in ſacras imagines & templa effuderunt. Nox ea, qua primùm cœperunt debacchari, horrida ſanè fuit Catholicis, inprimis autẽ ijs, qui in clero eſſent & monaſterijs, omnibus non fruſtrà ſummo timore correptis, atque huc illucq̃ue diffugientibus, pleriſque nihil nisi præſentem mortem expectantibus. Videre tum erat, virgines Deo ſacratas è ſuis cœnobijs ſeminudas profugientes, vt ſectariorum impuras manus euaderẽt. Deindè etiàm aliquot diebus vrbis templa omnia ab illis furioſis hominibus obſerata ſunt, nè liceret Miſſę facere ſacrificium, quod illi cane peiùs & angue oderunt, haudubiò occupati à diabolo. Non iniuria vir quidam grauis eam vrbem id temporis appellauit nouam Babyloniam, ſinè rege, ſinè lege, ſinè ſacrificio. Habebant verò in dicta æde primaria ſua conuenticula & Conciones Caluiniani, porrò Luterani apud D. Georgiũ. Erat tum Antuerpiæ Hermãnus quidã homo importun⁹ & audax, ad ciẽdas turbas & ſeditiones natus. Is ſe plebi inſanienti ducem & ſigniferum præbuit ſeditioſis concionibus ſuis. Nè quid autem ad ſummam vrbis confuſionem deeſſet, facta Caluinianis & Luteranis intra eam cõcionandi poteſtate, auſi ſunt poſteà etiàm Anabaptiſtæ foris publicè concionari. Verùm prohibiti à Magiſtratu, palàm quidem habere conciones deſiẽrunt, at priuata conuẽticula intra vrbem clàm egerunt. Ità tres pugnantiſſimæ hæreſes Caluinianorum, Luteranorum,

Antuerpia, Babylonia.

Tres ſectæ Antuerpię.

norum, & Anabaptiſtarũ eam inſignem vrbẽ fœdiſſimè diſtractam contaminârunt. Hoc quidẽ memoratu dignũ eſt, q̃ cùm in æde primaria diù multumq; ſudatũ eſſet ab iconoclaſtis in deijcienda Cruce Chriſti auguſtiſſima, vtriuſq; ſanè latronis imagines adhuc pmanere paſſi ſint. O miſeros, q̃ nec ipſam paſſi p̃ oñibus ſeruatoris noſtri memoriã ſibi refricari cõſpecta imagine ferre queũt. Decreuerãt aũt ſectarij ad certũ diẽ occupare domũ Senatoriã ſanè ampliſſimã & ſumptu maximo exædificatã, turrim quoquè ẽdis D. Virginis, & carceres ſuî muniẽdi cauſa, nouoq; creato magiſtratu, ſibi Antuerpiam vendicare: ſed diligentia Senatûs, ea conſilia malorum hominum impedita ſunt. Tres ſectæ Antuerpia.

XXII. Auguſti etiàm Buſcoducẽſes iconoclaſtę in tẽplo D. Iohannis, cui ad ſummũ ſplendorẽ & incredibilẽ elegantiã atq; mirificũ ornatũ nihil reliq̃ eſſe videbaẽ, oĩa ſimili amentia vaſtârũt & cõquaſſârũt, atq; cõciderũt: nec alijs ei⁹ oppidi ſacris ædib⁹ & monaſterijs licuit cõſceleratas impiorũ hominũ man⁹ effugere. Sæuitũ eſt atrociter in Frãciſcanorũ & Dominicanorũ cœnobia: tãetſi eſſent in ijs viri benè religioſi & pij: ſed tales ferre nõ poſſunt Euãgelici apoſtatæ & ſeductores, q̃ ſciãt, eorũ cõcionib⁹ & alijs ſanctis ſtudijs & exercitijs, ſuos nefarios conat⁹ & praua dogmata plurimũ impediri. Carthuſia quoq; ei⁹ loci miſerè diſcerpta eſt: Hęc ſunt noui Euãgelij p̃clara facinora, atq; in ijs excelluiſſe, hoc palmã tuliſſe eſt. Buſcoducẽſes iconoclaſtæ.

XXIII. Auguſti Gandaui ſimile bellum indictũ eſt ſtatuis & imaginibus: & poſtridiè apud Valencenas & Tornacum. Ab ijs oñibus, ſicut & Buſcoducenſibus, etiàm in ſanctorum reliquias & ipſam SS. Euchariſtiã, atq; etiàm magnatũ quorundã ſepulcra ſæuitũ eſt, ſpe obtinendi cuiuſdã theſauri. Et Tornaci quidẽ magna vis auri & argẽti quoquè, nisì fallor, reperta eſt, qui apud Gãdauẽſes eiuſmodi flagitia deſignârũt, 300. aut 400. tãtùm fuiſſe putant, & quidẽ ex fæce plebis oẽs, vt mirũ ſit, tã paucos, tãq; nihili homũciones, talia vel attẽtare potuiſſe. Iactabãt illi quidẽ, ſe mãdato Comitis Egmõdani ea facere: verũ ſceleſti illi, vt graues viri ſcribũt, falsò id affirmabãt. Interìm tñ ſub hoc p̃textu mirè illi graſſati ſunt in monaſteria oĩa, p̃ſertim verò in Abbatiã Blãdiniẽſem, & cœnobiũ Dñicanorũ, exciſis p̃teringẽtis precij marmora, etiàm inſtructiſſ. bibliothecis, quarũ Blandiniẽſis, ſi qua alia, vel maximè referta cernebaẽ vetuſtiſſimis codicibus. Quis verò ſanę mẽtis dubitare queat, dũ ſic optimos quoſq; codices immani barbarie pdunt iſti, nihil eos ſpectare aliud, nisì vt fides Cãholica, q̃ ex eiuſmodi libris plùs q̃ dici queat, aſſeriẽ & confirmaẽ, prorsùs peſsùm eat? Et audẽt tñ iactare beliſſimi homines, ſe cupere modis omnibus inſtauratã verã fidẽ. Sed id perſuadeãt fungis & ſtipitibus. Sentiũt, ſentiũt miſeri vetera pãtrũ ſcripta longè lateq; ab ipſorũ impijs cõmentis diſſidere: itaq; nè ex ijs cõfutenẽ, ea planè abolita vellent. Sed ad inſtitutũ redeamus. Ceſſatũ eſt ijs, q̃ diximus, locis aliquandiù à diuinis officijs, lætantibus dęmonib⁹, quos torquet cultus diuinus, & Tornaci diù Caluiniſticæ ſunt cõciões habitę. Alijs quoq; locis Euãgelici buccinatores ſtrenuã nauârũt operã, graſſantiq; huic incẽdio affarim materię ſubijcere ſtuduerũt. Gãdaui &c. imagines deſtruũtur.

Bibliotheca Blãdiniẽſis.

Qua die Gandaui, eadẽ etiàm Mechlinię tumultuatũ eſt, iamq; à Fran- Tumultus Mechlinię.

 ciſca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciſcanorũ & Carmelitarũ monaſterijs initia ſumebant cõfringendarum imaginum in ſacris ædibus: verùm ciuibus ſe opponentibus, eodem die ſub veſperam extra oppidum, monaſterium Hanſuuicenſe & alia circũ adiacentia templa expilárunt & depopulati ſunt. Igitur Mechliniæ quoquè die Martis ad Dominicũ vſq; Diuina ſunt intermiſſa officia. Duces huius tumultûs, duodecim plùs minùs adoleſcẽtes ſecũ habebãt, ijq; paulò antè captiuũ quendã Viluordię impotẽti audacia è carcere extraxerãt.

Aldenardi ſæuiunt iconoclaſtæ.

XXIIII. Auguſti, ipſis D. Bartholomęi feriis Aldenardi & in pagis vicinis maiori etiàm inſania efferbuêre impij iconoclaſtæ. Eſt ijs in locis inſigne virginũ pijſſimarũ cœnobiũ Magdẽdalenſe, in quo vt & Gandaui in ijs quas diximus, Abbatijs, nõ imagines tantùm, & ea q̃ ad cultũ diuinũ ptinent, ſed etiàm feneſtras vitreas, & pleranq; ſupellectilẽ confregerunt. Iam apud Brugenſes ſparſus rumor erat, aduentare à Gandẽſibus 60. millia ſectariorũ, qui, ſi reſiſtere pgant, Brugẽſes circũquaquè extructis ignibus fumo enecare velint. Erat cũ idẽ ipſe dies Brugis quoquè cõſtitutus vaſtãdis tẽplis & cõterendis imaginibus: id vt cõmodiùs fieri poſſet, hic rumor cõcitatus erat. Itaq; rursus in motu fuit ciuitas, totaq; nocte iuſſu magiſtratûs res q̃que precioſiores & pſtantiores imagines in loca tutiora è tẽplis exportatæ ſunt: ſingulis quoquè tẽplis adhibiti cuſtodes, qui ppetìm ea ab ſectariorũ iniurijs tuerentur. ſiquidẽ minæ in dies ſua capiebãt incremẽta. Sed & à Comite Egmõdano per magiſtratũ celeriter euocat⁹ eſt miles pſidiarius. Erãt 40. dũtaxat ſclopettarij, quorũ aduẽtu vrbs illa magno periculo liberata eſt. Mox etiã cõſcriptus eſt miles domeſticus ſumptibus Cleri & ciuũ: atq; ità militũ opa, Brugẽſes Deo benè fauente, oẽm iconoclaſtarũ conatũ impediuerũt. Habebunt fuę cõſtantię laudẽ ſempiternã Brugenſes: habebũt & Louaniẽſes, & Bruxellẽſes, q̃ vi ferroq; ſectarijs ſe oppoſuerũt: itemq; in Flãdria Aloſtani, Teneramõdani, Curtracẽſes, Dunkercani, pſertim verò Inſulenſes, qui magnę prudẽtiæ exemplo ſectariorũ vim oẽm maturè illis eripiendis armis cõpreſſerunt. Sed & reliqui oẽs, q̃ in hoc rerũ tumultu ſe cõſtantes pbuerunt, digni certè ſunt, qui apud omnem poſteritatem multa eaque eximia laude afficiantur.

Præſidium Brugenſe.

Traiectenſis tumultus.

XXV. Auguſti apud Traiectum inferius ſectarij in quatuor paroeciarũ templa, Dominicanorumq; & Franciſcanorum monaſteria irruperunt. Poſtridiè ruderibus è D. Iacobi æde exportatis, illic ſuo more concionati ſunt diebus octo. At quinq; Canonicorum Collegia, reliquaq; cœnobia perpetuis excubijs vim eorum omnem à ſe depulerunt, & diuina officia more ſolito celebrârunt. In Hollãdiæ quoquè pleriſq; oppidis more ſuo impotentes ſectarij debacchati ſunt, demptis Dordraco, Gouda & Harlemio, paucisque minoribus municipijs: multumq; ſcuitum eſt in mendicãtes monachos, abſque cæde tamen. Nondùm enim tantum illis nocere permiſſum erat, quantum vellent.

Datur ſecuritas.

Dum hunc in modum noui euãgelij atrox Tragœdia agitur, illuſtriſſ. Gubernatrix tum Catholici regis, tum ſuo nomine diploma euulgat 23. Auguſti, ſecuritatemq; in prꝛteritum confœderatis nobilibus præſtat: ſimul etiàm oſtendit inquiſitionis ceſſationem, donèc Rex de religione aliud

aliud edixerit. Securitas ea his conditionibus data eſt, vt deincèps regiæ Maieſtati fidem debitã pſtent, turbis & tumultibus pſentibus cõpeſcendis pariter incumbant, iconoclaſtas nõ ſinant vltrà progredi, immò eius ſacrilegij reos puniant: dent operam, nè qua vis aut iniuria fiat Clero, magiſtratui, & nobilibus Catholicis: ſummo connitant opere, vt plebs tantorum malorũ magiſtra, cõfeſtim arma ponat, & nè conciones ſectarię fiant, vbi hactenùs habitæ non ſint: vbi verò factæ ſint, poſthàc ſinè armis, abſq; ſcandalo & tumultu fiant. Ad extremũ vnà reſiſtant quibuſcunque exteris hoſtibus & rebellibus, nouæque religiõis hominibus perſuadeant, vt quæ à regia Maieſtate ex Ordinum conſilio poſthàc decreta fuerint, ijs per omnia ſe morigeros præſtent.

Fœderati ſcribunt ſectarijs.

XXIIII. Auguſti, quidam ex confœderatis nobilibus ad miniſtros, cõſiſtoria & mercatores datis literis hortãtur, vt modeſti ſint donèc ipſi veniant ad ſedandos tumultus, ſecurosq; iubent eſſe, nihil ipſis ob ſuæ religionis exercitia moleſtię illatum iri. Poſtridiè ijdem ipſi cum decem alijs, tam ſuo q̃ confœderatorũ oĩm nomine iurant, ſe ſeruaturos omnia ab illuſtriſſ. Gubernatrice propoſita, ſuumq; fœdus reſcindũt, quandiù ea ſecuritas permanebit. Itaq; eodem die ad Belgij gubernatores, Equites aurei velleris, & concilia Ordinum, conciliũ quoquè priuatum, poſtero aũt die ad cætera ꝓuincialia cõcilia cunctasq; primarias ciuitates literę expeditę ſunt, quibus & ea ſecuritas, & inquiſitionis ceſſatio publicata eſt.

Edictũ cõtra iconoclaſtas

Porrò XXV. Auguſti, publico edicto conſtitutum eſt capitis ſuppliciũ & bonorum confiſcatio in omnes iconoclaſtas, templorum & monaſteriorum expilatores, incendiarios, & id genus maleficos homines: pœna verò arbitraria & priuilegiorum amiſſio promulgata eſt in magiſtratus, prætores, atque in vniuerſum omnes illos, qui eius farinæ homines non arcerẽt: grauis quoquè pœna in illos, qui armati ſua haberẽt cõuenticula.

Cęduntur iconoclaſtæ

XXVIII. Auguſti, dominus Bacquerzelius miſſus Aldernadũ ad ſedãdas turbas, apud Gerardi mõtem caſu reperit etiamnũ graſſantes iconoclaſtas eosipſos, qui Aldernadũ inuaſerãt. Mox pulſu campanę cõuocatis ad arma ciuibus & ruſticis, necopinantes aggredit: cædunt ex illis decem aut 12. primarij: poſtera luce in crucem tollunt 21. cæteri maximo numero flagellant & proſcribunt. Nõ diſſimilis ſtrages nefariorum hominum eodem ferè tempore edita eſt apud Marchenas opulentum Benedictinorum cœnobium. Fefellerant illi fidem domino de la Tour, de non vaſtanda Parochiana Eccleſia ſuæ ditionis, atq; etiàm SS. Euchariſtiã impiiſſimi flagriones pedibus cõculcârant. Is igit̃ duaco euocat aliquot nobiles, ijſq; & ſuis agricolis ſtipatus, è monaſterio prodeuntes aggredit, cędit è prophanis multos, cõplures vulnerat, miniſtrumq; quẽdam, illorũ ducem, agit in crucem. Iam in Artheſia & Lucemburgẽſi ditione miles cõſcribebatur regis nomine, vt refractarij homines ſub iugum mitterẽtur.

Bruxellẽſes inſtãt ꝓ conciombus.

Tumultuabant enim multis locis ſectarij, atq; adeò etiàm Bruxellis mirè inſtabant, vt conciones permitterentur: quibus tamen portis clauſis obſiſtebant magiſtratus, nè poſſent egredi ad conciones, cõſentientibus ea in re ciuibus omnibus, qui in conſilium ſolent adhiberi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Redierat verò Antuerpiam princeps Auraicus, moxq; maiori quàm anteà numero miles domesticus scriptus est, ad bis mille quadringentos. Eodem autem die ibidèm supplicio affectus est Anglus quidam & alij duo sacrilegi, tresque ad triremes dānati: seuerè quoquè sub graui pœna mandatum, nè sectarij Catholicis molestiam in diuinis officijs facesserent, & vt rursùs fierent conciones catholicæ & officia Ecclesiastica. Sunt tamen & sectarijs permissæ conciones in noua vrbe, modò nè in templis fierēt. Itaque & Luteranus præco iussus est relinquere ædem S. Georgij: at non priùs ille paruit, q̄ data esset sectarijs facultas aliquot sana exędificādi, è q̄bus alia Caluinistæ, alia Luterani sibi vendicarent. Porrò Mechliniæ vltima Augusti sumptum supplicium est de iconoclasta quodam, & factiōis capita in carcerem conijciuntur.

III. Septembris illustris. Gubernatrix sub pœna capitis vetuit, nè quis aut militem conscriberet, aut suum militię nomen daret. Id propterea factum est, quòd didicisset iam iconoclastas alicubì cogere exercitum, vt se vlciscerentur. Hoc verò mense per Flandriam vbiquè tractatus sunt initi cum sectarijs, & ab illis subsignati, ijs in locis, vbì anteà illorum erant habitę conciones. Gandaui quidē XI. Septemb. his cōditionibus actū est, vt neq; impediāt, neq; impediri sināt Catholicos, aut cultū diuinū antiqtùs seruatū: Vt nec in vrbibus, nec in tēplis extra vrbes concionent̄, sed solis diebus festis & dominicis cōcionandi habituri facultatē, locis à magistratu attribuēdis contenti sint: Vt nè quibus vtantur armis: Vt quatuor tantùm ministros habeant, quorū non nisì duo simul cōcionentur, sintq́ue Belgæ natione sub ditione regis Catholici, neq; aliundè exulare iussi: Vt ij ministri iurent Magistratui, se in politicis omnibus debitam præstituros obedientiam, nec vsuros verbis: quæ scandalum vel seditionem mouere queant: Vt sectarij vectigal & cætera onera cum alijs ciuibus pendāt: quin & assistant Magistratui in omnibus, quæ ad publicam pertineant tranquillitatem. Vt ministri alios hortentur ad præstandam Magistratui obedientiam & modestiam. Ea omnia sectariorum, quos vocant, consistoriales præstito priùs iuramento subsignârunt: alij in proximo cōuentu sublatis digitis iureiurando confirmârunt: atque tum ijs eadem, quæ fœderatis Nobilibus, securitas data est. Atquì verò nō alibì duntaxàt, sed etiàm Gandaui contra hanc pacem ventum est, & accersitus diuq; retentus Hermannus ille seditiosus, cuius suprà mentionem habuimus.

Tractatus initi cum Sectarijs.

Extra Brugas fiunt conciones à sectarijs.

Erant etiàm Brugis sectarij homines. Ij ipso exaltatę S. Crucis solenni die eundem improbum Hermannum aduocant, & in S. Crucis cœmeterio suas audiunt conciones, vt populus catholicus sua deuotione frustraretur. Verùm à prandio partìm compulsatis campanis omnibus, partìm milite illuc misso, compulsi sunt ad eum redire locum, vbì X. Augusti primùm id fecerant. Sed illic quoquè eorum interturbata est concio à militibus & Hispanis quibusdam, quos illi iniuria affecerant. Vulneratus est vtrinquè vnus atque alter: sed planè actum fuisset de sectarijs, nisì tractatus cum illis initos Brugenses reformidâssent. Et certè die sequenti grauiter conquesti sunt Sectarij multi numero & seditiosi, nec dubitârunt minas

minas intentare magistratui. Itaq; certas ob causas, quòd & conuentum esset cum illis certis conditionibus, vt suprà dixi, & multùm illi minitarentur, & libellum supplicem valdè seditiosum exhibuissent, Senatus illis coactus est permittere loco iam dicto conciones suas, donèc aduenirет Comes Egmondanus: simul etiàm seditionis metu proponere edictum, quale iam anteà Antuerpiæ, Gandaui & alibì publicatum fuerat, nè Catholici eorum impedirent conciones, neque alij alios iniuria afficerent. Interìm tamen non deerant Catholici, qui vt illas hæreticorum conciones auerterent, multiplici fœtore locum illum complerent. Est verò etiàm oblatus à Catholicis libellus supplex magistratui, nè permitterentur illę conciones: cuius rei causa etiàm facultates & vitam se libenter profundere velle dictitabant: sed & magistratus sedulò in id incubuit, vt quantùm quidem in ipsis esset, homines ab adeundis illis concionibus retardarent.

Nota pium zelum.

Extremo ferè mense Septembri quidam nō postremæ nobilitatis, cuius nomini parco, cum aliquot socijs vel assecłis ingressus in templū oppidi sui, aras & imagines dissipauit, exactamq; ex indice vniuersam ecclesiæ supellectilē, igni iniecit: & nè q̄d superesset, etiàm priuatorū ędes excussit. Idem ipse ex pago quodā sacrosanctā Eucharistiā cum arcula argentea ablatam, psittaco suo deuorādam tradidit. Hanc verò tam immanem nimiumq; horrendam iniuriam suam, qua tandèm ratione vlturus sit ille p̄potētis Dei filius, ipse nouit. Ad eiusmodi prorsùs barbaras immanitates istius noui euangelij sceleratissimi p̄cones mirificè inflammāt homines: sed deuorabunt eos illę tartareæ aues morsu amarissimo, & in oēm æternitatē singulares & exquisitas dabūt pœnas tantis iniurijs affectæ sacrosanctæ Eucharistiæ, nisì dignam egerint pœnitentiam, & eos quos miserè deceperunt, in viam reuocauerint.

Deut. 32.

Dauentriēses pmiserunt suo pastori, vt plebē ad Augustanę Cōfessionis formulam doceret: at nihilo minùs Canonicis sua omnia reliquerūt. Hollādi iterùm tumultuari cœperūt. Delphis, oppido Hollādiæ, fœminę, vel certè viri fœmineis vsi vestibus, Frāciscanos expoliatos ex vrbe eiecerunt. Amsterodami & Carthusiani & Franciscani expulsi sunt è suis monasterijs: idē passę fuissent etiā Deo dicatę virgines, nisì ciues obstitissent.

Tumultꝰ in Hollandia.

Eodē ferè tēpore sectarijs Furnēse oppidū inuadere conātibus, egregiè restiterūt incolę, aliquot cæsis, cæteris in fugā actis. Cōspirauerāt illi cum quibusdā incolis, sed scalæ ad muros admotæ, deprehensę sunt. Eodem autem mēse cùm nō remitterent sectarij Flandrenses, exēplo Antuerpiēsium illis quoquè Gandaui, Iperis, Aldenardi, Ballioli, Armenterię & q̄busdam alijs locis pmissum est sua sibi fana condere, extra muros tamen.

Fana Sectariorum in Flandria.

IIII. Octobris Mechliniæ versi in tumultum Sectarij, volebant iconoclastas è carceribus eripere. Eum tumultum sedauit Comes Hochstratanus, qui iam aliquandiù illi vrbi præfectus fuerat: at tamen postero die coactus est captiuos illos dimittere. Eodem die Bruxellis rursùs nouo edicto clādestina intra vrbem conuenticula prohibita sunt: ministro suspendij, auditoribus exilij pœna constituta. Breuì pòst in Hollandiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

abire compulso principe Auraico,(erat enim generalis Burgundię,Hollandiæ,Selandiæ, & Traiecti inferioris prefectus) opportunè illi apud Antuerpienses substituitur idem comes Hochstratanus.

Tumultus nouus Antuerpiæ.

Nam die 17. eius mensis, nisi ille prestò fuisset, non templa modò, sed etiàm mercatorum & diuitũ domos expilâssent importuni Sectarij. Sub vesperam enim illius diei denuò in primariam beatissimę matris Dei ędẽ irruperunt,duce quodam nobili Antuerpiensi,prętextu quidem iconoclasmi ob restaurata sacella quædam: re autem vera, (vt habita quęstione fassi sunt eius turbæ authores vel capita) vt occupato templo & ædibus monetariorum,tanquàm munitionibus quibusdam,ipsa nocte diuitum ædes diriperent. Verùm comes coacto milite eos templo exegit,læsisque non paucis,factionis capita aliquot compræhendit. Quòd autem literæ minaces eo die sparsæ essent contra Minoritas, milites quosdam misit, q illos tuerentur. Porrò altera die nobilis ille,quem diximus, media nocte appræhensus, manè septima hora in medio foro suspensus est. At pergebant tamen sectarij,& quinque fana gnauiter intra vrbem construebant: in ijs Caluinistarum Gallorum cætera vincebat magnificentia. Si illam pecuniã dedissent hominibus miseris & egenis, rectiùs cõsuluissent sibi.

V. fana Sectariorum Antuerpiæ.

XXV. Octobris conuentus Ordinum habebatur apud Traiectum inferius .aderat princeps Auraicus. Ibi tum Sectarij nihil dubitârũt ad arcis portam suas habere conciones. Iussi verò à præfecto discedere, cùm non parérent, displosis tormentis in fugam acti sunt, paucis vulneratis, nemine tamen interempto. Porrò Ericus Dux Brunsuicensis tribus indè milliaribus aliquot peditum armatas habens cohortes, Hollãdis, nè quid attentarent, terrori fuit: Brabantis verò, miles Bruxellis vicinus.

Tumultus Brugensis.

Prima Nouembris Alosti minister quidam non cõtentus loco Concionibus ipsorum attributo, cùm propiùs vrbem accessisset, cruci datus est. Tertia Nouembris apud Brugenses non absque seditionis periculo tertiò tumultuatum est. Sectarij enim à concione redeuntes, cùm solerẽt ad suas quisque domos diuertere, multis iã introgressis, partìm ad portas substiterunt. Secuti sunt illos viri 50. qui mox cõspectis mœnibus, psalmos suos cantillare cœperunt alta voce. Ea re excitati nonnulli ex ijs, qui vrbem ingressi erant, ad portas recurrerunt. Iussi aũt eas cantiones missas facere, simulque, ità iubẽte Consule, porta obserata, tympanistæ manum grauiter sauciârunt. Itaque alij milites excubias agentes, sclopettis petunt sectarios, duos mox interficiunt, permultos vulnerant, è quibus tres paulò pòst expirârunt. Tum verò sectarij arma corripiunt, sed à milite repentè in vnum coëunte distinentur. Ità tum impedita sunt cõsilia & machinationes hominum malorum. Aliquot eius factionis coniecti sunt in carcerem.

XI. Nouembris ipsis ferijs S. Martini nouus Antuerpiam terror inuasit, dira minitantibus sparso rumore Sectarijs: & fuisset ille fortasis non prorsùs vanus, nisi Comitis Hochstratani nocturnæ atque diurnę excubiæ obstitissent.

Ministri Lu

Hoc mense Nouembri venerunt Antuerpiam à Confessionistis euocati

cati sex ministri Lũterici, quorum capita fuêre Illyricus & Spangenbergius, qui paulò pòst Latinè & Teutonicè suam edidêre Confessionem, quam appellârunt Confessionem ministrorum Iesu Christi in Ecclesia Antuerpiensi, consentientem cum Augustana Confessione. Ediderant iam anteà suam quoquè Caluinistę Teutonicè, dictam breuem fidei confessionem. Vtraque à Catholicis doctissimis & grauissimis viris confutata est. Porrò autem Luterici buccinatores non admodùm magnos videntur Antuerpiæ successus habuisse, quòd Caluiniani primas sibi facilè vẽdicarent. Et certè cùm posteà indè discessissent, & Spangenbergius Coloniam venisset, quodam ex illo percontãte, quis rerum status esset Antuerpiæ, aut aliquid eiusmodi, ille respondit: Antuerpiæ Christus pendet inter duos latrones, Papistas & Caluinistas: significare volẽs, vt arbitror, Luteranis ibì non multum esse loci & authoritatis. Hoc quidem retulit mihi vir doctus, qui se id ex eius ore audiuisse affirmabat. Non dubium, quin in illa opulenta regione libenter nidificâssent Illyricus, Spangenbergius & eius farinæ euangelici p̃cones, sed eorũ votis successus defuit.

Luterici venirunt Antuerpiam.

Nota respõsum euangelicum.

Sectarij Brugenses quid exegerint.

Eodem mense non contenti Brugenses Sectarij sua habere conuenticula, etiãm alia suæ sectæ exercitia, putà, baptismum, matrimonia & sepulturas, more Antuerpiensium & Flandrorum occidentalium introducere moliebantur. Ea re motus Brugensis Episcopus, cùm non posset solis concionibus, illis resistere, apud Senatum egit, vt dicta exercitia, quorum nulla facta esset mentio in suprà memorata securitate, prorsùs impedirentur. Itaque Senatus paulò pòst Sectarium quẽdam, quòd prolem suam foris baptizari iussisset, exilio mulctauit. Sed eam ob causam permulti sectarij ad curiam venerunt, expostulaturi de collega suo: atquì dilati sunt, donèc à Gubernatrice aliquid certi statueretur. Illa verò & Brugenses rectè fecisse respondit, & posteà in alijs quoquè Flandriæ vrbibus ea exercitia fieri vetuit, quippe quæ nunquàm ipsa probâsset.

Transigitur cũ Sectarijs Traiectẽsib.

XXV. Nouembris Princeps Auraicus cum Sectarijs Traiecti inferioris eodem modo transegit, quo Egmondanus cum Flandris: prętereà quòd hîc adiectæ fuêre conditiones istæ, Vt nè quis impediat compræhensionem iconoclastarum aut prædonum: Vt nè quis distrahat, aut penès se seruet libellos famosos in Regem, in Gubernatricem, aut alios magistratus: Vt nè quis famosas cantilenas, aut quod populum ad seditiõem commouere queat, propalàm canat: Vt nè quis vel Catholicus, vel Sectarius concionator in partẽ aduersam inuehatur, aut iniurius sit: si secùs fecerint, cõcione priuentur. liceat verò vitia generatìm p̃stringere & carpere.

Eodẽ mẽse duo mercatores Hispani valdè opulẽti, sed Caluinistę, Geneua accersiũt Antuerpiã ministrũ Caluinianũ, suę natiõis hominẽ, nẽpe Hispanũ, q publicè Hispanis cõcionaret. Sed cæteri Hispani catholici & illi & auditorib⁹ mortis intẽtârũt minas: à magistratu quoquè causa vitãdi tumultûs, phibit⁹ est. Itaq; p̃ter clãcularias coitiões nihil ille bonus vir ausus est attẽtare. Eodẽ quoquè mẽse multùm insolescere cœperũt Valencenẽses, nõ cõtenti cõcionibus sectæ suę intra ipsam vrbẽ, & quidẽ in æde primaria S. Gaugerici: sed etiàm quodã die cogẽtes clerũ omnem ex

Insolescunt Valẽcenẽses

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrbe discedere, magistratu nihil auso resistere ob nimiam improborum hominum multitudinem. Monebãtur quidem ab illustriss. Gubernatricæ, vt Catholicis suas redderent ecclesias, sed surdis ea dicebãtur. Iam verò etiàm per omnem ditionem illam proclamari fecerũt celebrationem cœnæ Caluinisticæ, certo die in S. Gaugerici æde futuram: in qua sanè p̃ter alia animarum pericula, vt verbis vtamur illustriss. Gubernatricis, more apud illos receptum est, vt ante omnia solenniter abiurent Romanam catholicam ecclesiam, polliceanturq́ue se non redituros ad illam, simulq́; iureiurando cõfirment se eam ecclesiam prorsùs persecuturos. Hæc quidem digna est ad tam prophanam cœnam præparatio. O humanorũ pectorum inexhaustam cæcitatem. Porrò illustriss. Gubernatrix huius mẽsis die 26. datis ad illos literis exegit, vt militem præsidiarium reciperent, p̃sertim cùm certò constaret, duos illorum ministros pro concione palàm dixisse, eius vrbis Caluinianum consistorium (sic enim vocant) non teneri obedientiam præstare magistratui. Addidit autem Gubernatrix, se per omnia ipsis seruaturam, quę nobilibus fœderatis addixerat. Etsi aũt magistratus initiò, & plerique ciues non se præberent refractarios, at seditiosi illi ministri plebi persuaserunt, nè p̃sidiũ vrbi imponi paterent.

Nota more cœnæ Caluinisticę.

XIIII. Decembris iteratum est edictum de nõ capiendis armis contra catholicos, adeoq́ue Regem ipsum. additum est autem, licere vnicuilibet id facientibus armata manu ire obuiàm, tanquàm perduellibus & hostibus patriæ, atque etiàm illorum ędes diripere, præsente tñ loci præfecto.

Valencenẽses decernũtur rebelles.

Eodem die Valencenenses pronunciati sunt regiæ maiestati rebelles, tum quòd nollent admittere præsidium, tum quòd primi ipsi in cohortes regias apud monasterium S. Saluij maiora tormenta exonerâssent, atque cœnobium Carthusianorum & S. Vedasti ecclesiam, iam secũdò vastâssent & diripuissent, cùm tamen initio mensis huius alteris Gubernatricis literis denuò moniti essent accipere præsidium. Ea autem in Valencenenses lata sententia, per omnes vrbes publicata est, similis quoquè in eos omnes, qui illis aut commeatum, aut arma apportarẽt. Paulò pòst facta eruptiõe, ad tria millia, vt fertur, egressi ex vrbe, à regio exercitu in vrbem cõpulsi sunt, cæsis ex illis circiter sexaginta. Erat tum obsessum oppidum multo milite regis, qui prohiberet nè qua vel alimenta, vel auxilia obsessis importarentur. Moti ea re Sectarij, copias contraxerunt, vt suis ferrent suppetias. Scriptus autem est miles p̃cipuè in Flandria occidentali, vt à quibus cœpta erat imaginum oppugnatio & cõciones schismaticæ, ipsi quoquè primi manifestè rebellarent. Iunxerũt se aũt illis ex Tornacensibus maiori numero collectæ copiæ. Ipso verò nati Seruatoris sacratissimo die, more bellico sub suis quiq; signis cœpêre progredi: altero S. Stephani die ædes Tornacensis officialis inflãmârunt, monasteria vicina expilârunt, atq; etiàm pagorum adiacentium templa: nec parcendum putârunt ædibus domini de Vuaterlosio, q̃ è templi turre vnà cum pastore templum ipsum ab illorum impetu vindicâsset. Sed tamen non prorsùs impunè tulêre suam audaciam. Nam huius Flãdrorum cohortis ante alias præmissæ certior factus Dominus Rassegemius, Insulæ, Duaci & Orche-

Nota hæreticorum facinora in tantis solẽnitatibus.

Orchesij præfectũs, ipso S. Iohannis die festo misit contra illos 50. equites & 200. pedites sclopettarios: qui cum Caluinianis quadringentis cõserta manu, cecíderunt ex illis 150. cęteri, qui ad dictam Vuaterlosij turrim se receperant, immisso in templum igni, vel flammis, vel fumo extincti periêrunt, nullo è regijs cohortibus desiderato.

Cæduntur Caluinistæ

Hoc ipso autem die socij sectariorum ex Tornacensibus collecti, monasteria Carthusianorum & monialium priùs euastata & direpta incẽderunt, & incredibili contumelia eas moniales affecerunt pro noui huius euangelij pudore & verecundia. Abbatissam enim cum aliquot ex iunioribus in itinere comprãhensam, per omnia ferè Tornaci compita irridendam circunduxerũt, alijs quibusdam vetulis miros terrores incussêrunt, & per omnem noctem benè multis ludibrijs & cõtumelijs miseras exagitârunt: atq; ægerrimè sanè stupra impiorum hominum euadere illæ potuerũt. Ea est disciplina & modestia noui euãgelij. Altero manè, festo die SS. Innocẽtum, Abbatiam S. Nicolai iam antè toto triduo rebus pretiosioribus, & quæ ad victum pertinent expoliatam, flammis permisêre. Indè, nondùm comperta strage suorum, illis laturi opem, in pagum Vuaterlosiũ venerũt. Porrò dominus Rassegemius dimissis tota nocte nuncijs ad p̃sidia & nobiles vicinos catholicos, itemq́; ad rusticos in eiusmodi euẽtus paulò antè in militiam adscriptos, id sua suorumq́; diligentia assecutus est, vt manè sexta hora ad ipsum conuenerint duo peditũ ex vicinis pagis millia, trecenti pedites sclopettarij, & equites centũ. Aduersarij erãt ad tria millia. Cœptũ est vtrinquè leuibus quibusdã p̃lijs agi, Caluinianis Tornacũ se sensim recipiẽtibus. Atq; eccè de improuiso occurrit illis Dominus Norcarmius Hãnonię p̃fectus, magnis instructis copijs, decẽ peditũ signis, & equitibus ampliùs septingẽtis. Is cõfestim Sectariorũ dissipat copias, & circiter septingentos aut octingentos interficit, septem aut octo dũtaxàt è suis amissis, è q̃bus duo eq̃tes, alter Rassegemij, alter Norcarmij, q̃ se mutuò nõ agnoscerẽt, p errorẽ mutuis cõcidêre vulneribus. Atq; ea res, q̃ ab vtraq; parte nostri putarẽt ad hostiũ numerum pertinere eos, qui regi militabãt, in causa fuit, q̃ cùm inter vtrosq; concluſi facilè ad internecionem omnes Caluiniani cædi potuissent, permulti euaserint.

Sectarij vexant moniales.

Strages Sectariorum.

Sed tamen impietatis suæ pœnas quasdam luit ea hominum fęx, quæ illis quoquè sacratissimis dieb⁹ tot flagitia designârat, & repressi sunt immanes ac sæui malorum hominum conatus, quos iam impotenter iactabant, nempe flammis sese absumpturos monasteria & templa omnia extra vrbes sita, idq́ue intra paucos dies, neq; in Flandria duntaxàt, sed etiàm per omne Belgium, cæteris eousquè necdùm prorumpere ausis.

Eodem mense etiàm Traiectum inferius semèl atque iterùm occupare tentârunt Sectarij, sed nihil consecuti, cœperunt muris admouere scalas, vel etiàm seras portarum effringere, aut id genus alijs stratagematis frustrà eò conniti.

Hactenùs huius anni in Belgio res gestas ità commemoraui, vt tamen Geldrię motus necdùm attigerim. Itaque hoc loco q̃ ibi quoquè acciderint, paucis annotabo: Lector dabit veniam, q̃ non apto satìs ordine hæc com-

cõmemorantur. Nam ſeparatim hæc ad me ſcripta peruenêre. Prima Auguſti die huius anni, Nouiomagij, q̃ eſt inſignis Geldriæ ciuitas, Catholici regis mandatum publicatum eſt, nè quis vlli alteri, quàm Geldriæ præfecto, militaret. Is præfectus eſt Carolus illuſtris Comes Meganus & eques aurei velleris &c. cuius in hac rerum perturbatione magna in Catholicum regem fides & eximia in religione Catholica tuenda, hæreticisq; ꝓfligandis virtus enituit. X. Auguſti, ipſis ferijs inclyti martyris Laurentij Caluinianus quidam p̃co, monachus Apoſtata, extra mœnia Nouiomagij in Iudæorum cœmeterio virus ſuum cõcionando ſpargere cœpit, habuitq́ue frequens auditorium. Altero die, qui erat Dominicus, largior pluuia illum feruorem non nihil reſtinxit, hominesq; domi tenuit. Proximo die Dominico alio in loco cõcionem habuit, permultis ex pleriſq; oppidis ad eam cõfluentibus. Mirum eſt, ità feruere miſeros homines ad audiendas ſeditioſorum hominum cõciones, è quibus tñ nihil bonę frugis, immò verò certam animarum pernicię reportat. Sed tenebriones iſti nôrunt ſua blandiloquentia ineſcare incautos, & mendacijs fallere. Concionator iſte, vt dixi, apoſtata monachus fuit, Ludouicus nomine: & eſt notatu dignum, q̃ iſta p̃clara multiplicis noui euãgelij dogmata p̃ nullos ferè magis, quàm eiuſmodi votifragos monachos diſſeminẽtur: vt quod ab apoſtata Lutero cœpit, apoſtatas quoquè habeat propagatores. Erant autem certè Nouiomagij perplures Catholici, quos non parùm affligebat iſtius Ludouici aduentus.

Præfectus Geldriæ.

Et in ipſo quidem aſſumptæ in cęlos glorioſiſſimę Virginis matris puigilio honeſtiores quiq; ciues zelo Dei permoti, in collegio Iohãnitarũ conuenerunt, vt inter ſe conſultarent de ꝓfligando lupo illo: vbi etiàm recitati ſunt libelli ſupplices, à bonis benè confecti, quibus conabant̃ eius vrbis rempublicam à rebus nouandis deterrere. Sed erant quidam homines factioſi, quibus reclamantibus, re infecta diſceſſum eſt.

Zelus Nouimagẽſium

Porrò verò D. Bartholomæi feſto die apoſtata ille ſub horam quintã à ſuî ſtudioſis in oppidũ introductus eſt, & parùm ſanè abfuit, q̃ importuni homines in ipſam ſummã ædem mox impreſſionem facerẽt. Eam ob cauſam vaſa precioſa & ſacræ veſtes veſperi clàm è tẽplo exportatæ ſunt. Altera die, q̃ erat Dominica, Caluinianus ille præco in veteri, vt vocant, cœmeterio apud arcẽ Falconiã ſuã habuit cõcionẽ ſub arbore: & qa metus erat, (quod ferè ad ſeditiones ab iſtis cõcionibus incitari ſoleãt homines) nè à peracta cõcione in ſummũ templũ impetũ facerent, & ſuo noui huius euangelij more omnia diriperent, ægrè abſolutũ eſt ſummę Miſſæ ſacrificiũ. Nonę preces, ſacerdotibus ſibi fuga cõſulentibus, prætermiſſæ ſunt: quicquid erat ſupellectilis, q̃ tolli poſſet, incredibili celeritate è monaſterijs oñibus in ciuiũ domos elata eſt: porrò templa clauſa ſunt. Vbicunquè enim iſtud nouum euangelium nidificat, ibì mox ſilent diuina officia omnia, vt quædam vaſtitas & horrida barbaries introduci videaẽ.

Cõcionator apoſtata Nouimagiũ intrat.

Die feſto decollatiõis S. Ioannis Baptiſtæ, à qbuſdã è Senatu deductus eſt ille cõcionator in templũ S. Ioannis, populo licèt inuito, & certè niſi quidã è magiſtratu obſtitiſſet, hominem inde ciues expuliſſent. Erant eñ in

in Senatu Caluiniſtico fermẽto deprauati, qui etiã poſteà loco moti ſunt.

Calendis Septembris Senatus pronunciauit atque ſanciuit ſub pœna capitis, (id enim pridiè boni ciues precibus contenderant) nè quis in tẽplis aut monaſterijs diuina officia interturbaret, vel res eccleſiaſticas diriperet: ſimul etiàm licere voluit Ludouico ſuas habere conciones, donèc eſſent finita comitia, idq́ue in æde S. Iohannis.

Quarto Nonas Prior Prædicatorũ, vir inſigniter eruditus, cum Ludouico in diſputationẽ ingreſſus eſt. ſed ſectariorum frequentia & cõuicijs obrutus, nõ potuit eã proſequi, licèt multis modis illo Ludouico eſſet ſuperior: & certè Ludouicus ad primã q̃ſtionem reſpõdere nõ potuit. Vincunt aũt facilè hęretici clamore & contumelijs, vbi ratione non poſſunt.

Diſputatur cũ hęretico.

In ferijs S. Matthęi apoſtoli Ludouicus in eodẽ templo infantẽ baptizauit, parentibus vt id p̃mitterẽt, pecunia corruptis. Eſt hoc quoquè facinus euangelicum, & eiuſmodi artibus promouent euangelium ſuum.

Septimo Calend. Octobris ingens fuit motus ciuium bonorum intra vrbem illã. Nã ea nocte vigiles, vt appáret, Geuſiani vel Caluiniſtæ deiecerant ſepimentũ ante imaginẽ Saluatoris à cruce pendentis in cœmeterio S. Stephani. Eius rei indignitate adeò cõmoti ſunt catholici ciues, vt in ſcholã cõuenerint, vbi etiàm ſingulis noctibus ſeruabant̃ excubię. Superuenerũt aũt etiàm quidã primarij è Senatu, ſciſcitãtes q̃d ille ſibi conuentus vellet: reſpõderunt ciues, irent viſum quid in S. Stephani cœmeterio deſignatũ eſſet. Illi cõtrà hortabant̃, vt cum diẽ ſaltẽ ſuſtinerent. Tũ ciues: Satis, inquiebãt, multi dies effluxêre: rurſusq; cõclamabant, Ad arma, Ad arma: neque eñ diutiùs iſthæc tolerãda nobis ſunt. Hac ipſa die, Deo benè propitio, noſtra iura & priuilegia tuebimur. Ità tum repentè è Schola domum abeunt, & opiniõe celeriùs forum armati occupãr: ſimul etiàm ambos cõſules in forũ ꝓtrahũt vnà cum labaro ſeu vexillo inſigni, qui ſe à Catholicis ſtaturos iureiurando cõfirmârunt. Tubæ quoquè ſonitu per oñem vrbem denunciatum eſt, vt ciues & indigenæ oñes quãprimùm ad labarum aduolent, alioquì nõ alio quàm regis & vrbis hoſtium loco futuri. A prandio indicunt Conſules ſilentium noui Euangelij buccinatoribus, eosq; in pedes ſe conijcere iubent. Et illi boni viri aut aufugerant, aut alicubì deliteſcebant. Manſerunt autem ciues in armis tota nocte ad duodecimam vſque ſequentis diei: quo die ante prãdium quinque ſectarij è Senatu electi ſunt, & totidem catholici in eorũ locum ſubrogati. Similiter quinque è Magiſtris ſocietatis S. Nicolai, (Sic enim appellantur) quorum octo ſemper aſſident Senatui eius vrbis, quibus alios eiuſdem numeri catholicos ſuffecerunt. Hoc enim de conſtituenda porroq; conſeruanda Reip. pace cõſultantibus, magna omnium conſenſione neceſſarium viſum eſt, vt zizania priùs euellerentur. Deindè ciues iam delaſſati, pręſtito priùs Senatui iuramento, dimiſſi ſunt.

Catholici Nouimagẽſes non ferunt œconomachos.

Eodem autem die à prandio complures fœminæ, zelo religionis incitatæ, arreptis fuſtibus & haſtilibus, in templum Iohannitarum irruerunt, vt nouum Caluiniſtici buccinatoris ſuggeſtum euerterẽt: ſed quòd fores eſſent clauſæ, nihil efficere potuerunt. Manè alterius diei ante

Nota zelum fœminarum

quintam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quintam ciues impetu facto illam egregiam cathedram deiecerunt, protractamque in medium forum, luculentis ignibus exusserunt.

Altera Octobris allatę sunt in Senatum Nouimagensem literæ, missæ à quibusdam primarijs fœderatis nobilibus, quibus accusabantur ciues tyrannidis in Senatum. At illi non magnoperè moti illis literis, responderunt, suo quandoquè tempore declaratum atque compertum iri, rem aliter se habere, iureque Senatores loco motos esse.

Tilam ingreditur eccle. siastes.

XIII. Octobris etiàm Tilam, munitum Geldriæ oppidum, quidam sectarius ecclesiastes ingressus est, sed eum Scultetus, vt vocant, mox extra portam eduxit. Incredibilis est istorum improborum hominum feruor ad corrumpendos omnes suo teterrimo fermento.

XV. Octobris Geusij Nouimagij in cœmeterio S. Antonij cõgregati, per legatos à Senatu petiêrunt restitui sibi suum concionatorẽ, itemq; exules, seruata vtrique parti sua libertate. Non poterat tunc haberi Senatus, quòd multi abessent. Itaque die 18. Octobris rediêrunt Geusij in Senatum, suasque preces obtulerunt. Populus verò Catholicus, veritus nè mitiùs pro hæreticis actum esset, pertæsus tãdèm molestiarũ quæ à Geusijs ferebãtur, semèl expediri penitùs voluit. Paulò post duodecimã Geusij non absque fastu, & magnos præ se ferẽtes spiritus, in foro ambulabãt, & in arce Falconia responsum expectabant. Ea res malè habuit ciues Catholicos, rursusq; è summa turri signo dato ad arma recurrũt, atque intra semihorulam forum omne complent, neque indè discedere volunt, donèc Comes Meganus Arnemio ab illis accersitus adesset. Erãt etiàm nõnulli Geusij in armis, sed repẽtè disparuerũt. Decreuerãt illi sanè occupare forum, expectabantq; militem subsidiarium: sed eorum consilia irrita fuére. Altera die venit illustriss. Comes Meganus, atque à pijs & catholicis ciuibus amanter & hilariter in vrbem introductus est. Erant ad septem circiter millia ciuium, qui illi ierunt obuiàm. Porrò Comes plùs minùs sexaginta equites secum adduxit, estque honorificè perductus in arcem Falconiam. Eo facto, iusserunt consules populum arma deponere, & abire domum.

Catholici non amplius ferunt Geusios.

Comes Meganus venit Nouimagiũ.

XXIII. Octobris in Senatu decretum est, vt 100. pedites cõscriberentur, qui cum totidem Comitis peditibus vrbẽ diù noctuque custodirent.

Pridiè Omnium Sanctorum, iuramentum præstitere ciues Nouimagenses Senatui, obtemperaturos se Consulibus, non aurem præbituros peregrinis pseudoprophetis, non illaturos damnum rebus ecclesiasticis, sed vim illis allatam, haud aliter atquè à seipsis prohibituros, &c. Hunc quidem in modũ Nouimagensium res sese habuêre: vndè potest pspicuè videri, q̃ illi digni sint multa laude, quòd tanta constantia pro conseruanda Catholica religione, & fide erga catholicum regẽ Philippum decretârũt, nec passi sunt apud se prævalere impias hæreses, quibus iam multæ prouinciæ miserabiliter dilaceratę sunt. Vtinàm verò eam fidem & constantiam multi alij declarâssent, nec locum vllum impijs dogmatistis præbuissent. Rurę mundenses certè aliquandiù hæreticas conciones apud se habuerunt, & erant catholicorum res sæpè ea in vrbe admodùm afflictę, donèc

Nouimagẽses iurant Senatui,

nèc tandèm clemens & pius Dominus illam catholicæ paci & vnitati restituit, & piorum luctus conuertit in gaudium.

Interea verò dum in Belgio isti tumultus grassarentur, & metus ingẽs esset, nè illa perditorum hominum fęx longiùs etiàm extra regis Philippi ditiones progrederetur, prudentissimus sanctę Vbiorum Colonię Senatus, immortali ad omnem posteritatem laude dignissimus, summa cura & vigilantia tumultus omnes intra suos limites anteuertere & auertere studuit, Deoque prępotente illius optimos conatus mirabiliter fortunante & adiuuante, in hunc vsq; diem eius amplissimę vrbis celeberrima Resp. prisceum illud suum in obseruanda mordicùs semèl recepta religione singularis constantiæ nomen sibi optimo iure vẽdicat, nec sibi turpissimam hęreseos labem adspergi sustinet, fruitura hauddubiò eã ob causam tum Dei Opt. Max. largissima benedictione, tum apud Posteros omnes laude eximia atque perenni.

Coloniẽsis Magistratus laudatur.

ANno 1567. initio mẽsis Ianuarij, aut certè sub finem anni superioris, etiàm Traiectenses ad Mosam, atque Masecani, aduersùs dominum suum Leodiensem Episcopum cristas erexerunt, & ausi sunt etiàm illi bellum indicere statuis & imaginibus, concionesq; sectarias inuehere, porrò præsidium recusare.

Masecanĩ rebellant.

Eodem tempore illustriss. Belgij Gubernatrix per omnes Belgicas ditiones, & Comes Egmondanus per Flandriam ea, quæ suprà diximus, sectariorum exercitia omnibus interdixerunt: sed necdùm id temporis obtemperatum est.

VII. Ianuarij Comes Arenbergius Phrisiæ præfectus, eam gẽtem primus omnium ad tranquillitatẽ reuocauit, accepto à tribus oppidis Transissulanis iureiurando, nihil eos ad Regis vsque aduentum noui molituros: Leuardia quoquè recepta sub his cõditionibus, Vt intra tres aut quatuor dies ex ea ditione emigrent sub pœna capitis & bonorum omnium confiscationis ministri, apostatæ, & sacerdotes vxorij omnes: quę pœna etiàm illorum receptatoribus constituta est: Vt templa & monasteria oĩa in pristinum statum restituãtur: Vt nihil in religiõe ab illis innouetur: Vt nulla noua feriãt fœdera, ictis verò renunciẽt: Vt regia edicta more solito publicent, tradantque tormenta & bellicas munitiones omnes.

Phrisia paratur.

Tornacum verò etiàm mox occupatum fuit à Domino Norcarmio, introductis per castrum nouem peditum signis, & paulò pòst laqueo addictis duobus ministris, & 15. alijs sectarijs è primoribus eius loci. Porrò etiàm arma omnia ciuibus erepta sunt, & tum exercitia Caluinistica, tum conciones oẽs cessare iussa: qui verò cum Clero omni anteà pulsus erat, denuò restitutus est episcopus.

Tornacum occupatur.

Per id tempus misère suos homines Valencenenses ad illustriss. Gubernatricem: sed nihil actum est: immò verò cùm paulò pòst ex vrbe pabulatum egressi essent, cæsi ex illis sunt circiter 130. augebantur autem in dies copię vrbem obsidentium.

Cæduntur Valencenenses.

Eodem, nî fallor, mense cùm Tornaci contra prohibitionem Domini Norcarmij quidam sectarius prędicaturus concionari attẽtaret, displosum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum est in eum tormentũ maius, quo ictu multi adstantes vulnerati sunt. ☞ Insulenses autem matronę die quadam in vnum coëuntes, infantes suos omnes ab hæreticis baptizatos, vi ablatos in templum apportârũt, vt quæ omissa erant, ritu Catholico supplerẽtur. Idem in infantibus rusticorum fieri curauit dominus Rassegenius.

Libellus supplex Sectariorum.

XIX. Ianuarij Ecclesiæ, quæ se scilicèt reformatas vocant, rursùs libellum supplicem porrexêre nobilibus fœderatis. In eo præclari illi reformatores multùm quiritantur de non seruata securitate ipsis promissa: de exercitijs suæ religionis etiàm sub capitis pœna interdictis, quæ tamen illi nobiles interpretati essent sub concionibus permissis contineri: de sociorum suæ sectæ & ministrorum persecutionibus & afflictionibus, cõtrà quàm polliciti essent nobiles: de infantibus quos ipsi baptizâssent, à Catholicis rebaptizatis, (quod falsò affingũt Catholicis) de multis ipsorum symmystis, qui metuentes sibi, patriam, coniuges, liberos dimiserint: de Valencenensium miseria maiori, quàm vnquàm ab hostibus passi sint: de milite totam Belgicam implente, à quo miserè ipsorum socij expoliantur & opprimantur multis locis. Addũt etiàm modestissimi viri se hactenùs oẽm modestiã & obedientiã pstitisse sub spe dictæ securitatis: monentq; nobiles, vt cogitent an non iure de ipsis possint conqueri, quòd sub libertatis prętextu ab ipsis tãquàm ad victimam ducti sint, & ad extremum malorum peruenerint. Tum quoquè orant, perspicuè vt declarent nobiles, an reuerà gubernatrix & Equites aurei velleris omnia suæ religionis permiserint exercitia, cùm tamen in literis non nisi concionum fit mentio facta: & si ità sit, dent operam, vt pacta conuenta vtrinquè obseruentur, liceatq́ue ipsis securè citra vllam molestiam sua habere exercitia, (hoc est, impunè homines in errores inducere, & in clerum atq; monachos, reliquosq; Catholicos acuere & armare.) Vtque etiàm fratres Valẽcenenses à suprema hac calamitate extrahantur. Hæc & pleraque alia in suo illo supplici libello habent isti optimi viri, qui cùm illas opulentas & Catholicas Catholici Regis ditiones in tumultus verterint, & innumeros pios atq; Catholicos homines summo mœrore affecerint, dum nefarij ipsorum conatus reprimũtur, tam lamentabiles, tanquàm planè innoxij & iniuriam passi, querelas edunt. Sed non semper dormitat Diuina vindicta.

Verùm cùm insolentes & procaces Sectarij multa contra fidem datam attentâssent, atque in dies peiora molirentur, illustrissima Gubernatrix volens modis omnibus illorum conciones profligare, Calendis Februarij cuidam magnę authoritatis viro negocium dedit, vt Mechlinię ex ministris coram magistratu adesse iussis percõtaretur, vellẽtne sponte suas conciones omittere.

Ibi Luteranus quidem minister ait se non fore difficilem, tantùm liceat ipsi crastino die suis valedicere: at Caluinianus respondit, se id nõ posse salua & integra cõscientia. Eccè tibi religiosi hominis valdè arctam conscientiam. Itaque postridiè Brabantiæ Satrapa, Drossardum quem vocãt, iussu illustriss. Gubernatricis sub media concione Caluinistarum ministrum

strum Martinum Sinetiũ cum duobus alijs, qui primi eò ministros euocauerant, abripuit, itemq́ue alium è Concione Luteranorum, secumq́ue omnes Viluordiam abduxit. Ibi tum sanè miserè trepidatum est ab Sectarijs, equitibus per medias turbas istos absportantibus: certè plerosque videre erat vtriusque sexûs, relictis penulis suis se subducere. Atque hoc pacto Mechliniæ omnis eorum concio prohibita est. Martinus Sinetius apprehenditur.

Sub idem tempus venerũt Antuerpiam aliquot nobiles fœderati. Ex ijs primarius quidam vt satisfaceret precibus memoratis sectariorum, libellum supplicem oblaturus, scripsit illustriss. Gubernatrici, num gratus illi foret suus suorumq; accessus ad illam. Rescripsit illa, quantùm ex literis eiusdem nobilis quidam colligunt, se nimiùm placidè accepisse libellum supplicem 5. Aprilis datum, vtpotè ex quo tot repętè mala extiterint: nolle se deinceps id genus libellis fascinari, neque ipsorũ cupere aduentum. Tum etiàm die sexto mensis huius vetuit, nè certi quidam fœderati nobiles (quorum nomina mâlim ab alijs, quàm à me exprimi, nè videar eorum infelicitati insultare) intra Bruxellense oppidum admitterentur.

Libellus supplex fœderatorum.

Itaq; VIII. Februarij idem ille nobilis respõdit Gubernatrici, simulq; nobilium quorũdam fœderatorum nomine libellum supplicem illi misit, quo se quidem purgare nituntur, aiuntq́; se ea fide, quæ nobiles deceat, curâsse vt tranquillitas Belgio redderetur: potuisseq́ue omnes sopiri turbas, si quemadmodùm conuẽtum erat, ità processum fuisset. At cùm in dies omnia rectiùs succederent, & ex Regis atque Ordinum communi decreto quippiam boni expectaretur, pręter omnem spem mutationẽ accidisse insignem, planè contrariam promissis Principum, quibuscum tractatus fuerit initus. Nam extare literas, quibus nouæ religionis interdicantur exercitia, cùm tamen permissę sint conciones, sub quibus compræhenderentur etiàm dicta exercitia. Hinc verò populum, cui securitatem ipsi promiserint, sua spe frustratum, omnia in ipsos cõferre, & quòd promissis non steterint, insimulare, vti possit ipsius Celsitudo ex adiuncto ipsorum libello supplici intelligere. Addunt & alia quædã de vi illata ministris, & quòd eò tendant omnia, vt etiàm Conciones prohibeantur, quodq́ue Gubernatrix non fidat fœderatis, ipsosq; à principum colloqjs & vrbibus regijs arceri velit, & vt perduelles in itineribus appræhendi, & pleraque alia. Orant etiàm velit declarare, num vnà cum cõcionibus exercitia quoquè permiserit nouæ religionis, vti ipsi plebi persuaserint: vt securitatem nobilibus datam stabilem & firmam seruet, atque militem, q contra ipsos conscriptus videatur, exauthoratum dimittat, edictaq; post conuentionem proposita irrita pronunciet. Hæc si fiant, omia tranquilla fore aiunt: sin minùs, ingentia esse formidanda mala, in ijsque multã popularis sanguinis profusionem. Postremò petunt breue respõsum, vt sciant quid ipsis faciẽdum sit. Hæc præcipua ferè sententia est eius supplicis libelli, cui quid illustrissima Gubernatrix respõderit, mox subijciem⁹.

Martinus Sinetius suspenditur.

Eodem autẽ ipso diè in crucem actus est supradictus Mechlinienſium minister Caluinianus Martinus Sinetius, cùm priùs quidem, quãtùm ex eius chirographo colligi licet, ad Catholicã Ecclesiã reuertisset. Sectarij

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius recantatio.

id pernegant,eô quòd proximus morti, Psalmum quendam Dauidicum Teutonicè cantauerit. Chirographũ eius tale fuit: Quinta Februarij Magister Giselenus pastor Capellæ(apud Bruxellas)cum F.Petro Luxo Priore Carmelitarum vocati fuerunt Viluordiam ad me Martinum de Sinet: qui postquàm mecum disputâssent de varijs quæstionibus,præsertim de Baptismo & Sacramento altaris, humilem agnitionem erroris mei feci, quem pollicitus sum verbis & factis omnes dedocere, quos eundem docui:renuncians ex animo omnibus erroribus, me submittens in omnibus reliquis eorum iudicio. In argumentum veritatis hoc ipsum scripsi, & manu propria subscripsi Martinus Sinetius.Et rursùm:Præscripta cõfirmo ego idem Martinus Sinetius hac 8.Februarij.

Gubernatrix respondet.

XVI.Februarij illustrissima Gubernatrix ad libellum supplicem paulò antè memoratum,primario illi nobili fœderato in hãc ferè sententiam respondit:Non se assequi,qui sint illi nobiles,quive populus, à quibus ij supplices libelli prodierint,cùm plerique nobiles fœderati sibi satisfactũ putent,tum cessatione inquisitionis & edictorum,tum securitate proposita,atque adeò in dies se offerant ministerijs Regiæ Maiestatis iuxta illius mentem & intentionem. Verùm satis mirari se non posse,illos sibi psuadere exercitia illa se vnquàm permittere voluisse, cùm è diuerso non obscurè ostenderit molestum sibi esse,quosdam nobiles populo securitatem, quo ad illa exercitia,præstitisse mox à cõuentione inita, idq; contra suam mentem & voluntatem: tum etiàm, cùm nobiles promitterent se amoturos arma, scandala & tumultus publicos, scãdalorum nomine etiàm dicta exercitia cõpræhensa fuisse,quibus ipsa ne verbo quidem assensum ꝓbuerit.Sed & si qui attendant, quanto animi angore cõciones locis

Exercitia nouæ religionis.

solitis sinè scandalis & armis haberi permiserit, cos scire proculdubiò, q̃ longè à sua mente abfuerit ipsorum exercitijs præbere consensum,putà, vt noua ipsi sibi deligerent Consistoria vel magistratus, collectas & onera subsidiaria regis subditis imponerent, idque, vt ipsi iactitãt, ad aliquot aureorum milliones:vt sacramẽtorum administrationem sibi vsurparẽt: vt in totam politiam confusum quoddam chaos introducerent:vt matrimonia suo ritu cõtraherent,vndè mira successionum confusio sequitur: vtì denique ea facerent,quę sub exercitiorum prætextu in suis concionibus non verentur attentare:è quibus pleraq; cùm sibi tum regis,tum magistratuum authoritatem vindicent,se profectò valdè sui fore immemorem,si ijs assentiatur:cùm præsertim sui officij sit, eam authoritatem tueri. Itaque se rectè ait magistratibus cõtrariam mentem suam explicuisse. Si qui verò secùs populo persuaserint,illorum esse,se apud illos excusare. Iam quòd ad libertatem attinet,eam eatenùs datam,nè ipsis imputaretur libellus 5. Aprilis oblatus, non autem quantùm ad religionem spectat, tametsi cò illam ipsi detorserint cõtra animi sui sententiam. Itaq; iustam tum sibi indignatiõis causam suppetere,quòd hæc tam falsò sibi affinxerint:tum Regię Maiestati, quæ intellexerit populum ab ipsis ità animatũ eò audacię processisse,vt sub religionis ꝓtextu, vetita religionis exercitia in-

inuehat, suoq; nouo magistratu regiũ magistratũ in ordinẽ cogat: quod nõ modò non sit approbaturus vnquàm Rex,sed etiàm subditorum suorum auxilio vindicaturus.

Quòd verò dicant ipsam venisse contra pacta cõuenta, eius generis omnia niti falsa nimiumque laxa verborum suorum interpretatione, rectequę quarundam vrbium magistratus ea non permisisse: qui tamen si modum excesserint,oportuisse ipsos ad se querelas deferre, vt remedium adhiberetur.Sed neque eo nomine se fecisse contra conuenta,quòd post eà quidam ob sua maleficia appræhensi sint: interìm autem silentio præterire ipsos iconoclasmum & templorum vastationes, quæ post eam conuentionem facta sint,etiàm à quibusdam fœderatis nobilibus,introductasq; in oppida conciones,cùm anteà in agris tantùm haberentur:item Ecclesias occupatas,monachos profligatos, exteros concionatores accersitos, cùm promisissent se conciones impedituros: in loca quædam ab his nouitatibus aliena, eas introductas: plebem ab ipsis animatam, regias domos occupâsse,tormenta & bellica instrumenta cum supellectili exportare,regios præfectos & magistratus abijcere, ità vt quidam non sinè vitæ periculo euaserint: tum quoquè vrbes regias occupare, in aciem sub signis militaribus coire, minari cædem aut profligationem Ecclesiasticorum & regiorum ministrorum, in quibus etiàm ipsa non sit excepta, & Catholicorum omnium: immò etiàm re ipsa diripere, inflammare, euertere monasteria, templa, ædes nobilium & aliorum. Ex his verò omnibus, & literis ab ipsorum exercitu ad Valencenenses quidem scriptis,sed interceptis,haud difficilem capi posse coniecturam,quò hæc euasura fuerint, nisi præpotens Deus per fidos regis ministros anteuertisset:nempè ad ipsius quoquè regis profligationem. Quòd si,vt iactant, velint regi præstare se obsequentes, eximant à vulgi animis hanc vanam de permissis exercitijs persuasionem, videantque vt regi iam aduentanti se purgare queant. Quòd verò exercitus dimitti velint, & ità gladium illi auferre,cui à Deo traditus sit,simul etiàm edicta omnia rescindi,non difficilè indicari posse quorsùm id tendat. Hæc & pleraque alia rescripsit illi nobili illustrissima Gubernatrix,quam sanè in hoc rerum tumultu dubium non est,sæpè in maximas fuisse angustias coniectam.

Hasselenses fiunt iconoclastæ.

Per hoc tempus seditiosus ille Hermannus, cuius anteà iam meminimus, Hasselensibus Episcopi Leodiensis subditis author fuit vel hortator,vt & conciones intra oppidum haberentur, & imagines atque statuas dissiparent & confringerent, templaque diriperent: atque adeò medio foro ille Sectarius Ecclesiastica ornamenta & supellectilem omnem incendit. Idemque Hasselenses rebellare docuit aduersùs Leodiensem Episcopum:apud quos sanè etiàm adeò ille gratiosus fuit, vt Tungrensibus ad aliquot dies illum expetentibus, hominem accommodare noluerint, nisi ipsi consules vades darentur: simul etiàm ad medium vsque iter,quo Tungrenses occurrerũt,cum trecentis aut 400. militibus illum deduxerint.Accidit verò apud Hasseletum res memoratu digna, & mira-

Rebellant suo domino

Universidad de Deusto
Biblioteca

culi loco habita. Occupati erant iconoclastæ media nocte deturbanda crucifixi Seruatoris imagine: & eccè semèl atque iterùm, nullo vento flante, cerei & faces omnes extinguuntur. Aderat Hermannus, & nè quis eam rem alijs indicaret, omnes iurare voluit. Tandèm Hasseletum ab Episcopo Leodiensi obsidetur, & præco Hermannus timens pelli fuæ, relictis illis, quos euerterat, callidè se subduxit, delitescès in curru fœno onusto. Pulchrum hoc fuit stratagema euangelicum.

Miraculum.

Ad Buscoducenses refractarios missus fuit quidam ex Sectariorum Antuerpiensium capitibus, qui illi oppido præesset. Noluerant enim admittere regium præsidium, & multa insolenter sanè egerant Sectarij eius loci. Missus eò paulò antè fuerat Brabantiæ Cancellarius cum Domino Petersomio, vt turbas illic sedarent: quos illi non sunt veriti ceu captiuos apud se detinere. Habebat extra vrbem Comes Meganus ad sexdecim signa peditum, vt commeatum & auxilia ab ea excluderet.

Cancellarius Brabantiæ tenetur captiuus.

XVI. Februarij Antuerpiæ sub horam decimam vespertinam arsit cœnobium Franciscanorum, & maxima ex parte conflagrauit. Sunt qui culpam conferant in Sectarios: ego nihil affirmare velim, tametsi illi benè maiora ausi fuêre. Data sanè opera est, vt illi patres Franciscani per calumniam, tanquàm qui carnes in Quadragesima comedissent, traducerentur, eius rei persuadendæ causa iactatis in hortum illorum assis carnibus. Sed & honestæ quædam matronæ (alij dicunt meretrices à sectarijs summissas fuisse) ingressæ erant monasterium, vt sarcinas contemplarentur. Eas sectarij, teterrimo in vulgus sparso rumore, tanquàm illorum patrum scorta comprehenderunt, cùm tamen proprij illarum mariti testarentur, eo ipso temporis momento illuc eas fuisse è suis domibus introgressas. Vsquecadeò isti Euangelici homines ardent odio monachorum: atquì vtinàm arderent magno & feruenti amore CHRISTI.

Erant Antuerpiæ è sectariorum colluuie aliquot copiæ conscriptæ. Eæ iussæ sunt ea vrbe excedere. Porrò non parùm multos extra vrbem illi sibi adsciuerunt vndiquè aduentantes. Misit autem ad eos magistratus Marggrauium cum peditibus non ampliùs sexaginta, vt qua authoritate niterentur, ex eis perquirerent: quos illi improbi miserè irriserunt, viq́ue extorquere voluerunt à Marggrauio, vt clamaret, Viue les gueux.

At tamen non diù pòst, ducibus quibusdam è nobilibus fœderatis, partim in Hollandiam, partim in Selandiam nauibus profecti sunt. In itinere autem primò Flissingenses, deindè propugnaculam maritimum Rammekense inuadere conati sunt sui communiendi causa: sed neque ijs in locis, neque vspiàm alibi admissi sunt, regio milite illorum machinationes eludente. Nam & Traiectum inferius occupare nisi sunt, sed obstitit comes Meganus cum decem peditum cohortibus: qui simul atquè oppidum illud ingressus est, mox consiluêre sectariæ conciones omnes, & seditiosi se in pedes conijcere cœperunt: captus tamen est

Traiecti silent conciones sectarię.

est vnus atque alter, qui pertinaciores videbantur, & profugorum bona omnia in tabulas relata sunt, illi verò publico edicto citati. Vianæ erant milites sectariorum ad duo millia relicti, vt Traiectensium infestarent agros, Rheni nauigationem interturbarent, merces & naues compræhenderent. Porrò Amsterodami quidam è fœderatis primarijs nobilibus omnia perturbauit. Ciues eius opulenti emporij in varias factiones, vt est solenne in hoc nouo Euangelio, distracti, quotidiè ad aliquot horas visebâtur in armis. Fuissent autem superiores Catholici, nisi Senatus peiora metuens, eos placâsset.

Hoc ferè tempore Equites aurei velleris, ità vt Catholicus Rex postulârat, iurârunt se seruaturos fidem Catholicam Romanam, & erga Regem obedientiam. Vnus tamen, cuius nomen reticeo, ab hoc iuramento præstando se abstinuit. Idem autem iuramentum, per Flandriam præsertim, alij nobiles fœderati omnes iussu Comitis Egmõdani præstitêre. Scripsit etiàm idẽ Comes ad oẽs Flandriæ vrbes, vt darent operam, quoàd eius fieri posset, sinè vi abolendis concionibus sectarijs: atque in ipso Quadragesimę initio per omnem Flandriam excurrens, singulis vrbibus persuadere conatus est, vt eas conciones missas facerent: sed vix vlla obtemperauit, donèc postea alijs id vijs effectum est.

Iuramentũ equitũ aurei velleris.

XI. Martij, aut circiter Brugenses, vt sectarios ministros à concionando deterrerent, miserunt certos homines ad locum concionis, qui ministrum iuberent crastina luce se sistere ad præstandum iuramentum, quemadmodùm in alijs oppidis fecissent: nì id faceret, sciret sibi concione interdictum iri. Sed ille iam ad mensis aliquot Brugensium Sectariorum bellissimus concionator non ausus comparére, fuga sibi consuluit. Itaque proxima Dominica siluit concio.

Brugensis Concionator fugit.

Aldernadi quoquè à die nona mensis huius nulla est permissa concio, idque hac occasione: Contra iuramentum, ab ipsorum consistorialibus præstitum, altera Martij ad Concionęm armati proruperant. Itaque missi sunt milites præsidiarij, qui ea, quam diximus, die impedirent, nè cum armis egrederentur. Tum illi etiàm iactis in milites lapidibus, duos sauciârunt. Milites sui defendendi causa displosis sclopettis, nouem è Sectarijs perimunt, permultos vulnerant, ità vt paulò pòst octodecim extincti sint: quodque admiratione dignum est, vix vnus euasit ex eius oppidi iconoclastis, qui non aut ibi, aut paulò pòst interierit.

Eodem ferè tempore etiàm Antuerpiæ, iussu illustriss. Gubernatricis, Princeps Auraicus & Comes Hochstratanus persuadere nisi sunt Sectariorum capitibus, vt vel ad tres menses omitterent conciones, & interìm ipsorum fana sigillo regio obsignarentur, sed frustrà: immò paulò pòst ingens ibi tumultus extitit, qualis alibi nusquàm, idque hac occasione: Rediérant ex Hollandia & Selandia aliquot Sectariorum copiæ, eæque nouis quotidiè accessionibus auctæ, valdè diuexabant agros Antuerpi-

Ingens tumultus Antuerpiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ensibus vicinos, agricolas exagitabant, & tum cuiusdam officiarij regij ædem, tum templa vicina expilabant. Habebant isti id temporis symboli loco caudas vulpinas, à pileis vel galeis pendentes. Ea re cognita, misit contra illos Gubernatrix Drossardum Brabantiæ vel Satrapam, cum aliquot equitum & peditum cohortibus, tumultuariè ex Flandriæ & Brabantiæ præsidijs accersitis.

Cæduntur Sectarij.

Illi decimotertio Martij improuidos summo manè adoriuntur, ordines dissipant, permultos cædunt, & quidem supra ducentos illo in loco, vt fertur, præter illos qui in fuga perempti sunt. Plurimi quoquè in Scalde fluuio periêrunt, plures in horreo quodam exusti: cæteri pauci in oppidum euaserunt. Captus etiàm in fuga est quidam non postremi nominis, qui multa Geusiorum arcana detexit, secumque habuit Catalogum eorum omnium, qui nomen militiæ dederant. Volebant ijs suppetias ferre Sectarij Antuerpienses, sed à Principe Auraico & Hochstratano Comite prohibiti, portam vrbis perfregêre: at suorum accepta strage, mox vltrò in vrbem rediêrunt. Nec sanè ab iniurijs & minis in Principem abstinuêre iam regressi, vique extorserunt aliquot maiora tormenta & arma: quibus instructi, forum frumentarium occupârunt, moxque signis explicatis, rectà pergunt ad occupandam curiam. Verùm Principis Auraici & Comitis Hochstratani atque magistratûs studio tãdèm effectum est apud quosdam sectariorũ primarios, vt ea die pax esset & cõcordia. Interìm tamen captiuos omnes, tam æris alieni quàm criminum nomine in carcerem coniectos, mirabili audacia soluerunt atque dimiserunt.

Postridiè cùm nouam seditionem moliri viderentur, his ferè conditionibus dicta concordia confirmata est: Vt duodecim cohortes sectariorum cum 8. cohortibus ciuium semper in excubijs sint: Vt nullus externus admittatur: Vt sectariorum in excubijs semper sit maior numerus, & quædam alia. Hæc si impetrarent, pollicebantur se nulla clero, templis Catholicis damna daturos. Verùm eodem ipso die fidem datam fefellerunt, cùm à meridie, duce illo Hermanno, qui se ab Hasseleto subduxerat, rursùs aggressi sunt cœnobia expilare & vastare, inprimìs autem Franciscanorum, Dominicanorum & Carmelitarum. Et vt suę indulgerent libidini, quosdam Franciscanos egregiè ludificatos in medio exercitu per totam vrbem etiàm bombardis onustos circunduxerunt: qui quidem illo bombardarum pondere sauciatis humeris, diù posteà decubuerunt. Quin & claues sibi vendicârunt, & Hermanno suo tradiderunt: mox celeres nuncios mittunt Valencenas, hortantur nè se dedãt, quandoquidem etiàm Antuerpia ab ipsis stet. At tamẽ sedatus ea die tumultus fuit, nè quid præterea attentarent.

Franciscani illuduntur.

Sequentis diei summo manè illi inter se conspirare cœperunt de totius ciuitatis direptione. Itaque pulsato tympano conuocant Caluinistas & Confessionistas omnes, vt ob defensionem Euangelij in antedictum forum frumẽtarium pariter conueniant. Res erat summi periculi, actumque

actumque fuisset de illius amplissimi emporij opibus, deque Magistratu & Catholicis omnibus, nisì prudenti Consilio Principis & Comitis atque magistratûs, alterius tympani pulsu ad ferẽdam maturè opem accersijssent ciues & nationes omnes, præconis voce addita, vt quicunque Regi & Magistratui assistere vellent, in forum se reciperẽt. Cõfestìm igitur in vnum coiêrunt non modò ciues Catholici Germani, Hispani, Itali, Lusitani, sed etiàm Confessionistæ Luterani, Catholicis se iungentes aduersùs Caluinistas tanquàm seditiosos. Ibì tum clamari cœptum contra Caluinianos: Viue le Roy/ id est, Viuat Rex, & Geusij expellantur ab vrbe. Et facilè tum Caluinistæ ex vrbe electi fuissent, nisì ob vitandam mutuam ciuium cædem, quidam se sequestros interposuissent. Itaque conuentum denuò cum illis est, sed longè alijs quàm die præcedenti conditionibus, ijs videlicet atque alijs consimilibus, vt quamprimùm omnes arma ponant, vt tormenta maiora restituant, vt nulli nisì Magistratui fas sit signa militaria erigere. Ex eo tempore fracti sunt animi Caluinianorum, nec quicquam grande deincèps eo in loco ausi sunt attentare: porrò illorum capita se sensìm subduxerunt, & inter primos Hermannus, quem hominem etiàm Sectarij execrantur. Est verò sub certis quibusdam conditionibus etiàm pax illis communis constituta.

Obsistitur Caluinistis.

Hoc ferè tempore, nempè Dominica Iudica, id est, decimasexta Martij, quidam Caluinianus præco singulari quadam audacia non longè à Colonia concionem habuit. Sperabat fortasìs homo improbus se in ea præclara vrbe aliquem posse tumultum ciere, & homines ad res nouas moliendas incitare.. Verùm neque admodùm multos habuit auditores, & nisì absens ab vrbe tum fuisset clarissimus vir Constantinus Liskyrchius eius anni consul, & alia quædam obstitissent, næ ille furcifer haud impunè tulisset tantam audaciam. Et certènon fuit ille ausus denuò illo in loco habere concionem, & si sanè fuisset ausus, sensisset Catholicum Coloniæ Agrippinæ Magistratum non defuturum saluti & tranquillitati Reipub. suæ. Mox autem à prudentissimo Magistratu seueriter prohibitum est, nè quis extra vrbem ad Conciones eiusmodi exiret. Pertinet hoc quoquè ad eximiam laudem inclytæ Coloniæ.

Concio hæretica extra Coloniam.

Hoc mense ab illustrissima Belgij Gubernatrice ad Valencenenses missi sunt Dux Arescottanus & Comes Egmondanus. Ij die decimotertio huius mensis sub fide publica euocârunt ad se homines viginti, quos illi designarent, ad Colloquium sub horam tertiam pomeridianam. Eo quidem die nemo venit, quòd se dicerent impeditos: sed postridiè ob id tantùm missi sunt quidam, vt audirent conditiones ab illis nomine Gubernatricis offerendas, quæ quidem erant æquissimæ. At illi tũc discesserunt, & die XV. eiusdem mensis Valencenenses iam ab Antuerpiensibus animati, responsum eiusmodi reddiderunt, quod victoribus potiùs quàm victis cõueniret. Itaq; iam memorati Principes re infecta discesserunt, arctiusque obsessi sunt Valencenenses.

Legatio ad Valẽcenẽses

Eodem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eodem tempore ad vnum in primarijs fœderatis nobilibus, qui tum Amsterodami degebat, secũdus missus est legatus Secretarius priuati Cõcilij regij, dominus Iacobus de la Torre, admoniturus eũ nomine illustriss. Gubernatricis, vt ea vrbe excederet, & quædã præterea alia faceret, nî publicus hostis declarari vellet. Vbì is ad eum venit, hoc solum obtinuit responsi, non esse illum eiusmodi legatum, cui oporteat responsum reddere. Erant tum Amsterodami aliquot nobiles fœderati in eodem hospitio, ad quod se Secretarius contulerat. Ij sanè aliquot dies captiuum eum detinuerunt, nec semèl minas mortis intentârunt, literas & munimenta eius omnia abstulerunt. Magistratus, metu primarij illius nobilis, nihil se commouebat, donèc is negaret suo iussu factum. Tum verò, non recuperatis tamen suis munimentis, scapha accepta à Sculteto & Consule, solo hospite conscio, illorum euasit manus. Paulò pòst ille primarius nobilis, publicus patriæ hostis pronunciatus est.

Legatus Gubernatricis malè tractat

Sub id tempus Hasseletum se dedidit Episcopo Leodiensi his ferè cõditionibus: Vt impensas obsidionis Episcopo præstent: Vt suo sumptu cœnobia & templa restaurent: Vt deincèps Catholicam fidem profiteantur. Hæc sunt lucra & compendia noui euangelij, & indè nascentis rebellionis. Est autem miles oppido sinè cæde recepto impositus.

Hasseletum deditur.

XVI. Martij, aut certè Dominica Lætare, Brugẽses Sectarij rursùs quẽdam sibi adscisc unt ecclesiasten, sartoris famulum, vix natum annos 22. dignum sanè tali patella operculum. Venerunt eò missi à Brugensi magistratu & à Francotis, & disertis verbis homini, nè concionaretur, interdixerunt. At ille tamen à meridie id attentans, vbì sub vesperam vrbem ingreditur, in ipsa porta comprahẽditur, & in carcerem mittit. Indè cessârunt conciones eiusmodi apud Brugenses. semèl tamen atque iterùm suos psalmos teutonicos cantillârunt, donèc vicesimasexta Martij conuẽticula illis omnia publico edicto vetita sunt.

Ecclesiastes capitur.

Sub finem Martij rursùs Antuerpiæ Sectarij sua habere conuenticula secreta, arma coëmere, & ad tumultum spectare cùm viderentur, multiq; mercatores exportatis indè rebus suis abscederent, Gubernatrix per Principem curauit conciones Sectarias omnes prohiberi, tãetsi nondùm obtemperatum fuit: voluitque constanter militem exterum eò intromitti. Præfecto quoquè criminali, quem vulgò Roede Roede vocant, mandauit, vt authores omnes tumultûs illius Antuerpiensis, vnaque Sectariorum ministros omnes comprahenderent.

Conuenticula noua Antuerpiæ.

Rod Rût

XXII. Martij dominus Norcarmius accitis è Duaco, Tornaco, alijsq; vicinis oppidis tormentis, Valencenarum mœnia tanta vi & assiduitate verberauit, vt ciues mox colloquendi facultatem petierint. Ea sub vesperam non negata, aiebant se paratos deditionem facere eis conditionibus, quas anteà recusârant. Verùm non sunt auditi. Postridiè duobus & viginti tormẽtis summo manè quatiuntur mœnia, turris cuiusdã templi deijcitur, magno illato vicinis ędibus detrimento, nec cœpto absistitur, licèt horribili clamore oppidi matronę manibus deditionẽ insinuarẽt, donèc ante meridiem ad multum spatiũ disiectis mœnibus, facilis militi in oppidum

Valencenæ expugnant

pidum pateret ingressus. Iam verò summè ad inuadẽdum anhelãte milite, ipso meridiano tempore sinè vlla cõditione se permittunt regis volũtati. Eodem itaq; die, qui erat Palmarum Dominicus, à meridie cum maxima copiarum parte ingreditur dominus Norcarmius, oppidumq; Regi catholico recuperat. Porrò ad aliquot dies obseratis portis Michaelem Herlinum ditissimum mercatorem cum filio & duobus noui Euangelij prędicatoribus, totius rebellionis capitibus, in carcerem cõijcit. Ea verò Valencenarum, vrbis munitissimę, expugnatio omnibus Sectarijs animum ademit. Mox autem missi sunt ex hoc exercitu, qui Cambresium, ditionis Episcopi Cameracensis oppidulum à Sectarijs occupatum, oppugnarẽt. Sed vbì eius loci incolæ acceperunt Valencenas deditionem feciss e, oẽs profugerunt, portisque patentibus miles ingressus est.

Aprilis mensis initio Traiectenses ad Mosam se Regi missis Bruxellas legatis dediderunt, militemque regium apud se introduci passi sunt. Fuerant illi diù rebelles, malè persuasi à Sectarijs buccinatoribus, multaque more Sectariorum egerant: sed eiusmodi conatus plerunquè tristes habent exitus, punitque temeritas vel maximè seipsam. Quanto illi rectiùs sapiunt, qui seditiosorum hominum repudiatis concionibus, permanẽt in officio, nouandisque rebus abstinent?

Traiectenses Mosaoi se dedunt.

VII. Aprilis illustris. Gubernatrix cum Antuerpiensibus, qui suos ad illam legatos miserant, his fermè conditionibus transegit: Vt Sectarij ministri & concionatores omnes quam primùm Antuerpia discedant: Vt omnes Sectariorum conciones, exercitia, & quæcunque indè pendent, putà, Consistoria, cõuenticula, collectæ pecuniariæ, & similia cessent: Vt templa direpta vel diruta, in pristinum statum reuocentur: Vt cultus diuinus vbiquè restituatur, itemque conciones catholicæ aliæque Ecclesiasticæ cæremoniæ omnes, idq; sinè vllo impedimento vel iniuria tam in personas Ecclesiasticas, quàm eorum res & facultates: Vt nouorum fanorum structura conquiescat, cunctaq;; vbì rex iusserit, subruantur: Vt nihil interìm innouetur, neque quicquam fiat religioni catholicę contrariũ: Vt ciues & incolæ oẽs obediant Regi, cunctaq; eius edicta, etiàm ab harũ turbarũ initio, ppposita seruẽt: Vt posthàc nõ ferãt in sua rep. vllos exules, errones, aduersùm Regẽ cõscriptos, exteros sectarios, fugitiuos, apostatas, & similes: Vt Magistratui reddat pristina authoritas, & debita pstetur obediẽtia: Vt milites psidiarij, donèc illic erũt, iurent se Regi parituros & seruaturos iam dicta. Hęc si fiãt, vicissìm pmisit Gubernatrix, eius vrbis ciues neq; in illa, neq; alia Belgij ciuitate pquisitum, molestatum, impeditũ, psecutum iri religiõis ergò, donèc rex cum ordinũ cõsilio aliud statuat, cui tum illi perindè vt alij regis subditi, obtẽperare debebũt. Si q aũt ad regiorũ edictorũ prescriptũ, q ad religionẽ attinet, gerere se nolẽt, aut obediant, aut discedant, quemadmodùm rex cum ordinibus decreuerit. At hinc excipiuntur tñ ij omnes, qui rei sint Maiestatis, destructionis & direptionis templorum atque iconoclasmi, latrociniorum, rebellionis, conspirationis in regiam Maiestatẽ, & criminũ cõsimilium. Porrò in his oñibus regiæ Maiestatis consensus saluus erit, cui etiàm se scripturã pro ipsis

Cõditiones acceptæ ab Antuerpiensibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsis illustriss. Gubernatrix affirmauit, modò interìm silcant cõciones & exercitia omnia nouæ religionis. Postremò hortabatur, vtì hæc omnia q̃ celerrimè exequerentur, ità citiùs impetraturi hactenùs malè gestorũ veniã. Eę verò conditiones omnes ab Antuerpiensibus acceptæ & admissę sunt, sicque paulatìm ibì res meliùs habere cœperunt.

Tumultus Buscoducensis. IX. Aprilis immodicus fuit tumultus Buscoducis. Cùm enim iuramẽtum exigeretur ab eo, quem suprà diximus missum Antuerpia esse, vt illi oppido p̃esset, nec id nisì sub ea forma, quã ipse conceperat, prę̃stare vellet, Sectarij perruptis Curię foribus, Magistratum cum ciuibus cõsilia cõmunicantem inuadunt, & bonos ciues omnes in fugam compellũt. Verùm pius & clemẽs deus eas turbas ità sedauit, vt sub vesperã, suam quisq; domum spontè repetereret. Porrò die 11. Aprilis exauthorato milite, solutis à Senatu stipendijs, Antuerpiẽsis ille discessit, moxque ad horam tertiam

Cãcellarius dimittitur. Cancellarius Brabantiæ & Petersomius dimissi sunt, & Bruxellas vsque à 32. sagittarijs deducti. Simul etiàm conscripti à magistratu milites 400. q excubias agerent, planeq; exulare iussa omnis concio sectaria. Itaq; sectarij plerique, suis secum exportatis rebus, indè aufugerunt.

X. Aprilis Antuerpia excessêre nouẽ ministri Sectarij eius vrbis, partìm Caluinistę, partìm Luterani: mox etiàm omnia illorũ sana prophana, iussu Curię à magistratu obsignata sunt, donèc Gubernatrix eò veniret.

Eodem tempore in Flandria, iam ante Pascha sublatis iussu Comitis Egmondani agrarijs concionibus, deturbata sunt Sectariorum fana, Iperis inprimìs, & Balioli atque Armenteriæ, & in locis adiacentibus. Porrò Comminij, iubente Duce Arescottano, ex fani Sectariorum trabibus tria sunt structa patibula, in ijsq; mox suspensi perplures. Deindè etiàm Gãdaui tanto militum impetu vnius horæ spatio dirutum est fanum Sectariorum, vt vendita statim omni materia, prę̃ter stramina nihil reliqui fuerit. Cœpit quoquè passìm per vniuersam Flandriam de ijs, qui circa Domini natalem ad arma concurrerant, & de iconoclastis omnibus supplicium sumi, ità vt per trimestre in sola Insulensi vrbe ad octoginta in crucem sublati sint ex pagis vicinis. In Hollandia quoquè & Selãdia sensìm tranquillitas reddita est, profligatis sectariorum concionibus, & eorum fanis euersis.

XXIIII. Aprilis Antuerpiæ solennis Missa celebrata est de sacrosancta Eucharistia in templo beatissimæ semperq; virginis Mariæ: & quidẽ iam aliquot menses illud sacrum siluerat. Adhibitus autem est solennis campanarum sonitus, iam canonicis reuersis, & mercatoribus frequẽtissimis eò quotidiè confluentibus, adeò vt itinera omnia omnis generis opibus & sarcinis oppleta cernerent. Est tum illo in templo, tum in cęteris omnibus magno sudatum opere, vt ante Gubernatricis aduentũ rudera omnia exportarentur. Eodem die domestici milites omnes exauthorati sunt, demptis quatuor cohortibus. Indignè id ferebant illi milites, atque sub vesperam alterius diei illis in vnum coëuntibus, & mira minitãtibus, res ad tumultum spectare videbatur. Verùm prudentia Magistratûs itum est obuiàm, accito milite regio iam ad vrbem aduentante. Itaque xxvj. mensis

sis huius summo manè, duce Comite Mansfeldio, in oppidũ intromissa sunt 16. peditum signa: priùs tamen curribus aliquot cum eorum impedimentis intrò receptis, & ad viarum angulos obiectis, nè quid maligni homines possent attentare contra illos. Peditum 16. signa veniunt Antuerpiam.

XXVIII. eiusdem venit Antuerpiam illustriss. Gubernatrix cum plerisq; aurei velleris Equitibus, & cum tota aula, stipata equitibus septingẽtis ad suum & vrbis præsidium: item q̃ trecentis alijs, qui forìs inuigilarent, nè qui tumultus existerent. Ingressa vrbem, rectà contendit ad primariam sacratissimę Virginis Matris ædem: vbì omnibus anteà pparatis, mox solenne sacrum de Sancto spiritu factum est, totius vrbis campanis concrepantibus: inprimìs autem pro gratiarum actione decãtato, Te Deum laudamus. Gubernatrix intrat Antuerpiã.

Calẽdis Maij, aut certè pridiè eius diei sub mediam noctem Amsterodamo discessit nobilis ille primarius, cuius anteà quoquè meminimus, à multis nobilibus fœderatis & cum tedis innumeris deductus ad nauem cum omni sua familia & supellectile: vbì valedicens nobilibus illis, mandauit, vt indè abscedere nt quamprimùm, nulla tamẽ cuiquam vel vi, vel iniuria illata. Illi igit̃ biduo pòst cum vniuersis copijs suis indè abiẽrunt: Porrò Carthusianum cœnobium extra Amsterodamũ situm, priùs sexaginta milites diripuerunt: ijdemq; indè profecti, Abbatiam Egmondanam miris modis vastandam & expilandam sibi sumpserunt, monachis non mediocriter diuexatis, & Priore miserrimè captiuo aliquousquè p-tracto. Indè prætereuntes Alcmariam vrbem, opima pręda iam dicti monasterij & multis thesauris onusti, vicinum Regularium cœnobium itidèm expilârũt. Est verò illos persecutus Comes Meganus, sed assequi nõ potuit, donèc suis essent coniuncti, qui erant ad quatuor millia, & eo ampliùs, armis omnis generis egregiè instructi. Prohibuerat autem Gubernatrix sub pœnis grauibus, nè illis auxilio essent certa quædam oppida. Vndè factum est, vt aliquot locis frustrà tentârint conscensis nauibus abscedere. Tandèm tamen oppiduli cuiusdam incolas vi adegerunt, vt naues concederent, quas ingressi omnes abscesserunt, exceptis centum, qui tardiùs aduenerant: qui quidem strenuè cum regijs copijs confligentes, plerique omnes ceciderunt, 20. verò comprehensi sunt, & x. mox suspendio necati. Qui autem Vianę & locis vicinis erant, suorũ accepta clade, omnes mutato habitu fugerunt: si qui verò ex ijs depræhendebantur, mox suspendio addicti sunt. Carthusia Amsterodamensis diripitur. Sectarij succumbunt.

Porrò nobiles quidam fœderati, horum duces, in peculiarem quandã nauim se receperũt, nauta sanè inuito, qui etiàm paulò pòst Comiti Arẽbergio obuiàm venienti illos prodidit. Erant enim benè poti, somnoq; obruti, ità vt ab militibus Arenbergianis cõprehensi sint centum & tres, in quibus erant nobiles 63. Simul etiàm in eadem naui præda cœnobij Egmondani apprehẽsa est, & 30. aut 40. millia dalerorum. Nobiles capti, Viluordiam iussu illust. Gubernatricis magna ex parte abducti sunt. Ea autem res sectariorum audaciam prorsùs contudit, maximè quòd à captiuis multa illorum arcana & machinationes detegerentur. Viana posteà Nobiles capiuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

occupatur ab Erico Duce Brunſuicenſi, & ditio Traiectenſis redit ad pacem & tranquillitatem.

X. Maij aliquot peditũ ſigna regis nomine ingreſſa ſunt Amſterodamum, & paulò antè Buſcũducis. Iam ferè rebellio oñis, cunctaq; Sectariorum exercitia & cõciones in nihilum redacta viſebantur, non ſinè ſingulari prępotentis dei benignitate, qui etſi ad tempus ꝑmiſit in illis opulentis & catholicis regionibus aliquid poſſe Sectarios, citò tñ illorũ conatus repreſſit, flexus hauddubiò precibus ardentiſſimis & lachrymis piorũ hominum vtriuſq; ſexûs, quorum illis in locis ingens ſanè copia eſt. Eodem autem die Antuerpiæ, prętер alios multos in vicinis itineribus, duo iconoclaſtæ & quatuor alij ſuſpenſi ſunt. Porrò etiàm id temporis illuſt. Gubernatrix iuſſit Antuerpiæ ſingularũ familiarũ nomina & cognomina deſcribi, itemq; arma in ſingulis ędibus reperta. Fana aũt hęreticorum donauit exteris militib⁹, ea cõditione, vt ſolo ęquarẽt. Sũt q dicãt, ꝑ quinque fanorũ ſectariorũ materia, oblata eſſe aureorũ Rhenẽſium 14. millia.

XII. & XIII. Maij permulti ibidèm, iubente Gubernatrice, in carceres coniecti ſunt, atq; in ijs plerique iconoclaſtæ & templorum expilatores.

Legati principũ ad Gubernatricẽ.

Sub diem xx. eius menſis aliquot Germaniæ principum legati venerunt ad illuſtriſſ. Gubernatricem, orantes vt qui confeſſionis eſſent Auguſtanæ in Belgio, ijs libertas concederetur, neq; ob priùs admiſſa quicquam moleſtiæ inferretur, & id genus alia. Reſponſum illis eſt, nõ poſſe hac de re quippiam conſtitui, donèc Rex ſuam explicet voluntatem: porrò illuſtriſſimam Gubernatricẽ orare, nè ſe negocijs religionis in Belgio admiſceãt. Ità tum nihil impetratum eſt. Intereà verò dum illi ijs in locis eſſent, tam Confeſſioniſtarum quàm Caluinianorum fana ſub haſta væniêrunt, idq́ue in commodum militum præſidiariorum: ſolum fiſco adiudicatum, poſteà pars quibuſdam militię ducibus permiſſa.

Marchio Bergẽſis moritur.

XXII. Maij in Hiſpanijs obijt Marchio Bergenſis. Eius coniunx necdùm comperta morte illius, hoc ferè tempore cõſulem oppidi Caluiniſtam iuſſit in carcerem includi. edixitq́ue palàm, vt ſolum verterent, quicunq; vel proles ſuas baptizari curâſſent in fano ſectariorum, aut eorum more inijſſent coniugia, aut cœnam Caluiniano ritu celebrâſſent, neq; vellent reſipiſcere. Feruntur autem circiter 700. tum indè aufugiſſe.

Edictũ Antuerpiæ promulgatum.

XXIIII. Maij Regis nomine illuſtriſſ. Gubernatrix publicauit Antuerpiæ edictum, ob ſedandas turbas omnes, quæ illic religionis cauſa deincèps oriri poſſent. In eo autem nulla fit mentio eorum, quæ hactenùs admiſſa eſſent. Scripſerat enim Rex, ſe ſibi ſeruâſſe eorum tum punitiõem, tum condonationem, pro meritorum qualitate. Huius edicti hæc ferè ſumma fuit:

Primò, vt iuxta edictum anni ſuperioris, in Iulio euulgatũ, prætер bonorum omnium confiſcationem, miniſtri Sectarij & cõcionatores morte mulctentur, ac ſuſpendantur. Eadem pœna plectantur, quicunque ſuas ædes ad habenda conuenticula commodatò dederint aut permiſerint: itemq́ue receptatores, fautores, ſuſtentatores illorum, ſi tamẽ id pro morè habeant, aut ſint hæretici obſtinati: Qui talia adeunt conuenticula, pœ-

pœnam luant arbitrariam, ità tamen, vt inquirat iudex, num quadam ducti curioſitate id fecerint, an verò armati: Concionatores ſub pœna capitis ſolum vertant: Parentes, curatores, heri, ad iudicis arbitrium puniantur pro liberorum & familiæ ſuæ culpis, & pueri vel famuli flagellentur, niſi conſtet illos horum culpas pro viribus impediuiſſe ac prohibuiſſe: Vt citiùs prodantur conuenticula, quiſquis illa detexerit, ſi eius ſit ſectæ, & ad fidem Catholicam conuertatur, hactenùs admiſſorum habeat veniam & impunitatem: Vt magiſtratus & prętores, illorum alioquì rationem reddituri, contra ea conuenticula aduigilent.

Secundò, vt iuxta aliud præcedentis anni edictum, iconoclaſtæ oñes, & id genus templorum ac monaſteriorũ expilatores & inflammatores, aut ijs opem ferentes, bonorum confiſcatione & laqueo plectantur: ſitq́; cuiuis fas eos compræhendere & Magiſtratui adducere. Omninò etiàm mandatur magiſtratibus, vt nè permittant talia facinora, immò verò modis omnibus obſiſtant, ſub pœna arbitraria, prętandiq́; damni, quod eccleſijs illatum ſit. Idem facere teneantur, qui ſint eccleſijs vicini, aut ad eccleſiarum parœciam pertineant, nõ modò erga parochiales eccleſias, ſed etiàm alia eiuſdem parœcię ſacella. 2.

Tertiò, vt qui Sectarij ſua exercitia, putà, baptiſmum, matrimonium, cœnam, pſalmodiam, publicum cantum in conuenticulis, ſepulturam & ſimilia coluerint, in crucẽ agãtur, aut capite plectantur: illis verò auxilio qui fuerint, pœna mulctentur arbitraria. 3.

Quartò, vt infantes nothi mox in eccleſiam ferantur, & ritu Catholico tingantur. Habeant etiàm parochi librum, in quo annotent diem baptiſmi, nomen baptizati, parentumq́ue & ſuſceptorum: pœna arbitraria conſtituenda in parẽtes, qui non iuſſerint baptizari: Si verò ſectariorum more fiat, pœna capitis & bonorum confiſcationis in baptizantem, & baptizandos offerentem. Obſtetrices quoquè deintegrò iurent, ſe indicaturas infantes magiſtratui, ſi à partu intra horas 24. non baptizentur: & ſi id negligant, puniantur. 4.

Quintò, vt nullus ludimagiſter iuuentutem inſtituat publicè vel priuatìm, niſi priùs de fide examinatus à Scholaſtico & duobus à Senatu deputatis, pręſtitoq́ue iuramento, iuxta formam præſcribendam, de non prælegendis libris aut dogmatibus ab eccleſia catholica damnatis. Seruẽt verò hæc ante decimum diem poſt huius edicti publicationem, idq́; ſub pœna arbitraria: quòd ſi verò deincèps errores aut hæreſes docuerint, capite & bonorum confiſcatione mulctentur: parentes autem, qui ad eiuſmodi ſcholas ſuos pueros miſerint, pœna arbitraria. 5.

Sextò, vt ꝓtores & Magiſtratus cũ Viſitatoribus exactè obſeruẽt decreta omnia de typographis & bibliopolis promulgata, & immorigeri, capitis & bonorum confiſcationis pœnas luant, ſi ſic aſſueuerint: alioquì pœna extraordinaria, non tamen capitis, plectantur: & qui tales emunt libros, mulcta ijs pecuniaria irrogetur. 6.

Septimò, quicunq; regis ſubditis collectas pecuniarias impoſuerint, abſque Regis iuſſu, authoritate, permiſſu vel cõſenſu, etiamſi vltrò con- 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferant, vt pœnam ferât arbitrariam, & ampliùs quadruplo restituât quàm acceperint, partìm fisco regio, partìm pauperibus applicandum. Vt etiàm sectarij sub pœna arbitraria non illiciant in suas sectas plebeculâ simplicem eleemosynis aut operis præstandis. Si qui verò tales collectas iam fecerint, aut contribuerint ob militem conscribendum, aut in posterum id fecerint, tanquàm rebelles plectantur capite, & bona eorũ Fisco cedât.

8. Octauo declarati sunt rebelles omnes consistoriorum præfecti, & vetita deincèps consistoria omnia tam intra, quàm extra vrbes, itemque cõuenticula, prætextu cœnæ Caluinisticæ, Colloquij, visitationis, religionis ad publicam perturbandam pacem, idque sub eadem pœna.

9. Nonò iubentur vrbibus excedere ante horas 24. exules, fugitiui, errones, apostatę omnes, ij præsertim qui sub religionis prætextu cò aduenerint: & quidem sub pœna aut virgarum, aut exilij, aut capitis, pro ratione meritorum.

10. Decimò, vt quicunque aliundè in Belgium confluxerint, si sint exules, iubeantur quamprimùm abscedere sub pœna in exilij literis expressa: sin alij sint, adferant testimonia Parochi & Magistratûs sui de vita sua & causa discessûs ex alijs ciuitatibus.

11 Postremò interdicuntur scandala omnia ac impedimẽta, motus quoquè & iniuriæ in homines Catholicos, in Ecclesiasticos, in monasticen professos, & quidem sub pœna capitis & confiscationis bonorum, si graue sit scandalum: aliâs arbitrariæ castigationis. Hæc autem omnia suum habebunt robur, donèc aliud de religionis negocio constituatur.

Sub finem mensis Maij tumultuati sunt Sectarij Steenbergij, nisì fallor, cœperuntque denuò aliquot vastare Ecclesias. Verùm missis eò Antuerpia 300. militibus, plerique fugerunt, nonnulli in crucem acti sunt.

Sumit supplicium de 4. Geusęis. In Iunio sumptum est Valencenis supplicium de quatuor primarijs Geusęis vel Caluinistis eius loci: è quibus vnus erat opulentus ille mercator Michaël Herlinus cum filio, & duo concionatores. Is Michaël prolata in ipsum & filium mortis sentẽtia, cultello pennario aliquot sibi vulnera sub pallio inflixit, in quibus nonnulla exitiosa fuisse feruntur. Ea re ex profluente sanguine animaduersa, productus est ad supplicium. Porrò Sectarij versi in tumultum, nituntur & illum & alios eripere, nec obtemperant militibus monentibus, vt sedatè se gerant. Itaque displodũtur à milite aliquot sclopetti in seditiosos, quibus sex perempti, complures grauiter vulnerati sunt.

Apostata mutat sibi nomen. Accidit verò quiddam memorabile Cambresij, quanquàm incertum habẹo quo mense & die acciderit. Erat ibì quidam Iohannes Carmelitanus apostata hæreticorum ecclesiastes. Is se dominum Philippum dici voluit. Captus tandèm, pernegat se esse eum monachum, qui putabatur. Et quanuis diuersum testarentur plerique homini familiariter noti, & ipsa quoquè eius mater, optima & catholica mulier, quæ eum certis indicijs docebat esse suum filium, & hortabatur, vt monasticum habitum reciperet: ille impudenter ait, Mulier, non noui te. Verùm multis tandèm conuictus testibus, non potuit negare se esse illum fratrem Iohannem Carmelita-

Carmelitanum. Itaque in castro Cambrensi suspenditur, sed ab hæreticis sublatus, in vicina quadam fossa sepelitur. Eccè autem spargitur latè rumor, Iohannem excitatum à mortuis, in Francia concionari, nec deerãt qui se dicerent eum vidisse rediuiuum, eumque audiuisse cõcionantem. Sed vt impudens commentum palàm posset coargui, magno studio Catholici eius cadauer perquisiêrunt, inuentumque iam fœtens & horridum denuò suspenderunt, nec illud posteà amotum est. Talibus figmentis delectantur nostri euãgelici præcones, & cùm vera miracula nulla habeant, ad eiusmodi prodigiosa commenta confugitur. Suspẽditur. Denuò suspenditur.

Tornaci, Iperis & Gandaui, multisque alijs Flandrię locis, pleriq; profugi Sectarij ad certam diem citati sunt sub pœna confiscationis bonorum. Illis verò non se sistentibus, bona illorum partìm fisco addicta sunt. Tornaci vno die è ditionibus Regis centum & sex Geusei Tornacenses proscripti sunt, & bona eorum confiscata. Multi ibidèm in castro habebantur in vinculis, quorum vix pauci euasuri putabãtur. Aldernadi quidam è præcipuis Sectarijs cùm semèl habita quæstione nihil esset confessus, & tandèm testibus cõuictus, vereretur ad alteram quæstionem se abreptum iri, vel ferre nõ sustineret publicæ necis ignominiam, de fenestra domûs præcipitem se eiecit: sed singulari Dei benignitate, qui non vult mortem peccatoris, eo casu extinctus non est, sed resipiscens, & peccata sua confessus, Catholicè mortuus est. 106. Geusei proscripti.

Gãdaui pridiè Apostolorum Petri & Pauli ingens rumor sparsus fuit, postridiè futuram concionem hæreticam, & quòd Sectarij præcones quatuor iam essent vrbem ingressi. Perlata res est ad magistratum, & diligenti habita inquisitione, primus author in vincula coniectus est: nec vlla fuit concio hæretica: sed ipso apostolorum festo die, quo futura dicebatur, ad sacras reliquias S. Liuini, quæ tum biduo antè ex castro, vbì ob Geuseorum metum aliquandiù fuerant, in templum S. Bauonis relatæ erant, clauda mulier sanata est. Et certè aliquot ibi tum miracula facta esse adeò certum est, vt in publica acta relata sint. Miraculum ad reliquias S. Liuini.

Eodem propè tempore haud procùl Brugis quidã Sectarij rursùs sua habere cœperunt conuenticula, id prætexentes, quòd non nisì vsque ad S. Iohannis ferias, vt ipsi dictitabant, conciones vetitæ essent. Sed missus eò præfecti Flandriæ vicarius cum aliquot è castro Gandensi leuis armaturæ equitibus, ludimagistrum quendam, qui cõcionem habiturus, paulò antè infantem suo more baptizauerat, comprẹhendit, & postridiè manè in crucem egit. Sunt & alij quidam compræhensi, cęteri fuga dilapsi.

Vltima Iunij apud Harlingeñ Phrisiæ castrũ in captiuos quosdam, quos suprà diximus in naui vna à comite Arẽbergio cõprẹhensos, lata fuit sentẽtia. Porrò nobiles 7. cõfœderati ad Gubernatricẽ missi fuerãt, & de cæteris eiꝰ sentẽtia expectabat. Itaq; ꝑter alios partìm exulare iussos, partìm ad triremes dãnatos, patibulo septẽ addicti sunt, è qbus vnꝰ dũtaxàt ad fidẽ Catholicam se recipiẽs, peccata sua cuidã Franciscano patri confessus est, petijtque Missam fieri, in eaque sacrosanctam Eucharistiam sibi porrigi, Exemplum memorabile

Universidad de Deusto
Biblioteca

rigi. Quod cùm factum esset, atque ille cum alijs suspensus, iam spiritum exhalâsse putaretur, animaduertit præfectus eum etiamnùm animâ agere, iussit igitur lictori, vt mortem vno adhuc saltu illi acceleraret. Quod cùm ille tentaret, funis ruptus est. At ille humi collapsus, paulò pòst tum à Deo, tum à præfecto ore titubante veniam & petijt & impetrauit, traditusque chirurgo curandus, hodieque fortassis supereſt. Quotquot verò illi spectaculo aderant, miraculi loco isthuc habuêre, quòd sacrosanctæ Eucharistiæ virtute à morte seruat⁹ esset homo ille. Et multi sanè in Phri-

Multi ad fidem redeũt Phrisones.

sia, hac re permoti, quotidiè redeunt ad Catholicam Ecclesiam. Est verò res à commissarijs perscripta ad illustrissimam gubernatricem, qui se etiàm funem accuratè inspexisse addidêre, certoq; comperisse, eundē fuisse quo cæteri essent strangulati, minusque quàm cæteros pōderis habuisse, sicque ruptum fuisse, àc si ense dissectus esset.

XVIII. Iulij illustriss. Gubernatrix cum tota aula Bruxellas reuersa est, cùm ad id vsque temporis Antuerpiæ fuisset. Porrò Comes Mansfeldius Antuerpiæ cum pręsidio relictus est.

Ante hos autem dies Ruræmundæ in Geldria Geusei quidam rur-

Ruręmundenses sunt in motu.

sùs suũ habuêre ecclesiasten, qui primò apud Nouimagenses, deindè in Masęque cōcionatus fuerat. Illum volebant Ruræmundam introducere, vt festo die Visitationis beatissimę Marię virginis concionaretur. Illud autem obtinere cùm non possent, extra vrbem habita concio est in pago quòdam. Egressi sunt eò extra Ruręmundam Geusei quingenti, aut circiter, vt aiunt, concionem audituri. Catholici interìm aduocāt vicinum quendam satrapam, orantque vt præsidio militari ciuitati opem ferat. Venit ille cum paucis militibus, moxque portæ vrbis occluduntur. Redeũt indè à concione Sectarij, mirantur clausas portas, rogant eas aperiri, & se intromitti. Catholici negant se illos agnoscere pro ciuibus. Iterùm redeunt, seque intrò recipi petunt, vt possint adesse vxoribus & liberis suis. At Catholici vxores & liberos illis quidem per murum, vt fertur, demiserunt, sed eos admittere noluerũt. Hęc quidē de reb⁹ inferioris Germanię, vt antè dixi, à grauibus & fide dignis viris accepi, & huc adscribere volui. alij hauddubiò quandoquè prolixiùs oēm historiā separatìm describent.

Gotha deditur.

Huius anni mense Aprili, cùm aliquandiù iussu Imperij obsessum fuisset, deditur Gotha appidũ cum arce munitissima & propè inexpugnabili, ibiq; præter alios captus est Vuilhelmus Grũbach, & paulò pòst grauissimo supplicio affectus, cum alijs quibusdam. Est aũt notatu dignum, quòd eodem ferè tempore, nisi tamē fallor, cęsus est iste Grumbach, quo anno 1558. crudelissimo latrocinio peremptus fuit celeberrimus ille Herbipolensis Episcopus Melchior Zobel, cuius suprà meminimus. Verùm hac de re, q̄ parùm certi habeam, nolo plura scribere. In Belgium hoc anno aduenit cũ instructo exercitu illustriss. Dux Albanus, posteà institutus ditiõis Belgicæ gubernator. Nõ dubiũ, quin hęretici cristas demissuri sint, q illas ditissimas regiões fœdissimè pturbârũt, & dānis maximis affecerũt. Quòd si verò illic nidificare & ꝑsperis frui successibus eis licuisset, maiora sanè attentâssent. Sed habet humana malitia certos sibi p̄fixos limites

mites & cācellos, quos p̄tergredi nō potest. Vtinàm verò tandèm redeant ad sanitatem, qui in Europa tot turbas excitârunt, atque sub prætextu puræ doctrinæ & Euangelij, orbem erroribus & dissidijs impleuerunt, miseramque & imperitam plebeculam in varias, easque fœdissimè pugnantes & dissectas, opiniones & Sectas distraxerunt. Quod etsi ad tempus passus est Christus præpotentis D E I filius, qui pro illa fudit sanguinem suum, tamen quandoquè seueriſſimè vindicabit, & pœnas exiget ęternas ab illis, qui illi ad perditionem se duces & authores præbuerunt. Immò verò vbi immensę illius bonitati visum erit, etiàm in hac vita, nisi respuerint, egregiè castigabit & puniet illos, reuocabitque ouiculas suas, ab illis dispersas & dissipatas, in ouile Catholicæ & vnicæ Ecclesiæ suæ, præstabitque vt agnoscant errorem suum, doleantque vehementer se audiuisse voces alienorum, eosque summè deincèps fugiant & execrentur, quemadmodùm crebrò superioribus seculis cum fecisse nō dubitamus. Et certè etiàm hoc ipso anno pro singulari benignitate sua ad Catholi-

Comes ab Helfenstein redit ad ecclesiam.

cæ Ecclesiæ gremium reduxit illustrem & magnę apud Germaniæ principes authoritatis Comitem ab Helfenstein Vlricum, adeò vt is coram multis & grauibus viris Luteranismum & Augustanam confessionem, cui, nisi fallor, inter primos subscripserat, abiurârit & anathematizârit: totusque ad Catholicam Romanam Ecclesiam rediêrit. Fuit autem cum fratre suo altero illustri comite apud amplissimũ Augustanum Cardinalem vltra tres hebdomadas, profligatisque à sua ditione hæreticis & vxorijs ministris atque concionatoribus, Catholicos sacerdotes & concionatores acciuit, qui magno studio incumbunt in viam reducendæ miseræ plebeculæ, altaribus instaurandis, & sacris imaginibus restituendis, idque sanè proniſſimis, vt quidam grauis vir scribit, ad omnia & auribus & manibus vulgi. Porrò etiàm huius rei nouitate penè attoniti vicinarũ ciuitatum homines, pleriq; sese colligunt, & ad pacem & vnitatem vnicę matris Catholicę ecclesię reuertuntur, frementibus pseudoprophetis, qui dolēt è suis faucibus eripi ouiculas Christi. Quinetiã medicinæ cele-

Medicus insignis fit catholicus.

berrimus professor D. Venerandus Gablerus, tanti Comitis exemplum secutus, redijt ad catholicismum. Adfuerat is Petro Paulo Vergerio è corpore migranti, apud quem mira quædam viderat, quę illi animum videbantur perfregisse, vt non modò Catholicus, sed piētissimus quoquè catholicus fieret. Inter alia verò permulta, quæ Comitem hũc eximium ad Catholicam Ecclesiam reuocârunt, illud non postremum fuit, quòd, sicut ipse ait, in Augustana Confessione nullum neque in doctrina, neque in cęremonijs fundamentum vel concordiam inuenerit, neq; apud suos concionatores inuenire potuerit, sed sit ab ijs ab alijs ad alia remissus atq; reiectus, & vnà cum suis subditis in vastissimos errores abductus: tum etiàm, quòd sicut Luterus, ità & omnes posteri illius in suis scriptis inconstantes sint, & modò hæc, modò illa sibijpsis pugnantia doceant. Benedictus D E V S, qui præstitit tanto Comiti, tot annis aberranti, vt isthæc videret tandèm, quæ sanè eiusmodi sunt, vt vel sola meritò cordatos omnes permouere possint, nè quidquam velint deincèps

Universidad de Deusto
Biblioteca

cèps cum hac prorsùs lubrica & fallaci noui Euãgelij doctrina habere cõmercij. Videbunt quãdoquè eadem etiàm alij, ꝺeo benè propitio, moxq; vt viderint, actutùm redibunt in viam, & isti hactenùs tot homines miserè fascinãtes errores, vt fumus euanescent, eorumq; authores & buccinatores, nisì ad sanitatem rediêrint, sese abdent in tenebras.

Eodem anno Caluiniani in Franciæ regno nouos excitârunt tumultus, sub religionis quidem prætextu, sed pessimo conspirationis & rebellionis exemplo. Nam magnis contractis copijs, etiàm ex Germania aduẽtitio aucti milite, Christianissimũ Gallorum regẽ sibi oppuguandũ sumpserunt, cui tñ eos oportebat se morigeros p̃bere. Verùm, vt sæpè iam dictum est, noui huius Euangelij p̃cones sua p̃clara dogmata nõ nisì per tumultus, seditiones, rebelliones propagare nouerãt, ijq; adeò fascinãt homines, vt etiamsi toto cælo aberrẽt, tñ rectè se facere arbitrent. Nõ potest aũt tandèm nõ vel ipsa se punire temeritas, nec vnquàm prosperos habẽt successus seditiosorũ & rebelliũ hominũ improbi conatus. Legant hist oriæ veteres, & earũ rerũ exemplis plena cõperientur oñia. Oẽs pij vicem Christianissimi regis dolent, nec dubium est etiàm à proprijs subditis in multas eũ sæpè coniectũ esse angustias, quod certè illis tandẽ benè cedere nõ potest. Faxit ꝺñs Iesus, vt q horũ malorũ authores fuere, ad sanitatẽ redeãt. Sed de his nõ libet iã plura scribere, donèc ad nos oĩa certiora p̃ferãt.

De Belgicis quoquè reb⁹ aliâs dabit maior accuratiùs q̃ppiã scribẽdi opportunitas: nec deerũt multa lectu digna, vbì ea certo relatu didicerimus.

Sub finem huius anni, cùm se vltrò abdicâsset põtificatu electus in archiepiscopum Colonien sem Fredericus illustris comes à Vueda, in eius locũ 23. Decẽbris substitutus est, magna quidẽ oĩm gratulatiõe, Salẽtinus illustris Comes Isenburgicus, multa doctrina, insigni probitate ac pietate, rara prudẽtia, multisq; alijs egregijs virtutib⁹ diuinitùs ornatus. Faxit rerũ p̃potẽs ꝺeus, vt, quẽadmodùm boni oẽs id sibi de illo principe pollicent, Colonien sem ditionẽ oẽm ità gubernet ac moderet, vt & temporariæ & ecclesiasticæ res sub illo eos habeant p̃speros successus & incremẽta, vna eademq; vera Catholica fides ità conseruetur, atque aduersùm fallacios a & exitialia hæresum portenta muniat, vt ad diuini nominis cedat gloriã sempiternam, & totius gregis sui salutem.

ANno 1568. multa & in Gallijs & in Belgio gesta sunt, q̃ opportuno tempore in scripta referent. Et est quidem post multa grauissima Galliarum florentissimo regno illata damna, pax quædã cõfecta, sed certiora oĩa expectamus. In Belgio quoquè multa conati sunt, nec adhuc conari desinũt Geusij, sed rerũ istarũ exitũ p̃stolamur, vt integra possit cõscribi historia. Interìm orãdus est Christus, vt hisce tumultibus clemẽter finẽ imponat, ecclesiã suã multis iam defessam & propè oppressam calamitatibus & cladibus, malorumq; hominũ infestationibus, p̃ suo imm̃so erga illã, vtpotè sponsam suã, amore tandèm quandoquè cõsoletur, miserè euersis & malè persuasis hominibus gratiæ suæ lucem impertiatur, vt agnitis erroribus suis, redeant ad pacem & communionem Ecclesiæ suæ, extra quam nulli salus esse potest.

INDEX VERBORVM

AC RERVM, NON QVIDEM OMNIVM, SED TANTVM maximè insignium, in præcedentem Surij Commentarium breuem rerum in orbe gestarum iam indè ab anno Domini 1500. vsque in præsentem hunc 1568.

opera Dn. Henrici Fabricij pijs omnibus ac studiosis sedulò congestus, iuxtaque alphabeticum ordinem summa eiusdem cura digestus.

Memineris lector, characterem A seu B, numero aut numeris adiectum, indicare superiorem inferiorémve superficiei aut lateris imaginando bipartiti partem: eamque adiectionem in tui occupati & festini vsum fieri, non vt studiosus aliquis suo quærendi fructu fraudetur, neque vt ignauo cuiquã maioris ignauiæ ausa suggeratur.

Abbas Leodij à famulo iugulatur 454
Abbatiæ Blãdimiensis bibliotheca quid à Geusis damni tulerit 517.b
abbatia S. Nicolai apud Tornacum quàm Turcicè à Geusis expoliata & exusta 525.a
abdamelech quis quàm deimpuisò Tunete potitus 303.b *moritur* 304.a
abdysu patriarcha Assyrius venit Romam, & iurat pontifici obedientiã, complectitur concilia Oecumenica præsertim Tridentinum 442.a *profitetur fidem suam* 443.a & *asserit Assyrios cum Catholica fide concordare ibid.* b
abraimus ex seruo ad summos à Solimãno prouehitur honores 196.b *incitat Solimannum in Persas* 197. *erga Christianos mercatores est humanus ibi. perdit gratiã Solimanni* 198. b & *iugulatur* 199.a
abusus quis à Pio quinto sublatus 484.b
abusus cum rebus ipsis tolli volunt hæretici 50.b
Academia Francophordiæ ad Oderam instituitur 43.b
academia Romæ vndè qui reformata 486.a
academia Vuittenbergæ instituitur 74.a
acanzes qui sint 65.a
acroceraunij agrestes homines, Solimannum noctu volũt interficere 240.a
Ade cuiusmodi felicis Arabiæ emporium, quò direptũ 235.b
adenius rex tributarius Lusitani, contra fidem à Turcis miserè trucidatus 235.b
adolphus Scauuẽburgicus fit archiepiscopus Colonien sis 322.a *Buceriana commenta abolet, & religionem veterem restituit ibid.*
adolphus Schauuenburg episcopus Colonien sis celebrat primitias 332.a
adolphus Schauenburgicus archiepiscopus Colonien sis moritur 366.a
adrianꝰ I. scripsit cõtra libros falsò Carolo Magno adscriptos de imaginibus 337. a b. *eius legati p̃sident VII. Synodo ibid.*
adrianus VI. fit Pontifex 95. a *eius vita ibid. moritur* 100.b
adulatores Luteri quales 491.a
adulteria quos quò adigãt 227. a b
adulteria Euãgelicorum præconum 444.b
Aegyptus quot seculis pressa à Mamoluchis 70.a
aegyptus quàm fertilis & populosa 71.b
æstas sicca & vini preciosissimi ferax 269.b
ætnæ mirum & prodigiosum incendium 225.a
ætnei ignis descriptio & philosophica ratio 225.a b
Afflictiones quæ quibus quàm salutares 270.a b
africæ historia breuis 194.a &c.
afrorum supplicum mos, fraus & fides qualis 303.a b
Agiamy qui vocentur 196.a
agnus è terra nascitur 41.b
agricolæ q̃ felices olim dicti 34.a
Alanus Copus scripsit cõtra Centurias Magdeburgẽsiũ 409.a
alæ Prætorianæ 65.b
alba regalis se Ferdinando dedit 277.b
alba regalis vnde dicta 294. b *dedit se Turcis* 295.a
albanus dux summus Imperator in bello Protestantium 317.a
albanꝰ dux irruit ĩ Saxões 325.a
albanus dux capit Ostia Tiberina 375.b *venit in Belgiũ* 546 b
albericus Vespucius multas insulas inuenit 12.a *nouas inquirit* 19.a
alberici Vespucij nauigatio 19.a
albertus Bauariæ dux hinc emigrat 47.b *cõiunx relicta, monasticum vitæ genus complectitur ibidem*
albertus Brandenburgicus Magister ordinis Teutonici ducit vxorem 117.a
albertus Marchio à Saxone captus 324.a
albertus Marchio Brandẽburgicus perstringit Carolum V. 347. b *item Ludouicum ab Auila* 348.a *vexat Vlmenses* 349. a *Teutonici ordinis Magistrum, Norbergenses & episcopos* 353. & *deinceps redit cum Cesare in gratiam* 355.a *grassatur in Franconia* 357.a *exemplum crudelitatis edit ibid. à Camerę iudicibus proscribitur* 306. a *omni ditione sua ejicit* 361. b *moritˉ* 374.b
albertus Pighius moritur 291.
albertus Pius Carporũ princeps quo habitu sepultus 432.b
alces animal quale 32.b
aldenardi quanta ausi sint Gensæ 518.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

algerica seu Argierica Cæsaris expeditio qualis 284.a b & deinceps.
algeri rex iungit se Turcis contra Melitenses 467.b
alexãder VI. inter Castellanos & Lusitanos pacẽ conciliat 10.b
alexãder 6. scribit Ruthenis 23.b
alexander VI. moritur veneno alteri parato 36.b
alexander Farnesius cõmunibus votis in pontificẽ eligit 189.b
Paulus III. appellatur 190.a
alexãder Medices caput Reipub. Florent. constituitur 152.a
alexander Medices vxorẽ ducit filiam nothamCaroli V. 217.b monetur ab eodem Carolo V. vt sibi ab insidys caueat 219.a
alexãder Medices Florentię dux quomodò miserè confossus 226. b & 227.a b
aloistani in Flandria, laudantur 518.b
aloysius vel Ludouicus Grittus. quære Grittus.
alsatia commendatur 22.b
aluãtes ab Ismaele cędtur 16.b
Ambasiæ quale ex fumo Cæsari periculum oblatum 259.a
ambletula & Monlambertum Anglis eripiuntur 339.a
amida filius Muleassis patrem regno excludit 303.a occupat Tunetum ibid. capto patri oculos eruit ibid. b ex regno eiicitur ibid. reuocatur 304.a
amsfordia quî capta à Rossemio 295.b
amsterodamica Carthusia à quibus fugitiuis direpta 541.a
Anabaptistarum hæresis & eorũ dogmata 123.b 124.a sunt inter se dissecti ibid.
anabaptista quidam, inspectũte vtroque parẽte, fratri suo germano caput præscindit 125.b
anabaptistarum quorundam insania & impudentia 125.a
anabaptistæ necantur 125.a
anabaptistæ occupant Monasterium, eiciũt omnes quotquot ipsis consentire nollent 182.a sartorem creant regem ibid. & tota eius vrbis occupatæ & expugnatæ itemq; regis historia ibidem & sequentibus
anabaptistæ inuadunt Amsterodamum 208.b
andegauũ eripit hæreticis 441.b
andreas Auria deficit à rege Frãciæ ad Carolum V. 129.b eripit Gallis Genuam 130.a recusat Genuæ principatum, & statua illi decernitur ibidẽm
andreas Auria aliquot Græciæ vrbes expugnat 172.
andreas Auria quãtum nocuerit classi Turcicæ 239.a b &c.
andreas Auria à Gallorum rege in gratiam recipitur 243.a
ī Anglia florẽt literæ 49.b 50.b
anglię insidiãtur hæretici 119.a
angliæ & Frãciæ reges fœdus pactiũt Bononiæ & Caleti 175.b
anglia tumultuatur 241.a
anglorum seditio contra Henricum VIII. quî sedata 241.a
anglorum Lutherizãtium articuli cõtra Lutherũ q & quot 257.b
angli vincũt Scotos 350.b statuis bellũ indicũt, easq; eiciũt ibi.
angli apostatæ duo vbi curãt testamentũ nouum Latericum Anglicè excudi, & à quibus prohibeantur 119.a
anglia reconciliatẽ ecclesiæ 362.a
S. annæ caput habetur 298.a
anna Bolenia secũda Anglorum regis vxor, cur supplicio affecta 224.a b
anna Clinica ab Henrico Anglo repudiatur 269.a
annibaldi & Pienesij ducũ Gallicorũ fortuna & clades 228 b
antididagma Coloniẽsiũ cõtra Bucerũ & socios hæreticos 292.a
antichristus politicus, hæretico Vuigando quid sit 502.a
antichristus quî à Lutero (scilicèt) interfectus 494.b
antichristum qui quo onere leuẽt 310.a
antuerpia quot sectis vno eodẽq; tẽpore cõtaminata 516.b 517.a
quot peditũ signis, vẽtura illuc Gubernatrice, occupata 541.a
antonius à schauuenburg archiepis. Coloniẽs. moritur 382.a
antinomi vũ orti, & vndè (si dijs placet) cõfutati primùm 249.b
antuerpiæ deflagrat templum B. Mariæ virginis 178.a
antuerpia vndè meritò dicta Babylonia 516.b
antuerpiæ noua cõuenticula quî tãdem sublata 538.b quinq; sana ædificata 522.a
antuerpienses q̃ magnos sumptus in gratulatione Philippi regis fecerint 338.b
antuerpiensium libellus supplex quis quid continuerit 510.b
antuerpienses quæ in re Flãdros secuti, & quò velut insaniẽrint 512. a b eorundem audax & temeraria seditio ibidẽm
antuerpiensiũ supplicatio annua quãdo q̃ blasphemè irrisa 515.
antuerpiẽsium tumultus & iconoclasmus Turcicus, immanisq; sæuitia & petulantia 516.a
antuerpiensis tumultus quis cuiꝰ Comitis p̃sentia sedatus 522.b
antuerpienses quibus cõditionibus gratiã adepti 539.b 540.a
Apostata quidã Carmelitanus, quî se Monachũ fuisse & suæ matris filiũ negârit, & quid de eo mortuo Genuæ sinxerint 544.b 545.a
apostatæ qui ab Erasmo depicti 223.a b
apostatę qui quantoperè fugiendi & detestandi 293.
apostatæ qui quibus potissimùm requirendi 486.a
apostoli quàm vitârint hæreticos 268.b
aphrodisiũ expugnatur & euertitur 342.a
Aqua lustrali adspergiuntur Rutheni 30.a
aquę lustralis vis 445.b
aquę lustralis antiquꝰ vsus 104.a
aquę mortuę quorum principum conuentu illustratæ 244.b
Arabes & eorum res describũntur 194.b &c.
aras & imagines è templis extur bare quid præ se ferat 236.a
arca marmorea miris elimodis referta, vbi nõ ità pridem inuenta 301.b
archipelagus 11.b
arenbergi Comitis aduenientis rumore quî Antuerpienses affecti 512.b
argentoratum animum ad res nouandas adiecit 132.b
argentinenses fœdus iciunt cum Heluetijs 142.a
ar-

arlunum quî contra fidẽ à Gallis dirutum 287.a
armati eunt Genuj ad conciones 511.b
arriani vbinàm hodiè repullulẽt 251.b
arthesiæ laus 512.a
articuli Anglorum contra Lutherum 257.b &c.
arx S. Elmi grauissimè à Turcis oppugnatur 465. a b expugnatur 466.b
arx Turcica, del penol di velez, oppugnatur à Philippo Hispaniarum rege 450.b expugnatur, & cæduntur Turcæ, præsidiumq; Hispanicum arci imponitur 451.a
Assanaga quis qualisve fuerit 284.a b
assyrij in religione nobiscum conueniunt 443.b
Athanasij symbolũ quî vbinàm hodiè blasphemetur 251.b
augustę habẽtur comitia 78.a
augustini stylus cur varię 222.a
aurei velleris sodalitium auctũ à Carolo V. 315.a
aurelia fraude ab Hugonistis occupata 435. templa & alia vastata 436.a b &c.
auraicus princeps quis quàm Carolo V. gratus 304.b
auraicus quarum Belgn prouinciarum præfectus 522.a
austrasij regni limites 9.b
austriaci cupidi nouæ doctrinæ eam non impetrant 367.b

Babylonia describit 197.b
baiazetes Turca expugnat Metonem 13.a
baiazetis crudelitas 13.a à filio regno exutus & veneno sublatus 13.a
ballioläi quomodo monasteria & tẽpla inuaserint, templorumq; supellectilia cõfregerint 514. b 515.a
balsamum vbi crescat 72.b
baptismꝰ Moscouitarũ q̃lis 29.b
baraganus strenuus Melitensis eques reprimit Turcas, multosq; occidit 465.b
barbarussa à Solimanno accitur 192.a ab eo creatur Bassa & maris præfectus 193.b affligit Christianos ibi. a occupat Tunetum 195. b item ciuitates multas Africæ 196.a
barbarussa pugnat infeliciter in Africa 213. a b profligatur ab Imperatore ibid. fugit Byzantium 214.a
barbarussa magnum naufragiũ facit 251.b
barbarussa magna classe venit in Italiã 294.a occupat Rhegiũ ibid. abducit maximam prædam, quę tamẽ Turcis à Christianis erepta ibid.
basileæ deficit ab Imperio, & cũ Heluetijs fœdus iuit 23.a
basileæ vrbs describitur 23.a
basileæ tumultuatur, Missæ sacrificium aboletur, imagines comburuntur 132.b
basileenses vt Cœnam suam seruent 109.a
basilius dux Russiæ durissimè imperat suis 26.b latet sub fœno 40.b oppugnat Tartaros 41.b
bassæ purpurati apud turcas 65.
bati rex Tartarorum 25.a b
Belgici tumultũs historia 507.b & deinceps
belgarum aliquot ad Maximilianũ Cesarẽ supplicatio qualis 509.b
belgradum expugnatur à Turca 91.a
bellerbechi duo apud Turcas 18. a 65.a
belliaca apud Parisios turris fulmine tacta 229.a
bellum atrox inter Gallum & Anglum 58.a
bellum atrox inter Scotos & Anglos 289.a
bellum inter Maximilianum & Venetos 46.a
bellũ Pannonicũ 277. a & deinc.
bernates fiũt Zuingliani 126.a b
berne habetur Synodus Zuingliana 229.a
bertoldus ex comitibus Hennenbergensibus Archiepiscopus Moguntinens. vitã finit 42.a
bertramus quidã scripsit de corpore & sanguine Christi, eum magni faciũt Zuingliãi 174.b
beza. vide Theodorus Beza.
Biblia à Tigurinis versa 289 b
biblia quî per Lutherum (scilicèt) illustrata 493.b
bibliothecæ perduntur 515.a
bibliothecis cun adeò infensi hæretici 517.b
bibliotheca Vaticãa vastatẽ 123.a
bibliopolarũ quę quibus vbi habenda sit cura 543.b
bichlingo Comiti quis à Carolo 5. vitam obtinuerit 302.a
bigamus sacerdos apud Moscouitas à Clero excluditur 29.a
bisontes & vri differunt 32.b
Blãdinensis apud Gãdanos abbatia qd à Gensis ppessa 517.b
Boëmia cum rege suo in gratiam redit 329.b
bolonia Anglo deditur 304.b redditur Gallis 341.a
bona opera vñ meritoria 244.a
bona ecclesię q̃ diuersè à diuersis hæreticis æstimata 500.a b
bonorum Ecclesiasticorum rapina quid cui Lutherano mali sit 503.b
bonorum hominum suspiciões de Iesuitis, vndenàm sint 273.a
bongani regis in Giapa dignitę & potentia 460.b
bonomia olim Exarchatus subiecta, à quibus Rom. põtificibus tradita 45.b commendatur ibid. & 46.a
Brabãtia quî à Gallis, duce Rossemio, vexata 287.a
brabãticæ copiæ q̃, quî à Iuliacẽ. aut cæsæ, aut fugatæ 295.a
brandeburgicus Elector qualis inter Imperatorem & Smalcaldicos mediator 253.a
brasselia prouincia S. Crucis 12.a
bremenses ex Luteranis fiũt Caluiniani 430.b
brentius & Bullingerus, quî & q̃ se mutuò traducant 407.b & deinceps
brentius quid & q̃ impiè scribat de Crucis signo 314.b
brentius Suencfeldianus, ardet odio Zuinglij, obijcit Zuinglianis iconomachiam 490. b eius antilogiæ 491.a eius de inferno error 492.a
brentius Arabius Tibicẽ à Bullingero vocatus 487.b
brugensiũ constantia 512 a 518.b
brugẽsis episcopi encomion 513.b
brugensis Prætor laudatur 515.b
brugenses quanto Geusarum ti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

more affecti,& quî indè liberati 518.a b
brugenſiũ Geuſarum tumultus quotus quî compreſſus 522.b
brugenſes quo Geuſarum timore quàm timuerint 515.a
bruxellis duo Luterani comburuntur 97.b
bruxellis quàm Geuſæ inſtiterît, & quî eis illic reſtitũ 519.b
bruxellenſium laus 512.a 518.b
Bucerus apoſtata Dominicanus 109.b
bucerus venit ad Luterum 119.b pugnat contra conſciẽtiam,quæ ſuggerebat Catholicorum religionem eſſe ſaniorem 120.a eſt Zuinglian⁹, fit poſteà rursùs Luteranus ibid. moritur in Anglia ibid. corrumpit Pomerani commentarios in Pſalmos: item Luteri in Epiſtolam ad Hebræos ibid. b
bucerus magìs Luteri ſentẽtiam de ſacramento probat 167.a non audiẽt ab Heluetijs ibi. b
bucerus fruſtrà molitur Heluetijs Zuinglianis perſuadere nihil diſcordiæ eſſe inter ſe & Luteranos 221.a
buceri apud Zuinglianos in ſynodo technæ 250.a b
bucerus Argentorato venit Bonnam,& concionatur 291.b
buceri antilogias fœdas annotat Grapperus 292.b
bucerus cur tãti habitus ab Archiepiſcopo Colonienſ. 293.a tertus nuptus,docèt monachus & presbyter, ſe polluit ibid.
bucerus ſe & ſuos damnat 311.a profert abſurdiſſimas aſſertiones ibid.
bucerus in Anglia perit 340.b fama eſt eum fuiſſe Iudæũ & puerum circuncidiſſe ibid.
buceri & Fagij cadauera exuſta 375. a
buda quî iam propemodũ capta, rursùs amiſſa 278.a
buda clàm occupatur à Turca 279.b
buda cur Turcis adeò vtilis & grata 282.b
budæ encomion 283.a
budenſia tẽpla quî à Turcis vaſtata 279.b
budenſes thermę quot & quales 282.b
budæus vbi & quandò mortuus 269.a promouet rem literariam ibid.
bullingerus ſit Zuinglij ſucceſſor 165.b
bullingerus vocat Brentiũ Arabium tibicinem 487.b q ipſe rursùs à Brẽtio vocat⁹ 489.b
bullingeri de Brentio teſtimonia 488.a b 489.a b 490.a b 491.a b 492.a b
burdegalenſes tumultuantur,& grauiſſimè puniuntur 335.a
buranus Comes vt copijs ornatiſſimis ex Belgio ad Cæſarẽ venerit 317.a
buſcoducenſiũ furor iconoclaſticus quî ſpecioſiſſimũ D. Ioannis templũ fœdârit 517.a temeritas in legatos ad ſe miſſos 534.a nouus tumultus q mox ſedatus 540.a

CAdauer Catholici Geneuæ cur in crucẽ actũ 374.b
cadauera Buceri & Fagij cõburuntur in Anglia 375.a
cæci qui quos cæcos ducãt 491.a
cædis clandeſtinæ ſeu proditoriæ Principis Florẽtini deſcriptio 226.b & deincèps
cælebatus ſacerdotis pantiquus 416.b & deincèps.
cæſareopapatus hæretico cuidam Vuigando quid ſit 1501.b
cairus qui olim vocata 234.a
caletũ expugnatur à Gallis 380. b quid de eo Angliæ reges dicere ſolebant ibidẽm.
calecutani adorãt dæmonẽ 236.a
calix doceri non poteſt quòd ſit neceſſariò ſumẽd⁹ 173.b 174.a
caluinus ſuis coloribus depictus 246.b nouum fingit dogma ibid. eius immanes blaſphemiæ 247.a quali miraculo hæreſin ſuam niſus ſit confirmare ibid. quibus technis ſe & Zuinglianis & Luteranis applicet ibid. b quî Zuinglianos & Luteranos conciliet 248.a quibus coloribus Luteranos depinxerit ibid.de Euchariſtia quid ſenſerit 249.a vocatur à Luteranis præſtigiator & Sophiſta ibid.
caluinus vt perſtrinxerit Lutheranos 260.b
caluinus ſcribit contra reliquias Sanctorum 297.a
caluinus Seruetum ſupplicio afficit 359.a
caluinus diſputat cũ Velſio Francofurti,ſed tanẽ Zuinghianus reuocatur 365.
caluinus ſcribit vltimã Confeſſionẽ cõtra Vueſtphalũ 378.a
caluinus Proteus eſt 409.b
caluinus contra Heshuſiũ 429.a
calũnia q̃ q̃b⁹ in quos q̃ familiaris 229.b 494.a 495.a 505.b
cambaia,inſignis vrbs Indię,in poteſtatẽ regis redigitur 224.b
cameracum obtinet Cæſar 300.a
cameræ iudiciũ Proteſtãtes odiſſe & nolle 230.b 231.a b cur Cæſar ſublatũ noluerit 231.a cur Smalcaldicis adeò inuiſũ 253. a b quî cur amotum voluerint 261.a b proteſtãtibus eſſe velut ſpinam in oculis 290.b
cãpanæ quarè q̃bus adẽptæ 335.a
cãpſon Sulthanus occũbit 70.a
canariæ inſulæ vndè dictæ 11.a
canes è Gallorum caſtris fugiunt ad Heluetios 57.b
canibali anthropophagi 11.b
canonum pœnitentialium vſus quantus & vtilitas 490.a
cantana vrbs Simarũ cuius obitu clara 459.a
capita occiſorum ducũ quot quî Turcarũ Tyrãno oblata 238.b
capita quędam Belgis à Philippo Hiſpaniarum rege ſeruanda proponuntur 508.a b
capſula argentea mirę vbi non ità pridèm reperta 301.b
caput S. Annæ Duræ quî ab incendio ſeruatum 298.a
cardinalium aliquot recens electorum catalogus 241.a b
cardinalibus quain re parci nolit Pius V. 486.b
cardinaliſtæ Geuſijs in Belgio q aut quid habiti 510.b
carolus Borbonius deficit à Gallo ad Imperatorem 98.a
carolus Franciſci Gallorum regis filius quandò quæ oppida oppugnãrit & expugnãrit 286.b &c.
carolus Geldriæ dux rumpit fœdus,& Brabãtos vexat 47.a

carolus Geldriæ dux dedit ſe Carolo V. 127.a eſt totus Catholicus ibid. b
Carolus Geldrię dux Catholicus moritur 254.a
Carolus Magn⁹ fingitur ſcripſiſſe contra VII. Synodum 337.a b monaſteria ditando dicit ſe Deum placare 349.a b &c.
carol⁹ V. vbi & quãdo natus 7.b
caroli V. cum Carolo Magno collatio 8.a
carolus V. baptizatur,& quę ibi contigerint 8.b
caroli V. genus 9.a b
caroli V. potentia 10.a
carolum V. quid impedierit, quominùs Turcas & hæreticos oppreſſerit 10.a
carolus V. debellat Marrhanos 80.a
carolus V. ſit Cæſar 81.b eius genealogia ibidẽ. potentia, modeſtia, prudentia 82.a
carolus V. ex Hiſpanijs venit in Belgium,& Aquiſgrani coronatur 84.a
carolus V. inſignẽ ſcribit epiſtolã ad Ordines Imperij 88.a
caroli V. de Lutero ſentẽtia 90.b
carolus V. literas dat ad Principes 105. b
carolus V. ducit vxorem 117.a
carolus V. venit in Italiã,& tota hiſtoria coronatiõis eius 137. & 143. &c. eius laudes eximię 138.a b eius corporis habitudo ibid. æquitandi peritia 139.a Franciſco Sforcię reſtituit principatum Mediolanenſ. 140. a naſcitur ei filius Ferdinandus ibid. b
carolo V. natalis dies fauſtus 143.a
carolus V. ex Italia abiès Auguſtam,vt illo itinere tractatus ſit 149.b &c. eſt Auguſtæ in proceſſiõe admodùm religioſè 150.a it nudo capite ſole ardentiſſimo facẽ gerens in manu ibidẽ b indignatur Luteranis Principibus nolentibus intereſſe Proceſſioni ibid.
caroli V. exercitus ſelectus cõtra Turcas 169.a b & 171.b
carolus V. denuncit ſibi Italiæ Principes 190.b
carolus V. expeditionem parat in Africam 209.b eius apparatus belli & claſsis 210.a eſt in periculo maris 210. cõtemnit pericula 211.a 213.a meretur coronã ciuicã 212.a
carolus V. fœdus percutit cum Venetis 218.b Romę lauat pedes duodecim pauperib⁹, ysq; munera largitur ibidẽm, eſt commotus in Gallum ibidẽm &c. vult ſingulari certamine de ditionum iure cum Gallo contendere 219.a fruſtrà tẽtat Maſſiliam ibid. b
carolus V. oppugnat Saxõem, & eius belli hiſtoria 323.b & deincèps. eius pia vox 326. a Scythę & Afri offerunt illi ſuam operam ibidẽm. b eius liberalitas in Hungaros & alios 327.a compeſcit magnã ſeditionem militum ibidem b domat totam Germaniã 328. a à Paulo III. Maximi & fortiſſimi cognomine ornat⁹ ibidẽm. diſtribuit tormenta bello parta ibidẽ b eſt victor ſanore Numinis, curat cõſcribi Interim 332.a offert Pontifici 333.a mutat ſenatum Auguſtæ & Vlmę 334.a grauiſſimũ in Lutheranos promulgat edictum 341.a
carolus V. apud regem Franciſcum in vrbe Gallica prandet,cœnat, pernoctat 243.a
carolus V. cõcionatores hęreticos Auguſtę & alibì proſcribit 344.b 345.a
carolus V. quantis periculis per Gallias in Belgium profectus 258.b 259.a b eius preces quotidianę ibidẽm.
carolus V. ſub pœna capitis interdixit ſuis lectione librorũ hęreticorum 268.a
carolus V. à proceribus quibuſdam, ſcommatibus acceptus 284.a cur quàm ſimplici habitu in Italiam profectus ibidẽm, vbi quotiès ad Pontificis colloquium ierit ibid.
carolus V. quàm fortiter, prudenter & piè ſe in Argierico bello geſſerit 285.a b quandò & cur vulgò diceret⁹ mortuus ibidẽm & 286.a
carolus V. bellum facit Proteſtantibus 316.a tota eius belli hiſtoria ibidẽm & deincèps deſcribitur.
carolus V. multos Proteſtantes recipit in gratiã 320. & deincèps à Germanis pater appellatur ibid. b
carolus V. inopinato bello ferè obruitur 347. a b & deincèps. recipit Auguſtam 354. intrat Argentinã 355.a Metim fruſtrà oppugnat ibidem Teruennam cucurrit 357. Heſdinum expugnat 358.a ſolo æquat 359.a
carolus V. Philippo filio Belgium tradit 363.a nauigat in Hiſpaniam,vacatq; ſoli Deo & ſibi 369 b Imperio ſe abdicat 381.a piè moritur 382.a b eius totius vitę hiſtoria breuis ibidẽm & deincèps. eius potentia in nouo orbe 385. a b &c. eius preces 392.a vt diem tranſegerit 393.b eius exequię celeberrimę 404.b
carolus Philippo Hiſpaniarũ regi natus 308.b
carolus Philippi filius miraculo curatur 425.b
carlſtadius ex Archidiacono ſit ruſticus 92.b pellitur ex ditione Vuittẽbergenſ. ibidẽm.
carlſtadius quid de Euchariſtia ſenſerit 102.a b primus ducit vxorem 106. b in eius nuptijs Miſſam Luterani componunt ibidẽm. Oylampadæ palàm reprehendit Lutherum, cuius opera proſcribitur ibidẽm,quibus cõditionibus reſtitutus 107. oppugnat à Lutero & Lutheranis,& ab Oecolampadio defenditur,ibid.
carlſtadius nummo aureo conducitur à Lutero,vt contra ſe ſcribat 102.a
carlſtadius ſit diaconus Tiguriuus 158.b
carlſtadius moritur Baſileę 158. b quid de eo Luterani ſcribant ibidẽm.

Universidad de Deusto
Biblioteca

carthusiani quid in Anglia perpessi 202.b 203.a b 204.a b
carthusia mutatur in officinam scelerum 205.b postea in castrum 206.a
carthusiani Amsterodami quid à Gensis perpessi 521.b
carthusia Amsterodamica à Gensis direpta 541.a
carthusianus aliquis qui per Erasmum ab apostasia deterritus 223.a b
caruenna vrbs peruetustum habet templum, & Maurorum sacerdotum collegium 194.a
casleti quando D. Laurētij sacellum vastatum 514.b
casletani & eorum vicini quomodo templa, templorumq; supellectilia tractarint 515.a
cassarus Peucerus, gre Peucerus
caspar Querhamer edit Lutheri antilogias de cōmunione 208.a male tractat à Lutheranis ibid.
castrononum Dalmatiæ vrbs maritima, à Turcis expugnatur 259.b
castrensibus agri Salentini quibus quid à Turca beneficij p. stitum 240.b
catharina Angliæ regina decedit 209.a fortiter tolerat diuortium ibid. scribit Henrico regi epistolā sub mortē ibi. eius sepultura & apophthegma ib.b
catharina Hauarda sit Henrici VIII. Angliæ regis vxor 269.a plectitur capite ob adulteriū 288.b
S. Catharinæ Martyris quale in monte Sina delubrum 234.a
catechismus Luteri 142.a
catechismi innumeri Sectariorū prodeunt 142.b
catechismi Luteri & Brētij à quibus Supintēdentibus damnati 428.a
catholicæ fidei defectum quæ necessariò mala sequātur 462.b
catholici principes fœdus percutiunt 105.b
catholici qui à quibus Sectariis quò superentur 268.b 269.a
catholici merguntur in puteos Parisijs 432.b
catholici alicuius nautæ apud Antuerpiam sacinus & periculum 516.a
caupo quidā carnes porci rabidi canis morsu infestiti, edendas proponit hospitibus, qui omnes in rabiem vertuntur 217.a
causa dissidiorum inter sectarios 242.b
cazan regnum 40.a
cazanēses deficiunt à Moscouitis 40 fugant Moscouitas ibi.b
Cephalenia expugnatur à Venetis 35.b
cetus ingens in terrā ejcit 167.b
chartulæ quales Canonicorū edibus affixæ 512.b
chartulæ quales quot vno die Antuerpiæ distrahātur 514.b
chalcedonensis Synodus à quibus hæret. carpta 478.a 479.a b
chartulę minaces ōles vbi sparsę 511.a
chersonesus aurea à Lusitanis expugnata 12.b 66.b
chersonesus aurea direpta 235.a
christi à cruce pendentis imago, quibus vocibus à Gensis impetita 515.a
christi deitas hodiè à quibusdam Christianis in disputationem rapitur 462.b
christus dicitur à quodam apostata desperâsse, ab aliis nō fuisse Deus 125.b 126.a
christiana templa quâ à Turcis tractentur 235.b 236.a
christianorū apud barbaros rectes conuersorū feruor quis 461.b
chrismate & oleo sacro quū Gensę quàm sceleratè abusi 515.a
christiern. Daniæ rex fraude acceptos Suediæ obsides abducit in Daniam 77.a occupat Stocholmiam, & summā exercet tyrannidem ibid.b exulat ibi. & 92.a capitur à suis 168.a veneno tollitur ibidēm
christophorus Augustanus epis. vbi & cui⁹ legat⁹ moriū 290.a
christophorus Bōgartnerus ciuis Basileens. vxorē suspectam de adulterio confodit, mox etiàm filiam quadrimam, post hęc sedat precipitem 128.a
christophorus Columbus inuenit nouas terras 11.a nouam instituit nauigationem ibid.b
christophorus Froschouerus nihil gratię à Lutero refert ob missa Biblia à Tigurinis Germanicè versa 289.b
christophorus Longolius quū aut quo habitu sepultus 256.b
chronicon Peuceri quale 471.b & deincèps
Ciuis Torgauiensis ex monasterio nouem virgines sacras abducit Vuittenbergam 98.a
ciuitates aliquot tumultuantur 111.b alię scribunt militem nè idem patiantur ibid.
ciuitates nolunt obsistere Ferdinandi regis electioni 163.b
Classes Christianorum maxima cōtra Barbarussā 251.b cur turpiter fugerit 252.a
classis Turcica vexat Christianos 359.b
classis Turcarum cōtra Melitenses quanta 463.b
clemens VII. immensam pecunię vim confert in bellum Turcicum 169.a
clemens VII. moritur 189.b
cliuię dux quibus conditionibus Cesari reconciliatus 299.a
Cochleus scribit contra Luterum 162.b obtulit se sępius ad disputationem cum quouis Luterano coram Iudice sub capitis periculo ibid.
Cœnam suā quō Tigurini seruent 108.a b vt Basileenses 190.a
cœnobia euertit Luteri Euangelium 207.a
collegium Germanicum à quo & in quem finem Romę institutum 272.a b
colloquium Mulbrunnense 451.b & 453.a b
colloquiū Ratisponē. 310.a b &c.
colloquia secreta Clementis VII. & Caroli V. 139.b
colloquiū Vuormatiēse, quod quid exitūs habuerit 378.b & deinc.
colonia qualibus technis quotiès per hęreticos tentata 296.b
colonia vndè potissimùm vbiquè & semper laudanda 297.a propè Coloniam fit Geusica concio 537.b
colonienses tumultuantur contra Senatum 56.b duos Consules & alios quosdam supplicio afficiunt 57.a
colo-

colonienſium conſtantia 111.b
coloniēſis Senatus impeditznè Luteri teſtamētum in Anglorum idioma ab aliis tranſlatum, excudatur 119.a
colonienſes Bucero & ſocijs hereticis antidagmate reſpondent 292.a
colonienſes cur à Carolo V. per literas laudati 296.b
colonienſ. Clerus prouocat ad pōtificem & Cęſarem 305.a archiepiſcopo res nouas molienti conſtāter reſiſtit ibid & b
colonienſis Clerus & Academia à Cęſare in ſuum patrocinium ſuſcipitur 308.b
colonienſ. Senatus laudatur 529.a 537.b
cometes ſęuus viſus in Palatini ditione 43.a
cometes prænuncius mortis Philippi Auſtriaci 44.b
comitia Auguſtę habentur 53.a
comitia Angliæ contra Luterum 257.b &c.
comitia Coloniæ Agrippinę 42.b
comitia Norībergę habent 290.a
comitia imperij habentur Ratiſponę 274.b
comitia habentur Spirę 132.a
comitia Vuormatię habentur 307.b
commorinum promontorium ad fidē Chriſti conuerſum 459.b
conceptio immaculata B. Mariæ ab eccleſia recepta, à quibuſdam temerè fictitius etiàm miraculis oppugnata 52.a
concilium Lateranenſ. ſub Iulio II. 55.b
concilium Piſanum prophanum 55.a
concilium Piſanum damnat Gallię rex 59.a
concilia Oecumenica cur nō poſſint errare 478.a
concilium Oecumenicū indicitur apud Mantuā à Paulo 3. 225.a
concilium à Paulo III. indicitur Tridenti 289.a
concilium Tridentinum ſuſpenditur 290.b
concilium Tridenti inchoatur 312.a
concilium Tridentinum continuatur 345.b bello diſſipatur 347.a
concilium Tridentinum finitur 447.a
concilio Tridētino vbi & quādò ſe omnes principes ſubiecerint 331.a
concilium quale voluerint Proteſtantes 178.b 179.b
conciones ſex vbi quandò habitę 512.b
concionator noui euangelij pluſquàm viginti carmina pro cōcione ex Ouidio de arte amādi recitat 498.a
concionator tuuenis Luteranus à Sectarijs vbiq; reijcitur 448.a b à Catholico in viam reducitur 449.b
concionator Notiomagum infelicurus quis fuerit 526.a
concionatores Sectarij trepidant 333.a Luterani apud Zuinglianos delitescūt ibid. alij alio diffugiunt ibid. proſcribuntur à Carolo V. 344.b 345.a reuocantur à Mauritio 353.a
concionatorum ſeditioſorum ſex vndiquè in Belgiū vocata 511.b
concionatoribus qualibus apud Antuerpiam Geuſa primùm vſi 512.a
concionatoribus quid quæ pœna vetitum 512.a
condæus capitur & Caluiniſtæ cæduntur 442.b liberatur è cuſtodia 447.
confeſſio apud Moſcouitas vt fiat 29.b
confeſſio Auguſtana offertur Carolo V. 148.a mutatur crebrò à Melanchthone ibid. quanti plerique eam fecerint ibid.b multæ Sectę ad eā reclamantibus Luteranis ſe referūt ibi. ceu Babylonica meretrix adoratur à multis 149.a conſultantur à Catholicis 153.a
à confeſſione Auguſtana defecerunt Euangelici 266.b
confeſſio Auguſtana crebrò mutata, etiàm Sacramentarijs iā patula 377.a
confeſſio Luteri contra Zuinglianos 130.b Zuingliani reſpondent 131.a
confeſſio quatuor ciuitatū offertur Cęſari Auguſtę 156.b cō-
futatur à Catholicis ibid.
coniugium in Luteranis ſacerdotibus non reſtinguit vagas libidines 444.b
coniugium ſacerdotibus non eſſe permiſſum D. Hieronymi authoritate docetur 263.b
conradus Pellicanus falsò traducit Eraſmum tanquàm Zuinglianum 121.a
conſtantienſes meditantur defectionem ab Imperio 55.a
conſtantinus Lyskyrchius conſul Colonienſis laudatur 537.b
conſtantienſes Cęſari obtemperāt 334.a dedūt ſe Auſtriacę domui in perpetuum ibid. b & 335.a habent epiſcopatum ampliſſimum ibid.
conſtantinopolim concutit terræmotus 52.b
conſtantini Copronymi impietas & dementia 298.b
conſtantini Magni memorabile exemplum 330.a
contarenus Cardinalis quid ab hęreticis Ratiſponę ppęſus 275.a
conuentus Electorum Francofurti 38.b
conuētus Auguſtanus quis à Sleidano armatus dictus 329.b
conuentus celebris principū Spirę 300.b
conuētus Imperij Hagenoę 261.b
conuentus Regum Viennę 69.a
conuentus Paſſauienſis 354.
conuentus ordinum Belgij qualis vbi quid egerit 510.
conuentus Trudonenſis 512.b
conuentus Euangelicorum Marpurgi 133.a fruſtrà tentatur cōcordia inter Zuinglianos & Lutheranos ibidēm
conuentus Euāgelicorum Numburgi 429.a
conuentus Euangelicorum Suabachi 136.b
conuentus Proteſtantium Francofurti 163.b
conuentus Proteſtantium Francofurti 309.b
conuentus alius Proteſtantium Francofurti 167.b
conuentus Proteſtantium Frunfurti 254.a
conuentus Proteſtantium Smalcaldię 141.a
con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuentus alius Proteſtantium Smalcaldiæ 160.a
conuentus Proteſtantium Smalcaldiæ 266.a
conuentus Proteſtantium Smalcaldiæ 228.b 230.a b &c.
conuenticula in agris habita in Belgio 511.b contra iſta quale edictum promulgatum 512.a
corcyra quid à Turcis pertulerit 240.b
corduba ſub Mauris habet Gymnaſium cum inſigni bibliotheca, & quid ibi docuerint 194.a
cornelium Romanum Pontificem & SS. Chriſti martyrem, impiè & falſo aſſerunt Centriones Magdeburgici, pro ſanguine populo meram aquam porrexiſſe 410.b
cornu vnicornis ſudore venenum prodit 180.b
coronæ tres Cæſarum 143.b
coronatio Caroli V. Bononiæ 143. &c.
corſica inſula capitur à Turcis 359.a & b
coſmus Medices Alexandro in principatu Florentino ſubſtituitur 228.a
Cranium Suuatoſlai Moſcouitarum principis, in poculũ mutatum 24.b
craſſus ſpoliat templum Hieroſolymitanũ, & luit pœnas 98.b
criminalis ex ſocietate Ieſu conuertit promõtorium Commoriuum 459.b martyrio coronatur 460.a eius encomion ibid.
crucifixi imago ad quatuor horas largiter ſudat 344.a
crucifixi imago globulo tormenti traiecta, vt commouerit Carolum V. 325.a
crucifixi imago quàm impiè & plus quàm Turcicè in Anglia tractata 405.b
crux fugat dæmones 12.a
crux Chriſti à Geuſis demolitur, latronum non item 517.a
cruces ſanguinolentæ hominum veſtibus incidunt 20.b
crucem non fingendam quî fraudulenter velint probare hæretici 406.a
crucis ſigni vſus ex Auguſtino & Tertulliano probatus 426.b
crucis ſigni vis 446.b
crux mirabilis in fraxino vbi reperta 404.b & deinceps.
crucis imago in ſubucula nobilis fœminę vbi & quando reperta 406.a
Curtracenſes in Flandria vndè laudem meriti 518.b
cuſconij reges quàm fuerint potẽtes in regno Peruaco 385.b
cuſelbaſæ qui dicti 15.b
cutheia capta à Techille 18.a
Cyprianus à Centurionibus reijcitur 412.a quid de Romana Eccleſia ſcripſerit 411.b

Dæmon adoratur 236.a
Dæmoniaca puella non poteſt liberari ab euangelicis 445.a liberatur à Catholicis 446.a b
Daniæ rex Luteranus, iungit ſe fœderi Gallico contra Carolum V. 283.b
dani regis filia nubit Lotharingo 283.b
daniel Brendel ab Homburg fit Archiepiſcopus Moguntinus 363.a
danuillerum vndè occupatũ & dirutum 286.b
dauali Vaſtij Taurinũ & Pinarolũ obſidẽtis fortuna 229.b
dauentriæ quid mutationis admiſſum 521.b
dauid Georgius, & eius breuis hiſtoria 371.b &c.
Decreta quæ quorum tumultuũ putentur aut iactentur occaſio 508.a b
delfenſium fœminarum aut virorum ſub fœmineo habitu facinus (ſi dijs placet) Euangelicum 521.b
deruiſæ qui ſint apud Turcas 283.a
deum non adorandum, neque pẽſidium ab eo expectandũ quis doceat 341.a
Diabolus diſputat cum Lutero, et vincit eũ 186.a ſæpè illi noctu apparet ibid.
dicterium in Hungaros lepidum 282.a
didymus Alexandrinus cæcus doctiſſimus 344.b
diluuiũ ſuperioris Germaniæ 157.a
diſciplinæ Eccleſiaſticæ laxationem quis hæreticus deploret 499.b 500.a
diſciplina quæ vndè quî reſtituta 486. b quibus flagitijs facile medeatur 489. b quam ſit vtilis & qua egeat inſtauratione 490.a
diſputatio Badenſis 121.b
diſputatio cum Geuſa Neomagi 527.
diſputatio cũ Hugonotis in Gallia 434.a b
diſputatio cũ hæreticis nihil vtilis 126.b
diſputatio Lipſica 81.a
diſſenſionis ſpiritu qui quàm maximè laborent 487.b
diſſidiorum inter Sectarios cauſæ ipſiſſimæ quæ 244.a b
diſſociatio quæ inter quos quale ſit malum 503.a
diuinatio rerum futurarũ quibus quî cauenda 302.b
diuinationibus Ethnicorum quî & cur olim fides habita 302.b
diuio obſidetur ab Heluetijs, qui Gallico auro corrupti, obſidionem ſoluunt 60.a
dium, munitiſſimam vrbem India, fruſtrà oppugnant Turcæ 235.a
diuortium admittunt Rutheni 28.b
Doctores Luterani qui, quos alios doctores Luteranos traducant 502.b
doctrina Luteri quæ cur laqueo & flammis digna 504.a b
dogmata valdè impia ſpargũtur 125.a b
dominicani quidam ob iniuriam in Dei matrẽ puniuntur 52.a
dominicani quanta à Buſcoducenſib. Geuſis perpeſſa 517.a
donatiani hæretici quàm malè cupidi mortis 124.a
dordracenſium lanx 512. a 518.b
dorothea Chriſtierni Danorum regis filia, nubit Frederico Palatino 217.a
Dragutus quis quàm rei militaris peritus 463. b moritur 465.b 466.a
Dunkercam in Flandria, quam vndè adepti laudem 518.b
dura quî occupata à Brabantis, & rursùs amiſſa 288.a b
dura intra vnius anni ſpatium ter obſeſſa, bis dedita, ſemèl expugnata 297.b
duræ oppugnatur, capitur, diripitur, inflammatur 297.b

Eccius, quęre Ioãnes Eccius
Eccleſia erumnoſa hæretico cuidam Vuigando qd 501.b
eccleſię (ſi dijs placet) reformatę apud Geuſas quid ſint aut ſignent 514.b
eccleſiaſtica ſupellex quî Geuſis Neomagi præcluſa 520.b
eccleſiaſtici apud Antuerpiã quî vexati ac territi 512.b
Edictũ nè qs Gallo militet 302.a
edictum in Sacramentarios vbi & quando editum 427.b
edictum contra exteros concionatores cur non fuerit executum 511.b
edicti Antuerpiæ promulgati thema ſeu membra quę 542. b 543.a b
eduardus naſcitur Henrico Angliæ regi 229.b
eduardus rex Angliæ moritur, & deploratũ à Sleidano 357.b
Egmondana abbatia vndè quî expilata & vexata 541.a
egræ vrbs in Catholica fide conſtans 324.a
Elephanti & Rhinocerotis deſcriptio & pugna 67.b
eleonora Cæſaris ſoror it in Gallias 151.b
eleonora Galliæ regina Caroli V. ſoror obit 382.a eiꝰ exequæ ibi.
elias tertius apud quos qs 260.b
elizabeth ex Anna Bolenia naſcitur Henrico VIII. Angliæ regi 180.a capitur à Maria ibidem.
elizabeth ſubſtituitur Mariæ in regno Angliæ 404.a reſtituit Caluiniſmum ibid. ferturq; tamẽ crucifixi imaginem in ſacello ſuo erectã retinere 405.a
Endouia capta & direpta à Roſſemio 296.a
enſes incurui Turcarum quales 260.a
Epiſcopatus Rhenani quibus epithetis ſoleant appellari 335.a
epiſcopatus tres à Gallis Imperio adempti 348.b
epiſcoporum Conſtãtinopolis arrogantia 27.b
epiſcopi Ruthenorum ſemper abſtinent carnibus 28. b
Equites præcipui apud Turcas qui ſint 65.a
equos ſuos omnes cur aliquandò Carolus V. occiderit 285.b
Erardus Cardinalis & Epiſcopus Leodiẽſis moritur 243.b cur proſciſſus à Sleidano ibi.
Erardꝰ Snepſſius ſcribit in Zuinglianos 365.a
eraſmus Alberus ſcribit in Sacramentarios 365.a
eraſmus falsò Zuinglianus traducitur 121.a
eraſmus ſcribit contra quoſdam, qui ſeſe falsò iactant Euangelicos 141.b
eraſmi iudicium de Euangelicis 141.b
eraſmus Roterodamus moritur 221.b eius cenſuræ quales ibidẽm. monetur à Thoma Moro ad palinodiam 223.a nõ admodùm abhorruit à monaſtico inſtituto ibidẽm. deterret quendam inſtabilem Carthuſianum ab excutiendo cucullo ibidẽm & b quid ſenſerit de Luteranis ibidẽm &c.
ericus dux Brunſuicenſ. q Hollandicos Geuſas in officio cõtinuerit 522.b
erphordia tumultuatur contra Senatum 48.b
Eſtampiæ heroidis Galliæ conſilium quî Carolus V. euaſerit 259.a
Euangelij Luteri fructus 118.b
euangelicorum confuſio 102.a b
euangelici inuicèm ſe hæreticos vocant 477.a
euangelici non de rebus leuibus conſiliantur 379.a b 380.a
euangelici pręcones quęrunt latibula 333.a
euangelici tres Londini ab Henrico Anglo combuſti 269.a
euerhardi Billici de Bucero & Sleidano ſententia 292.b
euchariſtia apud Moſcouitas, 29 b eam toto anno aſſeruant ibidẽm.
SS. Euchariſtia vbi quibus iniurijs affecta 515.a
euchariſtia Iudęo vendita, ab illo & alijs Iudæis confoditur, ex qua ſanguis emanat 369.a
euchariſtia à Geuſa quodam nobili, pſittaco ad vorandum (proh ſcelus) tradita 21.a
euchariſtiam quî Pius V. alioquì fractis viribus, circunferat 483.b
Exaltatio S. Crucis iam olim in Eccleſia celebris 53.a
excommunicatio quàm pertimeſcenda 362.a
exechiũ quàm infeliciter à Ferdinandi copijs obſeſſum 237. a b 238.a b
exercitus totus Cæſaris in bello Proteſtantium quantus 318.b
expeditio in Turcas 169.a b &c.
expilatores qui quas Comiti Megano pœnas dederint 541.b

Fabarum excuſſio vbi quos Principes terruerit 242.b
fabiolæ poſt diuortium nuptias iactant hæretici, eius autè ea de re pœnitẽtiam ſilẽt 264.b
fames in Italia 127.b
fames dira Sueuiam peruadit, quam Argentoratenſes leuant 22.b
familiam quî ſuã Pius V. reformet 484.b
fana apud Antuerpiam hæretica quibus ceſſerint 542.a
fana Geuſarum vbi in Flandria diſſipata 540.b
fanorum Geuſarũ trabes in patibula mutatæ 540.b
Ferdinandus archidux Auſtriæ ducit vxorem 91.a
ferdinandus ſit Hungariæ rex, ſed ab alijs eligitur Vaiuoda 117.b exuit Vaiuodam regno 134.a fruſtrà mittit pro inducijs legatum Conſtãtinopolim ibidẽm b
ferdinandus ſit Romanorum rex reclamante Saxone cum ſuis 159.a b Coronatꝰ Aquiſgrani ibidẽm, mittit legatos ad Solimannum 169. eius copię infeliciter obſident Exechium 237.a b &c. mittitur occupare Hungariam 276.b &c. mittit legationẽ ad Solimannũ 277. a. item in Hungariam ibidẽm.

Universidad de Deusto
Biblioteca

belli Hungarici euētus 277. b & deinceps. quę munera p legatos Solimāno miserit 280 b quid respōsi retulerint ibi. duas elocat filias 315.b moritur 450.b
Ferdinandus Cortesius quid in Mexicano regno & nouo Carolino orbe præstiterit 385.a
Ferri mira vis 64 b
Fernor nonorum Christianorum 461.b
Fidei militaris sacramētū apud Afros quale 303.a
Fieri ex Luterano Zuinglianum, qualis sit profectus 488.b
Flagella quę cur quibus assiduè obtingant 462.a b
Flagitia cur adeò excrescāt 500.a
Flandri omnium primi armati ad conciones procedunt 511.b
Flandrię oppida quę initio à Geusis infecta 512.a
Flissingenses qui à Geusis inuasi 534.b
Florentia cur obsessa 152.a deditur, & resub. cōstituitur ibi.
Florentini ducis miseranda & periculosissima mors 226.b & deinceps.
Fœdus à quibus quandò & quarè contra Albertum Marchionem Brandenburg. initum 357.a
Fœdus perpetuū ictum inter Palatinos & Vuirtebergicos 60.a
Fœdus feriunt aliquot Catholici Principes 105.b
Fœdus Smalcaldicū 159 a 160.a
Fœdus Smalcaldicum approbat Lutenus, licèt antèà aliter docuisset 159.a
Fœdus quod cur vbi à Belgis temerè ictum 508 b
Fœderati mittunt libellum supplicem ad Maximilianū Cesarem 509.b
Fœderati nobiles qui cur vndè se Geux vel Geusios vocārint 509.b
Fœderati quali habitu interfuerint Conuentui Trudonensi 512.b
Fœderati scripto longo respondēt ad 9. capita in Duffle proposita 514 a
Fœminę concionantur 94.b
Fyāci origine Germani, nō Galli 9.a occupāt Galliam. ibid.
Franciæ & Angliæ reges, fœdus Caleti et Bononiæ pactiūt 175 b
Franciscus Valesius sit Galliæ rex 67.a
Franciscus rex Galliarū capit, & in Hispanias abducit 106.a b
Franciscus rex Gallorum ex Hispaniis dimittitur, & rumpit fœdus 122.a
Franciscus Galliæ rex obsidet Neapolim 129.a lues vastat Galli exercitum ibidēm.
Franciscus Galliæ rex magno zelo mouetur cōtra hęreticos, eosq; terribili supplicio, vt alij deterreantur, necat 187.b
Franciscus Galliæ rex petit principatū Mediolanēsem 217.a monet bellū Sabaudo, & eius belli causa ibid. b &c.
Francisci Galliarum regis pietas commendata 300.a
Franciscus Gallarum Rex moritur 322.b eius encomion ibid. bibliotheca 323.a
Franciscus Delphinus excedit è viuis 219.b
Frāciscus II. quando natus 300 a sit Gallorum rex 406.b est in magno periculo 428.a moritur ibid. b de eius & suorum nece quorundam conspiratio ibi. eius corpus cōbustū 437.a
Franciscus Pizarrus quid in Peruaco regno & nouo orbe præstiterit 385.a
Franciscus Sickingius Luteri studiosus perit 97.b
Francisco Sphorcię restituit prin. cipatus Mediolanens. 140.a moritur 214.b
Franciscus Xauier dum cupit Sinas conuertere, moritur 457. corpus eius nō putrescit ibi. b
Francisci Xauier encomion, deuotio, zelus, obitus, laus, 459.a b
Franciscani in Anglia conjiciuntur in carcerem 205.b
Franciscani quid vbi à Geusis pessū 517.a 521.a 534.a
Francophordia ad Oderā sit vniuersitas 43.b oppidi situs amœnissimus ibid.
Francofurti tumultuatur 111. b 112.a
Francorum (qui vocātur) apud Brugas laus & cōstātia 512.a
Fridericus Aragonius toto regno Neapolitano exuitur 35.b
Fridericus Palatinus veniam à Cæsare petit, & impetrat 230.a
Fridericus elector Palatinus moritur 365.b
Fridericus Staphylus moritū 447 b sit Catholicus & prodit hęreticorum fraudes ibid. b
Frigus asperrimum in Moscouia 31.a
Frigus acerrimum 60.a
Fructus quales ex Luteri Euangelio 118.b
Fructus noui Euangelij quî qualis hęreticus recenseat 489.b
Fruges metuntur in Martio & Aprili 11.a
Fulmīe incendit turrim Mechlinię, & murorum fundamenta reuellit 321.a b
Furnense oppidum quî Geusis restiterit 521.b
Furor Luteri quis à quo deprehēsus 491.a

GAblerus medicus insignis, è Sectis ad Ecclesiam conuertitur 547.b
Gainas dux Arrianus olim ab Archadio petyt templū frustrà 119.b
Gallia quî ab hæreticis vastata 430.b & deinceps.
Gallia Caluini fermento corrumpitur 376.b
Galli ab Hispanis è regno Neapolitano profligantur 37.a
Galli infeliciter oppugnant Turcas 35.b
Gallus perstringit Cæsarem 291.a
Gallus vincit Venetos 46.b
Galli inuadunt ditiones Cæsaris 286.a b
Gallorum strages ad Granelingā 381.b
Gandaui oppidi Flandrię descriptio 7.b
Gandauum septem Principes toto septēnio oppugnārunt quidem, sed non expugnārunt 7.b
Gandauum tumultuatur 258.b
Gādani q in statuas & imagines sęuiunt 517.b
Garsiæ Neapolitāi magna de intercepta classe Turcica laus & honor 294.a
Gazelles Syriæ præfectus rebellat, sed cæditur cū suis 84.a
Geldrenses deficiunt à suo Principe ad Iulię & Cliuiæ ducem 240.b 241.a
Geldren. principatus quanti Carolo V. æstimatus 296.a
Geldren. ducat⁹ vsurpatio quàm malè cesserit Iuliæ duci 241.a
Gemes nisus fratrem suum Baiazetem regno excludere, victus est & in fugam actus, demum captus & Romam missus 13.b
Generalibus Ordinum quid Pius V. indixerit 486.b
Genua laudatur 46.a
Genua capitur & diripitur 95.b
Genuenses pellunt ex vrbe nobilitatem 46.a
Georgius Austriacus capitur 283.b
Georgius à Schotborch Lundensis Archiepiscopus laudatur 77 b 78.a
Georgius Bauariæ dux moritur 39.a
Georgius Dauid & eius historia 371.b & deinceps.
Georgij Dauidis insana apud Frisios hęresis 299.a b
Georgius Paccius effingit fœdus quorundam Principum 128. a b offert Lantgranio ibidē. Accusāt & conuincitur falsi 129.a Antuerpię punitur ibidēm.
Georgius Saxoniæ princeps persequitur Luteranos 176.b proscinditur & multa patitur à Lutero ibid. & 177.a b iubet exulare nō contentos vna specie ibid. habet controuersiam cum Saxonię electore ibid. ea componitur 178.a
Georgij Saxonię ducis optimi & Catholici laus 118.a b non patitur Luteri doctrinam ibid. respondet egregiè Lutero ibi.
Georgius Saxoniæ dux moritur 255.a quos reliquerit hęredes ibidēm.
Georgius Sichelus horrendo supplicio afficitur 62.a
Gerhardus Veltuuichius Legatus Caroli V. cum Turcis inducias quinquennales paciscit 329.b
Germania quandò ad fidē Christi conuersa 8.a vti à Cornelio Tacito & Seneca descripta 50.a
Germaniæ calamitas 281.b
Germaniam intestinis dissidijs eneruari 254.b
Germanici collegij apud Romam institutor & rector primus quis 272.a b
Germanus procerus à nano Turcico miserabiliter occisus 279.a
Germani vt soleant denunciare bellum 316.b
Germanorum copias cōtra se collectas q Turcę riserint 289.a
Geux vel Geusij vndè orti 509.b
Geusicorum in Belgio tumultuū origo 508.a b & infrà
Geusa aliquis ex fenestra se præcipitans, quî seruatus ac piè mortuus 545.a
Geusę Brugarum portio excluſi, quid designārint 515.b
Geusæ quî apud Tornacū à Rassegemio & Norcarmio intercepti 525.b
Geusa aliquot pauci quanta facinora in magnis etiàm vrbibus perpetrare ausi 518.a
Geusis quî tandèm permissę Antuerpię conciones 520.a
Geusarum nocturna in agris cōuenticula 511.b
Geusarum Antuerpiens. conciones quales 512.a
Geusarū in Duffle colloquio quid conclusum 513.a
Geusarum in Ecclesiasticos verba seditiosa quæ 512.b
Geusarum in festo Natalis Domini facinora & pœnę 524.b
Geusarum supplicatio quæ quibus oblata quid continuerit 531.a b
Giapan insula apud antipodes vbi sita 356.a b
Giapa seu Iapania insula vndè nō itā pridèm reperta 460.b
Giapanorum erga fidē Christi affectio & industria quanta 460.b
Gnathones inter Luteranos Doctores qui quales 502.b
Goncallus de Sylueira Iesuita quantos labores ad fidē Christi propagandam exantlārit. 273.b occiditur 274.a
Gothæ obsessio & deditio 564.b
Gouda laudatur 518.b
Granata à Mauris occupatur 194.a recuperatur à Ferdinando Hispaniarum rege ibi.
Grando sęuissima 47.a
Granuellanus occumbit 342.a
Gregor⁹ Magnus quā à quo hęretico passus calumniā 473.a
Grittus charus Solimāno in Hungariam venit Turcæ legatus 191.a defendit Budam contra Ferdinādum ibidēm trucidatur 292.a præda ingens cæso detrahitur ibid.
Gropperus à Sleidano falsò in suspicionem hæresios adductus 292.a quomodò Sleidanum vocārit ibid. colligit antilogias Buceri ibid. b
Gropperus fit præpositus Bonnensis 322.a eius encomion ibid. continentia mira ibid. b
Gropperus Ioannes moritur Romę 404.b
Grumbachij apud Gothā captio & supplicium 546.b
Gubernatrix intrat Antuerpiā 541.a
Gubernatrix præmonet ciuitates 513.b
Gubernatricis ad petitionem nobilium responsio 510.a
Gubernatricis edicta quæ à quibus contempta 512.a
Guienna vi expugnatur, diripitur & incenditur à Gallis 380.b
Guilhelmus Lantgranius Hassiæ moritur 51.b
Guilielm⁹ Budeus, quęre Budeus.
Guilielmus Clebitius scribit de ruina Papatūs Saxonici 429.b
Guilielmus Radeū taxat 349.b
Guintium obsidetur à Turcis 170.a
Guisius pugnat fortiter, & Hugonistis victoriam eripit, eosq; cædit 442.b pimitur 447.a
Guleta oppugnatur & expugnatur 211. restauratur 212.b
Gutte sanguineæ in foliis arborū reperta, & alia quædam horrenda audita 358.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Habit⁹ abiecti causa quã-
roperè Luterus execrã-
dus 256.b 257.a
hæreses vndè ortæ 110.a b
hæresum comprimendarum cer-
tissima via quæ 258.a
hæretici acres in vitia Cleri
124.b
hæretici alioquin inter se contra-
rij pacem quãdam simulant,
vt coniunctis viribus Eccle-
siã impugnent 220.a b
hæretici calumniantur Schola-
sticis 480.a b
hæretici Centuriones quàm bla-
sphemi in sanctos quosdam
418.b 419.a b & deinceps
oppugnant sanctorum inuo-
cationem 422.a b quos ea in
re authores sequantur ibi.
hæretici inuenti qui Cain, Iudã,
Core, Dathan Abiron & So-
domitas colerent 377.b
hæretici non audent sub capitis
periculo cũ Catholicis disce-
ptare 162.b
hæretici non possunt legitimam
Episcoporum suorum succes-
sionem adserre 412.a reijci-
unt Synodos 413.a vt oppu-
gnẽt cælibatum sacerdotum
414.a b
hæretici Patrum scripta corrum-
punt 409.a sunt infesti Pon-
tificibus ibid. b
hæretici propter abusus res ipsas
bonas tolli volunt 50.b
hæreticorum temeritas 244.b
hæretici vbi Erasmi scripta reci-
piant 227.b
hæretici vt calumnientur Catho-
licos 188.b viuũt bacchana-
liter etiã in Parasceue 189.a
hæreticorum fraus de non effin-
genda crucis imagine 406.a
hæreticorum in Iesuitas petulan-
tia & conuicia 273.a vndè
272.b
hæreticorum innocentia qualis
262.a
hæreticorum libri cur non legen-
di 268.a b &c.
hagenoẽns. Imperij conuentus qd
profecerit 261.b
halybassa interficitur 18.b
hannoniæ laus 512.a
harduellis patris Ismaëlis Sophi
vita 14.a b
Hariadenus Barbarussa. quære
Barbarussa.
harlemij commendatio 518.b
hassella seu Hasseletũ qui rebel-
lârit ac se dediderit 533.b
534.a 538.a
Hecla mons in Islandia descri-
bitur 225.b
heidelbergenses Superintenden-
tes quale decretum in Luteri
& Brentij Catechismos pro-
mulgârint 428.a
heldus mittitur legatus à Carolo
V. ad Protestantes 230.b agit
cum Saxone 231.b quid Pro-
testantibus responderit 232.b
eius in dicẽdo dexteritas 233.
a quid responsi à Protestanti-
bus retulerit 233.a
S. Helena laceratur à Centurio-
nibus Magdeburgicis 426.a
helffenstein Comitis mira ad Ec
clesiam Catholicam ex Secta
reditio 547.a
helmũda capta & direpta à Ros-
semio 296.a
heluetij mirè contemnunt Gallos
57.b
heluetij auro corrupti, non expu-
gnant Dinionem 60.a
heluetij conuentũ habent Lucer-
næ, iubẽtq; veterè religionẽ &
Ecclesiæ ritus retineri 101.a
heluetij Catholici indicunt bellũ
Zuinglianis 164.a sunt tertio
etiã superiores ibi. b & 165.a
illorũ pietas & deuotio ibi.b
henricus Brunsuicẽsis est Catho-
licus, & nihil cõmercij habet
cũ fœdere Smalcalduco 253.b
eius captiuitatem qui captor
ipse luerit ibid.
henricus Brunsuicensis debella-
tur, & cogitur in Hispaniam
fugere 289.a
henricus dux Brũsuicensis cum fi-
lio à Protestãtib⁹ capit̃ 309.a
henricus VII. Angliæ rex mori-
tur 49.a eiusdẽ statura, vita
& mores describuntur 49.b
henricus VIII. Angliæ rex ducit
vxorem 51.b scribit contra Lu-
terum 92.a Catholicæ fidei de-
fensor à Pontifice & Cardina-
libus appellatus ibid. repudiat
Catharinam 176.a à Pontifice
damnatur id factũ ibid. vocat
se supremũ Ecclesiæ Anglicanę
caput 189.a conniuet ad mu-
tationem religionis 199.b
henricus Angliæ rex contemnit
Cõcilium, & satìs acerbè scri-
bit in Pontificem 233.b
henricus VIII. Angliæ rex mori-
tur 322.b
henricus Bullingerus. vide Bul-
lingerus.
henricus Henriquez quid quan-
tùmve p fide apud Barbaros
præstiterit & ptulerit 460.a
hẽricus Valesius celebrat nuptias
180.a ipsius pietas cõmendata
300.a sit Galliæ rex, & resti-
tuit Conestablium 323.a de-
clarat se Catholicum 339.b cũ
Mauricio cõmuẽ Cæsari bellũ
facit 345.a capit & diripit
naues Belgicas ibid. b excusat
se eur nõ miserit Legatos ad Cõ-
ciliũ ibid. tres Episcopatus Im-
perio adimit 348. b redit in
Galliã 352.b vastat ditionem
Lucemburgen. 354.a Lugduni
nouẽ Euangelicos supplicio af-
ficit 358.a eiusdem saeuitia mul-
tos cõburit 358.a capit aliquot
Belgij oppida 361.b mittit ex-
ercitum in Italiã & capit Va-
lenciã 375.b magnas itẽ copias
mittit in Belgium, sed vincun-
tur 376.a b reuocat exercitum
ex Italia 380.b Caletum expu-
gnat ibi. item Guinemam ibid.
facit pacem cum Philippo Hi-
spaniarum rege 404.a lætali-
ter vulneratus & decedit 406.b
henricus Zutphanus apostata p-
fractio carcere pfugit Bremã,
105.b Meldorpij exurit 106.
a multis locis discordiã con-
citat ibidẽm.
herba ad imaginẽ Christi mira-
culis claret 425.b vt ea mi-
racula lacerẽt Cęturiones ibi.
hercules Estensis Ferrariæ dux
moritur 406.b
herlense apud Vatuccam cœme-
terium mumitissimum, frustrà à
Iuliacẽsib⁹ oppugnatũ 295.b
hermannus à Vueda Archiepis.
Coloniẽs. res nouas molit̃ 291.b
euocat Bucerũ & Melãchtho-
nem ibidẽm.

herman-

hermannus à Vueda Archiepisc.
Colonien. vrget hæreticã suã
reformationẽ 304.b in qui-
busdã oppidis religionẽ mutat
305.b à Cæsare & Pontifice
citatur 308.b
hermannus à Vueda Archiepis.
Colonien. loco mouetur 322.a
hermannus Hessius Archiepisc.
Colonien. mortem oppetit 48.a
hermãnus quidã seditiosus Geu-
sa Antuerpiæ infamẽti populo
seditiosis suis cõcionibus figni-
ferum se pbet 516.b qui Brugis
auditus & exactus 520.b qui
Hasselenses seduxerit & rebel-
lare docuerit, & q̃ illis fuerit
gratus 533.b qui se indè sub-
duxerit 534.a
hesdinum à Gallis captũ 228.a
heshusi⁹ in Sacramẽtarios 428.a
Hieronymus Laschus legatiõem
suscipit ad Solimãnum 134.b
hieronymus Laschus tormentis à
Vaiuoda subiectus 192.b
D. Hilarij reliquiæ comburũtur
ab hæreticis 441.a
hilarion superstitiosus est Centu-
rionibus 419.a
hinsbergum Iuliacens. oppidũ q
à Brabantis contra Iuliacens.
tutatũ 288.b cõmeatu suffultum
295.a defensum à Bra-
bantis ibidẽm b
hippolytus Medices adspirat ad
principatum Hetruriæ 218.a
miserè perit ibid.
hispana insula 11.b
hispanus quidã Caluinianus cur
vndè Antuerpiã vocat⁹ 523.b
hispani decem quàm audax faci-
nus aggressi 324.b
hispani duo Geusici quid Ant-
uerpiæ adorti 523.b
hispanorum erga Carolum V. be-
neuolentia 135.b
historia Magdeburgensis ab Illy-
rico & socijs conscripta 408.
a scatet fraudibus & menda-
cijs ibid. b confutata ab Ala-
uo Copo 409.a de hac ptereà
historia vide sequentes pagi-
nas vsq; ad 427.b
holladiæ vrbes q̃ aut quot aduer-
sum Geusas laudẽ merit̃ 518.b
hoëes vbi aliquot portẽtosi 361.a
horrenda Dei in schismaticos iu-
dicia 246.a
horucius pirata occupat Algeriũ
193.a cæditur ab Hispanis ibi.
Hubert⁹ comes Bichlingus quòd
contra edictum Gallis mili-
tâsset, iubẽ interfici, sed Ma-
ximilian⁹ ei vitã seruat 302.a
Hugonistæ seuiunt & vastant tẽ-
pla in Gallia, & eius tumultũs
historia breuis 431. & deinc-
ẽps. Parisijs innadunt templũ
S. Medardi, concionatorem Ca-
tholicũ grauissimè vulnerant,
plerosq; alios trucidãt, SS. Eu-
charistiã pedibus conculcant,
statuas confringunt, oĩa diripi-
ũt, Catholicos in puteos demer-
gunt, mulierculã quandã gra-
uissimè cædunt, instructa acie
p plateas currũt & Euangeliũ
crepant 432.a b edicto quodã
se tuentur 433.a mentiũtur de
rege & Catholicis 435.a seuiũt
crudeliter in Clerũ ibid. frustrà
nitũtur occupare Lutetiã ibi. b
fraude occupant Aureliã ibid.
vastãt ibi tẽpla &c. 436.a sũ-
mã crudelitatẽ exercẽt in mori-
bundum Monachum ibi. com-
burũt S. Amiani corpus & SS.
Eucharistiã cõculcant, vel scl-
pettorum globulis trajciũt ibi.
b petulanter vexant sacerdotes
437.a b item parochum quen-
dam septuagenarium 438.a b
eũdẽ in Catholica fide cõstantẽ
suspendunt 439.a immaniter
tractant Clerũ, & alios Catho-
licos etiã pueros ibi. sæuiunt in
statuam & ossa Ludouici XI. et
magnatũ quorũdã ibi. b Turcis
magnã pdã rapiũt 440.a grã-
dæuũ Monachũ cogũt sua ede-
re virilia ibi. b mirè sæuiunt in
Nortmãnia & Aquitania ibi.
cædũtur à Regis exercitu 441.
b 442.a b
hungariæ descriptio, opes, amœ-
nitas, fertilitas 282.a b hũga-
riæ nobilissimę vrbes q̃ 294.b
hungaria vastãt à Turcis 294.b
hungari duce Georgio Sichelo sę-
uiunt in nobilitatem 62. cæ-
duntur ibid. quõ sensim de-
generârint 281.a b
hungarorum luxus 282.a
hungarus Mahometanus Budæ
præficitur 281.a
Hydrũtum à Mahomete Turcæ
occupatum 13.a
hyems aspera 462.a
hyems aspera & diuturna 36.a
hyems mense Iunio 19.a

Iacobus Complutensis claret
miraculis 425.a b
iacobus de Liebenstein Archie-
piscopus Moguntinus vitam
finit 48.a
iacobus Marchio Badensis Ar-
chiepis. Treuirens. moritur 55.b
iacobus à Rosenberg Episcopus
Spirensis mortẽ oppetit 59.b
iacobus Smidelinus. quære Smi-
delinus.
iacuppus rex Persarum veneno
perit 15.b
iana Semeria Angliæ regi Edu-
ardum parit 229.b
iãizari q sint, & eorũ arma 66.a
ianizarorũ & eorũ qui Spaches
dicunt̃, ptinacia 239.b 240.a
Iconoclasmi apud Antuerpiam
scintilla seu incentor qs 516.a
iconoclastæ quo aut cr⁹us edicto
compressi 519.b
iconoclastarũ & Turcarũ quan-
tilla differentia 236.a 279.b
iconomachia à Luteranis dãna-
tur, à Zuingliãis, pbatur 491.a
Ieuenses theologi pro quali syno-
do supplicent 427.b
iesuitarum institutum à quo ap-
probatum 269.b 271.b quis
institutor 269.b & deinceps
illorum pia obedientia quò &
q̃ feliciter cedat 271.b 272.a
iesuitę edunt miracula 272.a
iesuitis cur hæretici adeò infensi
272.b 273.a
iesuitarũ q̃ sint multiplicata col-
legia 273.b antesignani seu
duces q quales ibi. 274.a
iesuitæ quid quærant 274.a b
Ignatius Loyola Societatis Iesu
institutor 269.b & deinceps.
ignatij Loyolę militatio, vulnera-
tio, in sese descensio, sanatio, cõ
uersio, pœnitẽtia, secessio soli-
taria, peregrinatio, studium,
pdicatio, incarceratio, libera-
tio, mẽdicatio, pmotio, 269.b
270.a b pfessio, dispẽsatio, fa-
cultas, institutio 271.a b
ignis natura q̃ mira apud Hecl̃
225.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignivomos montes esse velut infumibula inferni 255.a b 256.a
igor Moscouitarum princeps 24.a
illustratio quæ quale sit Dei scilicèt beneficiũ 493.b 494.a
illyricus Melãchthonis discipulus, scribit in præceptorẽ 336.a proscribitur ex Saxõia ibi. b vult synodũ Saxonicã ibidem quiritatur Confessionem depravatã, & impingit Melanchthoni crimen falsi ibid. scribit historiam Ecclesiasticam 408 a perstringit Zuinglianos ibid. proscribitur cũ suis à Luteranis 444.a
illyricus & Cyriacus quis, quî Antuerpiam vocati, & quid ibi fecerint 523.a
illyrici & Spangenbergii redeuntium ex Belgio, dicterium in Antuerpiam 523.a
Imago Christi apud Paneadẽ miraculis claret 425.b vt ea miracula lacerent Centuriones ibidem.
imago Crucifixi ad 4. horas largiter sudat 344.a
imago crucifixi globulo tormenti traiecta vt commouerit Cesarem 325.a
imagines sacræ impiissimè tractantur in Anglia 405.b
impietas hodiernæ quãta 462.b
impudentia & arrogantia quî quanta laborent 480.a
Indi cõuertuntur ad fidẽ 456.b
indorum puerorum constantia 460.a
inducia inter Cesarem & Gallũ 242.a b
inducia Turcarũ quales 237.a
indulgentiæ præbent Lutero insaniendi ansam 75.b
indulgentiæ à Concilio Tridentino approbatæ 341.b
indulgentiæ Luteri 500.a
inferni seu Purgatorij indicia in terris qualia 225.a b
innocentia hæreticorum qualis 262.a
innocẽtius IIII. legatos mittit ad Tartaros 25.a
inquisitionis Hispanicæ introducendæ in Belgiũ rumor falsus quos tumultus excitârit 508.b
insulæ Fortunatæ decem 11.a
insulensium zelus 530.a
interim, quî, quarè, quando, à quibus conscriptum 332.a
interimistæ quî per Vuigandum hæreticũ tectim vocati 496.b
inundatio aquarũ 68.a 462.a
inundatio aquarum inferiores Germanos vexat 175.
invocatio Sanctorum à quibus olim impugnata 422.b quî à quos traducatur 494.a b
ioachimus electior Brandeburgicus quomodo Lutero dogma cõplexus 253.a nõ vult in Smalcaldicum fœdus transire ibi.
ioachimus Mevlinus è Prussia, proscribitur 343.b
ioachimus Vadianus Sangallensis Cõsul Sacramẽtarius scribit sex libros Aphorismorum de consideratione Eucharistiæ 221.a
ioachimus Vuestphalus scribit in Sacramentarios 362.b item in Caluinũ 363.a 377.b 381.b item in Ioannem à Lasko 377.b 378.b Quintini oppidum captũ & direptũ 376.b
ioannes Apostolus quàm vitârit Cerinthum hæreticum 375.a
ioannes à Lasko discedit ex Anglia, à Luteranis vbiq; repellitur, Embdæ recipitur 360.b
ioannes à Lasko scribit Zuinglianum dogma non discrepare ab Augustana Confessione 377.a
ioannes à Lasko moritur 407.b eius scriptũ posthumũ 427.b
ioannes Baptista nouus Romæ vrbã Dei prædicat 123.b
ioãnes Bugenhagius Pomeranus scribit cõtra Catholicos 173.b eiusdem vox digna deplorato apostata ibid. illius liber doctissimè à Michaële Veho confutatur ibid.
ioãnes Caluinus. quære Caluinus.
ioannes Campanus impiè de SS. Trinitate scribit 172.b
ioannes Cicus resipiscit 401.a
ioannes Cochlæus vide Cochlæus.
ioannes comes Eisenbergicus Archiepis. Treuirẽs. moritur 365.b
ioãnes Dalburgius Vangionum Episcopus, trium linguarum doctissimus, moritur 38.a
ioannes Eckius taxat Lutherum 80.b disputat cum Lutero & Carlstadio 81.a
ioannes Eckius trium linguarũ peritus obit 291.a
inundatio aquarum inferiores Germanos vexat 175.
ioãnes è familia Marchionũ Badensium Archiepiscopus Treuirensis moritur 37.b
ioannes Fischerius Episcop. Rossensis. vide Roffensis.
ioannes Fredericus Saxoniæ dux conciliatur Ferdinãdo 190.a ingentem pecuniã extorquet ab Ecclesiasticis 321.b oppugnat Lipsiam ibid. Mauricij oppida capit 322.a oppugnatur à Carolo V. & tota eius belli historia 323.b & deinceps. capitur & fit supplex Cæsari 325.b impetrat vitam 326.b qbus cõditionibus se dediderit ibid. non vult subscribere decretis Concilij, neq; INTERIM 333.b mortuo Mauritio repetit electoriã dignitatẽ 358.a moritur cum vxore 361.a
ioannes Gropperus. quære Gropperus
ioannes Houbthon Prior Carthusianorũ Londinensiũ capitur, & horrendum perfert supplicium 203.a b
ioannes Marbachius Vbiquetarius Brentianus 455.a quantum tribuat Lutero ibidẽm.
ioannes Maria Montanus fit Põtifex, & Iulius 3. appellatur 341.b
ioannes Moronus Cardinalis instituit collegium Germanicũ 272.a optimè meritus de Germania ibidẽm b.
ioãnes Nopel à Lippia Suffraganeus Coloniẽs. moritur 365.b eius laus ibi. sepultura 366.a
ioãnes Pomeranus excucullatus monachus scribit cõtra Zuinglianos 110.a
ioannis Roffensis Episcopi encomium 50.b
ioannes Saxoniæ dux moritur 174.b eum Lutherus Christo comparat 175.a
ioãnes Stoltzius scribit defensionem Luteri contra Sacramẽtarios 360.b

ioannes Stoneus Augustinianus orans & ieiunans in carcere, voce ad eum facta confirmatur, & mortem pro Catholica fide subit 205.a
ioãnes Trauersius damnatur capite, sed tres digiti, quibus scripserat pro primatu Põtificis Romani, comburi nõ possunt 205.a
ioannes Vaiuoda Hungariæ rex moritur 269.b
iohanna insula 11.b
iohannitarum apud Neomagos templum, quali cõcione infamatum 526.b 527.a
iouiniani Imperatoris edictum quod quàm laudãdum 231.b
iouinianus hæreticus quid docuerit 114.b paucos seducit & citò opprimitur ibid.
Iperenses vastant templa, cœnobia, &c. 514.b
Irenæus Martyr quid scripserit de Ecclesia 450.a
D. Irengi ossa concremata 441.a
Isabella Caroli V. vxor moritur 254.a
Isabella Hungariæ regina, regis filia, soror, vxor, & mater, moritur 406.b
Isenacensis Protestantium Conuentus quid statuerit 253.a b
Islebium cuius & natiuitate & morte lõgè lateq; iactatũ 312.a
ismaël Sophus fit rex Persarum 13.b 15.b 16.a b mittit legatos Venetias 17.b describitur 63.b &c.
Iudei trucidãtur Vlyssbonæ 44.a
iudeus sacram Eucharistiã confodere molitur frustrà, et quæ ibi miracula edita 53.b
iudæi vt Christianorum infantes perimant 54.a
iudei SS. Eucharistiã confodiũt, ex qua sanguis effluit 369.a combuuntur ibid.
iudeus conuertitur à Pontifice, q etiàm alios Iudeos ad fidem conuertere nititur 483.a
iudei exemplo integerrimæ vitæ Pontificis conuertũtur ad fidem 484.a
iuliacẽs. dux quibus cõditionibus Cæsari reconciliatus 299.a
iuliacẽsis regio vastatur 288.a b
iuliacen. dux q cur Gandauũ ad Cæsarem profectus 267.b
iulianus apostata signo crucis fugat dæmones 314.b
iulianus apostata quid dixerit cuidam Christiano 216.b
iulius II. fit Pontifex 37.a
iulius II. occupat Bononiã 45.b
iulius II. moritur 59.b
iulius III. moritur 363.a
iulius Pflug eligitur Nũburgen. Episcopus, ejicitur, & rursùm restituitur 286.a
iulius Pflugius in Episcopatum Numburgensem restituitur 329.a
iunonis sacrum, quale cuius insulæ nomen 470.b
iuuentus à quibus corrumpatur 498.b
iuuentus petulans & maledica 498.b
iuuentus sit deterior, & quarè 504.b
iunusbeius Turcæ legatus, vndè quàm miserè tractatus 239.b

Labyrinthus Aegypti 72.a
Landresium à Gallis occupatũ & munitum 291.b frustrà à Cæsare obsessum 299.b
lantgrauius Hassiæ aliquot Episcopis imminet 128.b Marpurg. frustrà nititur cõciliare Euãgelicos 133.a b fœdus fecit cum Zuinglianis 157.b restituit Vuirtebergicũ 190.a
lantgrauius se permittit Cæsari 327.a sit illi supplex ibid. b tenetur captiuus ibid. conditiones deditiõis 328.a meditatur fugam 343.a
lãtgrauius parui facit Legatum Pontificis 233.a
lantgrauius resignat & legit Hẽrici Brunsuicensis literas ad Archiepiscopum Moguntinũ & Heldum scriptas 253.b
lapides oui gallinacei magnitudine ex aëre cadunt 52.b
lascaris transfugit à Turcis ad Melitẽses 467.a muneratur à Rom. Pontifice ibidẽm.
laurentius Campegius Legatus venit Norihergam 104.b reformat Clerum 105.b
laurentij Medicis horrendum in Alexandrum Medicen scelus 226.b & infrà fuga 228.a. mors ibid.
lazarus Schuendius laudatur 417.b
legatus aliquis Amsterodami q exceptus 538.a
legati qui à Buscoducens. captiui detenti 534.a
legati à Buscoducens. detenti, liberantur 540.a
legati Ferdinandi quî ad Solimannum introducti 280.b 281.a
legatus Patriarchæ Alexandrini, Romæ. Pontifici promittit obedientiam 456.b
legatus Pontificius quî à Protestantibus exceptus 233.a
legati Principum Germaniæ ad Gubernatricem, quid responsi retulerint 542.a
legati regis Galliarum vbi exsi 283.b
legatus Turcæ venit Francofurtum, & præter literas etiàm munera Ferdinando offert 444.a
leo X. moritur 91.b
leuardia quî in gratiam recepta 529.b
lex Salica à quo lata 9.a
Libelli Gallicus qualis vbi sparsus 511.a b
libellus supplex fœderatorum ad Gubernatricem 531.a b. Gubernatricis ad eum responsio 532.a
libellus supplex mercatorum & plebis, qualis vbi quibus fœderatis oblatus 513.a
liber de Actis Synodi Constantiensis editur 133.b
liber sub Caroli Magni nomine editus 337.a
libri hæreticorum cur non legendi 268.a b
libertas Lutherici Euãgelij 222.b
libido non frenat libidini indulgendo, sed gnauiter reluctando 445.a
liguria qualem nõ ità dudum hiatum terræ perpessa 462.a
linæum & eius arcem occupat Cæsar 304.b
lingua Slauonica latissima 24.a
lipsia describitur 255.b Luteranismo quali infecta ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

litaniæ cur olim institutæ 48.a
literæ politiores veniunt in Germaniam, Galliam, Angliã & Scotiam 49.b
lituania 32.a
liuonia quandò ad fidem conuersa 35.a
liuonia varia habet idiõata 35.a
liuones magno suo malo violant inducias 402.b
Locarni quidam, quòd religionẽ mutâssent, etiàm locũ mutare à Quinquepagicis Catholicis compelluntur 363.b
locusta ũ, pdigiosa copia & magnitudo 276.a
locustis porcos sãginatos 276.b
locustæ immanes quibus in locis quæ damna dederint 288.b
locustæ quid portenderint 293.b
londronius egregius Ferdinandi dux 237.b quomodò à Turcis occisus 238.a
lonanienses laudanr 512.a 518.b
Lubecum alienum à censuratione 328.b
lubecenses cur quid priuilegii ab ordine Teutonico concessũ 35.a
lucas Sternbergerus horrendas vomit blasphemias 430.a quos habuerit præceptores ibid.
lucemburgũ occupatum à Gallo 299.b
lucemburgum Cæsar Gallis extorquet 304.a
Indimagistri vndè qui examinãdi 543.b
ludouicus ab Auila, scribit de Caroli V. bello Germanico 348 a perstringit ab Alberto Marchione Brandenburgico ibid.
ludouicus Comes ab Helffenstein per summam crudelitatem à seditiosis rusticis occidit 111.a
ludouicus de Helmstat Episcopus Spirensis, è viuis excedit 40.a
ludouic⁹ Hũgariæ rex perit 117.b
ludouic⁹ Palatin⁹ Princeps moritur 301.b
ludouicus rex Galliæ moritr 66.b
lugdunenses se dedũt regi 447.a
lunæ tres vbi & quotiès visæ 67.a
lusitanorum nauigationes 12.b
lusitani tres comeduntur à barbaris 19.b
lusitanorum apud Indos & contra Turcas victoriæ 224.b 236.a
lustanus rex occumbit 300.a
lusitani regis pietas 456.a
lustralis aquæ vis 445.b
luterus quandò & vbi natus 73.b sit monachus Augustinianus 74.a habet commercium cum dæmone 74.a sit Doctor Theologiæ ibidèm. oppugnat indulgentiarum prædicatores 75.b nonagintaquinq. propositiones edit contra indulgentias ibidèm
luterus summissus erga Pontificẽ 76.a hæreticorum omnium impotentissimus ibidèm vulgò se venditat ibidèm. Clerum apud vulgus traducit ibid.
luter⁹ submittit se Võrifici 78.b venit ad Caietanum legatum ibid. non vult ire Romã ibid. protestatur se in omnibus seq Romanã Ecclesiam 79.a tergiuersatur coram Caietano & agit fraudulenter ibid.b submittit se vniuersitatibus ibid.
luterus fraudulẽter laudat Theologos Parisiẽses, rursúsq; vituperat 79.b scribit contra decretales &c. cũ paulò antè se in omnibus sequi Romanã Ecclesiam dixisset ibidèm. à Legato simulatè prouocat ad Põtificem 80.a Caietão blãditur, itemq; detrahit ibidèm.
luter⁹ barbara vsus voce 81. disputat cum Eckio: dicit oppugnari nõ posse Romanam Ecclesiam: damnat Boëmos & credit purgatorium ibidèm.
luterus sperat se Carolũ V. in suã sententiam posse trahere 82.b
luterus (referente id etiàm Sleidano) quàm sublimiter senserit de Ecclesia Romana & Pontifice 82.b
luterus scribit ad Carolum V. & nobilitatem Germaniæ, omnibus modis Pontifici resistendum 84.b scribit pugnantia ibidèm. Ius Pontificium exuit ibidèm hortatur Principes vt in sanguine Pontificis & Cardinalium manus suas lauent 85.
luterus scribit in Colonienses & Louanienses Theologos 85.a excommunicatur à Pontifice ibidèm. edit Captiuitatẽ Babylonicã ibidèm. b scribit libros pietatem quandam præ se ferentes ibidèm.
luterus accusat in Comitijs Vuormatiæ, sed à Frederico Saxone defenditur 86.a diù cõsultatur qbus cautionib⁹ Vuormatiam sit adducendus ibidèm b. quibus socijs eò venerit ibidèm. pulsat testudinẽ ibid.
luterus concionatur contra edictum Cæsaris 86.b 87.a protestatur corã Cæsare & Principibus longè aliter quàm fecerat coram Legato Pontificis, ibidèm b arguitur immodestiæ à principibus ibidem.
luterus fingitur captus 89.a dehortatur à studio philosophiæ &c. ibid b Thomam Aquinatem dicit multa scripsisse hæretica ibid. hortatur suos, vt in abroganda Missa contra conscientiam perseuerẽt ibid.
luterus damnatur à Parisiẽsibus 90.a scribit contra Parisienses atrocissimè ibidèm.
luterus è Patmo redit Vuittenbergam 92.a cõmendat Philosophiam, corripit Melanchthonem, Carlstadium proscribit ibid. b
luterus damnat Augustinianos suos, ob Missæ abrogationem, quos antè laudauerat 92.b scribit maledicentissimẽ in Angliæ regẽ 93.a eius verba arrogantissima ibid. iactat se de Missa triũphâsse ibid. contumeliosus est in Cæsarem & Principes ibid. b
luterus vocat se Euangelistã 94.a vertit Nouum Testamẽtum mala fide Germanicè ibid. b reijcit aliquot sacræ scripturæ libros 96.a multis locis mutat suã Noui Testamenti versionem ibid.
luterus scribit de vita coniugali 96.b ait omnibus Venerẽ necessariã ibid. scribit acerbissimè & contumeliosissimè in Principes ibi. & 97.a hortat vulgus nè obediãt prĩcipibus ibid.

luter⁹ bona Cleri adiudicat fisco 98.b blasphemias suas effutis contra diui Bennonis reliquas 101.b
luterus nummũ aureũ dat Carlstadio vt cõtra se scribat 102.a
luterus scribit cõtra Zuinglium 102.b
luterus studiosè scribit in mercatores & principes 103. ansam præbet tmultui rustico ibid. Monialem apostatam defendit ibid. b
luterus crassus rusticus à Zuingliano appellatus 104.a scribit cõtra duo Cæsaris mandata, & Principes omnes cõtumeliosissimè exagitat 105.a
luterus execratur Sacramentarios 110.
luterus videns rusticos succumbere, scribit in illos 111.b 116.b celebrat nuptias 113.b sceleratissimè scribit in Canonem Missæ 116.a ipsius arrogãtia ibid, b sanitia 117.a
luterus blanditur Georgio Saxoniæ Duci 118.a hortatur Archiepisc. Mogutinum vt vxorem ducat ibid.b blanditur Angliæ regi 119.a scribit in Zuinglium & Oecolampadiũ ibidèm b.
luterus scribit in Zuinglianos 124.b Germanos vocat porcos 125.a vult Zuinglianos (quos porcos & asinos vocat) puniendos ibid.
luterus scribit cõtra Anabaptistas, & perstringit Principes ob punitos Anabaptistas 126.b multũ tribuit Papatui ibi. & 127.a
luterus scribit contra Sacramẽtarios prolixè, sed pugnantia 130.b exagitat Georgium Principem 131.b
luterus scribit de bello Turcico 133.b cõtumeliosè muchitur in Pontifices, Imperatorẽ, Reges & Principes ibid. dehortatur à bello Turcico contra seipsum 134.a edit Catechismum 142.a
luterus suo ense iugulatur 155.b loquitur arrogantissimè 156.b &c. 162.a
luterus à Iurisc̃onsultis doctus approbat Smalcaldicum fœdus contra Cæsarem &c. 162.a nõ constat sibi ibid.b proscindit Principes Catholicos 164.a illorum Decretũ exagitat ibi. b impudentissimè mentit de Catholicis 163.a gloriatur in malitia ibi. vult se exercitare maledicendo ibid.
luterus mẽtitur de S. Hieronymo 173.a. phat in Arrianis quòd noluerint Homousion recipere ibid, contra pactum scribit in Zuinglianos 174.b
luterus de inuocatiõe sanctorum scribit contraria 175.a proscindit petulanter Georgium Saxoniæ principẽ 176.b 177. a b iactat se impudenter ibid.
luterus scribit de Missa angulari 185.b disputat cum diabolo & vincit, ab eodemq; discit blasphemare Missã 186.a ei⁹ immanes blasphemiæ & imprecationes Missæ ibid.b contraria scribit de Missa 187.a
luterus dicit subditos Magdeburgẽses, iure occidere posse Archiepisc. suum 207.b ægrotat ad Cõuentũ venturus & Heluetijs Sacramentarijs responsurus 229.a
luterus & Osiander quã diuersissimè senserint de fundamẽto iustificationis in Smalcaldico conuentu 230.a absurdos & impios edit articulos Concilio offerendos 251.a vocat Zuinglium Nestorianum 260.a vẽdicat sibi papatum Saxonicum & creat Episc. 286.a qualem cõtra Turcam libellum ediderit 287.b qbus technis à Sleidano frustatim citatus ibid. & 288.a dãnat & proscribit Tigurinos 289.b edit postremam confessiõem suam de cœna Domini, renitente Melanchthone 300.b vaticinatur de Zuinglianis & damnat eos ibi, depingitur suis colorib⁹ à Tigurinis 306.b eius theses contra Louanienses quales ibid. scribit contra Pontificatum Romanũ &c. 308.a b eius fœdissimæ picturæ ibi, capto Brunsuicens. q insultãrit 309.b
luterus vult orari, p Domino Deo 312.a cuius suprema precatio & mors ibid.b cadauer eius stanneo loculo inclusum magna pompa Vuittenbergam pductũ ibi, eius insigne miraculũ 313.a mirè angitur dum vult expellere dæmonem ibi.b frustrà conatur excitare Nesenum 315.a occupat monasterium 351.a ei⁹ impia vox ĩ Cruce Christi 426. b est effrenis apostata 467.a
luterus promulgat Indulgentias 500.a
luterus à Munstero reprehensus, q̃ modestè respondent 506.a
luterani damnant multas sectas 407.a
luterani & Zuingliani acerrimè inter se digladiantur scriptis 364.a b
luterani insultant Zuinglianis 167.a
luterani nõ audent experiri certamen cum Cochlæo 162.b
luterani parturiunt 502.b
luterãi punĩt Zuiglianos 124.b
luterani quærunt latibula apud Zuinglianos 333.a
luterani qb⁹ technis & calumnijs concilijs oppugnarint 245.b
luterani quid quærant 501.a
luterani Saxones in Conuẽtu Luneburgico dãnat hæreses Hardenburgiũ Zuinglianũ 230.b
luterani Sueuici damnãt Syngrãmate Oecolãpadiũ 109.a
luterani suis coloribus egregiè à Caluino depicti 248.a b
luterani, teste Lutero, Sodomitis decuplo peiores euaserũt 232.b
luterani vaticinantur iam iam imminere extremum iudicij diem 181.b
luterani vbi & quandò inter se dissenserint, alij alios excluserint, & debacchârint 379.a b
luteranorum in Catholicos calumnia 244.a
luteranorum nomen cur Turcarum tyranno inuisum 223.b
luteranus Parochus vxorẽ suam veneno cur sustulerit 444.b
luteranus quidã, qui quoties Luterũ nominabat, nudabat caput honoris causa, cur doluerit euersa monasteria 206.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lutetiæ quale periculum Carolo V. insliterit 259.a
lutetiani quandò cur & q̃ trepidârint 304.b
luxuriæ cui quis hæresiarcha fenestram aperuerit 504.a
luxuriam sub Euangelio nouo quantã quis Euangelicus deploret 504.a

MAgdeburgenses à Cæsare proscripti sunt pertinaces 336.a cęduntur & obsidentur 342.b se dedunt, & quibus conditionibus recepti 346.b
magedendalense cœnobium quî à Geusis vastatum 518.a
magister sentẽtiarum quî à quibus tractetur 480.b
magistratꝰ q cur carpendi 268.b
magistratibus quibus quæ vndè cur danda ratio 486.a
mahometẽ quomodò Turcę Christo præferant 235.b
mahometes Turca prosligat Persas & occupat Trapezuntinum Imperium 14.b
mahometani in duas distracti sectas & superstitiões 14.b cur se mutuò persequantur ibid.
mala Germanię iuxta Vuigandũ quę qualia 496.b & deinceps.
malucca vrbs q̃lis, vbi sita 461.a Lusitani ibi arcem, Iesuitæ collegium habent ibid.
malacham hodiè dici, quę Chersonesus aurea alias dicitur 235.a
maluccę credunt Christo, sed pòst desiciunt & puniũtur 457.b resipiscunt 458.a crescit ibi garyophyllum ibid.
maluendę acerrima quæstione & disputatiõe quò Bucerus actꝰ 310.b 311.a
mamaluchi qui sint 69.b
manamotapiæ regnum vndè cõuersũ, & mox auersum 273.b
mãsfeldens. Comites quo honore Lutetum moriturum exceperint 312.a
marbachius quis qualis hæreticus 455.a
marcellus II. moritur 363.a
marchenę quorum Geusarũ clade nobilitatę 519.b
marchionis Bergens. in Hispania obitus 542.b
margarita Maximiliani Cæsaris filia Belgij Gubernatrix moritur 157.b
margarita Sarisburiensis, Henrici Angliæ, Poli mater, trucidatur 286.a
marggrauius Antuerpiens. quid à Geusis perpessus 534.b
B. Maria sine peccato concepta 20.b 21.a b
B. Maria virgo insignem dæmoniacã puellam cum alijs quibusdam liberat 314.a b
maria succedit Eduardo in regno Angliæ 358.b
maria Angliæ regina seditiosos quosdã punit 361.a restituit Catholicam religionem ibid.b nubit Philippo Hispaniarum regi 362.a
maria Angliæ regina obit 394.b eius educatio 393.a
maria soror Caroli V. venit in Belgium, & omniũ Belgicarum ditionũ fit gubernatrix 163.b
maria soror Caroli V. gubernatrix Belgij moritur 394.b
maria Scotiæ regina obit 428.b
S. Martinꝰ tuetur Guintiũ 170.a
S. Martini ossa exusta 441.b
martinꝰ Bucerus. vide Bucerus.
martinꝰ Kemnicius cõtra Zuinglianos 429.b
martinus Luterus. vide Luterus.
martinus Rossemius vastat Belgium 283.a diœcesin Traiectensem 295.b
martinus Rossemius capit Amsfordiam 295.b Helmundam & Endoniam 296.a
martinus Sinetius, quî inter concionandum Mechliniæ è suggesto abreptus 531.a & qui paulò pòst suspensus ibi.b eius palinodia & chirographum 532.a
martinus Valentinus annunciat Mexicanis Christum 388.b claret miraculis 389.b
martyres Christi & diaboli 97.b
martyres inter Iesuitas qui quales & quanti 273.b 274.a
martyres Luterani 97.b
martyrologion quod quale à quibus conscriptum 251.b
masecanorum rebellio 529.a
matrimonium infœcundum Luterus scripsit soluendum 118.b
matrimonium Luteranis Sacerdotibus nõ extinguit libidinem 444.b
matthias Heldus, quære Heldus.
matthię Huniadis laus 281.a
matthias Illyricus, qre Illyricus.
mauricius Saxo est in magno periculo 325.b deprecatur p Lãtgranio 327.a Vuittembergę Melanchthonem &c. restituit 333.a quatenùs velit Concilio Tridentinũ admittere 342.a instat apud Cæsarẽ de dimittẽdo Lantgranio ibid.b facit fœdus cum Gallo 345.a suscipit clàm bellum in Cæsarẽ 346.b interim omne studium pollicetur 347.a scripto edito suscepti belli rationem reddit ibid.b aliquot Germaniæ vrbes capit 348. Vlmam frustrà oppugnat 349.a obtinet Eresbergã (vbi est in magno periculo) & Oenipontem 353.a conciliatur Cæsari & in Hũgariam contra Turcas ducit exercitum 354.a b conssligit cum Alberto Marchione, & moritur 357.b
maximilianus discedit à Galli amicitia 56.a
maximilianus domat Geldros 42.b
maximilianus moritur 80.b
maximilianus Austriacus it in Hispaniam 333.a
maximilianus Austriacus II. sit Romanorum rex 443.b coronatur in Hungariæ regẽ 447.a gerit rem feliciter contra Turcas 471.b
maximilianus Sphorcia recuperat arcem Mediolanens. & Cremonens. 59.b
Mecha Arabum vrbs cur ità beatur insignis 235.b
mechlinia horrendo vexatur incendio 321.a
mechlinię q̃ potissimùm cœnobia à Geusis inuasa 517.b 518.a
mechliniæ tumultꝰ quãtus vndè qui sedatus 521.b
medeve insulę fertilitas 20.b excolitur à Lusitanis ibid.

medi-

mediolanensis arx cedit Maximiliano Sphorciæ 59.
mediolanense regnum multo sanguine constitit 59.b
mediolanensis arx deditur Gallo 67.b
mediolanũ Gallis eripitur 91.b
mediolanum capit Gallus 100.b
mediolanum cur à Cæsare Gallis negatum, Fracisco autẽ Sforciæ liberaliter restitutũ 252.b
mediolanũ cuius boni inter quos remoræ 259.b
mediolani gratia quãtoperè Gallus laborârit 252.b
meganus Comes re infecta cogitur Antuerpia recedere 512.a b quid illi debeat Vltraiectum 514.b
melanchthõ mentitur impudentissimè 29.a dehortat à philosophia 92.a fit pistor ibid.
melanchthonis de Luteranis notatu digna sententia 33.a
melanchthon scribit contra patrem 158.a
melanchthon consutat Anabaptistas traditione Ecclesiastica 125.b
melanchthon cum qbus alijs hæreticis Bonnã venerit 291.b
melanchthon quid de quodã Luteri scripto senserit 301.a
melanchthon crebrò mutat Augustanã Confessionẽ, & Zuinglianis in eam irrependi aperit fenestrã 377.a magis illi Zuinglij quã Luteri sententia de Cœna placet ibi. conqueritur de Luteri tyrannide ibid.
melanchthon nouum Sacramentarium dogma essingit 407.b moritur ibid. Luteri furiosa scripta elimat, estq; familiaris Sacramentarijs 408.a studiosos hortatur ire Tigurum & Geneuam ibidem laceratur à suis ibid.
melanchthõ olim hostis Zuinglianorũ, pòst summꝰ amicꝰ 488.b
melanchthonicus cõcionator repellitur ab Illyricanis, Osiandrinis, Calumnistis, Picardis 448.b itẽ à Suecfeldianis & Anabaptistis 449.a à Catholico reducitur in viam ibid.b
melanchthonici quo alio nomine vocẽs vocati 495.b
melchior Zobel Episcopus Herbipolensis interficitur 381.b
melitæ, seu Maltę oppugnatio, descriptio, latitudo 463. & deinceps.
melitensibus quid à Pio IIII. subsidio missum 464.b 465.a quantę ex Sicilia copiæ subsidio missæ 469.b 470.b
melitẽses in arce S. Elmi cęduntur 466.b vt in eos sæuitum à Turcis ibid.
memoria multùm valuit Eccius 291.a
memphis amplissima vrbs 72.a
mẽdacia innumera Luteri 97.a
mendacia in religionis negocio q̃ detestanda 73.a
mercatores Luterani quæ monasteria salua velint 206.b
mercurius nostræ ætatis commẽtitius 21.b
meretrices proscribuntur à Pontifice 485.a redeũt multæ ad bonam frugem 486.a
metis obsidetur 355.a
meti comburuntur libri hæreticorum 356.b
metis ab Episcopo Roberto nouũ accipit Senatum 356.b
mexicãæ vrbis amplitudo 385.b
mexicani quale habeant idioma 386.a
Michaël Giselerius Dominicanus Cardinalis Alexandrinus sit Pontifex, & Pius V. appellatur 481.a
michael Herlinus iamiam suspẽdendus, cur & quî se clã vulnerârit, quemq; tumultũ ante suspendiũ suũ excitârit 544.
michaëlis Sellarij apostatę & anabaptistæ horrẽdũ supliciũ 125.a
michaël Seruetus impium scriptum edit contra SS. Trinitatem 172.b
michaël Vehus elegãtissimè scribit contra Bugenhagij librum 173.b pulchram methodũ ostẽdit qua vtraque species probãda sit 174.a
milites, Teutonici dicti, olim se fratres scribebant 35.a
ministri Euãgelici quales 142.b
miracula ad imagines sanctorũ facta 314.a b
miracula apud Indos 458.b
miraculum Caluini horrendum 247.a b
miracula edunt Iesuitæ 272.a
miracula facta ad reliquias S. Kunegundis &c. 38.b
miraculum Luteri 313.a b
miraculum quale nõ ità dudùm Hasselt contigerit 534.a item Gandaui ad S. Liuini reliquias 545. item apud Harlingam notatu dignum ibid. & 546.a
missa quãdò quî Luterismo infecta 225.a b
missa oppidum quid aliquandò miri præ oppidis vbiq; omnibus habuerit 255.a
missa proscinditur à Lutero & Sapido 116.a
missa celebratur Argentinę, quã Sleidanus vt Scytha vel Turcus irridet 340.b
missæ sacrificium viuis & mortuis prodesse 244.a
missæ mastiges summi q 263.a b
moderatio Edictorum regis quæ vndè probata 511.b
Moguntium tumultuatur 112.a
moguntinenses Theologi statuunt sentiendum, B. Mariam sine peccato conceptã 20.b 21.a b
molles Confessionistæ qui, & quõ à rigidis descripti 335.b
molligradi doctores qui 502.b
monachi Turcici 283.a
monachorum & Monialium cõingia (si Dijs placet) qualia 263.b 264.a
monachorũ exhilatio quale Vuigando Dei beneficium 495.a
monasteriũ occupatur ab Anabaptistis, et tota eius tragœdiæ & obsidiõis historia 182.a & deinceps.
monasteriũ insigne S. Trinitatis apud Moscouitas 30.a
monasteria in Anglia euertuntur 251.
monasteria q̃ pcipua habeant exercitia 349.b falsò ab hæreticis nisi schola olim fuisse dicũtur ibid. falsò quoq; ab iisdem traducuntur 351.b &c.
monasteria & tẽpla Antuerpiẽsia vndè & qñ expilata 516.a
monasticũ institutum apud Russos quale 29.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

monastica vita vt oppugn... à Centurionibus Magdeburgicis 417.b &c.
monialis fugit è monasterio, Lutero approbante 103.b
moniales miserè vbi à Geusijs vexatæ 525.a
monlăbertũ & Ambletulã eripiunt Franci Anglis 339.a
montenses Hannoniæ concionem agrariam dissipãt &c. 513.b
monstra nascuntur 289.a
monstrum Rauennę visum quid significârit 56.b
monstrolium à Cæsarianis captũ, direptum, incensum 228.b
moscouiæ amplitudo 31.a
moscouitarũ quanta ditio 62.b
moscouitæ, quære Rutheni.
Mulleasses fit Tuneti rex 195.a cedit fratres suos vigintiduos ibi. fugit ad annunculum suum ibid.b eius corporis habitudo 212.a venit ad Carolum V. ibi. est peritus verum Astronomicarum ibi. restituitur in regnũ, & tributũ ei imponitur 214.b
Guleta vehementissimè oppugnatur & expugnatur 211.b
instauratur 212.b
mulleasses it in Siciliã 302.a eius prodigiosus luxus inauditus ibi. regno excluditur à filio 303.a in fugâ agnoscitur ex odoris fragrantia ibid. capitur à filio & oculis orbatur ibid. alendus mittitur ad Siculos 304.a eius genus ibid. venit Augustã ad Cæsarem 332.b
mulhusium sit Helueticum 43.a
mulieres Moscouitarum miserimę 30.b
mustaphas cur à patre Solimanno strangulatus 359.b 360.a
mustaphæ & Pialis præfectorum Turcicorum dissensio 463.b
mustaphæ in cadauera militum Melitensium immane facinus 466.b
mutpharacæ qui 65.b
Myriades aureorum nummũ quot, in quod bellum Carolo V. ab Hispanis collatę 293.a

Naues plicatiles 234.b
natalitia Domini q Pius V. coluerit 487.a
nauigationis ex Hispania in Indiam descriptio 235.a
Neapolis crebrò mutat dños 37.a
neapolis obsidet à Gallo 129.a b
neapolitani regni causa multus sanguis effusus 35.b
neruię duę 402.b
neruia Germanica expugnatur 402.b
nestoriani hodiè vbi resurgant 251.b
Nicea (aliâs Nicia) expugnatur à Barbarussa 294.a
nicena prima Synodus ab hereticis carpta 478.a b
nicenã I. synodum cur Lutherani exibilent 264.a
nicolaus Amsdorffius à Lutero Episcopus Numburgen. inauguratur 286.a
nicolaus Amsdorffius acerbè in Brentium & Melanchthonẽ &c. 329.a 379.b
nicolaus Comes Serin⁹ laudatur, fortiter occumbit 507.a b
nicolaus Gallus de Euangelicorũ dissidijs quid scribat 380.a
nicolaus Parisottus perit 468.a
nienhusium capitur 403.a
Nobilis cuiusdã Belgæ in oppidi sui tẽplo & alibi scelus 521.a b
nobilis quidam Antuerpien. quid & cur in crucem actus 522.a
nobilium inter Belgas fœderatorum libellus supplex, cuius rei occasio fuerit 509.b eorundẽ symbolum quale ibid. 510.a
nobiles Geusij quot qua in fuga sint capti 541.b
nocturna Geusarum cõuenticula siunt diurna 511.b
norcarmij in Geusas armatos felix irruptio 525.b
noribergẽses immanissimè vexãtur ab Alberto Marchiõe 353 b coguntur pacem cum illo facere ibi. eius ditiones inuadunt 357.a
noribergica comitia quæ cuius morte nõnihil turbata 290.a
noricus miles procerę admodùm staturæ, à pomilione per ludibrium necatur 279.a
northũbri⁹ dux resistit nè Maria regno Anglię potiatur 358. capit, & post reuocatũ errorẽ, exhortatur populum ad fidẽ Catholicã, sicq; capite plectit ibid.
nouaria frustrà oppugnat à Gallis 57.b
nouiomagũ quî à Geusis vexatum 526.a b
nouiomagij qd in S. Antonij area Geusæ adornârint 528.a
nouiomagio lupus qs quî introlatus 526.b
nouiomagensium de profligando lupo Geusico zelus 526.b
nouiomagẽses Catholici quo animo se Geusis opposuerunt 527. a b quot senatores Geusicos q̃ mox è Senatu ejecerint 527.b
nouiomagẽsium fœminarũ æmulatio aduersùs Geusas 527.b
nouiomagenses concurrunt cõtra Geusas ad arma, & forũ cõplent 528.a q̃ exceperint hilariter Comitem Meganũ ibi.b iurât Senatui, & laudant ibi.
nouorũ Christiãorũ feruor 461.b
nonogardia amplissima & ditissima vrbs à Russis capta 25.b
nox prima iconomachiæ Antuerpien. pijs omnibus quàm horrida 516.b
Nũi erei quales à seditiosis Geusis in vulgus sparsi 510.a b
nummus argenteus precio valens 1700 aureos, datur Carolo V. 149.b
nuptię apostatarũ quales 263.b

Obstetricibus apud Belgas quid qua pœna imminetum 543.b
Oecolampadius respondet Antisyngrammate Suenicis Theologis 109.a b
Oecolampadius moritur 164.b sepelitur Basileæ & erigitur ei epitaphiũ 166.a de genere mortis diuersa sententia ibi.
Oecolampadius dicit sanctos intercedere pro nobis 188.a
Opa bona vndè meritoria 244.a
oppida Imperij oppignorata 22.
Orbis nouus, & terra hactenùs incognita à Castellãis repta 10.b
orbis noui breuis descriptio 385. a b & deinceps.
ormutium qualis in Persico sinu ciuitas 459.b
Osiander quale & q̃ diuersum à Lutero habuerit fundamentum iustificationis in concione Conuẽtûs Smalcaldici 230.a et-

otto Truchsius sit Augustanus Episcopus 290.b
ottomannorum robur 65.a
ottomannorum erga milites institutum 168.b
Ouidij de arte amãdi plusquàm viginti versus ab Euangelico præcone in vna concione recitati 498.a
Oxonienses theologi disputant cũ Petro Martyre 340.a

PAgi Melitæ quot 463.a
palatini fœdus perpetuum percutiunt cum Vuirtembergensi principe 60.a
palatinatus Rheni Lutherismum recipit 309.b
papatus Saxonicus ruit & frangit ceruicem 429.b
parisienses damnant Lutherũ 90. a contumeliosè illis respondetur ibidẽm.
parisijs quod periculum Carolo V. institerit 259.a
parisijs hæretici inualescũt 431. b inuadunt templũ S. Medardi 432.a summam exercẽt tyrannidem ibid. conculcant SS. Eucharistiam, & Catholicos in puteos demergunt ibid. b
parma præsidium Gallicũ accipit 344.b
patmos Luteri 89.a
patriarcha Alexandrinus promittit obedictiam Rom. Pontifici 456.a
paulus III. mittit Andreę Aurię insigne munus 210.a benè precatur classi Cæsaris ibi. b quî à Cæsare & rege Francię veneratus 222.a eius affectus in Remp. quis 284.a mittit auxilia Carolo V. cõtra pteslates 316.b
paul⁹ III. quos & quàm insignes viros in Cardinalium collegiũ coopt ârit 241.a
paulus III. excedit è viuis 340.a eius laudes ibid. b
paulus IIII. moritur 406.b
paulus Form furatur & vendit Eucharistiã Indæo 53.b fugit ad Vuandalos ibi, diro supplicio interficitur 54.a
paulus Vallens Iesuita, quid vbi pro fide exantlârit 460.a
pax inter Carolũ V. & Galliarũ regem constituitur 136.a
pax publica Germanię sancitur 168.a
pax conciliata inter Gallos & Anglos 321.a 341.a
pax fit inter Gallię & Hispaniæ reges 404.a
pax quî à Turcis definiat̃ 237.a
peccata grauissima cur hodiè inualescant 500.a
pelles nobiliũ Russos 30.b
perilli supplicium 268.a
peregrinationum religionis ergò susceptarum laus 234.b
perpennianum quî cõtra Gallos tutatum 286.b
persæ amant vxores 64.a
persæ vt muniant equos 64.a
persæ tria habent militum genera 64.b
persas à Lusitanis bõbardas fundere didicisse 234.a
personę tres S. Trinitatis blasphemantur 173.a
peruaci non vtuntur literis, & quomodò res gestas annotent 385.a eorũ opiniones ibid.
pestis sæuissima totam Germaniã longè lateq; populata 33.a
pestũ recuperatur 277.a Turcæ vrsùs eripiunt 278.b
petra adamãtina altissima semper ardens 11.a
petr⁹ Aloysius perimitur 330.a
petrus Brullius Tornacum insicere nititur 305.b q̃ mirè captus ibid. exuritur 306.a
petrus Martyr apostata & profugus disputat Oxonit 340.a
petrus Martyr excedit ex Anglia 359.a
petrus Martyr scribit cõtra Stephani Vuintonienis Episcopi librum 407.a perit 444.a
petr⁹ Longus pirata insignis 77.a
petrus Paulus Vergerius Legatus Pontificis indicat Concilij locũ Saxoni 215.a eius mors quid cui quò profuerit 547.b
petrus Strozza glande trajicitur & perit 381.b
peucerus quis qualem librũ ediderit 471.b ardet odio & furore Pontificum 472.a extollit generum suum Melãchthonem 473. calumniatur Gregorium 1 ibi. exagitat Scholasticos theologos ibi. b eius rabies 474.b
impudens mendacium 475.a in Suriũ cõuicia ibi. b 476.a b
Philippus archidux Austriæ per Franciam in Hispaniam proficiscitur 23.b
philippus Austriacus nõ sine piculo it in Gallias 36.b tempestate impellitur ad Angliam 44.b honorificè ibid. suscipitur 45.a in Hispania moritur ibi. b relinquit sex proles ibi.
philippus declaratur Hispaniæ rex 293.a
philippus Hispaniarũ rex q̃ honorifice in Italia acceptus 335. b ei præcedit Mauricius obuiã 336.a venit ad patrẽ i Belgiũ ibid. quàm sumptuosè & honorificè acceptus 338.b
philippus Hispaniarum rex per Italiam in Hispaniam proficiscitur 344.b
philippus Hispaniarũ rex venit in Angliam 361.b ducit Mariam Angliæ reginam 362.a
philippus Hispaniarũ rex est liberalis in pauperes, & annonã leuat 375.b occurrit Gallis egregio exercitu 376.a insigni victoria potitur & S. Quintini oppidum capit ibid. b eius pietas ibidẽm.
philippus Catholicus rex Hispaniarum à quibus subditis suis falsò perstrictus 509.a b
philippus Melanchthon, quære Melanchthon.
philippus Oberstenius, Archiepiscopus Colonien. satis concedit 68.a
philippus Palatinus moritur 47.a
philippus Petri Apostoli discipulus ab eo missus in Siciliam 425.a multos quotannis liberat à dæmone ibid.
philomenarũ cantus etiàm mense Nouembri auditur 11.b
phrisia vndè pacata 529.b
phrisij complures Geusici quo recẽti miraculo cõuertant̃ 546.a
Pialis Bassa quanto peditatu se ad explorandum S. Michaëlis oppidum contulerit 464.a
picardus quidam impiè tractat SS. Eucharistiam 37.b
picardi quid de Eucharistia sentiant 37.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Pictura fœdæ à Lutero cõtra Põtificem editæ 308.a b
pilarum quot millia à Turcis in Melitẽsem insulã cõiecta 471.a
pinarolum vndè obsessum & liberatum 229.b
pirata Frisius mare infestũ habet 77.a
pius III. sit Põtifex 36.b & paulò pòst moritur ibid.
pius IIII. sit Põtifex 407.b
pius IIII. quid Melitensibus subsidio miserit 464.b 465.a
pius V. sit Pontifex 481.a eius laus, æquitas, seueritas ibid. b eius familia 482.a quid Melitensibus addixerit ibid. eius preces, parsimonia, & q̃ alienus ab auaritia ibi, b conuertit Iudeum ad fidem 483.a cirũsert Eucharistiam ibid. quos libros edi & verti curârit ibi. b quas cur supplicationes indixerit, et quot quì in ea dæmoniacas liberarit ibi. captiuos quos q donârit, & eis liberalitas in ægros 484.a reformat familiam ibi. b eius aula qualibus lectionibus insudet 485.a & deincèps plura de eius vita.
Plicatilibus nauibus cur vbi cõtra quos Turca vsus 234.b
Politici Domini carpũtur à Vrigando 501.b
polonus feliciter dimicat cũ Moscouitis 63.a
pontifex Rom. est pastor Ecclesiæ 74.b
pontificiæ copiæ q se in Pannonia cõtra Turcas gesserint 169.a b
portenta multa visuntur 429.a
porticus insignis Gandaui extructa 8.b
Præda quanta cui Turcæ à quo præter spem erepta 294.a b
præla nõ patiẽt Luteranis 499.a
præmonstratensis apostata negat infernum, dicit Christum desperâsse & ideò dãnatũ 125 b
præstigiæ hæreticę quales 489.a
præsumptio seu temeritas hæreticorum 244.b
principes Catholici cum Lutheranis agunt multis modis 141.a
principes Luterani à concionatoribus suis vocati interssunt Missæ 151.a
principes Luterizãtes petunt sibi templum quoddã pmitti 119.b
principes qui quid coram Cæsare & Gallo Pontifici negârunt 242.a
principes oẽs Imperio se submittunt Cõcilio Tridẽtino 330.b
principes seduci & euerti p hæreticos an ità mirum 239.a b
principum arrogantiam in res Ecclesiasticas etiàm à Lutero damnari 246.a
principum aliquot schismaticorũ petulantia quanta 274.b
prodigiorum apparitio 252.a
prosopolatræ inter Lutheranos qui habiti aut dicti 498.a
protestantes vndè dicti 132.a
protestantes scribunt Galliæ & Angliæ regibus 159.b
protestantes Principes nolũt approbare electionem Ferdinãdi 163.b
protestantes quale Concilium voluerint 178.b 179.b
protestantes recusant Mantuã & Põtificem, pro loco & præside Concilij 215.a quos velint habere in Concilio Iudices ibid. volunt silere Cameram 216.b 231.a
protestantes captant Galli amicitiam 233.b 261.a
protestantes legationem mittunt ad Carolum V. et quid ea cõtinuerit, q̃dq; respõsũ 230.b &c.
protestantium Legati veniunt ad Cæsarem Gandauum 261.a quid postulârint ibid.
protestantes respuunt Concilium Tridentinum 307.b
protestantes bellum gerunt cum Carolo V. & tota eius belli historia 316. & deincèps.
puincię Belgarũ q̃ q regis edicta inscijs Gensis probârint 510.b
pronincias captas qualibus p̃sidijs tueantur Turcę 294.b
prussię duces, beneficiarij hodiè regis Poloniæ 117.a
Puella obsessa non potest liberari à Lutero 313.b
puella obsessa à malo dæmone nõ potest à Luteranis liberari 445. a b liberatur à Catholico Theologo 446.b
pueri p̃sequunt idola et eorũ cultores 458.b
pugna Elephanti & Rhinocerotis 67.b
Pyramides Ægypti 72.a b

Quadragesima apud Moscouitas 30.a
quinquepagici Heluetij cędunt Zuinglianos 164.b & 165.a illorum pietas ibid. b
quintinioppidũ expugnatũ à Philippo Hispaniarũ rege 376.b

Radegundis reginę ossa à qb⁹ hæreticis exusta 441.a
rapina & abusus honorũ Ecclesiasticorũ ex Lutheri Euãg. 503.b
rassegemij in Geusas armatos felix expeditio 524.b 525.a b
ratisponensia comitia aut colloquia q̃ quid exitũs habuerint 274.b 310 a b 311.a b
rauenna vastatur à Gallo 56.
Rechabitę cur laudati à Deo 420.b
reformatio Pij V. qualis adornata 484.b
reformatorius Archiepiscop⁹ Colonien. liber vndè confectus & confutatus 291.b
reges aliquot Vienę cõueniũt 69.a
regina Hungarię vidua, q Buda exire iussa 279.b
reginaldus Brigittanus theologus doctissimus damnatur capite 202.a b horrẽdum & supplicium perfert 203.b &c.
reginaldus Polus Cardinalis sceleratè non vno in loco à Sleidano, quod Luteri insano dogmati fauisset, traducitur 224.a
reginaldus Polus Cardinalis moritur, & eius vitę breuis descriptio 395.a & deincèps.
renatus princeps Auraicæ vbi bello interierit 304.b
respõsum falsum nõie equitũ aurei velleris emulgatũ, q̃le 510.a
reliquias Sanctorum cur non ferant hæretici 298.a b
reliquiæ sanctorũ proscinduntur ab hæreticis 423.a b &c. apud eas miracula edita ibid. qui ea irrideant 424.a
renalia Liuoniæ vrbs à quo constructa 35.a
renaliæ Episcopus est à suffragijs Lundens. Archiepisc. 35.a
Rhegyum occupat Barbarussa 294.

vhenus tam durè apud Coloniam congelatus, vt ętiã currus egregiè onustos transmitteret 60.b
vhinoceros describitur 67.b
vhodus à Turcis occupatur 95.b
Robertus Barnus Lõdini crematur 269.a
robertus Vuaucop Scotus cęcus, sit Doctor Theologus, Archiepisc. legat⁹ ex latere, moritur 344.b
rochandulfus q̃ infelix regij exercitũs dux 278.a b
rod rũt qualis vbi sit p̃fect⁹ 538.b
rodolphus Agricola laudatũ 38.b
roffęsis scribit cõtra Lutherũ 99.a
roffensis Episcopi scripta cur ab hæreticis non impugnata 199 b capite plectitur 200.a b ea put ei⁹ fuisse ipositũ nõ tacuisse, sed sit venerabilis⁹ 202.a
roma diripitur & sit magna hominum cędes 122.b atque hęc inuito Carolo V. 123.a
roma vt trepidatum ex aduentu Barbarussæ 294.a
romana sedes inconcussa & firma 241.b
romani Pontificis pedes osculari desiderat Lusitaniæ rex 456.a
Ruperto Palatino aqua & igni interdicitur 39.a bellũ mouetur ibi. b moritur 40.a
ruręmunda se dedit Cæsari 298. b quibus vocib⁹ exceperit Cęsarem ibid.
ruręmũda à Geusis vexata 528.b
ruręmundæ nouus sit Geusicus motus 546.a Geusæ à Catholicis excluduntur ibid. b
rustici Spirenses conspirant 33.a dant pœnas 34.a
rustici tumultuantur & horrendã exercent crudelitatẽ 111.a ad centũ millia cęduntur ibi.
rutheni & eorum breuis historia 24.a &c.
rutheni quando Christi fidẽ complexi 24.b 25.a
ruthemi Tartaris tributum persoluunt 25.a eisdẽ parẽt 26.a
ruthenorum durissima seruitus 27.a
rutheni ritus Græcorũ sequuntur 27.b
ruthenorum Archiepisc. & Episcopi omnes, carnibus perpetuò abstinent 28.b
rutheni sibi tribuunt veram religionem 28.b nostri temporis hæreticos execrantur ibid.
rutheni quid de coniugio sentiãt 28.b & qd de Concilijs 29.b
rutheni vt confiteantur & communicent 29.b
rutheni vt festa celebrẽt 29.b & quid de Purgatorio sentiant 30.a quomodò sanctos colãt, & quę ieiunia seruent ibid.
ruthenorum Dux quibus titulis in literis suis soleat vti 31.b
ruthemi populantur Torpatenses 401.b eorum crudelitas ibid. populantur Liuoniam crudeliter 402.a b & deincèps.

Sacellum D. Laurentij Castetanum vndè quãdò & quo duce vastatum 514.b
sacerdotes Ruthenorum & Græcorum nõ accedunt ad secundas nuptias 29.a
salctinus ab Isenburg, sit archiepisc. Colonien. 548.b
salentini quid quandò à Turcis passi 239.a
salicam legem quis tulerit 9.a
sanctimonialis miraculo reuniscit 423.b
sanctorum inuocatio quî p quos hæreticos tradicta & oppugnata 422.a & deincèps 494.a
sandesirium deditione Cæsar accipit 304.b
sangallen⁹ consul quid cõtra Eucharistiam scripserit 22.a
sanguine vbi & quandò pluerit 299.a
sanguis Domini vt propanetur apud hæreticos 270.a
sartor apud Antuerpens. quanti tumultũs origo 516.a
satisfactio à Lutero proscinditur 155.b eam aliàs dixerat necessariam ibid.
saxa ingentia pluit 54.a
saxones à seniõl suscepto Christianismo nunquàm defecerunt, & vt à Lutero decepti 91.a
saxonia à Ferdinando & Mauricio vexatur 319.a
saxonici Ministri cur fèrè nihil sobriè vel dicant vel scribant, naturalis ratio 365.a
saxonicum prælium quod quàm cruentum 357.b
schaffhusia vrbs describitur 23. b deficit ab Imperio ad Heluetios 23.a b
schiffhusense monasterium 23.b
schismatum duo tantùm genera quis quì scilicèt statuat 496.b
scholę clauduntur 92.b
scholæ aut studia quæ quibus calumnijs falsò infestatæ 481.a
scholastici doctores non contemnendi 291.a cur hæreticis exosi ibid.
scholastici doctores qui q̃ à quibus conuicia ferant 473.b 480.b
scioli qui quos Sophos exibilent 480.b
sclauonica lingua latissima 24.a
scotiæ rex temerè mouet bellum Anglo 58. cadit in bello ibid.
scotia Caluinizat 428.b
scriba ducis Brunuicẽsis quàm præter ius fasq; ab Hesso comprehensus 253.b
scriptum quæ contra synodum Tridẽtinã editũ 477.b &c.
scripturæ ipsius vndè petendus 178.b
scripturas quàm quiũs hæretici iacent aut erepent 265.b
scyra insignis vrbs describitur 6.b 64.b
scybæ & Afri parati militare Cæsari 326.b
Sebastiani à Cano mirabilis negatio 388.a in tellure vtrorunq; antipodum fixit ancoras ibid.
sebastianus ab Hausenstein Archiepiscopus Moguntinẽs. moritur 363.a
sebastianus Francus scribit impia Chronica 181.b ea causa iubent eum Argentoratenses è sua vrbe excedere ibid.
sebastianus Lusitanorũ rex quãdò natus, & cur sic appellatus 300.a
sebastianus Schertelius cur ab equis discerptus 220.a
sebastianus Schertelus pęst Protestantium copus contra Carolum V. 316.a
sectæ valdè increscunt 132.a
sectarũ hodiè diuersitas q̃ 256.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Securitas quæ quibus fœderatis in Belgio quî data 519.a
Sedes Romana inconcussa 241.b
Sedes Romana neq; tyrannis neq; hæreticis vnquàm cesſit neque cedet 456.a
Seilam insula quãta, q̃ amœna & quibus rebus abundet 461.a
Selymus sit Turcarum Imperator 54.a *patrẽ veneno tollit ibid. eiusdem immanis crudelitas in fratres, nepotes & alios ibi.*
Selymus oppugnat Sophũ Persarũ regem 63.a *discedit ex Armenia* 63.b *cæditur a Persis ibid. confertur cũ Ismaële Sopho ibi. &c. rius opes* 64.a *profligat Aladulum* 68.b *oppugnat Aegypti Sulthanũ* 69.b *occupat Syriam & Aegyptum* 70.a b *&c. venit Hierosolymam* 70.b *capit Gazam ibid. & Mẽphim ibid. moritur* 84.a
Senatusconsultum Angliæ contra Lutetum 258.a
Senenses dedunt S. Cesari 363.b
Sententiarum liber vnû à quibusdam irrideantur 480.b
Serinensis Comitis laus excellẽtia & mors 507.a b
Siciliæ interne descriptio 225.b
Sigetum quàm grauiter à Turcis obsessum, oppugnatum, & expugnatum 507.a b
Sigismundus Poloniæ rex vetat nè qui è subditis suis studeant Vuittenbergæ 187.a
Sigismundus Poloniæ rex moritur 331.a *eius ætas ibi. ipse & filius Sigismundus nolunt de religione cognoscere ibid.* b
Simpoliũ à Cesarianis captũ, direptum, incensum 228.b
Sinę montis descriptio 234.a *&c.*
Sinarum ditio amplissima 461.a
Sinenses multi conuertuntur ad Christum 451.b
Sleidani commentarij pernicio-sissimi 73.a
Sleidanus in ipso limine suorum cõmentariorũ mentitur 74.b
Sleidanus mentitur de Caietano 79.a *item de Lutero* 81.a
Sleidanus dum vult laudare Lutetum, conspuendũ eum omnibus exhibet 83.a *abundat ab-surditatibus ibid. Catholicorũ res malignè refert, & Luteri vitia tacet. ibid. Concilia & Catholicos quosdam pro Lutero citat, aliàs contemnit ibi.* b *oppugnat Pontificem ibid.*
Sleidanus vult Carolum V. mendacij arguere 90.b
Sleidanus & se & Luterum pudefacit 112.b *&c.*
Sleidanus dicit Luterum à Iurisconsultis doctum, suam mutâsse sententiam 160.a
Sleidani in Pontificem calumnia 241.b 245.a
Sleidanus qui authoritate Luteri Concilia reprobet 256.a b
Sleidanus plura habet παράγγελα quàm ἄγγελα 261.b
Sleidanus dilemmate de falsitate convincitur 301.a
Sleidanus perstringit Pontificem 330.a
Sleidanus peste moritur 370. b *de eius Cõmentarijs quid senserit Carolus V. & Iulius Pflug* 371.a
Smalcaldicũ fœdus 159.a 160.a
Smalcaldicus cõuentus quis quibus concionatoribus illustratus 230.a b
Smidelini impudẽtia 149.a *eiusdem cõcionatori habitus Euangelicus ibidèm* b
Smidelinus & Schegkius quales ad quid edant libros 506.b
Smolenchi situs 62.b *oppugnatur ibidèm.*
Societas Iesu à quo approbata & instituta 269. b *& deinceps* 274.b
Soclos capit Turca 294.b
Soles tres, quibus singulis cruentus inera gladius, vbi visi 67.a
Soles tres Tigvri visi quid significârint 127.b
Solimannus Turca Caroli V. fortunam extimuit 10.a
Solimannus cur Luteranos detestatus 132.b
Solimannus obsidet Viennam, sed turpiter abscedere cogitur 135.a b
Solimannus imminet Germaniæ 168.b
Solimannus fastuosas literas mittit Carolo V. & Ferdinando 170.b
Solimannus detrectat prælium 171. a b *triginta millia Christianorũ in seruitutẽ abducit ibid. turpiter fugit, ibid.*
Solimanus mouet Persis & Afris bellum 192.b
Solimannus mouet bellum Persis 197.a *magnã patitur à tempestate molestiam ibidẽ* b *potitur Babylonia ibid. & Mesopotamia* 198. a *Taurisium dat prædæ militibus et multa indè aufert ibid. maximam à Persis accipit cladem ibidèm* b *concipit odiũ aduersus Abraimum ibidèm.*
Solimãn Venetis infensus 234. b
Solimannus est infensus Lusitanis 233.b *mouet illis bellum* 234. a b *frustrà oppugnat diũ* 235.a
Solimanni filius profugit ad Persas 340.a *pater mouet Persis bellum, sed re infecta recedere cogitur ibidèm.*
Solimannus filium suum Mustapham cur iusserit strangulari 360.a
Solimannus mittit Legatũ et munera ad Ferdinãdum 444.a
Solimannus quanto exercitu Sigetum oppugnârit 507.a
Sophi Persa, quare Ismaël Sophus Spangenbergius qui Antuerpiæ exceptus 523.a
Spira tumultuatur ob exactiones 56.a
Spirensia comitia quæ quàm celebria 300.b
Stephanus Epis. Vuintoniẽsis mittitur in carcerem 333.b *liberatur & fit Cancellarius Angliæ* 358.b
Strabonis & Trogi de Aetna sententia 225.b
Strigoniũ occupat Turca 294.b
Stocholmia Dano deditur 77.b
Stutgardia vbi et quàm commodè sita 48.b
Stylus Patrum cur nõ semper suî similis 222.a
Sudor Anglicus multos necat 131. b *& quarè sic dictus ibidèm.*
Suffolcius dux capite plectitur in Anglia 361.a

Sue-

Suediæ rex Luteranus iungit se fœderi Gallico contra Caroli V. 283.b
Suetia rubri maris portus, qua navigatione insignis 234.b
Suenici Luterani damnant Syngrãmate Oecolãpadiũ 109.a
Sumachia vrbs à Sopho vi capta & hostiliter direpta 16.a
Surius quibus cõuicijs à Peucero adspersus 475.b 476.a b
Suspendendus aliquis Sectarius vbi quod fœdus quî detexerit 509.a
Symbola nobilium fœderatorum in Belgio, quæ qualia 509.b 510.a
Syncretismus inter hæreticos diuersos qualis 220.a
Synodi Euangelicorũ quales 501.a
Synodi etiàm summæ, à Luteranis exploduntur 264.
Synodi solę quę cur soli hæresi placeant 500.b
Synodus Constantinopoli contra imagines ab hæreticis habita 338.a
Synodus celebratur Vuittẽbergæ in ædibus Luteri 220.a
Synodus Euangelicorum Constantiæ 185.b
Synodus Francofordiensis citata ab hæreticis, illos pudefacit 338.a
Synodus Mexicana 389.a
Synodos multas celebrant Zuingliani 220.b
Synodus Zuinglianorum Tiguri 216.a *item Aroniæ ibid.*
Synodus Zuinglianorum Tiguri 249.b *&c.*
Synodus Tridẽtina approbat Societatem Iesu 274.b

TAmmasius Sophi filius Persarum rex 196.a
Tanais vndè oriatur, eiusdemq; fluuij præconia 31.b
Taroanna capitur 58. b
Tartari fiunt Mahometani 25.b
Tartari imperãt Russis 25.b 26 b
Tartari crudeles in fenes 41 b
Tatta quî post deditionem funditus euersa à Turcis 294.b
Tauri & Antitauri gentes 68.b
Taurisium Persarum regia à Sopho occupata 16.a
Taurisium diripitur 198.a
Techellis Persæ admirabilis 15.a *eius successus* 17.a
Temistani non characteribus, sed auium & stirpium imaginibus res gestas annotant 385.a
Tempestas imbriũ horrenda 48.b
Tẽpestas horrida Locarni 370.a
Templum S. Mariæ Antuerpiæ conflagrat 178.a
Tenebræ per Luterum in orbẽ introductæ, quantæ 256.b
Teneriffa insula longissimè cõspicitur 11.a
Teneramondani in Vladria, laudantur 518.b
Terra omnis inhabitata 388.a
Terræmotus Constantinopolim cõcutit 52.b
Terræmotus horrendus concutit Lusitaniam 159.b
Ternatana quibus ducibus quanti habita sit, & cõstiterit 228.b
Testamentum nouum Luteri prohibetur à Catholicis 95.b 96.a
Thebarum vrbs 72.a
Theodorus Beza flagitiosè vivit 366.a *vẽtus sacerdotys deficit ad Caluinum ibid. fingit se & suos idè cum Lutetanis sentire ibi.* b *Tigurinos ea re offendit, quibus resipẽdet aliquando bonum esse simulare* 367.a *scribit ĩ Luteranos ibi.*
Theodo. Beza scribit cõtra Vuestphalum 407.a
Theodorus Beza edit duos dialogos contra Heshusij somnia 429.a *quî virus suũ in Gallicanlicos sparserit* 431.a *&c.*
Theodorus Bezà onustus pecunia, fingit se velle in Germaniam ire 439.b *in quodam loco iubet omnes sacerdotes trucidari* 440.a
Theonuilla à Gallis expugnatur 381.b
Thermæ in Hungaria 282.b
Thietmarsi vndè domiti 407.b
Thomas Apostolus vbi conditus 458.a
D. Thomę Cantuariensis Archiepiscopi reliquię, ab Anglorũ rege concremate 250.
Thomas Cromuel Angliæ Cancellarius capite plectitur 205.b 267.b
Thomas Morus scribit in Luterũ 99.b *eiusdem de Lutero verissima sententia* 100.a b
Thomas Morus quid scripserit de morte Zuinglij & Oecolampadij 166.b
Thomas Morus abdicat se Cancellariatu 200.b *perpetuo carceri addicitur ibi. ad dãnatum accurrit filia Margareta penè exanimis* 201.a *plectitur capite ibi.* b *solebat feuerè punire hæreticos ibi. caput ei⁹ diù cõcũ hastilis imponitur* 202.a
Thomas Morus qui aut quid de Erasmo vaticinatus 223.a
Thomas Munzerus rusticorũ tumultus ciet 111.a 113.a b *capitur, & resipiscens plectitur capite* 111.a
Thomas Semerus in Anglia cæditur 339.a
Thrasonicus Gallus Luteranis qs, & quò eos adegerit 260.b
Tiberis inundatio 157.a
tigurini non sinunt Carlstadij libros apud se vendi 102.b *hortante Zuinglio abolent Missã* 107.b
tigurini vt suam Cœnam ferunt 108. a b
tigurini vertunt Biblia 289.b
tigurini à Lutero proscribuntur 289.b
tigurini contra Lutetum scribũt 306.b *depingunt Luterũ ibid.*
tila à Geusis frustrà tẽtata 528.a
tilmannus Heshusius. quę vide Heshusius.
Toletanus Siciliæ prorex instructã classem educit Melitã 469 b *capit nauem onerariã Turcicam plenam pane nautico, pulueretormentario, & globis ferreis* 470.a *exponit militem & gratulationis ergò omnia tormenta suarum triremiũ semel atq; iterùm displodi iubet ibi.* b
tomi opũ Luteri corrupt. 505.a b
tomumbeius sit Sulthanus 70.a *capitur, & post diros cruciatus necatur* 71.a b
tornacum deditur Anglis 59.a
tornaci statuæ & imagines confringũtur, & magna vis auri & argenti inuenitur 517.b
tornacũ q tãdẽ à Norcarmio occupatũ 529.b

tor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tornaci vno die centum & sex Geusæ proscripti 545.a
torpatum à Russis oppugnatum 401.b expugnatũ 403.b renunciat Pontifici & Imperio, ibidẽm.
torrens ex pluuia vbi quantùm damni dederit 37.b
Tractatus in Flandria cũ Geusis initi aut facti quales 520.a b
traiectenses inferiores ad Burgundiæ domum se transferũt, quibus de causis 127.b
apud Traiectenses inferiores vt Geusæ tumultuati 518.b vt et quibus conditionibus cum eis transactum 523.b
traiectenses Mosani rebellãt 529 a dedũt se, & militem regium præsidiarium suscipiũt 539.a
trãssyluania partim Lutheri, partim Sacramentariorũ dogma suscipit 430.b
tredecim cẽturię Christianorum vna arce S. Elmi defendendæ à Turcis occisæ 466.b
tridentina Synodꝰ quali aut cuiꝰ scripto impetita 477.b
tridentina Synodus, vide Concilium Tridentinum
triremes plicatiles 234.b
triremes Turcicę XII. audacissimẽ cũ XXXV. triremibus Aurianis audent cõgredi 239.b quàm fortiter ceciderint ibi.
trudonensis Geusarum cõuentus 512.b 513.a
Tumultuatur passim in vrbibus 111.b &c.
tuneti arcem occupant captiui Christiani 213.a b excludunt Barbarussam ibid.
tunetum diripitur 213.b in eius arce librorum Arabicorum &c. ingens sit iactura 214.a inueniuntur illic Gallorũ arma & ocreę ibid.
tunetani reges præstant in Africa 194 a eorum ditio ibid. b
tungrenses quanti seductorem sibi aliquem comparãrũt 533 b
turcæ sæuiunt in Perficæ religionis cultores 18 b
turcæ quinam inuisi Ottomannicæ familię 64.b 65.a
turcę q̃ valeant equitatu 65.a
turca indicit bellum Pannoniæ regi 117.a
turcę obsident Viennã 134.a &c. arcem Budæ deditione accipiunt, 35.a milites contra fidẽ datam trucidant ibi. obsidionem Viennensem turpiter soluere coguntur ibid. b illorum tyrannis ibidẽm.
turca quingenta hominum millia habet in exercitu 170.a frustrà obsidet Guintium ibi.
turcę cędibus, rapinis, incendijs omnia vastant 171.a trucidãtur à nostris ibid.
turca execratꝰ Lutheranos 222.b
turcę expiant tẽpla 235.b 236.a
turcæ nequaquàm imbelles, sed fortissimi milites 240.b
turca qui omnibus vult esse terrori, semper est in metu 281.a
turcę oppugnant Melitam 463. & deincèps illorũ impetus in vallum terraceũ, quid tandẽ obtinuerit 464 b quot millia in oppugnãda arce S. Elmi perierint 465 b illorũ rabies in vulneratos adhuc semiuiuos 466.b quot millia in tota illa oppugnatione perierint 471.a quot millia pilarum in illam insulam coniecerint ibidẽm.
turcarũ vires vndè auctę 236.b
turcarum frugalitas & temperantia 280.a
turcicus Legatus cũ muneribus ad Ferdinandum Francofurtum venit 444.a
turones vastant hæretici 440.a eripiuntur rursùs 441.b
turris Belliaca Parisijs fulminis ictu incenditur & euertitur 229.a
Typographi fauẽt Lutheranis 95.a
typographiæ quæ cur quibus scilicèt præclusæ 499.a
typographorum quę quibus habeda ratio aut inspectio 543.b

VAccia occupatur à Ferdinando 277.a recuperatur à Turca 278.a
vaiuoda à Solimanno rex Hungariæ constituitur, amicus & beneficiarius appellatur 135.b
valencenæ quorum Principũ cũuentu aliquandò illustratę 259.b
valencenẽsium in templa & sanctorum reliquias rabies & insolẽtia 517.b 523.b 524.a b
valencenenses decernuntur rebelles 524.b
valencenẽsium obsessorũ eruptio quî repulsa 524.b
valencenenses quî inter pabulãdum excepti 529.b qualibus & quantis legatis honorati 537.b expugnantur tandèm 538.b
valettani Melitę Magistri industria, studium & animi robur 463.a b & deincèps.
valettani in summo periculo strenuitas 469.b
valponiũ occupat Turca 294 b
vasius Africi belli Imperator iubet Carolum ad vexilla secedere 213.a
Vbiquetarij hæretici 452.a b
vbiquitas vndè reperta 488.b
vbiquitas q exibilanda 489.a b
vbiquitas quî à quibꝰ cõtra quos defendatur 506.b
S. Vdalrici vita breuiter 414.b epistola ei falsò afficta, destruit dogmata Euangelicorũ 415.b
Velsius dicitur resipuisse 365.b
venationi in parasceue operam dare, quid prę se ferat 275.a
venerem qui præ Diua Virgine colant 298.b
venetię incendio flagrant 60.b describuntur 61.a qualẽ habeant Principem ibid.
venetus Trierarchus quidam, Turcicas triremes demergit 239.a
veneti ab Ægypti Sulthano malè accepti 17.b
veneti nolunt vti auxilio Turcico contra Christianos 46.b
venetorum clades 59.a
veneti sibi conciliant Pontificem 53.a
veneti qua à Carolo V. & Gallorum rege legatione honorati 266 b vehementer afflictantur à Turca 267.a petũt pacem à Turca & impetrant ibidẽm.b illorum legatus quî proditus apud Turcam ibid.

vene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

SUR

Comm